Ordo Eccleſiæ in Perſonis militãtib. eod.
Stella Veſpertina, nocturna, & matutina. fol. eod.
Plenitudo Beatiſs. Virginis Mariæ. 304
Lunæ varietas in augmento. fol. 305
Lunæ proprietas in nocte. fol. eod.
Templum Domini triplex. fol. eod.
Nubes turbinis, aeris, & cœli, quid? eod.
Arcus inſidiæ, iudicij, & ſcripturæ. eod.

Cap. VIII.

Super illud Cap. 6. *Deſcendi in hortum nucum, &c.*
Prælati deſcenſus temporalis. fol. 306
Deſcenſus Chriſti triplex. fol. 307
Deſcenſus languoris, miſericordiæ, & beneuolentiæ exponitur. fol. eod.
Deſcenſus compaſſionis in tribus. fol. eod.
Panes tres Euangelici. fol. eod.
Deſcẽſ⁹ beneuolẽtiæ in hortũ cordis. eod.
Poma vallũ, conuallũ, & vallorũ. fol. 308
Nucis proprietas in quatuor, exponĩ. eod.
Prælatus debet ſe deijcere. fol. eod.
Nucis proprietas cõparata animalib. eod.
Doctoris fortitudo debet eſſe triplex. 309
Voluntas, nucis corium. fol. eod.
Doctoris boni peritia in tribus. fol. eod.
Veſtes Aron Prælatum informant. eod.
Solicitudo Prælatorum circa quæ? 310
Vinea vitem, florem, vinum habet. eod.

Ger-

Digitized by Google

Germinantium genera in ſcripturis. eod.
Germen Domini, iuſti, & diaboli. fol. eod.
Diabolus iniquitatem germinat. fol. 311
Iuſtus germinat puritatem. fol. eod.
Domini germen, eius natiuitas. fol. eod.
Germen Domini fuit in gloria. fol. eod.
Chriſti excellentia, in tribus. fol. eod.
Gloriæ cæleſtia affluentia. fol. 312

Cap. IX.

Super illud Cap. 6. *Neſciuit anima mea conturbata eſt, &c.*
Anima neſcit imũ, mediũ, & ſummũ. 312
Anima triplici turbine turbatur. fol. eod.
Quadrigæ Aminadab, quid? fol. 313
Animarum genera tria. fol. eod.
Manus otioſa, operoſa, affectuoſa. fol. eod.
Malitia proximi, diaboli, & cordis. fol. 314
Iuſti in pace propter tria moriūtur. eod.
Quadrigæ quatuor duorum montiũ. 315
Quadriga prima Martirij. fol. eod.
Quadriga ſecunda Virginitatis. fol. eod.
Quadriga tertia Religionis clauſtralis. eod.
Quadriga quarta prędicationis. fol. eod.

Cap. X.

Super illud Cap. 6. *Reuertere, reuertere Sunamitis, &c.*
Reuerſionum genera quatuor. fol. 316
Reuerſio de ſæcularibus negotijs ad religionem. fol. eod.
Reuerſio de lapſu ad priſtinam gloriã. 317
Reuerſio de contemplatiua ad actiuã. eod.
Reuerſio de temporalibus ad paſſionis palmam. fol. eod.

Cap. XI.

Super illud Cap. 7. *Quid videbis in Sunamite niſi choros caſtrorum, &c.*
Ordo plangentium, laudantium, & pugnantium. fol. 318
Planctus perfectus in tribus. fol. eod.
Lacrymæ contritionis, deuotionis, & beatitudinis. fol. eod.
Crucis, tria ſunt genera. fol. 319
Tabernaculũ materiale, miſticũ, morale eod
Sonus pulſus, flatus, & cantus. fol. eod.
Caſtra Aegyptiorum; Iſraelitarum, & Angelorum. fol. 320

Cap. XII.

Super illud Cap. 7. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, &c.*
Princeps cæli, mundi, & terræ. fol. 320
Interpretatio huius nominis, Princepa. 321
Eccleſiæ ornamenta tria. fol. eod.
Principum ornatus, qualis? fol. eod.
Prælatorum ornamenta tria. fol. eod.
Religioſus pro ornamento quatuor habeat. fol. eod.
Religionis gradus diuerſi. fol. eod.
Iuſtus debet rectos habere greſſus. 322
Greſſus firmitatem, quæ diſſipat. eod.
Grauitas onerum greſſus deſtruit. fol. eod.
Vana gloria greſſus impedit. fol. eod.
Pedes, quæ res faciunt turpes? fol. 323

Cap. XIII.

Super illud Cap. 7. *Iunctura feminum ſuorum, &c.*
Dimiſio facta in Paradiſo triplex. fol. 324
Chriſtus monili aſſimilatur. fol. eod.
Varietas Artificis triplex. fol. eod.
Fœmina carnem noſtram figurant. fol. 325

Cap. XIV.

Super illud Cap. 7. *Vmbilicus tuus crater tornalis, &c.*
Vmbilicus noſtrã infirmitatẽ deſignat. 325
Vmbilici diuerſitas in tribus. fol. eod.
Caſus, infirmitas, ſenectus nuncij ſunt mortis. fol. 326
Crateres ex luto, ligno, & metallo. fol. eod.
Potio aquæ, deuotionis, & vini. fol. eod.
Vmbilicus ſponſæ iuſtum ſignificat. 327

Cap. XV.

Super illud Cap. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici, &c.*
Venter materialis, ſpiritualis, ſacramentalis. fol. 327
Lilium tribus reſplendet. fol. eod.
Vẽtris diuerſitas moralis ex affectib. 328
Ventres notabiles in Euangelio. fol. eod.

Cap. XVI.

Super illud Cap. 7. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli, &c.*
Euangeliſtæ hinnulis duobus, & vberibus comparati. fol. 330

Pro-

Profectus operũ quomodo acquiritur. eod.
Spiritus malignus, human⁹, & diuinus. 331
Viſionis diſcurrentis euentus, fol. 332

Cap. XVII.

Super illud Cap. 7. *Collum tuum ſicut turris eburnea, &c.*
Turris eburnea Chriſtus. fol. 332
Gradus altitudinis in turris Chriſto. eod.
Chriſti pulchritudo triplex. fol. eod.
Homini interiori moraliter aſſignatur. 333
Turris, domus, & thronus eburnea. eod.

Cap. XVIII.

Super illud Cap. 7. *Oculi tui, ſicut piſcinæ in Heſebon, &c.*
Piſcinæ quatuor. Et de prima regali. 334
Piſcina ſecunda initialis. fol. eod.
Piſcina tertia corporis Chriſti. fol. eod.
Piſcina quarta cordis humani. fol. 335
Aquæ miraculosè motæ, quatuor. eod.

Cap. XIX.

Super illud Cap. 7. *Naſus tuus, ſicut turris Libani, &c.*
Diabol⁹ in vrbe quomodo machinatur. 336
Naſium tria genera in Scriptura. fol. eod.
Naſus purgat, reſpirat, odorat. Et quid? 337

Cap. XX.

Super illud Cap. 7. *Caput tuum, vt Carmelus, &c.*
Caput comparatur Carmelo primo interpretatione. fol. 337
Comparatur ſecũdo ratione victoriæ. 338
Comparatur tertio, ratione impetratæ pluuiæ. fol. eod.
Comæ capitis cõgitationes ſignificãt. eod.

Cap. XXI.

Super illud Cap. 7. *Quam pulchra es, & quã decora chariſſima, &c.*
Cõcurrentia ad perfectionem animæ. 339
Puritas in quibus conſiſtat. fol. 340
Palmæ figura quid portendat. fol. eod.
Staturę Palmę, quomodo ſimilis animæ. eo.

Cap. XXII.

Super illud Cap. 7. *Dixi, aſcendam in palmam, &c.*
Crucis arbor palma, deſignatur. fol. 341
Crucis in aſcẽſu quinq; paſſus p̃cedũt. eod.
Verba Domini in cruce. fol. 342
Verbum primum quid nos doceat. eod.
Verbũ ſecundũ ad dilectionẽ inuitat. eod.
Verbum tertium, nos ad Deum aſpirare monet. fol. eod.
Verba ſequentia, nos in quadriuio ponunt. fol. eod.
Flos, & folium nobilis palmæ, crucis. eod.
Palmæ huius fructus tres. fol. 343
Aſcẽſus ad Palmã quomodo faciẽdus. eod.

Cap. XXIII.

Super illud Cap. 7. *Et erunt vbera tua, ſicut botri vineæ, &c.*
Comparatio fit trium ad tria. fol. 344
Homo nouus figura botri. fol. eod.
Botrum vineæ, exploratorũ, & cypri. eod.
Odor ſponſæ in tribus hoc libro deprehenditur. fol. 345
Labia, dẽtes, palatũ, & guttur. Quid? eod.

Cap. XXIV.

Super illud Cap. 7. *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius, &c.*
Voluntatum quatuor ſunt genera. 346
Euerſio, auerſio, conuerſio, & reuerſio. Quid? fol. eod.
Auerſionis Dilecti tres ſunt cauſæ. 347

Liber Decimus. Capitis primi.

Super illud Cap. 7. *Veni Dilecte mi, egrediamur in agrum, &c.*
Ager ad quẽ egreditur Dilect⁹ triplex. 348
Egreſſus ſpõſi à Patre, à matre à mũdo. eod
Egreſſus ſponſæ à mundo, à carne, à ſtultitia. fol. eod.
Sponſus egreditur, &, ingreditur tripliciter. fol. 349
Cauſæ, quib. ſpõſus in agrũ egreditur. eod.
Villæ, quibus morandum eſt dilectæ. eod.
Villa prima trib. panib⁹ refici debem⁹. 350
Secunda, noſtra cum Dilecto creſcat adoleſcentia. fol. eod.
Tertia, pacem videre cum Dilecto debemus.
Conuerſatio religioſa tribus gradibus perficitur. fol. eod.

Cap. II.

Super illud Cap. 7. *Videamus ſi floruit vinea, &c.*

Vi-

Vitis aſpectu vilis, flore medicinalis, fructu lætificans. fol. 351
Vitis Chriſtus tribus floribus floruit. eod.
Flores vitis tria genera ſerpẽtiũ fugiũt. eod
Florens vinea ter in cantico repetitur. eod.
Fructus virtutis, operis, & immortalitatis. fol. 352
Martirum gradus triplex. fol. eod.

Cap. III.

Super illud Cap. 7. *Ibi dabo tibi vbera mea, &c.*
Vbera ſunt in triplici differentia. fol. 352
Vſus vberũ apud *Dilectum*, differens. 353

Cap. IV.

Super illud Cap. 7. *Mandragoræ dederunt odorem in portis, &c.*
Portæ per quas egredimur, & regredimur, progredimur, & ingredimur. fol. 353
Mandragora per omnia, homini præter caput ſimilis. fol. 354
Portæ omnes in bonã partẽ acceptæ. eod.
Portæ Sion, iuſtitiæ, & æternales, quid? eod
Miſtica expoſitio portarum Ieruſalem. 355
Moralis ipſarum altera expoſitio. fol. eod.
Sequitur vlterius ipſa moralitas. fol. 356

Cap. V.

Super illud Cap. 7. *Omnia poma noua, & vetera Dilecte mi ſeruaui tibi, &c.*
Noua poma quatuor ſunt. fol. 357
Poma vetera ſponſo ſeruata. fol. eod.

Cap. VI.

Super illud Cap. 8. *Quis mihi det te fratrum meum, &c.*
Chriſtus quomodo frater noſter. fol. 358
Chriſtianus quilibet tres fratres habet. eod
Chriſtus nobis natus, datus, cõdẽnatus. 359
Vbera, quę Xp̃s, queq. homines ſugãt. eod.

Cap. VII.

Super illud Cap. 8. *Vt inueniam te foris, & deoſculer, &c.*
Sponſa inuentionem, ſponſi oſculum, & à contemptu liberationem deſiderat. 359
Innuentio Dilecti triplex. fol. 360
Spiritus ſanctus ad tria datur. fol. eod.
Dominus amicos ſuos honorat. fol. eod.
Inuentio Dilecti moraliter exponitur. eod.
Oſculum tripliciter dicitur. fol. eod.

Cap. VIII.

Super illud Cap. 8. *Apprehendam te, & ducam in domum, &c.*
Chriſtus quo ordine apprehendit. fol. 361
Apprehenſio quomodo facienda. fol. eod.
Apprehenſio vbi facienda. fol. eod.
Apprehenſio ſponſi quoad diuinitatẽ. eod.
Apprehenſio à mulieribus ſeptẽ facta. 362
Incõmoda ad apprehenſionẽ faciẽdã. eod.
Panes contra inediæ incommoda. eod.
Veſtimentum contra veſtis inopiam. 363
Chriſtus aduocatus contra diminutionem capitis. fol. eod.
Chriſtus triplicem oprobrium abſtulit. eod.
*D*omus matris, Patris, & fratris, quæ? 364
Chriſtus nos quatuor docet. fol. eod.
Poculum, purum, dulce, & conditum. eod.
Vinum lætificat, calefacit, purgat. fol. eod.
Vinum, quod dicitur muſtum. fol. eod.
Vinum aromatibus conditum. fol. eod.
Malogranati liquor, rubor, & candor. eod.
Reges quatuor offerentes à Dauid præuiſi. fol. eod.
Rex primus, triplex explorat gaudiũ. eod.
Exploratores Eccleſiæ ſanctæ. fol. 366
Rex ſecundus Inſulæ. fol. eod.
Inſula triplici ſubiacet periculo. fol. eod.
Remediũ Regis cõtra periculũ Inſulæ. eod.
Myrrha triplex Chriſto offertur. fol. eod.
Rex tertius ſuam oblationem facit. 367
Humilitas deſcendens, excedens, & procedens. fol. eod.
Profectus thuris triplex. fol. eod.
Rex *Saba* quartus, qui incẽdiũ dicitur. eod.
Regis huius incendium triplex. fol. eod.

Cap. IX.

Super illud Cap. 8. *Læua eius ſub capite meo, &c.*
Ordo veniendi ad amplexum. fol. 368
Colloquium *Dilecti* cum Eccleſia. eod.
Amplexus Dilecti, quid nobis contulit. eod
Dilectus quomodo ſponſã oſculetur. 369
Dextera ſponſi, quid faciat? fol. eod.
Læua *Dilecti*, quid operetur. fol. eod.

Cap. X.

Super illud Cap. 8. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis, &c.*
Suſcitatio fit tripliciter. fol. 370
Cauſæ, quæ ſponſam ſuſcitant, fol. eod.

Mo-

Modi ſuſcitandi. Vbi de Prodigo. fol. eod.
Gradus in egreſſu animæ. fol. eod.

Cap. XI.

Super illud Cap. 8. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit deſerto, &c.*
Delitiæ temporales, ſpirituales, & cæleſtes fol. 371
Potentia temporalis, & ſpiritualis. 372
Scientia, quæ diſplicet, & quæ placet Deo. fol. eod.
Sapientia, quæ deſurſum eſt. fol. eod.
Deliciæ, quæ cæleſtes ſunt. fol. eod.
Aſcenſus B. Virginis quatuor, fol 373
Aſcenſus Virginis primus. fol. eod.
Aſcenſus ſecundus. fol. 374
Aſcenſus tertius. fol. eod.
Aſcenſus quartus. fol. eod.
Gradus charitatis quatuor. fol. 375

Cap. XII.

Super illud Cap. 8. *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, &c.*
Matres tres nobis prædicat Eccleſia. 376
Crucis virtus tria habet. fol. eod.
Arbor iuſtitiæ moralis. fol. eod.
Ligni nomine, crux, iuſtus, Chriſtus. 377

Cap. XIII.

Super illud Cap. 8. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, &c.*
Imago Dilecti tripliciter ſumitur. fol. 377
Signum clauſum, & apertum. fol. 378
Signaculum vbi portatur. fol. eod.
Imago in corde eſt triplex. fol. eod.
Signaculum portatur quadrupliciter. eod.
Forma ſignaculi ab Iſaia propoſita. eod.
Maieſtas Dei tripliciter deprecatur. 379
Animæ nomē, quib. rebus competat. eod.
Animam Chriſti, qui tradiderint. fol. eod.
Paſſio Chriſti, quid nobis attulerit? 380

Cap. XIV.

Super illud Cap. 8. *Quia fortis eſt, vt mors Dilectio, &c.*
Charitas his verbis in quinq. laudatur. 381
Gradus charitatis fortis. fol. eod.
Gradus charitatis duræ. fol. eod.
Charitas ignea quatuor habet. fol. 382
Ignis huius vtilitas. fol. eod.
Charitas inextinguibilis, & immobilis. eod.

Cap. XV.

Super illud Cap. 8. *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus, &c.*
Domus tres, in quibus ſubſtantiæ tres. 383
Cibus qualis in his domibus. fol. eod.

Cap. XVI.

Super illud Cap. 8. *Soror noſtra parua, & vbera non habet, &c.*
Eccleſia à quatuor hic notatur. fol. 384
Notata in ſponſa moraliter expoſita. 385
Profectus in Chriſti alloquutione. fol. eod.
Nuptiæ tres in Euangelio leguntur. eod.
Nuptiæ ad mores expoſitæ. fol. 386

Cap. XVII.

Super illud Cap. 8. *Si murus eſt ædificemus ſuper eum, &c.*
Ciuitates quatuor. Prima Babylonia. 386
Ciuitas ſecunda Iericho. fol. 387
Ciuitas tertia Ieruſalem. fol. eod.
Ciuitas quarta Sion. fol. eod.
Murus animæ qualis. fol. eod.
Oſtium Chriſtus, Prælatus, & ſenſus. 388
Oſtium morale in omnibus. fol. eod.

Cap. XVIII.

Super illud Cap. 8. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris, &c.*
Pax quadrifarie dicitur. fol. 389
Pax de inferno, de mundo, de cælo. eod.
Turris compoſita tribus. fol. 390
Turris moralis expoſitio. fol. 391

Cap. XIX.

Super illud Cap. 8. *Vinea fuit pacifico, in ea, quæ habet populos, &c.*
Profectus Animæ quatuor. fol. 391
Aura peſtilens, & aura pacis, quæ? 392
Rigationis ſpecies, tres ſunt. fol. eod.
Dona ſeptem, fontes ſeptem. fol. eod.
Dona aliter exponuntur. fol eod.
Cuſtodia circumſpectionis quatuor habet. eod
Fructus perceptio de beatitudinibus. 393

Cap. XX.

Super illud Cap. 8. *Vinea mea coram me eſt, mille tui pacifici, & ducenti bis, qui, &c.*
Homo, quomodo coram Deo eſt? fol. 394
Dilectus qualiter homines viſitet. fol. eod.

Dei retributio iuxta modum operantium. fol. eod.

Cap. XXI.

Super illud Cap. 8. *Quæ habitat in hortis, amici auſcultant, &c.*

Sponſæ in hortis, tria proponuntur. 395
Orationis ſpecies tres ſunt. fol. eod.
Exactio, quæ poſt poſtulationem fit. eod.
Orationis puræ conditio. fol. eod.
Poſtulatio quid? fol. 396
Inſinuatio quid? fol. eod.
Fiducia quomodo fit inſinuatio? fol. eod.
Contemptus, quando fit inſinuatio? eod.

Cap. XXII.

Super illud Cap. 8. *Fuga Dilecte mi, & aſſimilare capreæ, &c.*

Dilecti fugæ tres, & tria in qualibet. 397
Fuga Dilecti prima. fol. eod.
Fuga Dilecti ſecunda. fol. eod.
Fuga Dilecti tertia. fol. eod.
Regiones tres, ſimiliter, & montes. eod.
Aromatum varia genera. fol. 398
Aedificia in montibus tribus. fol. 399
Hominem tria de domo eijciunt. fol. 400.
Stillicidium eijciens triplex. fol. 401
Mulier eijciens, etiam triplex. fol. eod.
Ædificij Eccleſiæ qualis fabrica. fol. eod.
Eccleſiæ dedicatio tria habet. fol. eod.
Eccleſiæ conuiuium. fol. eod.
Conuiuium nuptiale triplex. fol. 402
Nuptiæ ſecundæ. Veſtis nuptialis, & Aaron. fol. eod.
Anni imperij Chriſti. fol. 403
Proprietates vini, quales? fol. eod.

L A V S D E O.

INDEX CONCIONATORIVS

Continens omnes inuentiones ad conciones, tùm Quadrageſimales, tùm Annuales concinnatas: quàmplurimis Sanctorum Patrum auctoritatibus refertas, quas Prædicator ingenij acumine ad proprium vſum aſſumere poterit.

Feria 4. Cinerum.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Iohel 2.

VELVT altera mulier Thecuitis, ad Regis Dauidis thronum proſtrata, vt Abſalon exulem reduceret, Hodie omnium conſpectui compatet humana pœnitentia, pallido vultu, capite cineribus conſperſo, viduitatis veſtibus induta, lacrimoſis oculis, corde ſciſſo, ctine diſperſo, pedibuſque nudis. Sub cuius lugubti vexillo, dum errantium multitudo concurrir; protinus oculis noſtris tragicus ipſius pęnitentiæ apparatus occurrit. In quo nil aliud proſpicitur, niſi cineris vas, lachrymarum fons, mortificationis enſis, tubarum ſonus, luctuoſaque proceſſio. Adeo vt in omnium conſpectu, Sacerdotis emittentis vas cineris vox terribilis audiatur, *Memento homo, quia cinis es*: Fons lachrimarum aſpicitur, dũ publice exclamatur, *In fletu & planctu*: Claſſicæ tubæ ſonus auditur, dum vndique reboat; *Canite tuba in Sion*: Enſis mortificationis apparet, dum iubetur, *Scindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra*; ac denique luctuoſa deuotaque proceſſio formatur, dum præcipitur, *Congregate populum coadunate ſenes &c.* ad oſtendendum, quod in diebus pœnitentiæ nihil aliud proſpici debet niſi Cinis, vt ſe peccator humiliet; lachrimæ, vt ſe pænitens abluat, enſis vt peccatum occidatur, tuba vt bellum inferno indicatur; luctuoſa & deuota proceſſio, vt iræ celeſti modus imponatur. Debet præterea pœnitens ſe timentem oſtendere; & ideo cinis illi proponitur; Doloroſũ, & ideo lacrymæ; zeloſum, & ideo enſis, Affectuoſum, & ideo tuba, Deuotum & ideo lugubris proceſſio: quæ omnia; quinque nobis miſteria in pœnitentiæ apparatu proponunt. De primo, quomodo pęnitens debet ſe humiliare, vide lib. 3. cap. 5. §. 198. & ſeq. Vide tres gradus pœnitentium lib. 5. cap. 12. §. 433. 434. & ſeq. De lacrimis, vide lib. 9. cap. 11. §. 893. 894. 895. vbi de perfectione planctus. De tertio vide quomodò peccator ſe ipſum enſe mortificationis debet punire, quia Dei honorem læſum tenetur vindicare. De quarto quomodo pœnitẽia fieri debet cum amore & affectu. Vide de fructibus optimis quos filij Iacob in Aegyptũ portauerunt lib 1. cap. 6. §. 37. Pœnitens etiam debet ire, currere, ambulare & volare, ibidem, §. 38. De quinto, ſe deuotum oſtendere interius, exterius ſe virtutibus ornando, de quo. vide lib. 3. cap. 3. §. 163. Item de planctu, vide de quatuor lacrymis, quæ ſunt quatuor Paradiſi flumina, lib. 1. §. 78

De pœnitentia, multi multa dixerunt, & præcipue Gregorius in paſtorali. *Fit plerumque gratior Deo, amore ardens vita poſt culpam: quàm in ſecuritate torpens innocentia.* Et Bernardus. *Equum indomitum flagella domant, & animam immitem, contrictio ſpiritus, & aſſiduitas lacrymarum: & Idem.*

Greg. in paſto ibus cap. 52

Be.n. in quodam ſerm.

Idem.

Digitized by Google

Quid leuius onere pœnitentiæ, quod non ſolum non onerat, ſed & portat omne quod importandum imponitur? Mirum opus naturæ: vnde groſſeſcit materia, inde ſarcina leuigatur, & quantum creſcit in maſſa, tantum decreſcit in pondere, & Auguſtinus. (*Aug. lib. de pœnit.*) *Pœnitentia languores ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, gratiam conſeruat, claudis greſſum, aridis copiam, cæcis reſtituit viſum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat.* Et idem. *Qui per pœnitentiam peccata diluit, Angelicæ fælicitatis conſors in æternum erit.* (*Idem lib. de Mirab. Sac. Script.*)

Feria quinta Cinerum.

Cum introijſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, &c. Matth. 8.

CHriſtus, eiuſque ſponſa ſancta mater Eccleſia: hodie in huius Romani militis perſona volunt nobis pugnæ ſpiritualis artem, & de inimicis victoriam reportandi modum præbere, contra aduerſarios tàm ſpirituales quàm corporales. Contra dæmones ſcilicet, cum quibus *eſt nobis colluctatio*, docet nos pugnare humilitate, Centurionis exemplo, qui ſe Chriſto humilians, dicit *Domine non ſum dignus, &c.* Contra corporales (homines videlicet, nos offendentes) docet pugnare charitate, quia *charitas omnia ſuffert, omnia vincit.* Sicut Centurio, qui charitatem & pietatem erga homines inimicos oſtendit, Synagogã, ædificans proprijs ſumptibus, Iudæis ſuæ legis inimicis. *Diligit enim gẽtẽ noſtrã, & Sdnagogam ipſe nobis ædificauit*, Inquiunt ſeniores Iudæorum Chriſto. Cõtra mundum etiam nos pugnare docet, ipſius pompis & vanitatibus renunciando, & (ſicut Centurio) ad Chriſtum accedendo. *Tunc acceſſit ad eum Centurio.* Armemus nos igitur humilitate *contra ſpiritualia nequitia in celeſtibus*, & charitate contra nos lædentes: quia ſic ad Chriſtum accedemus, vt breuiter videbimus. De primo vide quomodo humilitas eſt velut nardus, quæ vſque ad accubitum ſummi Regis ſuum euaporat odorem. lib. 2. cap. 10. per totum; vbi de tribus gradibus humilitatis. §. 126. De charitate, vide quomodo amor ſiue charitas debet habere proprietates ignis. lib. 1. §. 28. & de modo diligendi Deum & proximũ. Vide §. 30. 31. 32. & 33. Quomodo tunc accedimus ad Deum, quando nos recognoſcimus. Vide de tribus modis quibus nos recognoſcere debemus, lib. 2. c. 5. §. 103. & quomodo debemus ad Deum accedere, & de incõmodis quæ recedentibus à Deo accidunt ibi. §. 105. De humilitate. Ambroſius ait. *Nihil eſt excelſius humilitate, quæ quaſi ſemper ſuperior neſcit extolli; quia nemo id affectat, quod intra ſe iudicat.* (*Ambr. ſuper Luc. 7.*) Et Auguſtinus ſuper Ioannem. (*Auguſt. ſuper Ioann.*) *Excelſa eſt patria, humilis eſt via; ergo qui quærit patriam, quid recuſat viam?* Et Gregorius *Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat.* (*Greg. Hom. 6*) Et Caſſiodorus ſuper Pſalmos. (*Caſſiod. ſuper Pſal.*) *Erubeſcant elati, vbi credunt locum habere ſuperbiam, cum Cælum & terram videant ab humilitate occupatam.* De Charitate. Gregorius: (*Greg. in Paſtor.*) *Tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit, cum ad ima proximorum ſe miſericorditer attrahit, & quæ benignè deſcendit ad infima, valenter incurrit ad ſumma*, & Aug. (*Aug. de Doctr. Chriſt.*) *Sola Charitas vincit omnia, & ſinè Charitate nihil valent omnia, quæ vbicumque fuerit trahit ad ſe omnia.* Et Bernardus. *O bona mater Charitas, quæ ſiue foueat infirmos, ſiue exerceat prouectos, ſiuè arguat inquietos, diuerſis diuerſa exibens, ſicut filios diligit vniuerſos.* (*Manſio Bernardus.*)

Feria ſexta Cinerum.

Audiſtis quia dictum eſt Antiquis, &c. Matth. 5.

VElut alter Moyſes de monte, deſcendens, & *In dextra eius ignea lex*; hodie Chriſtus de monte Euangelij deſcendens, igneam legem de inimico dili-

Digitized by Google

Hieron. ſuper Iſa. 7. & Ierem. 16.
Aug. 1. de ſerm. Dom. in Mont.
Greg. hom. 9. ſuper Ezech.
Orig. in diuer. hom. 5. & ſuper Matt. hō.
Ciril. 3. ſup. Io 3.
Rup. ſup. Zach. 6. & ſupra Abd.

diligendo in dextera, ſorens apparet (vt communiter ſentiunt Hieron. ſuper Iſa. 7. & Ierem. 16. Aug. de Serm. Dom. in mon. Greg. hom. 9. ſuper Ezech. Orig. in diuer. hom. 5. & ſuper Matth. hom. 29. Ciril. 3. ſuper Ioan. 3. Rup. ſuper Zach. 6. & ſuper Abd.) eamque concionatoribus tradit, traſportandam hominibus, atque exponendam, vt illi ſpirituali igne, verè ſanctèque igniti reddantur. *Ego autem dico vobis.* En legiſlator, *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate per perſequentibus, & calumniantibus vos.* En ignea lex, *Vt ſitis filij patris veſtri.* En effectus igneæ legis. De Chriſto legiſlatore & eius dignitate, vide lib. 1. cap. 5. §. 25. in quo attende quatuor, videlicet, Dominum, Ducem, Ignem, & Legiſlatorem & §. 26. & 27. vbi de Duce & eius officio. De Lege, vide quod triplex eſt lex. §. 29. Amor noſter erga inimicos, debet eſſe ſuauis in tribus, ſicut eſt amor Dei erga nos. §. 171. Amor noſter debet eſſe fortis & ſapiens vide. §. 168. 170. & 172. Vt poſſimus diligere inimicos omnes, oportet tres inimicos occidere. §. 646. De inimico diligendo; vide quàm plurima In Indice rerum notabilium. De iniuriis remittendis multi multa ſcripſere. Tullius, *Turpè eſt, maxime homini virtuoſo refricare iniurias, & odiorum ſopitas cineres denuo ſuſcitare.* Et Seneca, *Iniuria inulta ſi irrogata, eius infamia eſt, qui fecit.* Et idem *Sumere vindictam ex inimico ſi te inimicum ſenſerit, perdidiſti.* Et Gregorius. *Virtus eſt corā hominibus tolerare inimicos; ſed virtus coram Deo diligere.* Et Cicero, de eo qui inimicis parcit. *Hunc ego, non modo cum hominibus viuis comparo, ſed ſimillimum Deo iudico.* Et Gregorius. *Per amorem Dei, amor proximi gignitur; & per amorem proximi amor Dei nutritur.* Et idem. *Tunc in Dei dilectione proficimus plenius quā in eiuſdem dilectionis gremio prius proximi charitate lactamur.*

Tullius de Amicitia.
Senec. in prouerb. phi.
Greg. in paſtorali.
Cic. pro Marc. Marcello.
Greg in Euāg idem.

Sabbato poſt Cineres.

Cum ſero eſſet factum, erat nauis in medio Mari, &c. Marc. 6.

Hieron. ſuper Ezech. 6.
Beda tom. 5. ſuper Mar. 6. cap. 28.
Aug. tract. 3. in Ioan.
Orig. ſuper 14 Matt.
Hieron. tom. 9 ſuper Marc.

NAuem hodiernam, Eccleſiam ſanctam ſignificare, clariſſime ex ſanctis Patribus colligitur. Nam licet Hieronimus ſuper Ezechielem, prædictam Nauim, hominem iuſtum ſignificare aſſerat, Beda pro corde Iuſti accipiat, Auguſtinus pro prædicatione Euangelica intelligat, Origenes pro corpore Chriſti interpretetur. Attamen Hieron. ſuper Marcum 4. pro principio Eccleſiæ ſumit, & idem Hieron. tom. 9. ſuper Marc. 6. pro ipſa Eccleſia poſitam putat, cuius hodiè quatuor Miſteria recenſet Euangeliſta, ſcilicet Antiquitatem, Formationem, Preſſuram, & Auxilium. *Erat.* Ecce antiquitas. *Nauis.* Ecce formatio. *In medio Mari, & ventus contrarius.* Ecce Preſſura. *Venit Ieſus ad eos.* Ecce auxilium. De antiquitate, vide. *Nigra ſum ſed formoſa* lib. 1. cap. 10. per totum; De formatione, Vide cur ſit, *Sicut tabernacula Cadar, ſicut pelles Salomonis.* lib. 1. cap. 11. per totum. De preſſura, & vento contrario. Vide. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* lib. 2. cap. 1. per totum. De auxilio; *Vide. Vox dilecti mei*, lib. 4. cap. 5. Vbi etiam triplex vox dilecti. §. 255.

Item, de Conceptióne Virginis altera inuentio.

QVamquam ipſa Virgo Maria, ob plenitudinem gratiæ ab aliquibus Mare dicatur, attamen tota eius Vita nauis dici poteſt, inter varios fluctus tribulationis agitata; ſed quod de tota Virgine non repugnat, liceat mihi dicere de vno eius Miſterio, & ſic hodiernam nauem, feſtiuitatis conceptionis ipſius figuram eſſe aſſerā. In qua naui, tria nobis conſideranda proſpicio: Sitū, Impugnationē, Celeſte auxiliū; *erat nauis in medio Mari,*

Ecce

Digitized by Google

Ecce Situs. *Et ventus contrarius*. Ecce Impugnatio. *Venit ad eos Ieſus*. Ecce auxilium.

Maria ergo, vt concepta, fuit veluti in metaphorico ſitu, in medio Mari diuinæ mentis, cum alijs obiectis, quæ poſt diuinarum perſonarum productionem, eſſe vtrumque, & intellectum, & volitum, à diuino intellectu & voluntate acceperunt. Deum enim, per mare intelligit Eccleſiaſtes cap. 1. *Ad Mare vnde exeunt flumina reuertuntur, &c.* *Eccleſ. 1.*

Fuit etiam in medio Mari mentis Angelorum, qui mare dicuntur à Ioanne in Apoc. *Mare Vitreum ſimile Chriſtallo*. Cum enim Angeli, cognitionem infuſam omnium rerum acceperũt: tunc præſertim formationis nauis Mariæ, ac eiuſdem à peccato originali liberationis notitiam habuerunt. Vnde hoc intelligens Eccleſia, læta exclamat Mariam alloquens. *Vbi eras ô Maria cum te laudarent aſtra matutina?* quod ſcilicet à peccato originali immunis eſſe debebas; *Et iubilarent omnes filij Dei*; Angeli videlicet. *Apoc. 4.* *Eccleſiæ ex Iob 38.*

Fuit etiam in medio Mari ſacræ Scripturæ, quæ per Mare intelligitur; *Et dominabitur à Mari vſque ad Mare, &c.* Multis enim figuris, multis authoritatibus, multis Scripturæ locis, Mariam ſine peccato originali conceptam fuiſſe probat Scotus. *Pſal. 71.*

Ventus contrarius videtur mundo, eius ſancta controuerſia, quæ propter nihil aliud in Eccleſia Catholica orta eſt quam vt ipſius Virginis priuilegia, & virtutes clarius apparerent. *Scotus 3. ſent. diſt. 3. qu. 1.*

Auxilium denique erga Virginem tunc patuit, quando venit ad eam Deus benedictus circa quartam vigiliam noctis. Prima enim vigilia fuit ſeminum commiſtio, Secunda, corporis organizatio; Tertia, animæ infuſio. Et quarta, gratiæ collatio, in illo inſtanti in quo (de lege communi) ſub peccato eſſe debebat, & tunc, in hac ſcilicet quarta vigilia, præſeruata fuit.

Et quamquam *difficilius ſit loqui de Maria matre Dei, quam de Deo filio eius* (vt inquit Baſilius in quodam tractatu de excellentijs Mariæ) attamen omiſſis omnibus quæ ad propoſitum confirmandum adducere poſſem, me ex induſtria ad hanc nauis metaphoram & ſymbolum reſtringens, cum Euangeliſta tantum dicam, quod *Erat nauis in medio Mari*. Quod, *Erat ei ventus contrarius*: Quod tandem *Venit ad eam Ieſus*. *Erat in medio mari*, ſcilicet in mente diuina, quando Pater in ſacratiſſimę Triadis cõclaui, cum diuinis perſonis, de ornamento Virgini tribuendo, antequam in mundum veniret pertractans, ſic loquebatur. *Quid faciemus ſorori noſtræ?* De quo vide quomodo virgo Maria aſcendit de deſerto inculto, ſanctorum patrum delicijs affluens, lib. 6. cap. 2. §. 454. & 455. De vento contrario, vide tribulationes & conſpirationes Iudæorum quas paſſa fuit cum filio, fugiendo in Aegyptũ: De cuius fuga. vide lib. 10. c. 21. §. 1013. De auxilio, cum venit ad eam Ieſus. vel quando carnem in eius vtero aſſumpſit, vel quando eam reuocauit ad ſidera, de quo vide quatuor Virginis aſcenſus lib. 10 cap. 10. §. 951. & ſeq. *S. Baſilius.*

Dominica Prima Quadrageſimæ.

Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, &c. Matth. 4.

SVb varijs Symbolis, velaminibus & ſimilitudinibus Chriſtus in ſacra Scriptura promiſſus fuit, ſcilicet, Ducis, Paſtoris, Agni, Leonis, Petræ &c. ſed ſub nomine Virgæ ſicut pluries appellatur, ſic decentius hodie nuncupandus mihi videtur. Quia tres conditiones, quę ad virgam ſpectant apertiſſimè continet, Scilicet, Directionem; Defenſionem; & Regimen. Virga enim (ſicut in paſtoribus patet) dirigit. Ait enim Micheas. *Paſce populum tuum in virga tua*. Defendit & percutit aduerſarium. Vnde Num. 2. *Conſurget virga de Iſrael & percutiet duces Moab.* Regit tandem & principatum oſtendit. Vnde, *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Syon, dominare in medio inimicorum tuorum*. Vt ergo virga dirigit, direxit ſe ſapientiſſime Chriſtus in deſertum per Spiritum ſanctũ, quo plenus erat; Ait enim Euangeliſta. *Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu*. Vt defendat, & percutiat aduerſarium: de- *Num. 2. Mich. 5.* *Pſal. 109.*

fen-

Digitized by Google

ſendit ſuam humanitatem à tentationibus diaboli, & percuſſit illum verbo Dei. *Scriptum eſt &c.* Vt tandem regit, ac principatum exercet, dęmonem adorare recuſauit, illum à ſe expulit, & de eo victoriam reportauit, *Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies.* De virgæ potentia, qua direxit ſe in deſertum, Vide quomodo hic mundus eſt deſertum. lib. 6. cap. 2. De quatuor deſertis ibid. §. 451. Quomodo in deſerto huiuſmodi occurrunt tria genera ſerpentum. §. 452. Quomodo virga ſuæ omnipotentiæ defendit ſuam humanitatem ab omnibus his. Vide ibi. Triplex virga §. 33. Quomodo tribus verbis diabolo aduerſamur lib. 9. cap. 7. §. 528. Quomodo Spiritus ſancti flatus tria in nobis operatur. contra tres proprietates ſcorpij. ibid. §. 529. Spiritus ſanctus, à quo Chriſtus ducebatur, dicitur Auſter, ſpiritus malus dicitur Aquilo. Vide, *Surge Aquilo veni auſter* li. 7. c. 9. Spiritus ſanctus à quo Chriſtus ducebatur, in omnibus de ſpiritu tentante reportauit victoriam. Vide quo ordine veniat ſpiritus. ibid. §. 545. Vide de virtute Spiritus ſancti. §. 539. & 540. De ſpiritu malo. §. 542. Quomodo ſpiritus nequam obturat os; & aures hominis. §. 543. Et tres ſpecies tentationis, lib. 7. §. 584. & ſeq.

Feria ſecunda Dominicæ primæ.

Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, &c. Matth. 25.

Iſai. 9

Mvnificentiſſima ac benigniſſima manus Chriſti, in ſuo primo cum noſtra carne mortali aduentu apparuit, ſicut à Propheta dictum fuit. *Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis*, Mirum quidē, quod pro peccatis duplicia præmia, humanum genus de manu incarnati Verbi reciperet; At in Iudicio finali, ita manus eius graues apparebunt; vt manus illas Moyſis repræſentare mihi videantur; qui vt pugnaturum populum Dei contra Amalec adiuuaret, ſupra verticem collis aſcendit; ibiq; manus ad Deum extendenſeum ex intimo cordis affectu, vt populum ſuum, ne dum de manibus inimicorum eriperet, ſed victoriam ei concedere dignaretur, exorabat. Mirabile dictu: *Cum eleuaret Moyſes manus vincebat Iſrael; ſin autem paululum remiſiſſet ſuperabat Amalec, Moyſis vero manus, adeo graues erant, vt illas in altum erectas diu ſuſtinere non poſſet.* Vnde neceſſe fuit, vt Aaron & Vr eas ſuſtentarent ex vtraque parte. Moyſes optimo iure Chriſtus dici poteſt; nam vt ille fuit filius mulieris Hebreæ, & adoptatus à filia Pharaonis; ita ipſe fuit filius Synagogæ aſſumptus ab Eccleſia; Qui etiam (vti ille) euaſit à cæde infantium, & occidit Aegyptum, id eſt diabolum; & appellatur, vt Moyſes, aſſumptus de aquis, quia aquæ peccatorum illum nunquā tetigerunt. Baſil. de Spiritu ſancto, Gregorius Niſenus de vita Moyſi. Tertullianus contra Marc. Cirillus 1. de Trinitate, Auguſtinus contra Fauſtum. Beda ſuper Exodum. Bernardus ſuper Cantica. Gregorius ſuper primo Regum. Quem miſticum Moyſem *Aduocatum nunc habemus apud patrem, eſtque propitiatio pro peccatis noſtris.* Cuius manus tamen punientes adeo graues ſunt, vt Iob qui tantum manum vnam expertus fuit, ſtatim clamauerit. *Manus Domini tetigit me.* Has manus nunc (ne maximo impetu ſuper peccatores cadant, eoſque conterant) ſubſtentant Aaron & Vr, ideſt miſericordia diuina; & ſpatium pœnitentiæ peccatoribus conceſſum. Hæc duo Chriſti manus ſuſtentantia, tunc ablata erunt, quia miſericordia vertetur in furorem, & hominibus pœnitentiæ ſpatium adimetur, & tunc ſuper peccatores tanto pondere & fragore cadent, quod ab illis penitus conterentur. Sicut per Iſaiam prædictum fuit. *Ecce dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus & ira furoriſque, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos.* Hæc omnia, quæ Spiritus ſanctus, in veteri ſcriptura, ſub vmbra clauſit, aperte Chriſtus in hodierno Euangelio declarat dicens, *Cum venerit filius hominis, &c.* Circa quem aduentum licet multa conſiderari poſſint, omnia tamen ad hæc reducuntur; id eſt An veniet & graues eius

Baſil. de Spiritu ſancto 14

Greg. Niſ. de Vita Moyſi.
Tertull. contra Marc.
Cyrill. 1. de Trinit.
Aug. 22. contra Fauſtum. 90. & lam. 86.
Beda ſuper Exod. 2.
Bernard. ſer. 1 octau. Paſch. ſuper cant. ſer 86.
Greg. ſuper 1. Reg. 7.
Iob. 19.

Iſai. 12.

I N D E X

eius Manus ſuper peccatores cadent? Quādo veniet & quomodo veniet. De primo an veniat, probatur à ſpōſa, dum dicit. *Reuertere dilecte mi.* Vbi vide triplicem Christi aduentum lib. 5. cap. 6 §. 398. De grauitate manus eius, Vide. *Dilectus meus miſit manum ſuam per fo ramen,* Quomodo manus Dei mittitur ad tria, lib. 8, cap. 1. §. 189. & 190. & ſequen. De tertio, Quando veniet, & quomodo veniet; Vide de triplici aduētu Chriſti lib. 4. cap. 6. vbi de triplici Iudicio §. 262. & ſeq. per totum.

Feria tertia Dominicæ primæ.

Cùm intraſſet Ieſus Hieroſolymā, commota eſt vniuerſa Ciuitas, dicens quis eſt hic? &c. Matth. 21.

IN ſex Ciuitates Deum ingreſſum fuiſſe, eiſque admirationem & commotionem gignisse, mox patebit; Sed pro ſtabiliori inuentionis fundamento, animaduertendum eſt quamlibet bonam Ciuitatem quinque conditiones in ſè amplecti debere. Primam, quod bono in ſitu locata ſit; Secundam, quod in bona aeris temperie, Tertiam, quod fertilis. Quartam, quod fortis. Quintam quod bonis legibus regatur. Prima Ciuitas ad quam Chriſtus ingreſſus fuit, eſt Paradiſus cæleſtis; Secunda, natura Angelica. Tertia Paradiſus terreſtris. Quarta, mundus. Quinta, vterus Virginis. Sexta, Hieroſolyma hodierna. Et omnes iſtæ Ciuitates ad eius ingreſſum commotæ, & admiratæ ſunt.

Ingrediente Domino in primam cæleſtem Ciuitatem, quæ has omnes habet conditiones. Eſt enim ſurſum. *Surſum eſt Dominus*, ait Auguſtinus. In ea, perſonæ diuinæ, beatificæ gloriæ ſaluberrimo aere perfruuntur. Abundans; *Bonorum noſtrorum non indiget.* Fortis: *Sapiens & fortis robore, quis reſiſtet ei, & pacem habuit?* — *Aug. & habetur de conſ. diſt. 2. Letoſ* — *Pſal. 15.* — *Iob 9.*

Ac tandem optimis legibus gubernata, vt ſcilicet Pater ingenitus ſit, non generatus, nec ſpiratus; Filius generatus, ac ſpirans, ſed nō ingenitus aut ſpiratus; & Spiritus ſanctus, nec ingenitus nec generans, nec ſpirans, ſed ſolū ſpiratus. Commota eſt iſta Ciuitas, non in ſe ipſa & quantum ad ſe, cùm immobilis ſit, ſed commota, dum tractu tēporis, in Gymnaſijs circa indiuiduā Trinitatem motæ ſunt quæſtiones, & præcipuè circa Verbi perſonam. Deinque filium, dicendo: *Quis eſt hic?* Quam interrogationem etiam reſponſum ſequutum eſt, ſecundum varia principia doctrinarū, & varias theologicas ſcholas. — *Matth. 21.*

Ingrediente eodē Domino ſecundā Ciuitatem (Angelicæ ſcilicet naturæ) quæ Ciuitas eſt cum his omnibus præfactis conditionibus: Eſt enim ſurſum, cum omnium creaturarum eminentiſſima ſit: *Duo enim fecit Deus* (inquit Aug.) *vnum prope ſe, aliud prope nihil.* Propè ſe Angelos, quos nomine cæli intelligit. Propè nihil, materiam primam. Bona aeris temperie perfruitur. *Vident enim ſemper Angeli faciem Patris, qui in Cælis eſt.* Abundans eſt: *Et abundantia in turribus tuis.* Per turres enim Angelos ſignificari docet Lyranus hic. Fortis eſt, cùm ſtrenuiſſimi milites ſint, iuſſa Dei implentes, diuino ſemper conſpectui aſſiſtentes. *Millia millium miniſtrabant ei &c.* — *Aug. conf. 12 cap. 7.* — *Matth. 18.* — *Pſal. 121.* — *Lyranus ſuper Pſal. ibid.*

Ac tandem, optimis gubernata legibus, vt eorum aliqui loquentes ſint, aliqui audientes, aliqui illuminantes, aliqui illuminati. Commota eſt Ciuitas, cùm Diuini Verbi abſtractiuam cognitionem, tùm boni Angeli, tùm mali receperunt: illius magnitudinem ac perfectionem infinitam demirantes, & dicentes. *Quis eſt hic?* qui noſtri intellectus acumen traſcendit, & intellectiuam noſtram facultatem ſuperat? qui vti Pater perfectus eſt, in ſubſtantia æqualis, & in omni diuina perfectione ei ſimilis. Et reſponſum acceperunt à Patre: *Hoc eſt verbum cordis mei. Eructauit cor meum verbum bonum.* Reſponſum acceperunt à filio. *Ego ſapientia ex ore altiſſimi prodiui primogenita ante omnem Creaturam.* Reſponſum tandem acceperunt à Spiritu ſancto: *Ipſe eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.* — *Dan. 7* — *Matth. 12.* — *Pſal. 44.* — *Eccli. 24.* — *Heb. 1.* — [illegible]

In-

Ingrediente eodem Domino in
tertiam Ciuitatem Terreſtris Paradiſi
prædicta Ciuitas iiſdem eſt ditata
conditionibus; Eſt enim tam optimo
ſitu (licet non eadem ratione) vt ſui
Beda Alb. Mag. Mag. altitudine vſque ad Lunæ ſphæram per-
tingat, vt opinati ſunt Beda, Albertus
Magnus, ac ſententiarum *Magiſter*:
Neque id propter ea quia iſta ciuitas
ſeu Paradiſus ſub Æquinoctiali ſitus
D. Thomas. Durand. D. Bonau. ſit, vt videtur tenere *D.* Thomas 2. ſēt
diſt. 17. q. 3. art. 2. Durand. q. 3. eiuſdē
diſt. & D. Bonau. ſuper littera Magi-
ſtri; ſed in optimo ſitu (vt inquit *Do-*
Scotus. Iſidorus Damaſc. Lact. Firm. ctor Subtilis, eadem diſt. qu. 2. Iſid.
24. Ethim. cap. 13. Damaſcenus, lib. 2.
cap. 11. & Lactantius Firmianus 2.
Diuin. inſtit.) quia ſituatus eſt in O-
riente, in climate temperatiſſimo, ſci-
Septuag. Interpr. licet in quarto; Legitur enim ſecun-
dum Septuaginta. *Eiecit Deus Adam
de paradiſo, & ſtare fecit ante paradi-
ſum.* In quarto ſcilicet climate, cum
loca ab Adam inhabitata, poſt eie-
ctionē eius è paradiſo, in quarto cli-
mate eſſe deprehendantur. Eſt præte-
rea ſecūda conditione conſtans; nam
à Deo benedicto primus hominum,
perfectiſſimus hominum, in loco op-
timo & perfectiſſimo collocatus fuit,
Iſidorus. in quo (vt inquit Iſidorus lib. 15. c. 5.
non ſunt nebulæ, neque frigus, neque
æſtus, ſed perpetua aeris temperies.
Tertia etiam conditione fulcitur, cū
Auguſt. (ſecundum Auguſt. lib. 13. de Ciuit.
c. 20.) tria lignorum genera in para-
diſo fuerint. Arbor vitæ, arbor ſcien-
tiæ boni & mali, & reliquum pomife-
rum genus lignorum *Paradiſi.*

Habuit & fortitudinis conditionē
cùm fortiſſimus ſit ille, qui non vin-
citur niſi volens, vt fuit *Adam* in pa-
radiſo exiſtens, & eū defendens. Fuit
tandem hæc Ciuitas optimis guber-
Gen. 2. nata legibus *Ex omni ligno comede-
tis*. Poſt peccatum verò Adæ, *poſt
deambulationem Dei ad auram* com-
mota eſt vniuerſa Ciuitas, dicēs: *Quis
Gen. 2. Matth. 21. eſt hic?* Quia ſtatim audita fuit vox
minax dicens: *Adam, Adam vbi es, Sa-
ſtea, proiecit eum de paradiſo.*

Ingreſſo rurſus Domino, *Mundi*
Ciuitatem, *Vt medelam ferret inde
Hymn. Eccleſia. hoſtis vnde læſerat*; quæ in malo ſitu
Prou. 25. eſt. *Lacrymarum vallis*. peſtifero
Ierem. 1. circū lata aere. *Ventus ab Aquilone.*
Pſal. 30. *Ab Aquilone pandetur omne malum.*
Prou. 30. Omnium rerum penuria laborans.
Sap. 2. *Infirmata eſt in paupertate virtus
mea.* Omni fortitudine deſtituta. *Le-
puſculus plebs inualida*. Minimè
gubernata legibus. *Vtamur creaturis
tanquam in iuuentute celeriter &c.*
Cōmota eſt vniuerſa hæc Ciuitas, ſi-
cut fuerat prophetatum. *Adhuc vnū* Aggæi. 2.
modicum, & cōmouebo cœlum, & ter- Matth. 21.
ram. Et interrogatum fuit. *Quis eſt* Marc. 4.
hic? quis eſt hic, qui a venti & mari Luc. 8.
obediunt ei? Quis eſt hic qui etiam Matth. 3.
peccata dimittit? &c. & reſponſum
fuit. *Deſideratus cunctis gentibus.*

In ipſo etiam introitu mundi, Do-
minus pulcherrimam B. *V*irginis in-
greſſus eſt Ciuitatem, optimis condi-
tionibus refertam. Hæc Ciuitas in
optimo ſitu eſt. *Fundamenta eius in* Pſal. 86.
montibus ſanctis. Optimo aere gau- Luc. 1.
dens. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in* Cant. 4.
te. Abundans. *Gratia plena*. Fortis.
*Mille clypei pendent ex ea, omnis ar-
matura fortiū*. Ac tandem optimis
gubernata legibus: vt eſſet Mater &
Virgo; neſcia viri, & fœcunda. *Ad* cu-
ius Ciuitatis ingreſſum commota
eſt. *Turbata eſt in ſermone eius &c.* Luc. 1.
Et dixit: *Quis eſt hic*, qui vteri mei Ex Leon.
anguſtias non abhorret, & viliſſimam Pap. ſer. 1.
ancillam non dedignatur? Et audi- & 2. de
uit. *Filius Altiſſimi, Mundi Salua-* Nat. Dom.
*tor, Chriſtus Ieſus, in ſe reconci-
lians ima ſummis.*

Tandem hanc Ciuitatem, de qua
hodie nobis ſermo, ingreſſus eſt Do-
minus, quæ in bono ſitu eſt, cum in
colle ſituata exiſtat; Salubri aere
gaudet ex cæli benignitate, ſecundū
Coſmographos; Abundans autem ſic
fuit, vt propterea. *Promiſſionis terra* Exod. 13.
appellata ſit. Fortis, cum ex vna parte 33. & ali-
Mōtem *Sion* haberet, & terram Iebu- bi ſæpe.
ſæorum, & ex alia *Montem Moria*,
vbi ædificatum fuit fortiſſimū Tem-
plum, ac tandem Moſaica gubernata
lege; omnium ante Euangelium præ-
ſtantiſſima, & à qua omnes Legiſlato-
res, omnes Sapientes præcepta & do-
ctrinam mutuarunt. Hanc Ciuitatē
ingreſſo Domino, cómota eſt vniuer-
ſa, dicens: *Quis eſt hic?* Et reſponſum
accepit à populis. *Hic eſt Ieſu pro-
pheta à Nazareth*. De primo, vide
quomodo Hieruſalem nunc trium-
phantem, nunc militantem Eccleſiam
ſignat. Vide de tribus Ciuitatib. lib. 8
c 5. §. 612. Quæ cū ędificata exiſtat
ſuper Mōtes Myrrhæ & colles thuris
& Libani, gaudet auræ ſalubritate.
Vide, quid per montes Myrrhę & col
les Libani vel thuris, innuatur li. 7. c. 1
Vide, *Triplex Myrrha*, §. 108. & *Tri-*

plex collis Eccleſiæ, ibid. §. 54. Eſt abundans Dei allocutione, vide §. 502. & 507. Eſt fertilis, fide, ſpe, et charitate, §. 506. Eſt fortis, quia venit de Libano. *V*ide §. 508. Eſt fortis quia habet montem et campum. §. 509. Optimis eſt gubernata legibus, quibus expolitur. §. 505. quibus candidatur, §. 411. Triumphat de tribus diaboli capitibus *V*ide §. 513 Vel dic quod Hieruſalem, eſt anima noſtra, quam cum Chriſtus ingreditur, tota commouetur; cui applica omnia vt ſupra.

Feria Quarta Dominicæ primæ.

Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ & Phariſæi dicentes: Magiſter volumus à te ſignum videre, &c. Matth. 1,

ADſunt hodie Scribæ & Phariſæi, ſcite cupientes, An Chriſtus verus eſt *Meſſias*, atq. ad hanc veritatẽ probandam ſigna petentes. Eis non tantum vnum (vt Chriſti *Meſſiatum* intelligere poſſent) ſed tria dat ſigna hoc manifeſte cõprobantia: Signum ſcilicet Reginæ Sabæ, Salomonis, & Ionæ; Et hæc maxima cum ſapientia, Cum enim omnia ſigna in vniuerſũ, aut rememoratiua ſint, aut dẽmõſtratiua, aut prognoſtica, pro rememoratiuis dat ſignum Reginæ Sabæ; nam rememoratur veniſſe illam. *D finibus terræ audire ſapientiam Salomonis.* Pro demonſtratiuis dat ſignum Salomonis. *Ecce plus quam Salomon hic.* *Hic*, enim eſt nota demonſtrationis, vt patet. Pro prognoſticis tandem (prognoſticis inquam ſuæ mortis & reſurrectionis) ſignum Ionę concedit, inquiens. *Sicut fuit Ionas tribus diebus, & tribus noctibus in ventre Ceti, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Quę exempla adducens, ac ſigna hæc tria in medium aſſerens Verbum incarnatum, ex hiſtoria Reginæ Sabæ, Salomonis & Ionę, ac ſingularibus eorum actionibus in Scriptura narratis, probat intentum de veritate *Meſſiatus*, & ſuorũ miraculorũ. De veritate *Meſſiatus* Chriſti certiores hodie *Phariſæi* fieri cupiẽtes, debebant nõ amplius vnum ſignũ petere, ſed tria in eo ſigna cõſiderare quæ Deum indicabant *V*ide, *T*riplex ſignum, lib. 7. c. 10. §. 554. Quomodo etiam debebant tria ſigna quæ Iſaias prædixit futura in eius natiuitate perpendere. Vide lib. 4. cap. 8. §. 293 Quomodo hæc tria ſigna correſpondebant tripli ortui, qui fuit triplex, ad tollendum triplex incõmodum, & adimplẽdum triplicem promiſſionẽ. Vide ibid. §. 290. 291. & 292. Quomodo in honorẽ triplicis eius ortus cantantur tres *Miſſæ*. Quomodo in eius ortu fuit naturæ variatio, ibid. §. 295. Quod hæc ſigna quę debebant illis, ſufficere adducit ad illorũ cõfuſionem, Reginam auſtri, quę ſolũ fama Salomonis audita, ad eũ properauit, & Ionam, ad cuius prędicationẽ Niniuitæ pœnitentiam egerunt; Sed nolentes tria ſupradicta ſigna intelligere, quęrebant nõ ſignum in bono bonum, ſed ſignum in malo malum: Pro quo vide, ſignorum genera quatuor lib. 4. cap. 14. §. 340.

Feria Quinta Dominicæ primæ.

Egreſſus Ieſus receſsit in partes Tirij & Sidonis &c. Matth. 15.

IN ſuo hiſtoriæ propheticę exordio, *V*it ille deſideriorum, dum eſſet in medio captiuorum, iuxta fluuium Cobar, poſt venrũ turbinis venientis ab *Aquilone*, & nubem magnã ignem inuoluentem, & ſplendorem in circuitu eius, & ſpeciem electri, & quatuor animalia, aſpexit Rotam vnam

vnam ſuper terram, quatuor facies habentem; Vnde ait. *Apparuit rota vna ſuper terram, iuxta animalia, habens quatuor facies*. Quam viſionem Sancti Patres exponentes, varias de Rota iſta afferunt allegorias. Aliqui enim, (vt Greg. Homil. 6. ſuper Ezechielem; Hieronym. de veſte ſacerdotali, ſuper primum Ezech. & ſuper Pſalm. 76 & ſuper eundem Pſalm. Auguſtin. & Arnold. nec non Ambroſ. 3. de Spiritu ſancto. 22.) pro Sacra ſcriptura, & ſingularius pro Euangelio interpretantur. Aliqui (vt Baſilius ſuper Pſalm. 28. Homil. 1. Hieron. ſuper Ezech. 16. & Gregor. ſuper eundem Homil. 5.) pro iuſtis, & prædicatoribus perfectis accipiunt. Aliqui (vt idem Hieronym. ſuper primo & 41. Ezech.) pro compoſitis ex quatuor elementis; Et quàm plurimi aliter. Nos autem (Hieronymo vbi ſupra & Gregorio 16. Moral. 30. innitentes) dicemus hanc Rotam eſſe mulierem Chananæam, quæ apparet iuxta animalia (Chriſtum ſcilicet Leonem ex tribu Iuda, & Apoſtolos, qui ſunt animalia plena oculis ante & retro) Et habet quatuor facies, quarum vna reſpicit Chriſtum. *Miſerere mei fili Dauid*. Alia filiam ſuam. *Filia mea male à Dæmonio vexatur*. Tertia Apoſtolos. *Dimitte eam, quia clamat poſt nos*. Quarta Hebræos, *Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt ſub menſa dominorum ſuorum*. Per rotam verò ſignificari homines, docent Hieronym. ſuper Ezech. & Ambroſ. de Virgin. 3. & 2. & de Abraham 8. Specialiter verò homines peccatores, tradunt ijdem Hieron. & Gregor. vbi ſupra.

Gregor. Hieron. Auguſtin. Arnoldus, Ambroſius. Baſilius.

Hieronim. Gregorius.

Hieron. Ambroſ. Gregor.

Ideo de hac Rota peccatrice Chananæa & quatuor eius faciebus pertractabimus.

De prima facie qua Chananæa Chriſtum aſpicit, orando, *Miſerere mei fili Dauid*. Vide quomodo in oratione quinque debemus habere. lib. 5. cap. 2 §. 372. Quomodo Chananæa habuit apud Chriſtum tres ſpecies Orationis, lib. 10. cap. 20. §. 1005. Vide quomodo apud Deum eſt opportunum quod apud homines eſt importunum. §. 1006 De pura oratione ibid. per totum. Secunda facie Chananæa reſpicit filiam. Vide de ordine Charitatis (quæ prius debet reſpicere Deum & poſtea parentes. lib. 4. cap. 1. §. 224. Quomodo tria poſſunt amari, §. 222. & ſeq. Tertia facies reſpicit Apoſtolos; quia in oratione, quando à Deo non exaudimur, debemus pro interceſſione ad Sanctos recurrere, & vſque ad ſeptimam vicem in oratione perſeuerare, ſicut Elias pro pluuiæ impetratione. Vide lib. 9. cap. 20. §. 845. Quarta facies Chananeæ reſpicit hebræos. *Nam & catelli edunt, &c.* Vide quomodo in oratione debemus nos humiliare ſicut Elias, qui orando poſuit caput ſuum inter genua, ibid. & §. 846. Vide quomodo cogitationes animæ noſtræ debent eſſe, *Sicut purpura regis iuncta canalibus*. De oratione Chriſoſtom. *Pro ſe omnes neceſſitas cogit, pro alijs autem Charitas fraternitatis hortatur. dulcior autem apud Deum eſt oratio, non quam neceſſitas tranſmittit, ſed quam Charitas fraternitatis commendat*. Et Auguſtin. *Oratio oranti eſt ſubſidium, Deo ſacrificium, Dæmonibus autem flagellum.*

Chriſoſtom ſuper Matt.

Auguſtin. in ſermon.

Feria Sexta Dominicæ Primæ.

Erat autem Hieroſolymis probatica Piſcina, quæ cognominabatur hebraice Betſaida, &c. Ioann. cap. 5.

DE aduentu Chriſti, mater Eccleſia, ſponſa ſollicita, ſæpe enim vt veniret alloquebatur. *Veni dilecte mi*. Semel autem addidit. *Noua & vetera ſeruaui tibi*. Sicut & hodie in præſenti Euangelio duo etiam miracula apparent. Vnum antiquum, Alterum modernum. Antiquum operatum in piſcina; Modernum in porticu. Antiquum Angeli miniſterio; Modernum virtute Chriſti Antiquum motione aquæ, Modernum verbo diuinitatis. Antiquum in aqua, Modernum in grabato. Antiquum per Angeli deſcenſum de cælo, Modernum per aſcenſum Chriſti in Hieruſalem. Miraculum eſt primum; nam ſi naturalis virtus ad ſanandum fuiſſet in aqua, non vnum

tantum ſanaſſet ; non ſtatuto tempore ; non à quacunque infirmitate ; Ex quo conſtat, virtute Magni Conſilij Angeli (Chriſti ſcilicet) vetera miracula contigiſſe, prout etiam noua. Secundum & nouum miraculum eſt, quia in inſtanti ſanatur languidus, & ſolo verbo ſanatur, & ita perfectè ſanatur, vt potens ſit tollere grabatum & ambulare.

Poma noua quatuor, & poma veterra Chriſto reſeruata ; Vide lib. 10. cap.5. Item de Piſcina veteri & noua. Vide de quatuor Piſcinis. Piſcina legalis prima. Piſcina baptiſmi ſecunda. Item Piſcina quadruplex, Corpus Chriſti. Piſcina quadruplex cor hominis, diffusè vide lib. 9. cap.21

Sabbato Dominicæ Primæ.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Matth. 14.

DVæ valde mirabiles transfigurationes, hodie conſiderandæ nobis obyciuntur. Vna in currenti S. Matthæi Euangelio ; Altera in obſcura Apocalypſi S. Ioannis. In vnà Chriſtus apparet, facie & veſtimentis transfiguratus. *Reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba velut nix*. In altera, transfigurata apparet
Apoc. 12. Beata Virgo Maria, in Capite, Pedibus, & Veſtimentis. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole, Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim*. Vna ſuper montem terreum peracta. *Duxit illos in montem excelſum*. Altera ſuper montem cæleſtem. *Signum magnum apparuit in cælo*. Vna coram priuatis perſonis. *Et ecce apparuerunt eis Moyſes & Elias &c*. Et *Duxit ſecum Petrum, Iacobum, & Ioannem*. Altera coram omni multitudine cæleſti & terreſtri.
Apoc. ibid. *Et viſum eſt aliud ſignum in cælo*. In vna, magna de cælò vox auditur; Nam intonuit de cælo Pater. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite*. In altera vox etiam de cælo magna auditur. *Et audiui vocem magnam de cælo*. In vna agitur de ſalute. *Loquebantur de exceſſu quem completurus erat in Hieruſalem*. In altera etiam de ſalute agitur. *Nunc fa-*
Apoc. ibid. *cta eſt ſalus, & virtus & regnum Dei noſtri*. In vna auditur lugubre carmen
Apoc. ibid. paſſionis. *Loquebantur de exceſſu*. In altera auditur ſuaue canticum Angelorum. *Lætamini cæli & qui habitatis in eis*. In prima deſcenditur de monte, & viſionis reuelatio prohibetur diſcipulis. *Deſcendentibus de monte, præcepit eis Ieſus, dicens, nemini dixeritis viſionem*. In ſecunda transfiguratione, etiam de cæli monte deſcenditur. *Et data ſunt mulieri alæ duæ, aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum, in locum ſuum*.

Relinquamus igitur pro craſtina die Chriſti transfigurationem, & agamus hodie de transfiguratione Virginis; quæ primo in veſtibus transfiguratur. *Mulier amicta ſole*. Secundò in pedibus. *Luna ſub pedibus eius*. Tertio in capite. *In capite eius corona ſtellarum duodecim*. Amicta ſole, propter micantem ex ea pulcritudinis ſplendorem, de quo Diuus Dionyſius, Diuo Paulo ſcribens, dixit. *Perſpexi, atque propriis oculis intuitus ſum Deiformem atque ſuper omnes cælicos Spiritus ſanctiſſimam Matrem Chriſti Ieſu, Domini noſtri ; Ductus fui ad Deiformem præſentiam altiſſimæ Virginis, & tantus me tamque immenſus Diuinus ſplendor circumfulſit exterius, & plenius irradiauit interius, tanta etiam in me omnium odoramentorum ſuperabundauit fragantia, vt nec corpus infælix, nec ſpiritus poſſet totius ac tàm æternæ fælicitatis inſignia ſuſtinere. Teſtor quod aderat in Virgine Deus ; & ſi tua Diuina concepta non me docuiſſent, hanc ego verum Deum eſſe credidiſſem : Quoniam nulla videtur maior eſſe poſſe gloria beatorum quàm fœlicitas illa, quam ego tunc fœliciſſimus deguſtaui*, Luna ſub pedibus eius, propter Dominium

quod

quod ſuper omnes habet; Vnde Diuus Bernardinus Senenſis. tom. 1. ſerm. 61. cap. 5. *Præterea hæc eſt vna, cuius imperio omnia famulantur.* Et iterum. *Imperio Virginis omnia famulantur.* In capite eius corona ſtellarum duodecim, propter ornamentum omnium virtutum, vnde Diuus Bernardus In cap. 12. Apoc. *Dignum planè ſtellis coronari caput, quod & ipſis longe clarius micans ornet eas potius quàm ornetur ab eis.*

Primò igitur Beata Virgo Maria trāſfiguratur in veſtibus. *Mulier amicta ſole.* De quo vide quomodo anima iuſta eſt Sol refulgēs & quomodo Deus ipſe & tota Trinitas dicatur Sol. ibid. §. 744

De ſecūda transfiguratione in pedibus. *Luna ſub pedibus eius.* Vide de triplici nocte & Luna ibid. § 741. Quomodo Beata Virgo Maria fuerit Aurora, Luna, & Sol, ibid. §. 744. Quomodo fuit luna plena. §. 746. & ſeq. De Lunæ proprietate & varietate ibid. De tertia tranſfiguratione. *In capite eius corona ſtellarum duodecim.* Vide tria genera ſtellarum. ibid.

Dominica ſecunda Quadrageſimæ.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Matth. 17.

DVos inter ſe valde diuerſos Montes nobis Euangeliſta proponit; Thabor ſcilicet, de quo dicit. *Duxit illos in montem excelſum.* Et Caluariæ, de quo ſubiungit. *Loquebantur de exceſſu quem completurus erat in Hieruſalem;* quibus Chriſtus more perfectiſſimi Comici, ſuam gloriam & paſſionem mundo repræſentare volens, diuerſimode vtitur. Nam vno vtitur velut domo, in qua priuatim Comici de opere periculum facere ſolent, antequam opus publicè recitetur; vbi inter ſpectatores conueniunt non perſonati, ſed veſtitu ordinario induti, domeſtice in omnibus quæ publicè recitaturi ſunt ſe exercent. Altero veluti publico theatro, in quo interlocutores omnes perſonati, tragicam vel comicam actionem, omnibus numeris abſolutam recitant. Iſti interlocutores ſunt, Pater, Petrus, Moyſes & Elias & Chriſtus qui omnes in monte Thabor, priuatim & non perſonati ſubiectum Chriſti paſſionis lacrimandamque tragœdiam illam, quæ in Caluariæ monte complenda erat, & veris actionibus ſpectatorum oculis offerenda recitant. Nam perſonatus hodie in hoc monte recitat Pater, qui verus Pater dicit, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* (Matt. 17.) Et in Caluariæ monte non tanquam pater recitabit, ſed inimici perſonatus. Tunc enim dicet. *Frameā ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi.* (Zacch. 13.) Petrus qui hodie in hoc monte, in forma diſcipuli recitat, dum dicit, *Domine bonum eſt nos hic eſſe:* perſonatus recitabit in Caluariæ Monte, in forma infidelis ac negantis. Dicturus eſt enim. *Non noui hominem.* In hoc monte Moyſes & Elias in propria perſona nunc recitant. *Apparuerunt Moyſes & Elias cum eo loquentes;* Sed tunc duo latrones perſonati recitabunt. *Latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei.* Chriſtus denique hodie in propria perſona recitat, ſuo autem tempore perſonatus in perſona peccatoris recitabit. *Verè enim languores noſtros ipſe tulit.* Ac propterea in ſimilitudinē carnis peccati apparebit. Adeſt quoque hodie ſuper montem Thabor illud quod in priuatis recitationibus contingit, nempe quod non integræ actiones, ſed ſolum totius actionis ſubiectum recitatur, ſic Chriſtus non verè hic occiditur ſed ſermo fit de exceſſu. *Loquebantur de exceſſu,* Et licet id tantum recitetur expreſſe à Chriſto, Moyſi & Elia, tamen idem dicunt Pater & Petrus implicitè. Pater enim ait. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,* ſcilicet paſſurus pro mundi redemptione. Et Petrus. *Domine bo-*

num

num eſt nos hic eſſe. Scilicet in tuæ paſſionis contemplatione,& bonum eſt ſub vmbra arboris tuæ Crucis conſtruere hic tria tabernacula, *Tibi vnum, Moyſi vnum,& Eliæ vnum*. Vnum pro ſaluandis ante legem, quod figuratur per Eliam. Prophetia enim cæpit ante legem; Alterum pro ſaluandis ſub lege; quod per Moyſen ſignificatur; & alterum pro ſaluandis ſub gratia, quod per Chriſtũ denotatur, cuius paſſione,& qui ante legẽ,& qui ſub lege, & qui ſub gratia, ſaluandi erant. In monte igitur Thabor glorioſus apparet Chriſtus, vt periculũ faceret de gloria, quã per crucẽ & paſſionẽ acquirere debebat. Primo Pater ſimiliter de complacentia periculũ facit, quã de filij morte habiturus erat, quia per eam mundus redimebatur. Secundo Petrus ſimiliter, neſciens quid diceret, periculum facit de tribus tabernaculis, quæ ab omnibus, ſub Cruce erigenda erant. De primo, vide cap. 22. lib. 9. §. 952. vbi de Cruce. De quinque paſſibus Chriſti, vt quinque fructus nobis daret, & per totum Cap. *Dixi aſcendam in palmam, & apprehendam fructum eius*. De deſiderio Chriſti aſcendendi in crucem. De ſecundo vide quomodo quadruplici ex cauſa Chriſtus ſe humiliauit lib. 8. §. 629. Quomodo ex his triplex Chriſti copia nobis redundauit §. 632. De triplici Chriſti gloria §. 633. Et quo ordine ad iſtam gloriam nos occurramus. §. 634. De tertio, vide de tribus tabernaculis lib. 9. §. 797

Feria ſecunda Dominicæ ſecundæ.

Ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Ioann. 8.

Sap. 11. 21. VT in Sap. Cap. 11. 21. refertur, *Omnia in menſura, & numero ac pondere Deus diſpoſuit*; attamen in nouo Teſtamento duo ſine menſura, nec exceſſum patientia, apertè perſpiciuntur. Charitas ſcilicet Chriſti & Iudæorum obſtinatio. Exceſſum Charitatis Chriſti oſtendit Paulus, dicens. Ephes. 2. *Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cùm eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Chriſto*. Exceſſum obſtinationis Iudæorum oſtẽdit Dauid, dicens *Quadraginta annis proximus fui generati huic*. Et Stephanus aiebat. *Dura ceruice & incircumciſo corde, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis*. Sed nimirum hi duo exceſſus in currenti parent Euangelio. Exceſſum charitatis ſuæ Chriſtus hodie prædicit hebræis, inquiens. *Ego vado*. Scilicet ad mortem Crucis, & deinde ad gentes, à veſtra obſtinatione & incredulitate prouocatus. Exceſſum obſtinationis dupliciter oſtendit hebræis, *Quæretis me ad necem, ante mortem & poſt mortem*. Nam (ſicut Auguſtinus Augustinus. tract. 38. in Ioan.) *Inquiſierunt & qui oderant; & qui amabant, ſed illi perſequendo, iſti habere cupiendo. Quæretis me* (inquit Ciril. lib. 5. cap. 22. Cirillus. in Ioan.) *poſtquam per reditum ad Patrem, à vobis abiero, non credendi deſiderio, ſed perſequendi ſtudio. & quem amplius in proprio corpore perſequi, vt prius non poteritis, in membris acerrimè infeſtabitis, & pro viribus excruciabitis*: & ita ex perſeuerantia in peccato veſtro exceſſiuo moriemini. Excedit ergo Chriſtus in charitate, illi autem in nequitia. De exceſſu charitatis & miſericordiæ Chriſti. Vide triplicem charitatis effectum. lib. 7. cap. 2. §. 513. & 514. Vide, *Triplex voluntas Chriſti*, & de Sampſone ibid. §. 515. Vide gradus fortis & duræ charitatis lib. 10. cap. 13. §. 971. & ſeq. De exceſſu obſtinationis Iudæorum & peccatorum. Vide quomodo peccator confidenter operatur iniquitatem, dum peccare non erubeſcit. lib. 4. cap. 13. §. 353. Quomodo tria expellunt Spiritum ſanctum de corde. lib. 3. cap. 4. §. 185. *Et, tria peccata in Spiritum ſanctum*. §. 891.

Feria

Digitized by Google

Feria Tertia Dominicæ Secundæ.

Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi &c. Matth. 23.

MIror, equidem quod fere omnes Concionatores hoc Euangelium pro ſolis Sacerdotibus, vel honorandis, vel reprendendis, aſſumant; cum Chriſtus hac metaphorica Cathedra vitam reprehendat expreſſè Principum, Doctorum, & ſpiritualium perſonarum, necnon reliquo populo viuendi normam præſcribat. Principum defectus exprimuntur, cum dicitur *Imponunt onera grauia, & importabilia in humeros hominum &c.* Doctorum verò, quia *dicunt, & non faciunt*, ac ſpiritualium tandem perſonarum, quæ quandoq. vanagloriæ vitio laborant, cum dicitur *omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus*, & ne propter eorum defectus, populus auertatur, & rebellis fiat. Ideo Chriſtus formam illi ſeruandam præſcribit dicens, *quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite ſecundum autem opera eorum nolite facere*, non enim quia Domini temporales pedagia apparenter iniuſta, & vectigalia onerosa imponunt ſubditis, obedire non tenentur, nec quia Doctores ea quæ docent non implent, auditores ſeruare non debent, nec quia ſpirituales perſonæ aliquando vanægloriæ ſuccumbunt, ſpiritualis vita non eſt amplectenda; & Deo non eſt ſeruiendũ, videamus, igitur quales Principes, qui Prælati, qui Doctores, & Prædicatores, quales ſubditi, & auditores eſſe debeãt vt Eccleſię ornetur.

In tribus perſonis adornatur Eccleſia. vide lib. 3. cap. 3. §. 161. Principus tria ornamenta debent habere lib 9. cap. 13. § 803. vide triplex Princeps, ibid. Interpretatio principis. ibidem. Principes debent eſſe conſtantes, & ſtabiles, vt Eccleſia roboretur lib 9. cap. 13. De Prælatorum, Doctorum, & Prædicatorum qualitate. Vide triplex ornamentum Eccleſiæ. ibidem §. 802. tria in Prælato ibid. quomodo in Religione tres gradus eſſe debẽt, ibidem. quos greſſus debent habere. ibidem. Prælati triplex pallium debent à ſubditis tollere. lib. 8. §. 615. quales debeant eſſe ſubditi, vide quæ impediunt greſſus firmos. ibidem, §. 808. de grauitate onerum. ibidem. de turpitudine pedum, ibidem. In prædicatione debet eſſe coniunctio credentium. in iunctura duorum fœminarum deſignata lib. 9. cap 13. De Principibus, & Prælatis multa dixerunt Sancti Doctores, & præcipuè Bernardus. *Va tibi ſi præes, & non prodes. ſed væ grauius, ſi quia præeſſe metuis prodeſſe refugis.* Et idem. *Diſcant à te Epiſcopi tui comatos pueros, & compertos adoleſcentes ſecum non habere. certè inter Mitrato diſcurrere calamiſtratos non decet.* Et idem. *Negligentia Prælatorum tantam deordinationem & confuſionem induxit, quod in eis eſt terra ſurſum, & cælum deorſum. Pedes ſunt caput, & facies retro. interiora effuſa ſunt extra. Deus ibi cõculcatur, & terra deificatur. Diabolus honorificè recipitur, Deus verò contumelioſè repellitur. terra ſurſum eſt & cælum deorſum; vbi terrena cæleſtibus præponuntur. pedes ſunt ſuper caput, vbi viri ſpirituales deſpiciuntur; homines verò terrena ſapientes ad regimen temporalium vtiles in honore habentur. Facies eſt retro: cum in operibus quæ videntur bona, potius vtilitas terrena intenditur quam merces æterna. Interiora effuſa ſunt extra, cum bona interna negliguntur, & exteriora diliguntur. Deus verò conculcatur, & terra deificatur: vbi deficit charitas, & regnat cupiditas. Diabolus honorificè recipitur, & Deus contumelioſè repellitur: vbi raptores, & vſurarij cum honore recipiuntur, & magnis expenſis procurantur: boni verò, & pauperes, vel repulſam patiuntur vel malè procurantur.* Et Gregor. *Quiſquis populi ſpeculator ponitur, in alto debet ſtare per vitam: vt poſſit prodeſſe per prouidentiam.*

Bernard. in Apolog. Id. in expoſit. Reg. B. Bened. p. 3. n. 7.

Greg. hom. 11. ſuper Ezech.

Feria

Feria Quarta Dominicæ Secundæ.

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis &c. Tunc acceſsit ad eum mater filiorum Zebedei &c. Matth. 20.

Sicut ex rebus contrariis conſtat Vniuerſum, & actio nulla fit niſi inter contraria, & à contrarietate nihil vacat, hinc eſt quod in currenti S. Matthæi hiſtoria, duas res valdè inter ſe contrarias reperimus, vna bona, altera mala; vna eſt Chriſti paſſio, in iſtis expreſſa: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur &c.* altera eſt ambitio: *Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedei, adorans, & petens aliquid ab eo* quæ contrarietas ſatis ſuperque exprimitur in Euangelio. Nã loquitur de paſſione Chriſtus; & de ambitione mater filiorum Zebedei: de paſſione loquitur ſecretò Chriſtus *Aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos ſecretò*, de ambitione publicè mulier, *Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedei cum filiis ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo.* Applicatio paſsionis eſt pro toto mũdo, *Miſit Deus Filium ſuum vt ſaluetur mundus per ipſum.* Ambitionis procuratio, eſt tantum pro particularibus, *dic vt ſedeant hij duo filij mei &c.* paſsio ſolum quærit dexteram, *Dextera illius* (ſcilicet paſſio) *amplexabitur me.* Ambitio dexteram, & ſiniſtram, *Dic vt ſedeant vnus à dextris & alter à ſiniſtris.* Paſſio procuratur à Patre, quia *ab æterno volita*, Ambitio à matre, quæ temporalia quærit pro filiis, putabat enim Chriſtum temporaliter regnaturum; Amor Patris, qui Filium ad paſsionem impulit, eſt amor fortis, ac virtute plenus. Amor matris filiorum Zebedei eſt mollis ſenſualis, & ambitione redundans. *Paſsio* aſſumit *Aſſumpſit diſcipulos ſuos ſecreto.* Ambitio accedit, *Acceſſit petens.* *Paſsio* aſcendere facit, licet apparenter contrarium videatur, *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur.* Ambitio facit deſcendere quamquam aſcendere facere videatur, cernuè enim, ac genuflexo facit adorare, *Adorans & petens aliquid ab eo.*

De dextera & leua Chriſti, vide quomodo tria facit dextera li. 10. c. 8 §. 949. & tria facit ſiniſtra. ibidem. §. 940. quomodo leua Chriſti eſt ſub capite, & dextera ſuper caput lib. 10. cap. 8. & ſequitur. Vide quomodo leua Dei tribus ſupponitur. lib. 4. cap. 3. §. 240. & dextera ſuper ponitur ad tria. ibidem §. 241.

De amore matris ambitioſo, vide quomodo amor debet eſſe ſapiens in tribus lib. 3. cap. 3. §. 172. & quomodo in omnibus noſtris actibus debemus habere ornatum Iuſtitiæ. ibid, §. 162. & 163. Et quomodo. Ambitioſi ſuper fundamentum Chriſti. Aedificant ligna, fœnum, & ſtipulam. §. 178.

De amore matris ambitioſo, & inordinato; & de ambitionis damno Sancti Patres multa ſcripta relinquerunt. & præſertim Chryſoſtomus Homil. 35. in Matth. ait: *Quicumque deſiderauerit primatum in terra, inueniet cõfuſionem in cælo; nec de primatu tractans inter ſeruos Chriſti* Chryſoſt. hom 35. in Matth. *computabitur. Nullus feſtinet, quò maior aliis appareat; ſed quò inferior omnibus videatur. Quoniam non qui maior fuerit in honore inter homines, ille eſt iuſtior, ſed qui fuerit iuſtior, ille eſt maior* Honores enim, & maximè Eccleſiaſtici ſunt onus Angelicis humeris, portandum, & formidandum. Vnde Iob 26. cap. *Gigantes*, ideſt, inſigniores Eccleſiæ, *gemunt ſub aquis* (dignitatum) Iob. 16. *& qui habitant cum eis.* & ratio huius eſt, quia vt inquit Auguſt.

lib.

Aug. lib. de Cath. rud. cap. 16. *Honores ſaeculi nihil aliud ſunt quam vanitas quadam, & ruinæ populorum.* Iſa. Quia ſic Scriptura ſancta dicit, *Omnis caro fœnum, & claritas hominis, vt flos fœni; fœnum aruit, & flos* Prou. *cecidit. Verbum autem Domini manet in æternum.* Quod autem ſit ruinæ occaſio teſtatur Salomon prouerb. 18. dicens: *Ante ruinam eleuatur cor.* & Eccleſiaſticus. *Extollentiam oculorũ meorum ne dederis mihi Domine.* Eccli.

Feria Quinta Dominicæ Secundæ.

Homo quidam erat diues &c. Luc. 16.

Diuitis, & pauperis hodie hiſtoriam perpendens, noſtram vitam nihil aliud eſſe confidero, niſi quoddam mixtum ex rebus contrarijs, vt facilè ex diuitis, & pauperis vita, colligi poteſt; vita primi eſt fœlicitatis. *Homo quidam erat diues.* Vita ſecundi eſt calamitatis. *Erat quidam mendicus.* Vita primi eſt proſperitatis vſque ad purpuræ ſplẽdorẽ; *Induebatur purpura & byſſo.* Vita ſecundi eſt calamitatis, *Vlceribus plenum* vita primi eſt ſumptuoſa, *Epulabatur quotidie ſplendidè.* vita ſecundi eſt luctuoſa, *Cupiebat ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat.* Vita primi eſt in auguſto palatio; vita ſecundi eſt *iacere ad ianuam.* Sed ò rerum vices, ò fata. Epulo qui in hac vita *erat diues*, in altera clamat: *Pater Abraham miſerere mei.* In hac *Induebatur purpura & byſſo.* In altera, *Crucior in hac flãma.* In hac, *Epulabatur quotidie ſplendidè.* In altera, *Mitte Lazarũ, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meã.* In prima auguſtum poſſidebat palatium. In ſecunda, *Sepultus eſt in inferno.*

Ex altera parte infelix apparet pauperis vita. In prima vita, *erat quidam mendicus.* In ſecuncunda videtur in ſinu Abrahæ. *Vidit Abraham, & Lazarum in ſinu eius.* In prima vita, *Vlceribus plenus cupiebat ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat.* In ſecunda vita à Deo reficitur, *Hic conſolatur.* In prima vita, canes illius curã gerebant. *Canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* In ſecunda, Angeli de eo ſolliciti erant. *Factũ eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis.* In prima vita, *Iacebat ad ianuam diuitis.* In ſecunda, *Portatus eſt in ſinu Abraha.* Ex quibus contrarietatibus, duo manifeſtè apparent, vnum quod, tam felicitates, quam calamitates præſentis vitę, apparentes ſunt, & non reales. Alterum, quod ſolum futuræ vitæ delitiæ, vel miſeriæ ſtabiles, & immobiles erunt; hac tamen contrarietate, quod delitiæ mundanæ erunt miſeriarum, & calamitatum partus, tormenta autem erunt ſupernæ felicitatis parentes. De primo Gregor. *Solæ diuitiæ veræ ſunt, quæ nos virtutibus diuites efficiunt, ſi ergo fratres diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate.* Et Chryſoſtomus recitans illud Salomonis. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas &c.* Ait: *Hunc verſiculum (ſi ſaperent) qui in potentia, & diuitijs verſantur, in parietibus omnibus, & veſtibus ſuis ſcriberent, in foro, in domo, in ianuis, & ingreſſibus, & ante omnia in conſcientiis ſuis, vt ſemper eum præ oculis cernerent, & corde ſentirent.* De ſecundo Seneca: *In hoc excuſabiles ſunt Dij, quod iſta quæ vrunt, quæ excruciant optantibus conferunt.* Et idem, *Iſta quæ ſic petimus tanquam datura lætitiam, ac voluptatem, cauſa dolorum ſunt.* De primo vide tria genera delitiarum lib. 1. cap. 10. §. 945. Quomodo diuitiæ potentia, ſcientia, & ſapientia, ſunt delitię, & ex omnibus iſtis, ſunt aliquæ quæ Deo placent, & aliquæ quæ Deo diſplicent. ibidem. 496. & ſeq. Omnes ſupradictæ delitiæ ſunt apparentes, & ſolum diuinæ ſunt reales, & ſubſiſtentes § 949. De ſecundo, quod tormenta

Greg. ſuper illud exijt qui ſemin. &c.

Chryſ. ſup. Matt. hom. 30.

Sen. ep. 22. Id. ep. 63.

& calamitates mundanæ ernut æternæ felicitatis parentes. Vide quæ concurrunt ad perfectionem animæ. lib. 9. cap. 21. §. 847. Quomodo debemus palmæ ſimiles eſſe & eius ſtaturæ. ibidem. §. 849. & 850. per totum.

Feria Sexta Dominicæ Secundæ.

Homo erat Pater familias, qui plantauit Vineam, & ſepem circumdedit ei. Matth. 21.

INnumeras debemus omnibus rerum inuentoribus grates referre, tùm quia ea nobis elargiti ſunt, quibus antea deſtituebamur, tum quia ad maiora reperienda nobis iter commonſtrarunt. Sed præcipuè Patriarchæ Noë gratiæ referendæ ſunt, qui Vineæ plantationem, & vſum primus adinuenit, & illud ſuauiſsimum ex vuis vini liquorem expreſsit, qui (vt inquit Ioatham Iudicum 9. *Lætificat Deum, & homines*. Vnde etiam tot pulcherrimę doctrinæ, tot cæleſtia miſteria emanarunt, quæ in hac vineæ plantatione hodierna, ferè omnia reperiuntur.

Iud. 9. 13.

Nam aliqui dixerunt plantationem vineæ vtriuſque hominis in terreſtri paradiſo formationem ſignificare, ex quibus vniuerſa hominum propago proceſsit, aſſertoribus Hieronymo ſuper Iſaiam. 1. Origen. ſuper Cant. Homilia prima & quarta, Bernard. ſuper Cantic. ſerm. 63. Sepes in iſta vinea ſunt, immortalitas, claudens morti introitum. Turris ſunt contemplationes, & cognitiones altiſsimæ, quibus praditus erat homo in ſtatu innocentiæ. Torcular, iuſtitia originalis, quam ſi Adam ſeruaſſet, dulciſsimos liquores ſibi, & poſteris exprimere potuiſſet.

Hieron. ſup. Iſaiam. 1. Orig. ſuper Cant. hom. 1. & 4. Bern. ſuper Cant. ſerm.

Alij dixerūt Vineæ plantationē eſſe totius Mūdi creationē, & Vineā eſſe Elementa, quæ cum cauſa ſint generationis, & corruptionis varios liquores, & ſuauiſsimos producunt. Huius vineæ ſepes eſt Cælum Empireū, quia ſicut ſepes ſeparant; ſic Cælum Empireum, illas ſubſtantias ſeparat, quæ propriè ſeparatæ dicuntur. Torcular ſunt Orbes inferiores. Nam ſicut torcular li nores exprimit, ita Mundus (*quem oportet ſuperioribus lationibus eſſe congruum*) non niſi in virtute orbium influentium, liquorem exprimit. Turris, eſt natura Angelica, nam ſicut Turris eſt omnibus, quæ in vinea, altior; ita omnib. creaturis ſublimior eſt Angelus.

Ariſt. 1. Meteor.

Alij aſſerere voluerunt plantare Vineam, nihil aliud innuere, niſi ſeptem ſpherarū creationem iuxta peripateticorum mentem. Sepem Firmamentum eſſe ſeparans ſeptem ſpheras à ſuperioribus Cælis. Torcular Lunam, expreſsiùs, & ſenſibiliùs influērem in hæc inferiora. Turrim eſſe planetarum Principem, qui eo modo eſt in ſeptem ſpherarum medio, quo Turris in medio vineæ.

Alij plantare Vineam, eſſe materiam primam creare, immaginati ſunt. Sæpibus eam circumdare, eſſe materiam primam priuatione munire. Torcular extruere, eſſe materiæ primæ ad omnes formas recipiēdas potentiam concedere. Et denique Turrim ædificare, eſſe tribuere illi formā completam, vel incompletam; nam ſicuti Turris facit vineam à longè viſibilem; ſic forma materiam connotat.

Alij ſenſerunt plantationem Vineæ, formationem cuiuſlibet particularis hominis eſſe, in qua ſepis corporis, eſt vnum hominem ab altero diſtinguens. Torcular voluntas actuum ſuorum expreſſiua, ac inferioribus potentiis liquorem imperij ſui immittens. Et Turris intellectus ſublimia ſpeculans.

Alij tandem Vineæ plantationem, Angelicæ naturæ creationem portendere dicunt. Sepem mediam Hierarchiam, quæ infimam à ſuperiori diſtinguit; Torcular infimam Hierarchiam, quæ vt liquores reuelationis inferioribus exprimat deputata eſt.

eſt. Et denique Turrim Hierarchiæ ſupernam cæteris altiorem ipſique Deo viciniorem. Nos autem in præſenti Euangelio Vineæ plantationem Eccleſiæ inſtitutionem eſſe dicemus. Fautoribus. Hierony. ſuper Ezech. 15. & 19. & ſuper Abach. 3. Origen. hom. 17. ſuper Matth. *Ambr.* exam. 12. & ſerm. 21. ſuper Pſalm. 118. De qua Vinea, & omnibus eius requiſitis, vide quomodo Eccleſiæ naſcentis fama per florem deſignatur fol. 138. col. 1. De plantatione huius *V*ineæ, vide quomodo ſit ſoror Chriſti paruula, & vbera non habens. lib. 10. cap. 15. per totum. Murus huius Vineæ eſt Chriſtus. ibidem. cap. 16. Item murus huius vineę eſt ſtructura bonæ operationis. ibidem. §. 987. oſtium vineæ eſt Chriſtus; ibidem. §. 988. & ſeq. Turris eius, ſunt duo vbera illius. lib. 10. cap. 17. Cuſtodes vineæ, ſunt præcones veritatis, qui ſemper pia deuotione excubant pag. 164. col. 1. Hanc vineam Chriſtus etiam ſi cuſtodibus tradiderit, vt eam verbis, & exemplis excolerent; attamen quid quiſque in ipſa agat ſemper intendit. vide *Vinea mea coram me eſt.* lib. 10. cap. 19.

Hieron. Orig. Ambroſ.

Sabbato Dominicæ Secundæ.

Homo quidam habuit duos filios &c. Luc. 15.

OMnia incommoda, quæ æternis vitia ſectantibus eueniũt, hic Euangeliſta Lucas enumerat, ſcilicet, à Deo elongationem, bonorum diſſipationem, vilitatem, & mendicitatem. *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam.* Ecce elongatio, *Et ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam.* Ecce diſsipatio. *Miſit illum in villam vt paſceret porcos.* Ecce vilitas. *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* ecce mendicitas De incommodis quæ recedentibus à Deo eueniunt. *V*ide lib. 2. c. 5. §. 105. De elongatione à Deo, vide tres tenebras, quæ peccatores patiuntur. lib. 5. cap. 3. §. 379. Quomodo in eis eſt triplex labor. ibidèm §. 380. 381. & 382. De diſsipatione ſubſtãtiæ, vide *de effectu olei.* lib. 4. cap. 1. §. 226. De vilitate, vide quomodo in tribus explorare debemus conſcientiam noſtram ne ſit infirma &c. lib. 4 cap. 2. § 221. De mendicitate, vide quomodo diabolus decipit per egeſtatem. ibidem §. 230. *V*nde Diuus Auguſtinus dixit: *Vt animam quam Chriſtus ſuo ſanguine redemit, luxurioſus quiſque propter vnius momenti; delectationem libidinis, diabolo peſſimo inimico ſuo, vendat, ac tradat. Verè nimirum miſeranda, & plangenda conditio eſt, vbi cito præterit, quod delectat, & permanet ſine ſine, quod cruciat.* Et Hieronymus: *O quam acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio.* Et Gregorius: *Ex quo luxuria ſemel mentem occupauerit vix eam cogitare bona permittit.*

Aug. lib. d. boneſt mul cap 30.

Hieron ep. 2

Gregor. 1. Mor.

Dominica tertia Quadrageſimæ;

Erat Ieſus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum.

DVos valde inter ſe oppoſitos triumphos velut in campo certaminis hodie aperte proſpicio. Primus eſt diaboli. Secundus Chriſti. Triumphat de homine diabolus, dum reddit hominem mutum. *Et illud erat mutum.* Triumphat de diabolo Chriſtus, quia eum expellit. *Erat Ieſus eiiciens dæmonium.* Triumphat de homine diabolus, quia eius linguam, ad blaſphemiam impellit. *In belzebub principe dæ-*

moniorum eiicit dæmonia. Triumphat Chriſtus de dæmone, dum linguam muti in laudes diuinas ſoluit. *In digito Dei eiicio dæmonia.* Triumphat dæmon de homine, quia fortibus eſt armis indutus. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum.* Triumphat Chriſtus de diabolo, quia fortior illo ſuperuenit. *Si autē fortior illo ſuperuenerit.* Triumphat de homine diabolus dum in eo magis, magiſque dominatur. *Tunc aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe & ingreſſi habitant ibi, & tunc fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Triumphat Chriſtus de dęmone, quia illum, & armis, & dominio expoliat. *Vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.*

Multipliciter tandem diabolus triumphat de homine; & eius principalior triumphus eſt, lingua & corde potiri, potitur lingua, dum non finit peccatorem ſua confiteri peccata; potitur corde, dum peccator non percipit ſpirituales admonitiones, & cæleſtes inſpirationes. Diaboli tentationibus in principio reſiſtendum ne lingua potiatur. Nam vt inquit Chryſoſtomus. *In primis grauis & inſuperabilis eſt impetus diaboli, quod ſi quis forti animo ſuſtinuerit eum, eu ſecundo inueniet eū infirmiorem. Quanto enim plus percuſſus fuerit, tanto magis refrigeſcit, & deficit.* Sed quando ei non reſiſtitur, ad cor tendit. Vnde Iſidorus. *Diabolus ſerpens eſt lubricus, cuius ſi capiti, id eſt, primæ ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus in intima cordis, dum non ſentitur illabitur.* Et inferius. *Tum, contra eum quem poſſidet diabolus acrius ſæuit, quando ſe diuina virtute ab eo expellendū cognoſcit.* Dum confitetur peccata ſua peccator, tunc & ipſe, & Chriſtus de diabolo triumphant, & eum ab illis abſtinet, totaliter de cordis poſſeſſione expellitur, & ingreditur Chriſtus. De confeſſione, vide lib. 8 §. 620. De bello diaboli, vide de lucta Herculis cū Antheo. lib. 8. §. 647. & 648. Pugna Herculis cum Hydra, Pugna eiuſdem cum latrone Caco. De victoria Chriſti contra diabolum, vide triplex bellum. ibidem §. 649. Et quomodo Chriſtus figuratus fuit in Samſone §. 648. Et de fructibus virtutum. ibidem §. 652.

Chryſoſt. ſup Matth.

Iſidor lib 3. de ſummo bono.

Iſid. ibid.

Feria Secunda Dominicæ tertiæ.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum fac & hic in patria tua &c. Luc. 4.

DE Chriſto venturo Iſaias loquens, & de modo, quo à Patre mittendus erat ſub auis nomine

Iſai. 46. eum vaticinatur dicens: *Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virū voluntatis meæ*, quod ſub auis

Hieron. typo, Chriſtus. Quod Mūdo promittatur à Patre, docent Hieronymus ſuper hunc locum, et ſuper 31. cap.

Gregor. eiuſdem Iſaiæ; necnon Gregorius 28. Mor. 21. et Hom. 19. in Euangelia. Et verè auis Chriſtus, qui non ſolum quaſi quodam volatu ſublimi, de cælis ad terram deſcendit, verum etiam in terris exiſtens de loco ad locum volitare nunquam deſtitit. à quo volatu nunquam ceſſauit, niſi quando retardatiua impedimenta reperijt, quæ ſicut in auibus quatuor inueniuntur quæ illis ad volandum impedimento ſunt, ſcilicet, Nidus, nocturnum tempus, alarum præciſio, et aeris tempeſtas. Eodem modo myſtica auis Chriſtus, propter eadem impedimenta hodie à volatu in Ciuitate Nazareth abſtinet. primum, quia in proprio nido, id eſt, in patria ſua. *Quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.* Nocturnum tempus, infidelitatis Nazareorum. *Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.* Pennarum eiuſdem ſymbolicarum præciſio, facta per duritiam cordis illorum. *Et repleti ſunt omnes in Synagoga ira hoc audientes, & ſurrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem.* Ac tandem tempeſtas, et procella. *Et duxerunt illum ad ſupercilium montis, vt præcipitarent eum.*

Luc. 4

Matth. 13.

Luc. 4. cum ſeqq.

De nido dic, quod ſicut auis, dum

eſt

eſt in ptoprio nido, tum longè volat, ſed tantillum extendens alas ſuper illum volitat. Sic Chriſtus in propria parria, quæ indigna proprer inuidiam reddebarur nam. *Vt* Ambroſius, *aſpernator eſt dominus inuidorum*. Et Proſper lib 3. de vitijs et virturibus. *Inuidia iuſtius nihil eſt, quæ protinus ipſum auctorem premit excruciatque ſuum*.

Ambr. lib 4. in c. 4. Luc

De ſignis, vide lib 4. c. 14. §. 340. De alarum auulſione propter induratione in non credendo de vera fide. vide fides triplex. §. 340.

Feria Tertia Dominicæ Tertiæ.

Si peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum &c. Matth. 2,

QVid mirum ſi Deo, homo rantę ſit curæ dum eum ad ſuam ſimilitudinem formauerit, eius catnē aſſumpſetit, ac pro eo libentiſſime mori dignatus fuerir? Sed mirabile quidem, quod Deus tanram ſumpſit eriam de brutis curam, vt non ſolum illa paſcere. Vt Dauid cecinit: *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum*. *Ve*rumramen proprer ipſa eorumque ſubſtentationem leges quam plurimas condere voluerir. Vt in *Deure*ronomio, *Non alligabis os bouis triturantis*. Et in Exodo præceprum fuir Hebreis. *Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, nõ pertranſibis; ſed ſubleuabis eum eo*. Sed in Deuteronomio his cõrradicere Scriptura ſacra viderur in eodem capite, dum dicit: *Nunquid de bobus cura eſt Deo, an propter nos vtique dicit?* Iumenra igitur, er boues homines ſunr; nam illud, *non alligabis os boui trituranti*. communirer exponitur, non fraudandos eſſe mercede ſua in Dei ſeruitio labotantes, et conſimiliter dicendum iumentum ſub onere iacentem eſſe preccarorem, onus, peccarum, ſubleuantem, corripienrem; quod totum in hodierna Euangelica lege proſpicitur, dum Chtiſtus præcipit. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum &c. Frater tuus*, ecce iumentum; *ſi peccauerit*, ecce onus: *vade, & corripe eum*, ecce ſubleuationem: cuius quidem ſubleuationis, et ordo, et vriliras ſubinngirur: *Inter te, & ipſum ſolum*, ecce ordo; *Lucratus eris fratrem tuum*, ecce vrilitas. De primo Seneca. *Qui ſuccurrere perituro poteſt, eum non ſuccurrit, occidit*. De modo peccatum tollendi oprimè Seneca. *Obiurgationi ſemper aliquid blandè commiſce, facilius penetrant verba, quæ mollia vadunt, quamquæ aſpera*. de vrilitare, Idem, *Nemo prudens punit, quia peccatum eſt; ſed ne peccetur. Res enim optima eſt, non ſceleratos extirpare: ſed ſcelera*. & Gregorius, *Qui non corrigit reſecanda, committit: et facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare*. De correctione, vide quomodo peccaror eſt iumentum onuſtum malis: iumentorum genera quatuor, lib. 5. cap. 10. §. 427. Corrector liberat eum à triplici foſſa, lib. 1. cap. 8. §. 48. vbi triplex foſſa. *De* ordine, et vtilirate, vide quomodo correptor in tribus debet eſſe peritus lib. 9. cap. 8. §. 764. debet eſſe ſicut pater filij Prodigi, lib. 3. cap. 2. §. 160. *Debet* oleum infundere ſicut Samaritanus à latronibus vulnerato. Correctio deber eſſe ſicur ſacrificium de Sartagine, lib. 1. cap. 11. §. 132. Correctio aſcenſum ad rectitudinem parat, lib. 2. cap. 9. §. 58. qui corripit facir murenulas. Correptores debent eſſe dentes onium, quæ aſcenderunt de lauacro lib. 6. cap. 3. lib. 2. §. 116.

Deut. 25.
Exod. 23.
Senec in Prouerb
Idem in epiſt.
Idem lib. de morib.
Gregor in Reg

Feria

Digitized by Google

moniorum eiicit demonia. Triumphat Chriſtus de dæmone, dum linguam muti in laudes diuinas ſoluit. *In digito Dei eiicio dæmonia:* Triumphat dæmon de homine, quia fortibus eſt armis indutus. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum.* Triumphat Chriſtus de diabolo, quia fortior illo ſuperuenit. *Si autē fortior illo ſuperuenerit.* Triumphat de homine diabolus dum in eo magis, magiſque dominatur. *Tunc aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe & ingreſſi habitant ibi, & tunc fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Triumphat Chriſtus de dęmone, quia illum, & armis, & dominio expoliat. *Vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.*

Multipliciter tandem diabolus triumphat de homine; & eius principalior triumphus eſt, lingua & corde potiri, potitur lingua, dum non ſinit peccatorem ſua confiteri peccata; potitur corde, dum peccator non percipit ſpirituales admonitiones, & cæleſtes inſpirationes. Diaboli tentationibus in principio reſiſtendum ne lingua potiatur. Nam vt inquit Chryſoſtomus. *In primis grauis & inſuperabilis eſt impetus diaboli, quod ſi quis forti animo ſuſtinuerit eum, in ſecundo inueniet eũ infirmiorem. Quanto enim plus percuſſus fuerit, tanto magis refrigeſcit, & deficit.* Sed quando ei non reſiſtitur, ad cor tendit. Vnde Iſidorus. *Diabolus ſerpens eſt lubricus, cuius ſi capitis, id eſt, primæ ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus in intima cordis, dum non ſentitur illabitur.* Et inferius. *Tum, contra eum quem poſſidet diabolus acrius ſæuit, quando ſe diuina virtute ab eo expellendũ cognoſcit.* Dum confitetur peccata ſua peccator, tunc & ipſe, & Chriſtus de diabolo triumphant, & cum ab illis abſtinet, totaliter de cordis poſſeſſione expellitur, & ingreditur Chriſtus. De confeſſione, vide lib. 8 §. 620. De bello diaboli, vide de lucta Herculis cũ Antheo. lib. 8. §. 647. & 648. *Pugna* Herculis cum Hydra, *Pugna* eiuſdem cum latrone Caco. De victoria Chriſti contra diabolum, vide triplex bellum: ibidem §. 649. Et quomodo Chriſtus figuratus fuit in Sampſone §. 648. Et de fructibus virtutum. ibidem §. 652.

Chryſoſt. ſup Matth.

Iſidor. lib 3. de ſummo bone.

Iſid. ibid.

Feria Secunda Dominicæ tertiæ.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum fac & hic in patria tua &c. Luc. 4.

DE Chriſto venturo Iſaias loquens, & de modo, quo à *Patre* mittendus erat ſub auis nomine eum vaticinatur dicens: *Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virũ voluntatis meæ,* quod ſub auis typo, Chriſtus. Quod *Mũdo* promittatur à *Patre*, docent Hieronymus ſuper hunc locum, et ſuper 31. cap. eiuſdem Iſaiæ; necnon Gregorius 18. Mor. 21. et Hom. 19. in Euangelia. Et verè auis Chriſtus, qui non ſolum quaſi quodam volatu ſublimi, de cælis ad terram deſcendit, verùm etiam in terris exiſtens de loco ad locum volitare nunquam deſtitit. à quo volatu nunquam ceſſauit, niſi quando retardatiua impedimenta reperijt, quæ ſicut in auibus quatuor inueniuntur quæ illis ad volandum impedimento ſunt, ſcilicet, Nidus, nocturnum tempus, alarum præciſio, et aeris tempeſtas. Eodem modo miſtica auis Chriſtus, propter eadem impedimenta hodie à volatu in Ciuitate *Nazareth* abſtinet. primum, quia in proprio nido, id eſt, in patria ſua. *Quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.* Nocturnum tempus, infidelitatis Nazareorum. *Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.* *Pennarum* eiuſdem ſymbolicarum præciſio, facta per duritiam cordis illorum. *Et repleti ſunt omnes in Synagoga ira hoc audientes, & ſurrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem.* Ac tandem tempeſtas, et procella. *Et duxerunt illum ad ſupercilium montis, vt præcipitarent eum.*

De nido dic, quod ſicut auis, dum

Iſai. 46.

Hieron.

Gregor.

Luc. 4

Matth. 13.

Luc. 4. cum ſeqq.

eſt

eſt in proprio nido, tum longè volat, ſed tantillum extendens alas ſuper illum volitat. Sic Chriſtus in propria patria, quæ indigna propter inuidiam reddebatur nam. *Vt Ambroſius, aſpernator eſt dominus inuidorum*. Et Proſper lib 3. de vitijs
Ambr lib 4. in c.4. Luc

et virtutibus. *Inuidia iuſtius nihil eſt, quæ protinus ipſum auctorem premit excruciatque ſuum*.

De ſignis, vide lib 4. c.14. §.340. De alarum auulſione propter indurationem in non credendo de vera fide. vide fides triplex. §.340.

Feria Tertia Dominicæ Tertiæ.

Si peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum &c. Matth. 2,

QVid mirum ſi Deo, homo tantę ſit curæ dum eum ad ſuam ſimilitudinem formauerit, eius carnē aſſumpſerit, ac pro eo libentiſſime mori dignatus fuerit? Sed mirabile quidem, quod Deus tantam ſumpſit etiam de brutis curam, vt non ſolum illa paſcere. Vt Dauid cecinit: *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum*. Verumtamen propter ipſa eorumque ſubſtentationem leges quam plurimas condere voluerit. Vt in Deuteronomio, *Non alligabis os boui triturantis*. Et in Exodo præceptum fuit Hebreis. *Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, nō pertranſibis; ſed ſubleuabis cum eo*. Sed in Deuteronomio his cōtradicere Scriptura ſacra videtur in eodem capite, dum dicit: *Nunquid de bobus cura eſt Deo, an propter nos vtique dicit?* Iumenta igitur, et boues homines ſunt; nam illud, *non alligabis os boui trituranti*. communiter exponitur, non fraudandos eſſe mercede ſua in Dei ſeruitio laborantes, et conſimiliter dicendum iumentum ſub onere iacentem eſſe peccatorem, onus, peccatum, ſubleuantem, corripientem; quod totum in hodierna Euangelica lege proſpicitur, dum Chriſtus præcipit. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum &c. Frater tuus*, ecce iumentum; *ſi peccauerit*, ecce onus: *vade, & corripe eum*, ecce ſubleuationem: cuius quidem ſubleuationis, et ordo, et vtilitas ſubiungitur: *Inter te, & ipſum ſolum*, ecce ordo; *Lucratus eris fratrem tuum*, ecce vtilitas. De primo Seneca. *Qui ſuccurrere perituro poteſt, cum non ſuccurrit, occidit*. De modo peccatum tollendi optimè Seneca. *Obiurgationi ſemper aliquid blandè commiſce, facilius penetrant verba, quæ mollia vadunt, quam quæ aſpera*. de vtilitate, Idem, *Nemo prudens punit, quia peccatum eſt; ſed ne peccetur. Res enim optima eſt, non ſceleratos extirpare: ſed ſcelera*. & Gregorius, *Qui non corrigit reſecanda, committit: et facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare*. De correctione, vide quomodo peccator eſt iumentum onuſtum malis: iumentorum genera quatuor, lib. 5. cap. 10. §. 427. Corrector liberat eum à triplici foſſa, lib. 1. cap. 8. §. 48. vbi triplex foſſa. De ordine, et vtilitate, vide quomodo correptor in tribus debet eſſe peritus lib. 9. cap. 8. §. 764. debet eſſe ſicut pater filij Prodigi, lib. 3. cap. 2. §. 160. Debet oleum infundere ſicut Samaritanus à latronibus vulnerato. Correctio debet eſſe ſicut ſacrificium de Sartagine, lib. 1. cap. 11. §. 132. Correctio aſcenſum ad rectitudinem parat, lib. 2. cap. 9. §. 58. qui corripit facit murenulas. Correptores debent eſſe dentes onium, quæ aſcenderunt de lauacro lib. 6. cap. 3. lib. 2. §. 116.

Deut. 25.
Exod 23.
Senec in Prouerb
Idem in epi 1.
Idem lib. de moib.
Gregor in Reg.

Feria

Feria Quarta Dominicæ Tertiæ,

Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi, dicentes, quare diſcipuli tui traſgrediuntur traditiones Seniorum &c. Matth. 15.

Ioſuè 6. 20.

SEptem tubarum ſono, precibuſque Sacerdotum, Ciuitas illa ſuperbiſſima Ierico, funditus fuit euerſa, tunc, inquam, *Quomodo omni populo vociferante, & clangentebus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox, ſonituſque increpuit muri illico corruerunt*. Non ſecus, ac hodie ſuperba Phariſæorum, ac perfida machina, ſeptem Chriſti vocibus, velut ſeptem tubis diuino Spiritu afflatis proſtratur; dum Chriſtus ſuorum *D*iſcipulorum honorem zelans, primam tubam ire flatu reboare facit, dicens: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras*. reboat ſecunda illiſque improperans, ait, *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras*. Reboat tertia, ac lamentabili flatu, dicit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me*. Reboat quarta eoſq; confundit, dum dicit. *Sine cauſa me colũt*, ideſt ſine fructu. Reboat 5. et illis minatur excidiũ; *Omnis plantatio quam nõ plantauit Pater meus cæleſtis eradicabitur*. Reboat ſexta, diiciens eos. *Sinite hoc*. Reboat ſeptima, et illis improperat; *Cæci ſunt & duces cæcorum*. Septem tubis hodie diuina iuſticia canit ad hipocritarum confuſionem, et ad *D*ei, diſcipulorumque gloriam. Septem etiam iſtis tubis nos hodie canemus, ad *D*omini noſtri Ieſu Chriſti, Iuſtorumque honorem, et hypocritarum confuſionem. *D*um tuba igitur, verbi *D*iuini inſonat auribus percipite ſonum. *D*e primo vide quam prouocetur ad iracundiam *D*eus, cum de Prælatis, aliiſque *D*eo dicatis murmuretur, quomodo tales ſunt dentes canini. lib. 6. cap. 8. §. 480. *D*e ſecundo, quomodo irritam facientes diuinam legem, ſe ipſos irritos faciunt. vide de ſpiritu nequitiæ, §. 543. de terra inani et vacua, §. 544. *D*e tertio et quarto, *D*eus non vult oris vocem, ſed cordis. Optimè Seneca, *Illud te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, ſed conſpici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia ſint. Aſperum cultum, & vitioſum caput, & negligentiorem barbam, & endictum argento cubile dome poſitum, & quicquid ad laudem, perverſa via ſequitur euita*. Et idem *Malum vbi ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus*. & Hieronymus, *Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas*. Et Seneca. *Nempe propoſitum eſt ſecundum naturam viuere. Hoc autem contra naturam eſt, torquere corpus ſuum, & faciles odiſſe munditias, & ſqualorem appetere, & cibis non tantum vilibus vti; ſed horridis*. Et Poeta,

Sen. ep 13

Senec in prouerb

Hier ſuper Ezech

Sen. ep 13.

Poeta.

Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes
Impia ſub dulci melle venena latent.

*D*e quo vide quomodo hypocritę habent ſignum bonum in malo, et ſunt ſepulchra dealbata, lib. 4. cap. 14. §. 340. Sunt vulpes, quæ demoliuntur vineas, lib. 5. cap. 4. §. 386. eradicandi diſijciendi ſunt hypocritæ, quia carent triplici luce, dum ſint cæci, et duces cæcorum, vide lib. 4. c. 10. §. 313. Sunt dies infecti. ibidem, §. 316.

CONCIONATORIVS.

Feria Quinta Dominicæ tertiæ.

Surgens Ieſus de Sinagoga intrauit in domum Simonis ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus &c. Luc. 4.

DE Chriſto vaticinans Malachia Propheta, non ſine magno miſterio, ait, *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius*. Idcirco cum hodie ab Euangeliſta de Sole mentio fiat, non ab re, de ipſo ſub Solis figura mihi pertractãdum videtur, illi enim conueniunt fere omnia, quæ de Sole dicuntur, et præcipue, quod ſit mobilis in ortu, ſublimis in ſitu, efficax in effectu, velox in motu, et indifferens ſuam in communicando virtutem. Dicemus ergo illum mobilem in ortu, quia poſtquam occidit Iudæis. *Dura ceruicis, & incircumciſis cordibus, & auribus, ſemini nequam, filiis ſceleratis* Ortus eſt domui Simonis, ſanctæ, videlicet Eccleſiæ, quæ miſticè domus Simonis, in quã hodie intrat Synagoga relicta. *Surgens Ieſus de Synagoga intrauit in domum Simonis*, ecce mobilem in ortu. *Stans ſuper illam imperauit febri*. ecce ſublimem in ſitu. *Continuo ſurgens miniſtrabat illis*. ecce efficacem in effectu ſingulis manus imponens ſanabat eos. Ecce indifferentem in communicanda ſua bonitate: Et erat prædicans in Synagogis Galileæ, ecce denique valorem in motu. De primo vide tres ſoles lib. 1. § 76. quomodo primus Sol Eccleſiam colorauit, decolorauit, & recolorauit: De ſecundo, vide lib. 2. cap. 4. §. 102. quomodo Sol Chriſtus, oritur de nobis corporaliter, in nobis ſpiritualiter, & pro nobis cauſaliter. De tertio, cum iſte Sol ſit indifferens in communicando ſuam virtutem, quomodo nobis occidat lib. 2. cap. 5. §. 204. quomodo iſte Sol tripliciter obſcuratus fuit, lib 4. cap. 9. §. 306. De quarto, quomodo Chriſtus quatuor nobis portauit, ibidem §. 306. Item quomodo Deus, & Trinitas tota Sol dicatur, lib. 9. cap. 7 § 742 Et Ambroſius in quodam ſerm. *Omnia habemus in Chriſto, & omnia in nobis Chriſtus ſi vulnere curari deſideras: medicus eſt, ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt: ſi indiges auxilio virtus eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi tenebras fugis, Sol eſt: ſi cœlum deſideras vita eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt.*

Matth. 4. 2

Ambr. in quod. ſerm.

Feria Sexta Dominicæ Tertiæ.

Venit Ieſus in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar &c. Ioann. 4.

NOn illa triſtis, quæ in Sapientia prohibetur. *Reſonans de altiſſimis montibus Echo*. neque illa, quæ corpore in ſaxum conuerſa nil niſi vocem retinuiſſe fertur; de qua Ouidius, & Sanazar.

Vidi, arſi, fleui, triſtemque
(heu fata) repulſam.
Spreta tuli ſum nunc vox ſonus,
aura, nihil.

Sed iucunda, atque ſuauis de altitudine Euangelici montis in auribus hodie nobis perſonare mihi videtur, non vnica voce tantum, ſed quadruplicatis vocibus reflectentem audiemus. Nam Echo ſecundum Ariſtot.

Sap. 17. 18

Ouid.

Sanaz.

Ariſt.

Auer-

Auerroem, cũ ſit vox, vel ſonus repercuſſus. *Audiamus quæſo ſonum*, & repercuſſionem. *Mulier da mihi bibere*, ecce vox. *Bibere, quomodo à me petis cum Iudæus ſis*, ecce repercuſſio. *Rabi manduca*, ecce vox. *Mãducare cibum habeo, quem vos neſcitis*, ecce repercuſſio. *Nunquid aliquis attulit illi cibum?* ecce vox. *Cibum meum eſt, vt faciam voluntatem Patris mei*, ecce reflexio. *Et dicit illis hominibus mulier, venite, & videte hominem*, ecce vox. *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum*, ecce reflexio. De primo, vide Vox dilecti, lib.4.cap.3. §.252.253. 254 & 255. & quomodo vox dilecti corda noſtra aperit, ibidem per totum. In alloquutione Chriſti anima inſtruitur, lib.10.cap.15.§.980. Fiunt nuptiæ, in quibus aqua mutatur in vinum, ibidem §.982. *Aquam* quam Chriſtus petit à Samaritide eſt contritionis fons, pag.356.§ 892. Sedebat ſic ſupra fontem, vide quomodo ad quinque ſedentes ſedemus, pag.91 §.227. Antequam Chriſtus ſederit ad dexteram Patris quatuor habuit ſeſſiones, lib.4.cap.10.§.308.

Sabbato Dominicæ Tertiæ.

Perrexit Ieſus in Montem Oliueti, & diluculo iterum, venit in Templum &c. Ioann.8.

TRia valde notabilia in hodierno Euãgelio, nobis cõſiderãda obiiciuntur, quæ omnia in laudem Virginis miro modo redundant, Mons ſcilicet templũ & terra, Mons ſuper quẽ Chriſtus aſcendit; *Ieſus autẽ perrexit in montem Oliueti*. Templum, quod ingreditur, *Et diluculo iterum venit in templum*. Terra ſuper quã diuino, cœlorumque opifici digito ſcribit, *Et inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra*. Mons quippe Maria vſque ad ſydera erectus, Templum in quo Deus habitauit, Sacrarium, quod Spiritus ſanctus omnibus virtutibus ornauit, & Terra, quæ benedictionem recuperauit. De primo optime vaticinatus fuit

Iſa. 2 Iſaias, *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper omnes colles*. De quo Gregorius

Greg. ſuper 3. Reg. ſuper tertium Regum, *Mons quippe ſuper verticem montium fuit, quia altitudo Mariæ ſuper omnes refulſit*. De ſecundo, pulchrè canit Eccleſia de

Eccleſia Virgine. *Templum Domini, Sacrarium Spiritus ſancti*. De tertio

Pſalm. Dauid, *Benedixiſti Domine terram tuam*. Quoad primum dicatur Maria continuis ſe triplicẽ altitudinem, primam quoad naturam, ſecundam quoad gratiam, tertiam quoad gloriam. De quibus vide de plenitudine B. Mariæ, lib.9. cap.7. §. 746. & §.735. per totum. De ſecundo, quomodo fuerit Templum Domini &c. vide triplex Templum Domini, lib.9. cap.7. §.749. De tertio. quomodo fuerit terra benedicta, vide quomodo in eius vtero, Chriſtus fuit conceptus ſupra naturam. lib.9. cap.15. §. 825. Et de triplici ventre ſponſæ ibidem § 822. De primo Hieronymus ſuper illud. *Aue Maria gratia plena Dominus tecum*, ait, *Talibus nanque decebat Virginẽ oppignorari muneribus, vt eſſet gratia plena, quæ dedit cœlis gloriã, terris Deum, pacem refudit, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus diſciplinam*. Et idem, *Cæteris per partes præſtatur, Maria verò ſe totam infudit plenitudo gratiæ, quæ fuit in Chriſto, quamquam aliter*. Et Bernardus, *Per te Virgo ſancta cœlum impletum eſt, infernus euacuatus eſt, inſtaurata ruina cœleſtis Ieruſalem* mi-

Hieron. in ſermon. de Aſſumpt.

Idem.

Bernar. in quodã ſer.

data. De Templo Bernardus, *O venter capacior Cœlis, diffuſior terris, latior elementis, qui illum continere valuit, quem totus orbis continere non potuit, et qui tribus digitis molem terræ apprehendit*. De Terra benedicta, Auguſtinus. *Eua inobediens inuenit pœnam, Maria obediendo ſõ ſecuta eſt gratiam, illa guſtando prohibitum maledicta, hæc credendo Angelo benedicta*. Et idem in ſermone de Aſſumptione, *auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit, illa percuſſit, iſta ſanauit*.

Aug. cont. duas hæreſ.

Idem in ſerm. de Aſſumpt.

Dominica Quarta Quadrageſimæ.

Abijt Ieſus traſmare Galileæ, quod eſt Tiberiadis, & ſequebatur eum multitudo maxima. Ioann. 6.

VElut alter Neptumnus hodie Chriſtus dum mare traiicit, mihi in Euangelica lectione, apparere videtur. Nam (vt finxere *Poetæ*) ſub illius tantum poteſtate erat omnimoda gubernatio maris, eiuſq; nuto, marinos vertices quieſci & rates inter ſirtes & ſcopula dirigere, & à procellis & tempeſtate defendere, vt Nautæ adoptatum portum peruenire poſſent. Vnde Virgilius.

Neptunus ventis impleuit vela ſecundis
Atque fugam dedit præter vada et feruida vexit.

Sic Chriſto omnimoda poteſtas eſt dominandi poteſtati maris amariſſimi & falſiſſimi peccati, noſque ſecuros ad optatum portum traijcere. vt Dauid cecinit, *Tu dominaris poteſtati maris, motum ſunt fluctuum eius tu mitigas*. Iſte namque diuinus Neptunus, non tantum vnius maris fluctus mitigat vt ad conuiuium Montis Cœleſtis perueniamus; ſed ſeptem *Maria*, videlicet, Mare ſonans, *Mare* rubrum, Mare magnũ, Mare feruens, Mare ſolitudinis nouiſſimum, & *Mare* Vitreum. Ideſt mare ſuperbiæ, iracundiæ, inuidiæ, luxuriæ, accidiæ, guiæ, & auaritiæ.

Iſai. 15. De primo Iſaias, *Multitudo maris ſonantis*. de ſecundo Exod. *Cumque extendiſſet Moyſes manus ſuper mare conuerſum eſt in ſiccum diuiſaq; eſt aqua*. *Exod. 14.*

Ioſuè 8. de tertio Ioſuè, *Et cuncti Reges Canaan, qui propinquã poſſidebant magni maris loca*. de quarto Iſaias, *Impij autem, quaſi mare feruens*. *Iſai. 57*

de quinto Deut. *Vſque ad mare ſolitudinis*. de ſexto Idem, *Vſque ad mare nouiſſimum* de ſeptimo Apoc. *Tanquam mare vitreum ſimile chriſtallo*. Videamus igitur, quomodo ſpiritualem Neptunum, ſequi debeamus, *Cuius via in mari, et cuius ſemita in aquis multis*. Eius nanque auxilio indigemus cum non ſolum mare; ſed mare ſeptuplum nobis tranſeundum ſit: & præcipuè ſuperbiam quæ vocatur mare ſonans. *Deut. 4. Idem. 34. Apoc. 4.*

De mare ſuperbiæ, Gregorius. *Radix quippe cuncti mali; et regina omnium vitiorum ſuperbia eſt. De qua ſcriptum atteſtãte dicitur. Initium omnis peccati ſuperbia. ſeptem principalia vitia de ſuperbiæ virulente radice proferuntur, ſcilicet, inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, ventris ingluuies, et luxuria. Nam quia hic ſeptem ſuperbia vitijs nos captos diabolus tenuit, idcirco Redemptor noſter ad ſpirituale liberationis bellum, ſeptiformis gratiæ plenus venit*. *Gregor. in Mor.*

Et Bernardus, *Quæ maior ſuperbia, quam vt vnus homo totiq; Congregationi iudicium ſuum præferat, tamquam ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei?* *Ber. ſer. 3. in Reſur. Domini.*

Et Hugo, *Superbia in Cœlo nata eſt, ſed velut immemor qua via inde cecidit illuc poſtea redire non potuit*. *Hugo Lib. 1. de anima.*

De ira optimè Seneca, *Iracũdia infelicitas geminatur. iracundus cum iraſci deſierit tunc iraſcitur ſibi. reſpicere nihil conſueuit iracundia*. *Seneca in prouerb.*

Et de inuidia Proſper, *Inuidia iuſtius nihil eſt, quæ protinus ipſum auctorem premit. ex-* *Proſp. li. 3. de vitiis & virt.*

Hier.ep.1. *cruciatque ſuum*. De luxuria Hieronymus, *Ignis infernali luxuria, cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintilla praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehēna.* & de accidia Seneca, *Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicii loco labor eſt, deſidioſo ſtudere torqueri eſt, et de ſeptimo mare auaritia pecuniam ſicuti ſcias, ancilla eſt, ſi neſcias domina, cordem inopia pauca deſunt, auaritia omnia, et item auarus nihil ritè facit, niſi cum moriatur, et idem auarus ipſe miſeria ſua cauſa eſt.*

Ne tranſeamus ſeptem iſta maria Chriſtum ſequendo ad conuiuium montis, aggrauant nos ſeptem onera, quæ omnes debebus deponere, vt Chriſtum ſequantur. De primo mare ſuperbiæ, vide lib. 5. cap. §.350. onus Babylonis, & §.381. de ſecundo mare iræ, vide onus Philiſtijm, §.355. de impedimento tertij maris iracundiæ, vide §.356. de quarto mare, vide onus triplex noſtræ conceptionis, §.359. & 360. de quinto, vide onus derti maris, §.385 & 361. de ſeſto mare inuidiæ, vide onus Duma. §.394. de ſeptimo mare, & onere auaritiæ, vide §.412. pag. 159.

Feria Secundæ Dominicæ Quartæ.

Prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam, & inuenit in Templo &c. Io. 2.

HOdiernum Templum, de quo profanatores eijeiūtur à Chriſto, Templum Salomnis fuiſſe, ferè omnium Sanctorum Doctorum eſt opinio, quatuor aut quæ ex eo eijciuntur quatuor Templa, quæ à nobis ſunt expurganda, & ornanda, dilucide inſinuantur Primū templum eſt corpus humanum; vnde Paulus,
1.Cor.6. *Neſcitis quod corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti*. Secun-
2.Cor.6 dum eſt congregatio fidelis populi: vnde Idem. *Templum Dei ſan-*
Iſai.6 *ctum eſt, quod eſtis vos*. Tertium eſt anima iuſti; vnde Iſaias, *Et ea quæ ſub ipſo erant replebant tem-*
Ioann. 2. Phil. de ſacerſ Abel & Cain. Orig. ſuper Leu. ho. 2 Cyrill. in ador. in ſp. Sanct. *plum*. Quartum eſt caro Chriſti, de quo hodie, *Soluite templum hoc, et in triduo readificabo illud*. De primo tēplo debemus eiicere oues, ſcilicet ignorātiam, & imperitiam myſteriorum Dei, per oues figuratæ à Philone, ab Origene, & Cyrillo. De ſecundo templo debemus eiicere boues, ideſt Sacerdotes, qui ſolum quæſtus, & lucri gratia Domino miniſtrare quærunt; vt ſentit Gloſa ordinaria ſuper Ioan. 2. De tertio templo eiiciendæ ſunt columbæ, ideſt luxuriæ, concubinatus &c. De quarto templo eiiciendi ſunt Nummularij, ſcilicet publici vſurarii, qui de miſtico templo corporis Chriſti ſunt eiiciendi; vt ſentit Origenes ſuper Matthæum, & Ambroſius ſuper Lucam. His expurgationibus peractis: debemus, quod Macchabeè egenum, & nos facere, qui expurgato templo *Ornauerunt faciem eius coronis aureis, et ædificauerunt altare Domino, et facta eſt lætitia magna in populo*. Omnia ſupradicta templa, quomodo quatuor coronis ornare debeamus: Vide lib. 5. cap. 2. §.344. 335. & 346. vſque ad §.350.

Gloſ. ſuper Io. 2.

Orig. ſuper Mat. ho. 15 Ambr. ſup.

Luc. 19.

Feria

CONCIONATORIVS.

Feria Tertia Dominicæ Quartæ.

Iam die feſto mediante aſcendit Ieſus in Templum & docebat, & mirabantur Iudæi &c. Io 7.

DEſinerent planè ab admiratione Iudæi, ſi librum illum, manu Diuina Ezechieli allatum legiſſent, vel ſaltem vidiſſent, de quo idem Propheta meminit dicens: *Et ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, in quo ſcripta erant lamentationes carmen, et væ*. Sub huius libri forma, Chriſtum oſtendum Prophetæ fuiſſe, multorum fuit opinio. Quippe qui omnes libri conditiones, retineat. Liber enim primo imprimitur, ſecundo venditur, tertio tunditur & ligatur, quarto coloratur exterius, quinto capitellum ei imponitur, ſexto aperitur, & attentè conſideratur, ſeptimo ſi bonus eſt per totum mundum diuulgatur. Et Chriſtus primo fuit impreſſus in Typographia memoriæ Paternæ abſque vlla vel minima erroris ſuſpicione. Et rurſus quia optimus liber, fuit impreſſus in Typographia vteri Virginalis, omni ſimilitér carens errore, & menda, *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore*
1.Pet.2 *eius*, Deinde venditus fuit Diuinus hic liber à Iuda triginta argenteis, poſtea tunſus fuit, & ligatus, *Tanquam ouis ductus ad victimam, et tanquam agnus ad occiſionem*. Quarto tinctus colore rubeo ſui ſanguinis & opertus clamide coccinea. Quinto impoſitum illi fuit capitellum ſpineę Coronę, ſexto apertus in Cruce cum vnus militum lancea latus eius aperuit, ibidē ſtudioſe conſideratus, *Verè Filius Dei erat iſte*. Septimum Per totum mundum vulgatus. *In omnem terram exiuit ſonus eorum* &c.

In hoc tamen materialibus libris præſtantior; quod illi inanimati ſunt nec ex ipſis abſque Doctore docere poſſunt, Chriſtus autem verus erat liber, & loquens ex ſe ipſo docens, *Aſcendit in Templum et docebat*. & ſic docebat, vt totus Iudaiſmus miraretur; docebat, & mirabantur Iudæi; ſed verè quidem Iudæi mirabantur, ignorantes modum quo literas didiciſſe, *Quomodo hic literas ſcit cum non didicerit*. Nam cum Chriſtus poſſit conſiderari vt Deus, & vt homo, vt Deus ex ſe ipſo literas ſcit, nullo Doctore præſuppoſito: vt homo autem ab alio literas ſcit, & vt viator, & vt comprehenſor. Vt viator enim illas habet infuſas, vt comprehenſor verò illas videt in ſpeculo voluntario Diuinæ naturę. Hinc dicendum eſt tres notitias dari in Chriſto: Verbi, in Verbo, & à Verbo. Notitia Verbi eſt in Chriſto à *Patre*, à quo ſicut Diuinam naturam, ſic & omnia attributa, & eſſentiales perfectiones habet. Notitia in Verbo, eſt in Chriſto, videndo in Verbo omnia; tum vniuerſalia, tum ſingularia, tum neceſſaria, tum contingentia, tum præſentia, tum futura & præterita, tum quæ habuerunt, habent, & habebunt, tum illa quæ nunquam erunt. Notitia à Verbo eſt in eodem cognoſcendo creaturas per ſpeciales infuſas, acceptas in inſtanti ſuæ conceptionis.

Aut dicendum eſt omnem notitiā Chriſti, eſſe meridianam, vel matutinam, vel veſpertinam; meridiana eſt per viſionem Eſſentiæ Diuinæ; matutina per cognitionem creaturarum in eadem Eſſentia, veſpertina per cognitionem earumdem in proprijs formis. Ideo Iudæi cum principium & modum, quomodo Chriſtus literas ſciret, comprehendere non potuiſſent, mirari potius debuerunt de modo quo illam docebat, & de effectu quem in conuerſione animarum faciebat, & à fructu quem parturiebat. De modo docendi Chriſti doctrinam, vide quomodo Doctores Euāgelici à prauorū doctrina animā defendunt: lib. 8. cap 5. & ibidem §. 623. Doctores quomodo ſponſam pallio ſpoliat, ibid.

De effectu, vide quomodo doctrina, quæ perfectioribus datur in melle deſignatur, pag. 212. cap 5. quo-

num eſt nos hic eſſe. Scilicet in tuæ paſſionis contemplatione, & bonum eſt ſub vmbra arboris tuæ Crucis conſtruere hic tria tabernacula, *Tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum*. Vnum pro ſaluandis ante legem, quod figuratur per Eliam. Prophetia enim cœpit ante legem; Alterum pro ſaluandis ſub lege; quod per Moyſem ſignificatur; & alterum pro ſaluandis ſub gratia, quod per Chriſtũ denotatur, cuius paſſione, & qui ante legẽ, & qui ſub lege, & qui ſub gratia, ſaluandi erant. In monte igitur Thabor glorioſus apparet Chriſtus, vt periculũ faceret de gloria, quã per crucẽ & paſſionẽ acquirere debebat. Primo Pater ſimiliter de complacentia periculũ facit, quã de filij morte habiturus erat, quia per eam mundus redimebatur. Secundo Petrus ſimiliter, neſciens quid diceret, periculum facit de tribus tabernaculis, quæ ab omnibus, ſub Cruce erigenda erant. De primo, vide cap. 22. lib. 9. §. 952. vbi de Cruce. De quinque paſſibus Chriſti, vt quinque fructus nobis daret, & per totum Cap. *Dixi accedam in palmam, & apprehendam fructum eius*. De deſiderio Chriſti aſcendendi in crucem. De ſecundo vide quomodo quadruplici ex cauſa Chriſtus ſe humiliauit lib. 8. §. 629. Quomodo ex his triplex Chriſti copia nobis redundauit §. 632. De triplici Chriſti gloria §. 633. Et quo ordine ad iſtam gloriam nos occurramus. §. 634. De tertio, vide de tribus tabernaculis lib. 9. §. 797

Feria ſecunda Dominicæ ſecundæ.

Ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Ioann. 8.

Sap. 11. 21. VT in Sap. Cap 11. 21. refertur, *Omnia in menſura, & numero ac pondere Deus diſpoſuit*; attamen in nouo Teſtamento duo ſine menſura, nec exceſſum patientia, apertè perſpiciuntur. Charitas ſcilicet Chriſti & Iudæorum obſtinatio. Exceſſum Charitatis Chriſti oſtendit Paulus, dicens.
Ephes. 2. *Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cùm eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Chriſto*. Exceſſum obſtinationis Iudæorum oſtẽdit Dauid, dicens *Quadraginta annis proximus fui generationi huic*. Et Stephanus aiebat. *Dura ceruice & incircumciſo corde, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis*. Sed melius hi duo exceſſus in currenti parent Euangelio. Exceſſum charitatis ſuæ Chriſtus hodie prædicit hebræis, inquiens. *Ego vado*. Scilicet ad mortem Crucis, & deinde ad gentes, à veſtra obſtinatione & incredulitate prouocatus. Exceſſum obſtinationis dupliciter oſtendit hebræis, *Quæretis me ad necem, ante mortem & poſt mortem*. Nam (ſicut Auguſtinus
Auguſtinus. tract. 38. in Ioan.) *Inquiſierant & qui oderant, & qui amabant, ſed illi perſequendo, iſti habere cupiendo. Quæretis me* (inquit Ciril. lib. 5. cap. 22. Cirillus.
in Ioan.) *poſtquam per reditum ad Patrem, à vobis abiero, non credendi deſiderio, ſed perſequendi ſtudio, & quem amplius in proprio corpore perſequi, vt prius non poteritis, in membris acerrimè infeſtabitis, & pro viribus excruciabitis*: & ita ex perſeuerantia in peccato veſtro exceſſiuo moriemini. Excedit ergo Chriſtus in charitate, illi autem in nequitia. De exceſſu charitatis & miſericordiæ Chriſti. Vide triplicem charitatis effectum. lib. 7. cap. 2. §. 513. & 514. Vide, *Triplex voluntas Chriſti*, & de Sampſone ibid. §. 515. Vide gradus fortis & duræ charitatis lib. 10. cap. 13. §. 971. & ſeq. De exceſſu obſtinationis Iudæorum & peccatorum. Vide quomodo peccator confidenter operatur iniquitatem, dum peccare non erubeſcit. lib. 4. cap. 13. §. 353. Quomodo tria expellunt Spiritum ſanctum decorde. lib. 3. cap. 4. §. 185. *Et, tria peccata in Spiritum ſanctum*. §. 891.

Feria

Feria Tertia Dominicæ Secundæ.

Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi &c. Matth. 23.

MIror, equidem quod fere omnes Concionatores hoc Euangelium pro ſolis Sacerdotibus, vel honorandis, vel reprendendis, aſſumant; cum Chriſtus hac metaphorica Cathedra vitam reprehendat expreſsè Principum, Doctorum, & ſpiritualium perſonarum, necnon reliquo populo viuendi normam præſcribat. Principum defectus exprimuntur, cum dicitur *Imponunt onera grauia, & importabilia in humeros hominum &c.* Doctorum verò, quia *dicunt, & non faciunt*, ac ſpiritualium tandem perſonarum, quæ quãdoq. vanagloriæ vitio laborant, cum dicitur *omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus*, & ne propter eorum defectus, populus auertatur, & rebellis fiat. Ideo Chriſtus formam illi ſeruandam præſcribit dicens, *quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite ſecundum autem opera eorum nolite facere*, non enim quia Domini temporales pedagia apparenter iniuſta, & vectigalia onerosa imponunt ſubditis, obedire non tenentur, nec quia Doctores ea quæ docent non implent, auditores ſeruare non debent, nec quia ſpirituales perſonæ aliquando vanægloriæ ſuccumbunt, ſpiritualis vita non eſt amplectenda; & Deo non eſt ſeruiendũ, videamus, igitur quales Principes, qui Prælati, qui Doctores, & Prædicatores, quales ſubditi, & auditores eſſe debeãt vt Eccleſię ornetur.

In tribus perſonis adornatur Eccleſia. vide lib. 3. cap. 3. §. 161. Principes tria ornamenta debent habere lib 9. cap. 13. § 803. vide triplex Princeps, ibid. Interpretatio principis. ibidem. Principes debent eſſe conſtantes, & ſtabiles, vt Eccleſia roboretur lib 9. cap. 12. De Prælatorum, Doctorum, & Prædicatorum qualitate. Vide triplex ornamentum Eccleſiæ. ibidem §. 802. tria in Prælato ibid. quomodo in Religione tres gradus eſſe debẽt. ibidem. quos greſſus debent habere. ibidem. Prælati triplex pallium debent à ſubditis tollere. lib. 8. §. 615. quales debeant eſſe ſubditi, vide quæ impediunt greſſus firmos. ibidem. §. 808. de grauitate onerum. ibidem. de turpitudine pedum. ibidem. In prædicatione debet eſſe coniunctio credentium. in iunctura duorum fœminarum deſignata lib. 9. cap 13. De Principibus, & Prælatis multa dixerunt Sancti Doctores, & præcipuè Bernardus. *Væ tibi ſi præes, & non prodes. ſed væ grauius, ſi quia præeſſe metuis prodeſſe fugis.* Et idem. *Diſcant à te Epiſcopi tui comatos pueros, & compertos adoleſcentes ſecum non habere. certè inter Mitratos diſcurrere calamiſtratos non decet.* Et idem. *Negligentia Prælatorum tantam deordinationem & confuſionem induxit, quod in eis eſt terra ſurſum, & cælum deorſum. Pedes ſunt caput, & facies retro. interiora effuſa ſunt extra. Deus ibi cõculcatur, & terra deificatur. Diabolus honorificè recipitur, Deus verò contumelioſè repellitur. terra ſurſum eſt & cælum deorſum; vbi terrena caleſtibus præponuntur. pedes ſunt ſuper caput, vbi viri ſpirituales deſpiciuntur; homines verò terrenis ſapientes ad regimen temporalium vtiles in honore habentur. Facies eſt retro: cum in operibus quæ videntur bona, potius vtilitas terrena intenditur quàm merces æterna. Interiora effuſa ſunt extra. cum bona interna negliguntur, & exteriora diliguntur. Deus verò conculcatur, & terra deificatur: vbi deficit charitas, & regnat cupiditas. Diabolus honorificè recipitur, & Deus contumelioſè repellitur: vbi raptores, & vſurarij cum honore recipiũtur, & magnis expenſis procurantur: boni verò, & pauperes, vel repulſam patiuntur vel malè procurantur.* Et Gregor. *Quiſquis populo ſpeculator ponitur, in alto debet ſtare per vitam: vt poſſit prodeſſe per prouidentiam.*

Bernar. in Apolog. Id. in expoſit. Reg. B. Bened. p. 5. c. 7.

Greg. hom. 11. ſuper Ezech.

Feria Quarta Dominicæ Secundæ.

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis &c. Tunc acceſsit ad eum mater filiorum Zebedei &c. Matth. 20.

Sicut ex rebus contrariis conſtat Vniuerſum, & actio nulla fit niſi inter contraria, & à contrarietate nihil vacat, hinc eſt quod in currenti S. Matthæi hiſtoria, duas res valdè inter ſe contrarias reperimus, vna bona, altera mala; vna eſt Chriſti paſſio, in iſtis expreſſa: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur &c.* altera eſt ambitio: *Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedei, adorans, & petens aliquid ab eo* quæ contrarietas ſatis ſuperque exprimitur in Euangelio. Nã loquitur de paſſione Chriſtus; & de ambitione mater filiorum Zebedei: de paſſione loquitur ſecretò Chriſtus *Aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos ſecretò*. de ambitione publicè mulier, *Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedei cum filiis ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo*. Applicatio paſsionis eſt pro toto mũdo, *Miſit Deus Filium ſuum vt ſaluetur mundus per ipſum*. Ambitionis procuratio, eſt tantum pro particularibus, *dic vt ſedeant hi duo filij mei &c.* paſsio ſolum quærit dexteram, *Dextera illius (ſcilicet paſſio) amplexabitur me*. Ambitio dexteram, & ſiniſtram, *Dic vt ſedeant vnus à dextris & alter à ſiniſtris*. Paſſio procuratur à Patre, qui *ab æterno voluit*. Ambitio à matre, quæ temporalia quærit pro filiis, putabat enim Chriſtum temporaliter regnaturum; Amor Patris, qui Filium ad paſsionem impulit, eſt amor fortis, ac virtute plenus. Amor matris filiorum Zebedei eſt mollis ſenſualis, & ambitione redundans. Paſsio aſſumit *Aſſumpſit diſcipulos ſuos ſecreto*. Ambitio accedit, *Acceſſit petens*: Paſsio aſcendere facit, licet apparenter contrarium videatur, *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur*. Ambitio facit deſcendere quamquam aſcendere facere videatur, cernuè enim, ac genuflexo facit adorare, *Adorans & petens aliquid ab eo*.

De dextera & leua Chriſti, vide quomodo tria facit dextera li. 10. c. 8 §. 949. & tria facit ſiniſtra. ibidem. §. 940. quomodo leua Chriſti eſt ſub capite, & dextera ſuper caput lib. 10. cap. 8. & ſequitur. Vide quomodo leua Dei tribus ſupponitur. lib. 4. cap. 3. §. 240. & dextera ſuper ponitur ad tria. ibidem §. 241.

De amore matris ambitioſo, vide quomodo amor debet eſſe ſapiens in tribus lib. 3. cap. 3. §. 172. & quomodo in omnibus noſtris actibus debemus habere ornatum Iuſtitiæ. ibid, §. 162. & 163. Et quomodo. Ambitioſi ſuper fundamentum Chriſti. Aedificant ligna, fœnum, & ſtipulam. §. 178.

De amore matris ambitioſo, & inordinato; & de ambitionis damno Sancti Patres multa ſcripta relinquerunt. & præſertim Chryſoſtomus Homil. 35. in Matth. ait: *Quicumque deſiderauerit primatum in terra, inueniet cõfuſionem in cælo; nec de primis trætans inter ſeruos Chriſti computabitur. Nullus feſtinet, quò maior aliis appareat; ſed quò inferior omnibus videatur. Quoniam non qui maior fuerit in honore inter homines, ille eſt iuſtior, ſed qui fuerit iuſtior, ille eſt maior* Honores enim, & maximè Eccleſiaſtici ſunt onus Angelicis humeris, portandum, & formidandum. Vnde Iob 26. cap. *Gigantes*, ideſt, inſigniores Eccleſię, *gemunt ſub aquis* (dignitatum) *& qui habitant cum eis*. & ratio huius eſt, quia vt inquit Auguſt. lib.

Chryſoſt. hom 35. in Matth.

Iob. 26.

lib. de Cath. rud. cap. 16. *Honores* Aug. *ſaeculi nihil aliud ſunt quam vanitas quadam, & ruina populorum.* Quia ſic Scriptura ſancta dicit, Iſa. *Omnis caro fanum, & claritas hominis, vt flos fani; fanum aruit, & flos* Prou. *cecidit. Verbum autem Domini manet in aeternum.* Quod autem ſit ruinae occaſio teſtatur Salomon prouerb. 18. dicens: *Ante ruinam eleuatur cor.* & Eccleſiaſticus. Eccli. *Extollentiam oculorũ meorum ne dederis mihi Domine.*

Feria Quinta Dominicæ Secundæ.

Homo quidam erat diues &c. Luc. 16.

Diuitis, & pauperis hodie hiſtoriam perpendens, noſtram vitam nihil aliud eſſe confidero, niſi quoddam mixtum ex rebus contrarijs, vt facilè ex diuitis, & pauperis vita, colligi poteſt; vita primi eſt fęlicitatis. *Homo quidam erat diues.* Vita ſecundi eſt calamitatis. *Erat quidam mendicus.* Vita primi eſt proſperitatis vſque ad purpuræ ſplẽdorẽ; *Induebatur purpura & byſſo.* Vita ſecundi eſt calamitatis, *Vlceribus plenum* vita primi eſt ſumptuoſa, *Epulabatur quotidie ſplendidè.* vita ſecundi eſt luctuoſa, *Cupiebat ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat.* Vita primi eſt in auguſto palatio; vita ſecundi eſt *iacere ad ianuam.* Sed ò rerum vices, ò fata. Epulo qui in hac vita *erat diues*, in altera clamat; *Pater Abraham miſerere mei.* In hac *Induebatur purpura & byſſo.* In altera, *Crucior in hac flãma.* In hac, *Epulabatur quotidie ſplendidè.* In altera, *Mitte Lazarũ, vt intigat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meã.* In prima auguſtum poſſidebat palatium. In ſecunda, *Sepultus eſt in inferno.*

Ex altera parte infelix apparet pauperis vita. In prima vita, *erat quidam mendicus.* In ſecunda videtur in ſinu Abrahæ. *Vidit Abraham, & Lazarum in ſinu eius.* In prima vita, *Vlceribus plenus cupiebat ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat.* In ſecunda vita à Deo reficitur, *Hic conſolatur.* In prima vita, canes illius curã gerebant. *Canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* In ſecunda, Angeli de eo ſolliciti erant. *Factũ eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis.* In priuia vita, *Iacebat ad ianuam diuitis.* In ſecunda, *Portatus eſt in ſinu Abrahæ.* Ex quibus contrarietatibus, duo manifeſtè apparent, vnum quod, tam felicitates, quam calamitates præſentis vitę, apparentes ſint, & non reales. Alterum, quod ſolum futuræ vitæ delitiæ, vel miſeriæ ſtabiles, & immobiles erunt; hac tamen contrarietate, quod delitiæ mundanæ erunt miſeriarum, & calamitatum partus, tormenta autem erunt ſupernæ felicitatis parentes. De primo Gregor. *Sola diuitiæ vera ſunt, quæ nos virtutibus diuites efficiunt, ſi ergo fratres diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate.* Et Chryſoſtomus recitans illud Salomonis. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas &c.* Ait: *Hunc verſiculum (ſi ſaperent) qui in potentia, & diuitijs verſantur, in parietibus omnibus, & veſtibus ſuis ſcriberent, in foro, in domo, in ianuis, & ingreſſibus, & ante omnia in conſcientiis ſuis, vt ſemper eum præ oculis cernerent, & corde ſentirent.* De ſecundo Seneca: *In hoc excuſabiles ſunt Dij, quod iſta quæ vrunt, quæ excruciant optantibus conferunt.* Et idem, *Iſta quæ ſic petimus tanquam datura lætitiam, ac voluptatem, cauſa dolorum ſunt.* De primo vide tria genera delitiarum lib. 1. cap. 10. §. 945. Quomodo diuitiæ potentia, ſcientia, & ſapientia, ſunt delitię, & ex omnibus iſtis, ſunt aliquæ quæ Deo placent, & aliquæ quæ Deo diſplicent. ibidem. 496. & ſeq. Omnes ſupradictæ delitiæ ſunt apparentes, & ſolum diuinæ ſunt reales, & ſubſiſtentes § 949. De ſecundo, quòd tormenta

Greg. ſuper illud exijt qui ſemin. &c.

Chryſ. ſup. Matt. hom. 3o.

Sen. ep. 22. Id. ep. 6?.

& calamitates mundanæ erunt ęternæ felicitatis parentes. Vide quæ concurrunt ad perfectionem animæ, lib.9. cap.21. §.847. Quomodo debemus palmæ ſimiles eſſe & eius ſtaturæ. ibidem. §. 849. & 850. per totum.

Feria Sexta Dominicæ Secundæ.

Homo erat Pater familias, qui plantauit Vineam, & ſepem circumdedit ei. Matth. 21.

INnumeras debemus omnibus rerum inuentoribus grates referre, túquia ea nobis elargiti ſunt, quibus antea deſtituebamur, tum quia ad maiora reperienda nobis iter commoſtrarunt. Sed præcipuè Patriarchæ Noè gratiæ referendæ ſunt, qui Vineæ plantationem, & vſum primus adinuenit, & illud ſuauiſsimum ex vuis vini liquorem expreſsit, qui (vt
Iud.9 13. inquit Ioatham Iudicum 9. *Lætificat Deum, & homines*, Vnde etiam tot pulcherrimę doctrinæ, tot cæleſtis miſteria emanarunt, quæ in hac vineæ plantatione hodierna, ferè omnia reperiuntur.

Nam aliqui dixerunt plantationem vineæ vtriuſque hominis in terreſtri paradiſo formationem ſignificare, ex quibus vniuerſa hominum propago proceſsit, aſſertoribus, Hieronymo ſuper Iſaiam. 1. Origen. ſuper Cant. Homilia prima & quarta, Bernard. ſuper Cantic. ſerm. 63.

Hieron ſup. Iſaiam 5. Orig ſuper Cant. hom. 1. & 4. Bern ſuper Cant ſerm.

Sepes in iſta vinea ſunt, immortalitas, claudens morti introitum. Turris ſunt contemplationes, & cognitiones altiſsimæ, quibus praditus erat homo in ſtatu innocentiæ. Torcular, iuſtitia originalis, quam ſi Adam ſeruaſſet, dulciſsimos liquores ſibi, & poſteris exprimere potuiſſet.

Alij dixerũt Vineæ plantationẽ eſſe totius Mũdi creationẽ, & Vineã eſſe Elementa, quæ cum cauſa ſint generationis, & corruptionis varios liquores, & ſuauiſsimos producunt. Huius vineæ ſepes eſt Cælum Empireũ, quia ſicut ſepes ſeparat; ſic Cælum Empireum, illas ſubſtantias ſeparat, quæ propriè ſeparatæ dicuntur. Torcular ſunt Orbes inferiores. Nam
Ariſt. 1. Meteor. ſicut torcular liquores exprimit, ita Mundus (*quem oportet ſuperioribus lationibus eſſe congruum*) non niſi in virtute orbium influentium, liquorem exprimit. Turris, eſt natura Angelica, nam ſicuti *T*urris eſt omnibus, quæ in vinea, altior; ita omnib. creaturis ſublimior eſt Angelus.

Alij aſſerere voluerunt plantare Vineam, nihil aliud innuere, niſi ſeptem ſpherarũ creationem iuxta peripateticorum mentem. Sepem Firmamentum eſſe ſeparans ſeptem ſpheras à ſuperioribus Cælis: *T*orcular Lunam, expreſsiùs, & ſenſibiliùs influẽtem in hæc inferiora. *T*urrim eſſe planetarum Principem, qui eo modo eſt in ſeptem ſpherarum medio, quo *T*urris in medio vineæ.

*A*lij plantare *V*ineam, eſſe materiam primam creare, immaginari ſunt. Sæpibus eam circumdare, eſſe materiam primam priuatione munire. *T*orcular extruere, eſſe materiæ primæ ad omnes formas recipiẽdas potentiam concedere. Et denique *T*urrim ædificare, eſſe tribuere illi formã completam, vel incompletam; nam ſicuti *T*urris facit vineam à longè viſibilem; ſic forma materiam connotat.

Alij ſenſerunt plantationem Vineæ, formationem cuiuslibet particularis hominis eſſe, in qua ſepis corporis, eſt vnum hominem ab altero diſtinguens. Torcular voluntas actuum ſuorum expreſſiua, ac inferioribus potentiis liquorem imperij ſui immittens. Et *T*urris intellectus ſublimis ſpeculans.

*A*lij tandem Vineæ plantationem, *A*ngelicæ naturæ creationem portendere dicunt. Sepem mediam Hierarchiam, quæ infimam à ſuperiori diſtinguit: Torcular infimam Hierarchiam, quæ vt liquores reuelationis inferioribus exprimat deputata eſt.

Hieron. Orig. Ambroſ.

eſt. Et denique Turrim Hierarchiæ ſupernam cæteris altiorem ipſique Deo viciniorem. Nos autem in præſenti Euangelio Vineæ plantationem Eccleſiæ inſtitutionem eſſe dicemus. Fautoribus. Hierony. ſuper Ezech. 15.& 19. & ſuper Abach. 3. Origen. hom. 17. ſuper Matth. *Ambr.* exam. 11. & ſerm. 21. ſuper Pſalm. 118. De qua Vinea, & omnibus eius requiſitis, vide quomodo Eccleſiæ naſcentis fama per florem deſignatur fol. 138. col.1. De plantatione huius *Vineæ*, vide quomodo ſit ſoror Chriſti paruula, & vbera non habens, lib. 10. cap. 15. per totum. Murus huius Vineæ eſt Chriſtus. ibidem. cap. 16. Item murus huius vineę eſt ſtructura bonæ operationis. ibidem. §. 987. oſtium vineæ eſt Chriſtus. ibidem. §. 988. & ſeq. Turris eius, ſunt duo vbera illius. lib. 10. cap. 17. Cuſtodes vineæ, ſunt præcones veritatis, qui ſemper pia deuotione excubant pag. 164. col. 1. Hanc vineam Chriſtus etiam ſi cuſtodibus tradiderit, vt eam verbis, & exemplis excolerent: attamen quid quiſque in ipſa agat ſemper intendit. vide *Vinea mea coram me eſt.* lib. 10. cap 19.

Sabbato Dominicæ Secundæ.

Homo quidam habuit duos filios &c. Luc. 15.

OMnia incommoda, quæ carnis vitia ſectantibus eueniũt, hic Euangeliſta Lucas enumerat, ſcilicet, à Deo elongationem, bonorum diſſipationem, vilitatem, & mendicitatem. *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam.* Ecce elongatio, *Et ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam.* Ecce diſsipatio. *Miſit illum in villam vt paſceret porcos.* Ecce vilitas. *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat*, ecce mendicitas. De incommodis quæ recedentibus à Deo eueniunt. *V*ide lib. 2. c. 5. §. 105. De elongatione à Deo, vide tres tenebras, quæ peccatores patiuntur. lib. 5. cap. 3. §. 379. Quomodo in eis eſt triplex labor. ibidem §. 380. 381. & 382. De diſsipatione ſubſtãtiæ, vide *de effectu olei*. lib. 4. cap. 1. §. 226. De vilitate, vide quomodo in tribus explorare debemus conſcientiam noſtram ne ſit infirma &c. lib. 4 cap. 2. § 221. De mendicitate, vide quomodo diabolus decipit per egeſtatem. ibidem §. 230. *V*nde Diuus Auguſtinus dixit: *Vt animam quam Chriſtus ſuo ſanguine redemit, luxurioſus quiſque propter vnius momenti: delectationem libidinis, diabolo peſſimo inimico ſuo, vendat, ac tradat. Verè nimirum miſeranda, & plangenda conditio eſt, vbi cito præterit, quod delectat, & permanet ſine fine, quod cruciat.* Et Hieronymus: *O quam acerbus fructus luxuria, amarior felle, crudelior gladio.* Et Gregorius: *Ex quo luxuria ſimul mentem occupauerit vix eam cogitare bona permittit.*

Aug. lib. d. honeſt. mul. cap 30.
Hieron ep. 2
Gregor. 1. Mor.

Dominica tertia Quadrageſimæ.

Erat Ieſus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum.

DVos valde inter ſe oppoſitos triumphos velut in campo certaminis hodie aperte proſpicio. Primus eſt diaboli. Secundus Chriſti. Triumphat de homine diabolus, dum reddit hominem mutum. *Et illud erat mutum.* Triumphat de diabolo Chriſtus, quia eum expellit. *Erat Ieſus eiiciens dæmonium.* Triumphat de homine diabolus, quia eius linguam, ad blaſphemiam impellit. *In belzebub principe dæ-*

I N D E X

moniorum eiicit demonia. Triumphat Chriſtus de dæmone, dum linguam muti in laudes diuinas ſoluit. *In digito Dei eiicio demonia*: Triumphat dæmon de homine, quia fortibus eſt armis indutus. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum.* Triumphat Chriſtus de diabolo, quia fortior illo ſuperuenit. *Si autẽ fortior illo ſuperuenerit.* Triumphat de homine diabolus dum in eo magis, magiſque dominatur. *Tunc aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe & ingreſſi habitant ibi, & tunc fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Triumphat Chriſtus de dęmone, quia illum, & armis, & dominio expoliat. *Vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.*

Multipliciter tandem diabolus triumphat de homine; & eius principaſſor triumphus eſt, lingua & corde potiri, potitur lingua, dum non ſinit peccatorem ſua confiteri peccata; potitur corde, dum peccator non percipit ſpirituales admonitiones, & cæleſtes inſpirationes. Diaboli tentationibus in principio reſiſtendum ne lingua potiatur. Nam vt inquit Chryſoſtomus. *In primis grauis & inſuperabilis eſt impetus diaboli, quod ſi quis forti animo ſuſtinuerit eum, in ſecundo inueniet eũ infirmiorem. Quanto enim plus percuſſus fuerit, tanto magis refrigeſcit, & deficit.* Sed quando ei non reſiſtitur, ad cor tendit. Vnde Iſidorus. *Diabolus ſerpens eſt lubricus, cuius ſi capiti, id eſt, primæ ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus in intima cordis, dum non ſentitur illabitur.* Et inferius. *Tum, contra eum quem poſſidet diabolus acrius ſæuit, quando ſe diuina virtute ab eo expellendũ cognoſcit.* Dum confitetur peccata ſua peccator, tunc & ipſe, & Chriſtus de diabolo triumphant, & eum ab illis abſtinet, totaliter de cordis poſſeſſione expellitur, & ingreditur Chriſtus. De confeſſione, vide lib. 8 §. 630. De bello diaboli, vide de lucta Herculis cũ Antheo. lib. 8. §. 647. & 648. Pugna Herculis cum Hydra, Pugna eiuſdem cum latrone Caco. De victoria Chriſti contra diabolum, vide triplex bellum. ibidem §. 649. Et quomodo Chriſtus figuratus fuit in Sampſone §. 648. Et de fructibus virtutum. ibidem §. 651.

Chryſoſt. ſup Matth.

Iſidor lib. 3. de ſummo bono.

Iſid. ibid.

Feria Secunda Dominicæ tertiæ.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum fac & hic in patria tua &c. Luc. 4.

DE Chriſto venturo Iſaias loquens, & de modo, quo à Patre mittendus erat ſub auis nomine eum vaticinatur dicens: *Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virũ voluntatis meæ*, quod ſub auis typo, Chriſtus. Quod Mũdo promittatur à Patre, docent Hieronymus ſuper hunc locum, et ſuper 31. cap. eiuſdem Iſaiæ; necnon Gregorius 18. Mor. 21. et Hom. 19. in Euangelia. Et verè auis Chriſtus, qui non ſolum quaſi quodam volatu ſublimi, de cælis ad terram deſcendit, verum etiam in terris exiſtens de loco ad locum volitare nunquam deſtitit. à quo volatu nunquam ceſſauit, niſi quando retardatiua impedimenta reperijt, quæ ſicut in auibus quatuor inueniuntur quæ illis ad volandum impedimento ſunt, ſcilicet, Nidus, nocturnum tempus, alarum præciſio, et aeris tempeſtas. Eodem modo miſtica auis Chriſtus, propter eadem impedimenta hodie à volatu in Ciuitate Nazareth abſtinet. primum, quia in proprio nido, id eſt, in patria ſua. *Quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.* Nocturnum tempus, infidelitatis Nazareorum. *Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.* Pennarum eiuſdem ſymbolicarum præciſio, facta per duritiam cordis illorum. *Et repleti ſunt omnes in Synagoga ira hoc audientes, & ſurrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem.* Ac tandem tempeſtas, et procella. *Et duxerunt illum ad ſupercilium montis, vt præcipitarent eum.*

Iſai. 46.

Hieron.

Gregor.

Luc. 4

Matth. 13.

Luc. 4. cum ſeqq.

De nido dic, quod ſicut auis, dum

eſt

eſt in proprio nido, tum longè volat, ſed tantillum extendens alas ſuper illum volitat. Sic Chriſtus in propria patria, quæ indigna propter inuidiam reddebatur nam. *Vt Ambroſius*, *aſpernator eſt dominus inuidorum*. Et Proſper lib 3. de vitijs et virtutibus. *Inuidia iuſtius nihil eſt, quæ protinus ipſum auctorem premit excruciatque ſuum*.

Ambr lib 4. in c.4. Luc

De ſignis, vide lib 4. c.14. §.340. De alarum auulſione propter induratione in non credendo de vera fide. vide fides triplex. §.340.

Feria Tertia Dominicæ Tertiæ.

Si peccauerit in te frater tuus vade, & cor. ripe eum inter te, & ipſum ſolum &c. Matth. 2,

QVid mirum ſi Deo, homo tantę ſit curæ dum eum ad ſuam ſimilitudinem formauerit, eius carnē aſſumpſerit, ac pro eo libentiſſime mori dignatus fuerit? Sed mirabile quidem, quod Deus tantam ſumpſit etiam de brutis curam, vt non ſolum illa paſcere. Vt Dauid cecinit: *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum*. *Ve*rumtamen propter ipſa eorumque ſubſtentationem leges quam plurimas condere voluerit. Vt in Deuteronomio, *Non alligabis os boui triturantis*. Et in Exodo præceptum fuit Hebreis. Si *videris aſinum odientis te iacere ſub onere, nō pertranſibis; ſed ſubleuabis cum eo*. Sed in Deuteronomio his cōtradicere Scriptura ſacra videtur in eodem capite, dum dicit: *Nunquid de bobus cura eſt Deo, an propter nos vtique dicit?* Iumenta igitur, et boues homines ſunt; nam illud, *non alligabis os boui trituranti*. communiter exponitur, non fraudandos eſſe mercede ſua in Dei ſeruitio laborantes, et conſimiliter dicendum iumentum ſub onere iacentem eſſe peccatorem, onus, peccatum, ſubleuantem, corripientem; quod totum in hodierna Euangelica lege proſpicitur, dum Chriſtus præcipit. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum &c. Frater tuus*, ecce iumentum; *ſi peccauerit*, ecce onus: *vade, & corripe eum*, ecce ſubleuationem: cuius quidem ſubleuationis, et ordo, et vtilitas ſubiungitur: *Inter te, & ipſum ſolum*, ecce ordo; *Lucratus eris fratrem tuum*, ecce vtilitas. De primo Seneca. *Qui ſuccurrere perituro poteſt, cum non ſuccurrit, occidit*. De modo peccatum tollendi optimè Seneca. *Obiurgationi ſemper aliquid blandè commiſce, facilius penetrant verba, quæ mollia vadunt, quam quæ aſpera*. de vtilitate, Idem, *Nemo prudens punit, quia peccatum eſt; ſed ne peccetur. Rès enim optima eſt, non ſceleratos extirpare: ſed ſcelera*. & Gregorius, *Qui non corrigit reſecanda, committit: et facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare*. De correctione, vide quomodo peccator eſt iumentum onuſtum malis: iumentorum genera quatuor, lib. 5. cap. 10. §. 427. Corrector liberat eum à triplici foſſa, lib. 1. cap. 8. §. 48. vbi triplex foſſa. De ordine, et vtilitate, vide quomodo correptor in tribus debet eſſe peritus lib. 9. cap. 8. §. 764. debet eſſe ſicut pater filij Prodigi, lib. 3. cap. 2. §. 160. Debet oleum infundere ſicut Samaritanus à latronibus vulnerato. Correctio debet eſſe ſicut ſacrificium de Sarragine, lib. 1. cap. 11. §. 132. Correctio aſcenſum ad rectitudinem parat, lib. 2. cap. 9. §. 58. qui corripit facit murenulas. Correptores debent eſſe dentes onium, quæ aſcenderunt de lauacro lib. 6. cap. 3. lib. 2. §. 116.

Deut. 25.

Exod 23.

Seneca in Prouerb

Idem in epiſt.

Idem lib. de morib.

Gregor in Reg

I N D E X

Feria Quarta Dominicæ Tertiæ,

Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi, dicentes, quare diſcipuli tui traſgrediuntur traditiones Seniorum &c. Matth· 15.

SEptem tubarum ſono, precibuſque Sacerdotum, Ciuitas illa ſuperbiſſima Icrico, funditus fuit euerſa, tunc, inquam, *Quomodo omni populo vociferante, & clangentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox, ſonituſque increpuit muri illico corruerunt*. (*Ioſuè 6. 20.*) Non ſecus, ac hodie ſuperba Phariſæorum, ac perfida machina, ſeptem Chriſti vocibus, velut ſeptem tubis diuino Spiritu afflatis proſtratur; dum Chriſtus ſuorum Diſcipulorum honorem zelans, primam tubam ire flatu reboare facit, dicens: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras*. reboat ſecunda illiſque improperans, ait, *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras*. Reboat tertia, ac lamentabili flatu, dicit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me*. Reboat quarta eoſq; confundit, dum dicit. *Sine cauſa me colũt*, idcſt ſine fructu. Reboat 5. et illis minatur excidiũ, *Omnis plantatio quam nõ plantauit Pater meus cœleſtis eradicabitur*. Reboat ſexta, diiiciens eos. *Sinite hos*. Reboat ſeptima, et illis improperat; *Cæci ſunt & duces cæcorum*. Septem tubis hodie diuina iuſtitia canit ad hipocritarum confuſionem, et ad Dei, diſcipulorumque gloriam. Septem etiam iſtis tubis nos hodie canemus, ad Domini noſtri Ieſu Chriſti, Iuſtorumque honorem, et hypocritarum confuſionem. Dum tuba igitur, verbi Diuini inſonat auribus percipite ſonum. De primo vide quam prouocetur ad iracundiam Deus, cum de Prælatis, aliiſque Deo dicatis murmuretur, quomodo tales ſunt dentes canini. lib.6.cap.8.§.480. De ſecundo, quomodo irritam facientes diuinam legem, ſe ipſos irritos faciunt. vide de ſpiritu nequitiæ, §.543. de terra inani et vacua, §.544. De tertio et quarto, Deus non vult oris vocem, ſed cordis. Optimè Seneca, (*Sen. ep. 5.*) *Illud te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, ſed conſpici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia ſint. Aſperum cultum, & vitioſum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento cubile domi poſitum, & quicquid ad laudem, perverſa via ſequitur euita*. Et idem (*Senec. in prouerb.*) *Malum ubi ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus*. & Hieronymus, (*Hier. ſuper Ezech.*) *Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas*. Et Seneca. (*Sen. ep. 5.*) *Nempe propoſitum eſt ſecundum naturam viuere. Hoc autem contra naturam eſt, torquere corpus ſuum. & ſertiles odiſſe munditias, & ſquallorem appetere, & cibis non tantum vilibus uti; ſed horridis*. Et Poeta, (*Poeta.*)

Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes
Impia ſub dulci melle venena latent.

De quo vide quomodo hypocritę habent ſignum bonum in malo, et ſunt ſepulchra dealbata, lib. 4. cap. 14. §.340. Sunt vulpes, quæ demoliuntur vineas, lib.5.cap.4.§.386. eradicandi diſijciendi ſunt hypocritæ, quia carent triplici luce, dum ſint cæci, et duces cæcorum, vide lib.4. c.10. §.313. Sunt dies infecti. ibidem, §. 316.

Feria Quinta Dominicæ tertiæ.

Surgens Ieſus de Sinagoga intrauit in domum Simonis ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus &c. Luc. 4.

Matth. 4. 2. DE Chriſto vaticinans Malachia Propheta, non ſine magno miſterio, ait, *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius*. Ideirco cum hodie ab Euangeliſta de Sole mentio fiat, non ab re, de ipſo ſub Solis figura mihi pertractādum videtur, illi enim conueniunt fere omnia, quæ de Sole dicuntur, et præcipue, quod ſit mobilis in ortu, ſublimis in ſitu, efficax in effectu, velox in motu, et indifferens ſuam in communicando virtutem. Dicemus ergo illum mobilem in ortu, quia poſtquam occidit Iudæis. *Dura ceruicis, & incircumciſis cordibus, & auribus, ſemini nequam, filiis ſceleratis*. Ortus eſt domui Simonis, ſanctæ, videlicet Eccleſiæ, quæ miſticè domus Simonis, in quā hodie intrat Synagoga relicta. *Surgens Ieſus de Synagoga intrauit in domum Simonis*, ecce mobilem in ortu. *Stans ſuper illam imperauit febri*. ecce ſublimem in ſitu. *Continuo ſurgens miniſtrabat illis*. ecce efficacem in effectu ſingulis manus imponens ſanabat eos. Ecce indifferentem in communicanda ſua bonitate: Et erat prædicans in Synagogis Galileæ; ecce denique valorem in motu. De primo vide tres ſoles lib. 1. § 76. quomodo primus Sol Eccleſiam colorauit, decolorauit, & recolorauit: De ſecundo, vide lib. 2. cap. 4. §. 102. quomodo Sol Chriſtus, oritur de nobis corporaliter, in nobis ſpiritualiter, & pro nobis cauſaliter. De tertio, cum iſte Sol ſit indifferens in communicando ſuam virtutem, quomodo nobis occidat lib. 3. cap. 5. §. 204. quomodo iſte Sol tripliciter obſcuratus fuit, lib 4. cap. 9. §. 306. De quarto, quomodo Chriſtus quatuor nobis portauit, ibidem §. 306. Item quomodo Deus, & Trinitas tota Sol dicatur, lib. 9. cap. 7 § 742. Et Ambroſius in quodam ſerm. *Omnia habemus in Chriſto, & omnia in nobis Chriſtus ſi vulnere curari deſideras: medicus eſt, ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt: ſi indiges auxilio virtus eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi tenebras fugis, Sol eſt: ſi cælum deſideras via eſt: ſi cibum quaris, alimentum eſt.* Ambr. in quod. ſerm.

Feria Sexta Dominicæ Tertiæ.

Venit Ieſus in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar &c. Ioann. 4.

Sap. 17. 18 NOn illa triſtis, quæ in Sapientia prohibetur. *Reſonans de altiſſimis montibus Echo*. neque illa, quæ corpore in ſaxum conuerſa nil niſi vocem retinuiſſe fertur; de qua Ouidius, & Sanazar.

Ouid. Sanaz.

Vidi, arſi, fleui, triſtemque
(heu fata) repulſam.
Spreta tuli ſum nunc vox ſenus,
aura, nihil.

Sed iucunda, atque ſuauis de altitudine Euangelici montis in auribus hodie nobis perſonare mihi videtur, non vnica voce tantum, ſed quadruplicatis vocibus reflectentem audiemus. Nam Echo ſecundum Ariſtot. Arist. Auct.

Auct-

Auerroem, cũ ſit vox, vel ſonus repercuſſus. *Audiamus quæſo ſonum*, & repercuſſionem. *Mulier da mihi bibere*, ecce vox. *Bibere, quomodo à me petis cum Iudæus ſis*, ecce repercuſſio. *Rabi manduca*, ecce vox. *Mãducare cibum habeo, quem vos neſcitis*, ecce repercuſſio. *Nunquid aliquis attulit illi cibum?* ecce vox. *Cibum meum eſt, vt faciam voluntatem Patris mei*, ecce reflexio. *Et dicit illis hominibus mulier, venite, & videte hominem*, ecce vox. *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum*, ecce reflexio. De primo, vide Vox dilecti, lib.4.cap.3. §.252.253.254 & 255. & quomodo vox dilecti corda noſtra aperit, ibidem per totum. In alloquutione Chriſti anima inſtruitur, lib.20.cap.15.§.980. Fiunt nuptiæ, in quibus aqua mutatur in vinum, ibidem §.982. Aquam quam Chriſtus petit à Samaritide eſt contritionis fons, pag.356.§ 892. Sedebat ſic ſupra fontem, vide quomodo ad quinque ſedentes ſedemus, pag.91 §.217. Antequam Chriſtus ſederit ad dexteram Patris quatuor habuit ſeſſiones, lib.4.cap.10.§.308.

Sabbato Dominicæ Tertiæ.

Perrexit Ieſus in Montem Oliueti, & diluculo iterum, venit in Templum &c. Ioann.8.

TRIa valde notabilia in hodierno Euãgelio, nobis cõſiderãda obiiciuntur, quæ omnia in laudem Virginis miro modo redundant, Mons ſcilicet templũ & terra, Mons ſuper quẽ Chriſtus aſcendit; *Ieſus autẽ perrexit in montem Oliueti*. Templum, quod ingreditur, *Et diluculo iterum venit in templum*. Terra ſuper quã diuino, cœlorumque opifici digito ſcribit, *Et inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra*. Mons quippe Maria vſque ad ſydera erectus, Templum in quo Deus habitauit, Sacrarium, quod Spiritus ſanctus omnibus virtutibus ornauit: & Terra, quæ benedictionem recuperauit. De primo optime vaticinatus fuit

Iſa. 2. Iſaias, *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper omnes colles*. De quo Gregorius

Greg. ſuper 3. Reg. ſuper tertium Regum, *Mons quippe ſuper verticem montium fuit, quia altitudo Mariæ ſuper omnes refulſit*. De ſecundo, pulchrè canit Eccleſia de

Eccleſia Virgine. *Templum Domini, Sacrarium Spiritus ſancti*. De tertio

Pſalm. Dauid, *Benedixiſti Domine terram tuam*. Quoad primum dicatur Maria continuis ſe triplicẽ altitudinem, primam quoad naturam, ſecundam quoad gratiam, tertiam quoad gloriam. De quibus vide de plenitudine B. Mariæ, lib.9. cap.7. §. 746. & §.735. per totum. De ſecundo, quomodo fuerit Templum Domini &c. vide triplex Templum Domini, lib.9. cap.7. §.749. De tertio, quomodo fuerit terra benedicta, vide quomodo in eius vtero, Chriſtus fuit conceptus ſupra naturam. lib.9. cap.15. §. 815. Et de triplici ventre ſponſæ ibidem § 812. De primo Hieronymus ſuper illud. *Aue Maria gratia plena Dominus tecum*, ait, *Talibus* (Hieron. in ſermon. de Aſſumpt.) *nanque decebat Virginẽ oppignorari muneribus, vt eſſet gratia plena, quæ dedit cœlis gloriã, terris Deum, pacem refudit, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus diſciplinam*. Et idem, *Cæteris per partes præſtatur, Maria verò ſe totam infudit plenitudo gratiæ, quæ fuit in Chriſto, quamquam aliter*. Et Bernardus, *Per te Virgo ſancta cœlum impletum eſt, infernus euacuatus eſt, inſtaurata ruina cœleſtis Ieruſalem* mi-

Idem.

Bernard. in quodã ſer.

data. De Templo Bernardus, *O venter capacior Cœlis, diffuſior terris, latior elementis, qui illum continere valuit, quem totus orbis continere non potuit, et qui tribus digitis molem terræ apprehendit*. De Terra benedicta, Auguſtinus. *Eua inobediens inuenit pœnam, Maria obediendo cõſecuta eſt gratiam, illa guſtando prohibitum maledicta, hæc credendo Angelo benedicta*. Et idem in ſermone de Aſſumptione, *auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit, illa percuſſit, iſta ſanauit.*

Aug. contr. duas hæreſ.

Idem in ſerm. de Aſſumpt.

Dominica Quarta Quadrageſimæ.

Abijt Ieſus traſmare Galileæ, quod eſt Tiberiadis, & ſequebatur eum multitudo maxima. Ioann. 6.

VElut alter Neptumnus hodie Chriſtus dum mare traiicit, mihi in Euangelica lectione, apparere videtur. Nam (vt finxere Poetæ) ſub illius tantum poteſtate erat omnimoda gubernatio maris, eiuſq; nuto, marinos vertices quieſci & rates inter ſirtes & ſcopula dirigere, & à procellis & tempeſtate defendere, vt Nautæ adoptatum portum peruenire poſſent. Vnde Virgilius.

Neptunus ventis impleuit vela ſecundis
Atque fugam dedit præter vada et feruida vexit.

Sic Chriſto omnimoda poteſtas eſt dominandi poteſtati maris amariſſimi & falſiſſimi peccati, noſque ſecuros ad optatum portum traijcere, vt Dauid cecinit. *Tu dominaris poteſtati maris, motum ſunt fluctuum eius tu mitigas*. Iſte namque diuinus Neptunus, non tantum vnius maris fluctus mitigat vt ad conuiuium Montis Cœleſtis perueniamus; ſed ſeptem *Maria*, videlicet, Mare ſonans, *Mare* rubrum, Mare magnũ, Mare feruens, Mare ſolitudinis nouiſſimum, & *Mare* Vitreum. Ideſt mare ſuperbiæ, iracundiæ, inuidiæ, luxuriæ, accidiæ, gulæ, & auaritiæ. De primo Iſaias, *Multitudo maris ſonantis*. de ſecundo Exod. *Cumque extendiſſet Moyſes manus ſuper mare conuerſum eſt in ſiccum diuiſaq; eſt aqua*. de tertio Ioſuè, *Et cuncti Reges Canaan, qui propinquã poſſidebant magni maris loca*. de quarto Iſaias, *Impij autem, quaſi mare feruens*. de quinto Deut. *Vſque ad mare ſolitudinis*. de ſexto Idem, *Vſque ad mare nouiſſimum* de ſeptimo Apoc. *Tanquam mare vitreum ſimile chriſtallo*. Videamus igitur, quomodo ſpiritualem Neptunum, ſequi debeamus, *Cuius via in mari, et cuius ſemita in aquis multis*. Eius nanque auxilio indigemus cum non ſolum mare; ſed mare ſeptuplum nobis tranſeundum ſit: & præcipuè ſuperbiam quæ vocatur mare ſonans. De mare ſuperbiæ, Gregorius. *Radix quippe cuncti mali; et regina omnium vitiorum ſuperbia eſt. De qua ſcriptum atteſtãte dicitur. Initium omnis peccati ſuperbia. ſeptem principalia vitia de ſuperbia virulente radice proferuntur, ſcilicet, inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, ventris ingluuies, et luxuria. Nam quia his ſeptem ſuperbia vitijs nos captos diabolus tenuit, idcirco Redemptor noſter ad ſpirituale liberationis bellum, ſeptiformis gratia plenus venit*. Et Bernardus, *Quæ maior ſuperbia, quam vt vnus homo totiq; Congregationi iudicium ſuum præferat, tamquam ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei?* Et Hugo, *Superbia in Cœlo nata eſt, ſed velut immemor qua via inde cecidit illuc poſtea redire non potuit*. De ira optimè Seneca, *Iracũdia infelicitas geminatur. iracundus cum iraſci deſierit tunc iraſcitur ſibi. reſpicere nihil conſueuit iracundia*. Et de inuidia Proſper, *Inuidia iuſtius nihil eſt, quæ protinus ipſum auctorem premit, excru-*

Iſai. 15. — Exod. 14. — Ioſuè 8. — Iſai. 57. — Deut. 4 — Idem 34 — Apoc. 4. — Gregor. in Mor. — Bern. ſer. 3. in Reſur. Domini. — Hugo lib. 1 de anima. — Seneca in prouerb. — Proſp. li. 3 de vitiis & virt.

cruciatque ſuum. De luxuria Hieronymus, *Ignis infernali luxuria, cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintilla praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehěna*. & de accidia Seneca, *Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicii loco labor eſt, deſidioſo ſtudere torqueri eſt, et de ſeptimo mare auaritia pecuniam ſicuti ſtias, ancilla eſt, ſi neſcias domina, cordem inopia pauca deſunt, auaritia omnia, et item auarus nihil rectè facit, niſi cum moriatur, et idem auarus ipſe miſeria ſua cauſa eſt*.

Hier. ep. 1.

Ne tranſeamus ſeptem iſta maria Chriſtum ſequendo ad conuiuium montis, aggrauant nos ſeptem onera, quæ omnes debebus deponere, vt Chriſtum ſequantur. De primo mare ſuperbiæ, vide lib. 5. cap. §. 350. onus Babylonis, & §. 381. de ſecundo mare iræ, vide onus Philiſtijm, §. 355. de impedimento tertij maris iracundiæ, vide §. 356. de quarto mare, vide onus triplex noſtræ conceptionis, §. 359. & 360. de quinto, vide onus derti maris, §. 385 & 361. de ſeſto mare inuidiæ, vide onus Duma. §. 394. de ſeptimo mare, & onere auaritiæ, vide §. 412. pag. 159.

Feria Secundæ Dominicæ Quartæ.

Prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam, & inuenit in Templo &c. Io. 2.

HOdiernum Templum, de quo profanatores eijciũtur à Chriſto, Templum Salomonis fuiſſe, ferè omnium Sanctorum Doctorum eſt opinio, quatuor aut quæ ex eo eijciuntur quatuor Templa, quæ à nobis ſunt expurganda, & ornanda, dilucide inſinuantur Primũ templum eſt corpus humanum; vnde Paulus, *Neſcitis quod corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti*. Secundum eſt congregatio fidelis populi: vnde Idem. *Templum Dei ſanctum eſt, quod ſitis vos*. Tertium eſt anima iuſti; vnde Iſaias, *Et ea quæ ſub ipſo erant replebant templum*. Quartum eſt caro Chriſti, de quo hodie, *Soluite templum hoc, et in triduo reædificabo illud*. De primo tẽplo debemus eiicere oues, ſcilicet ignorãtiam, & imperitiam myſteriorum Dei, per oues figuratæ à Philone, ab Origene, & Cyrillo. De ſecundo templo debemus eiicere boues, ideſt Sacerdotes, qui ſolum quæſtus, & lucri gratia Domino miniſtrare quærunt; vt ſentit Gloſa ordinaria ſuper Ioan. 2. De tertio templo eiiciendæ ſunt columbæ, ideſt luxuriæ, concubinatus &c. De quarto templo eiiciendi ſunt Nummularij, ſcilicet publici vſurarii, qui de miſtico templo corporis Chriſti ſunt eiiciendi; vt ſentit Origenes ſuper Matthæum, & Ambroſius ſuper Lucam. His expurgationibus peractis: debemus, quod Macchabeĕ egenum, & nos facere, qui expurgato templo *Ornauerunt faciem eius coronis aureis, et ædificauerunt altare Domino, et facta eſt lætitia magna in populo*. Omnia ſupradicta templa, quomodo quatuor coronis ornare debeamus: Vide lib. 5. cap. 2. §. 344. 335. & 346. vſque ad §. 350.

1. Cor. 6. — 2. Cor. 6 — Iſai. 6 — Ioann. 2. — Phil. de ſacrif. Abel & Cain. — Orig. ſuper Leu. ho. 2. — Cyrill. in ador. in ſp. Sanct. — Gloſ. ſuper Io. 2. — Orig. ſuper Mat. ho. 15 — Ambr. ſup. — Luc. 19.

Feria

Feria Tertia Dominicæ Quartæ.

Iam die feſto mediante aſcendit Ieſus in Templum & docebat, & mirabantur Iudæi &c. Io 7.

DEſinerent planè ab admiratione Iudæi, ſi librum illum, manu Diuina Ezechieli allatum legiſſent, vel ſaltem vidiſſent, de quo idem Propheta meminit dicens: *Et ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, in quo ſcripta erant lamentationes carmen, et væ.* Sub huius libri forma, Chriſtum oſtenſum Prophetæ fuiſſe, multorum fuit opinio. Quippe qui omnes libri conditiones, retineat. Liber enim primo imprimitur, ſecundo venditur, tertio tunditur & ligatur, quarto coloratur exterius, quinto capitellum ei imponitur, ſexto aperitur & attentè conſideratur, ſeptimo ſi bonus eſt per totum mundum diuulgatur. Et Chriſtus primo fuit impreſſus in Typographia memoriæ Paternæ abſque vlla vel minima erroris ſuſpicione. Et rurſus quia optimus liber, fuit impreſſus in Typographia vteri Virginalis, omni ſimilit er carens er ore, & menda, *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Deinde venditus fuit Diuinus hic liber à Iuda triginta argenteis, poſtea tunſus fuit, & ligatus, *Tanquam ouis ductus ad victimam, et tanquam agnus ad occiſionem.* Quarto tinctus colore rubeo ſui ſanguinis & opertus clamide coccinea. Quinto impoſitum illi fuit capitellum ſpineę Coronę, ſexto apertus in Cruce cum vnus militum lancea latus eius aperuit, ibidē ſtudioſe conſideratus, *Verè Filius Dei erat iſte.* Septimum Per totum mundum vulgatus. *In omnem terram exiuit ſonus eorum &c.*

1.Pet.2

In hoc tamen materialibus libris præſtantior; quod illi inanimati ſunt nec ex ipſis abſque Doctore docere poſſunt. Chriſtus autem verus erat liber, & loquens ex ſe ipſo docens, *Aſcendit in Templum et docebat.* & ſic docebat, vt totus Iudaiſmus miraretur; docebat, & mirabantur Iudæi; ſed verè quidem Iudæi mirabantur, ignorantes modum quo literas didiciſſe, *Quomodo hic literas ſcit cum non didicerit.* Nam cum Chriſtus poſſit conſiderari vt Deus, & vt homo, vt Deus ex ſe ipſo literas ſcit, nullo Doctore præſuppoſito: vt homo autem ab alio literas ſcit, & vt viator, & vt comprehenſor. Vt viator enim illas habet infuſas, vt comprehenſor verò illas videt in ſpeculo voluntario *Diuinæ* naturę. Hinc dicendum eſt tres notitias dari in Chriſto: Verbi, in Verbo, & à Verbo. Notitia Verbi eſt in Chriſto à *Patre*, à quo ſicut Diuinam naturam, ſic & omnia attributa, & eſſentiales perfectiones habet. Notitia in Verbo, eſt in Chriſto, videndo in Verbo omnia; tum vniuerſalia, tum ſingularia, tum neceſſaria, tum contingentia, tum præſentia, tum futura & præterita, tum quæ habuerunt, habent, & habebunt, tum illa quæ nunquam erunt. Notitia à Verbo eſt in eodem cognoſcendo creaturas per ſpeciales infuſas, acceptas in inſtanti ſuæ conceptionis.

Aut dicendum eſt omnem notitiā Chriſti, eſſe meridianam, vel matutinam, vel veſpertinam; meridiana eſt per viſionem Eſſentiæ Diuinæ; matutina per cognitionem creaturarum in eadem Eſſentia, veſpertina per cognitionem earumdem in proprijs formis. Ideo Iudæi cum principium & modum, quomodo Chriſtus literas ſciret, comprehendere non potuiſſent, mirari potius debuerunt de modo quo illam docebat, & de effectu quem in connerſione animarum faciebat, & à fructu quem parturiebat. De modo docendi Chriſti doctrinam, vide quomodo Doctores Euāgelici à prauorū doctrina animā defendunt, lib. 8. cap 5. & ibidem §. 6. 3. Doctores quomodo ſponſam pallio ſpoliat, ibid.

De effectu, vide quomodo doctrina, quæ perfectioribus datur in melle deſignatur, pag. 212. cap 5. quo-

modo doctrinæ vtilitate, ſuauis ſpōſa dicitur, pag. 27. §. 68. quomodo doctrinæ panis cœlum oſtendit, pag. 350. 895. Doctrinæ odorem. vt emittat filius: os ſuum aperit, pag. 344 §. 861.

De fructu, vide quomodo doctrina Chriſti eſt vinum botri Eccleſię, pag. 345. 863. vide quomodo diſciplinæ ferramentis docebat Chriſtus ſigna virtutum dolari, pag. 400. §. 1019. & ſeq.

De doctrina, & doctore multa dixerũt PP. Auguſtinus. *Doctrina per malos, palmis in ſepe, botrus inter ſpinas: ... utè lege, nedum quæris fructum, lateres manuum te cum audis bona dicentem, ne in mitteris mala facientem.* Ambroſius, *Ante vitam, quam doctrina quærenda eſt. Vita bona ſine doctrina gratiam habet, doctrina ſine vita integritatem, non habet.* Gregorius, *Doctrina cum omni imperio docetur, quando prius agitur quam dicatur, nam doctrina ſubtrahit fiduciam, quando conſcientia præpedit linguam.* *Docere & non facere* (ait Chryſoſtomus) *non ſolum lucri nihil, ſed & damni plurimum confert. Grandis enim condemnatio eſt componentis quidem ſermonem ſuum, vitam vero ſuam, atque operam negligentis.* Et Seneca, *Quid faciendum ſit à faciente diſcendũ eſt.* Et idem, *Eum elige Doctorem, quem magis admireris cum videris, quam cũ audieris.* Et idem, *Omnia facta, & dicta noſtra inter ſe congruant, & reſpondeant ſibi. Non eſt hic animus in recto, cuius dicta, & acta diſcordant.*

Aug. ſuper Ioann. — Ambr. ſup. Beatitud. — Gregor. — Chryſoſt. in lib. de comp. cordis. — Sen. ep. 9. — Idem de quat. virt. — Id. ep. 39.

Feria Quarta Dominicæ Quartæ.

Præteriens Ieſus vidit hominem cœcum à natiuitate &c. Ioan. 9.

MAxima inter antiquos Philoſophos fuit diſceptatio, & etiam inter antiquos ſanctę Eccleſię Patres, an ſcilicet oculis carere, melius eſſet quam habere. Aliqui ſicut Democritus cœcitatem maximi duxerunt, beatoſque cum cœci eſſent ſe reputabant. nam (vt de illo refert Plutarcus, Cic. lib. 5. Tuſc. & Aulus Gell. lib. 10 cap. 17.) ſe occœcauit naturę ſecre[t]a facilius ſpecularetur. Homerus, referente eodem Plutarc. & M[ar]ciano lib. 1. ab infantia cœcus fuit, & ideo Homeri nomen ſortitus eſt, nam prius Meleſigines dicebatur, eo quod ad Meleſigenem flumen natus eſſet. Et Antonius Abbas Cõſolatus iam fuit Didimum magnũ Eccleſiæ Doctorẽ de ſua cæcitate verbis illis quæ refert Rufinus. *Nihil te offendat, ò Didime, quod carnalibus oculis videris orbatus. Deſunt enim tibi oculi illi, quos mures, & muſca, & lacerta habẽt; ſed lętare quia habes oculos quos Angeli habẽt, quibus Deus videtur, per quos tibi ſcientiæ lumen magnum accenditur.* Et Nicephorus de S. Petro Abbate refert. *Quod cum caſum, & miſeriã eius deplorarent amici altero illum orbatum fuiſſe oculo, ſapientiſſime reſpondit potius eos ſecum lætari debere; & congratulari, quod vno ex duobus inimicis priuatus eſſet.* Sed contrarium videtur Syracidos ſentire. Vnde aiebat; *Dulce lumen & delectabile eſt oculis videre Solem.* Et Tobias, *Quale gaudium mihi erit qui in tenebris ſedeo, & lumen Cœli non video?* Nos autem hodie prioribus auctoritatibus innixi, apertè dicemus, corporalibus oculis orbari magnam eſſe felicitatem; quia hinc hodie omnia mala nobis proueniũt. Nam Dauid per oculos prius peccatum adulterij, & poſt homicidium commiſit. Et Sichen viſa Dina, eius amore deperijt, quod ſui & totius populi excidium fuit. Et Ieremias, ait, *Mors intrat per feneſtras.* non deploranda eſt ergo corporalis cœcitas, ſed ſpiritualis, qua peccatores detinentur; de qua Salomon, *Excæcauit eos malitia eorum.* Et Sophonia, *Ambulabunt vt cœci quia Domino peccauerunt.* Quæ non vna, ſed triplex eſt, iuxta peccatorum triplicitatem orbem totum orbum facien-

Plutarcus — Cic. lib. 4. Tuſc. — Au. Gell. lib. 10. c. 17 — Marcian. lib. 1. de vit. Philoſ. — Ruf. lib. 10 hiſt. c. 7 — Nicephor. hiſt. Eccl. lib. 9. c. 17. — Eccli. 11. — Tob. 5. — Ieremy. — Sap. 4. — Sophon.

Digitized by Google

cientem, pro cuius illuminationis figura: Christus triplex genus cœcorum triplici modo illuminauit, ſcilicet, verbo, impoſitione manuum, & luti compoſitione: verbo tantum ſanatus fuit Bartimæus, filius Timæi. [*Marc. 10.*] *Filius Timei Bartimaeus cæcus ſedebat iuxta viam mendicans, qui cum audiſſet, quia Ieſus Nazarenus eſt, cœpit clamare, & dicere: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Ieſus autem dixit illi, vade, fides tua te ſaluum fecit, & confeſtim vidit.* Impoſitione manuum ſanauit duos cœcos Hierocontinos. [*Math. 20.*] *Qui cum clamarent vocauit eos Ieſus, & ait, quid vultis vt faciam vobis; at illi vt aperiatur oculi noſtri. Ieſus autem tetigit oculos eorum, & confeſtim viderunt.* Compoſitione luti ſanatur hodie cæcus iſte à natiuitate, *Liniuit lutum ſuper oculos eius, & vidit.* Tres peccatorum ſpecies, tres iſtas cæcitates demonſtrant, quibus totus mundus excæcatur; ſunt namque aliqui peccatores cœci vnius tantùm delicti perpetratione, & iſti ſanantur, verbo diuino, ideſt per publicam Concionem; ſunt aliqui peccatores cœci conſuetudine, & reciduatione, & iſti non tantum verbo, ſed per manum impoſitionem, ideſt per tribulationes, & flagella illuminantur; & ſunt aliqui cœci per conſuetudinem, & obſtinationem: & iſti multis indigent, ſcilicet, luti collirio, vnctione, & miſſione, ad Siloe.

De primis, vide quomodo filij ancillæ pugnant contra nos, lib. 2. cap. 2. §. 85. quomodo in principio peccatum carnis excecat dulcedine & lenitate, pag. 28. §. 59. ſed in principio vnica admonitione, vel concione curatur. Se quando peccatum carnis eſt cum reciduatione, tum ſecum trahit ſeptem genera tentationum, de quibus vide lib. 2. cap 7. §. 110. Ideo motus carnis ſunt occidendi ſicut Oloſernes in lecto caſtitatis lib. 3. c. 1. §. 153. Carnales lapidem Chriſtum dimittunt in imo pag. 75. §. 177. Vide quomodo caro tripliciter immolatur, pag. 134. §. 225. caro fatua eſt mula ſuper quam Abſalon ſedit, lib. 3. cap 7. §. 178. ne caro excecet eſt mortificanda pag. 19. § 46.

Feria Quinta Dominicæ Quartæ.

Ibat Ieſus in Ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum diſcipuli eius &c Luc 7.

INter præclara, quæ ſe geſſiſſe, commemorat Iob. duo mihi notabiliora, ac præſtantiora perpendenda videntur, nempe quod Viduas, & merentes conſolabatur. Vnde ipſe, [*Iob. 9.*] *Cor viduæ conſolatus ſum*, & in fine eiuſdem, *Eram tamen merentium conſolator.* Quod totum de Chriſto, ab eius ortu, vſque ad aſcenſionem adimpletum cernimus, homo enim factus nuſquam locum intrauit, quin conſolationes, & gratias impertiretur. Oritur in mundo, & ſtabulum ſordidum, ſplendidiſſimum facit. [*Luc 3.*] Intrat Aegyptum, & demolitur vniuerſa eius Idola. [*Iſai. 19.*] Ingreditur Templum, & ſpirituali exultatione replet Simeonem, & Annam. Ingreditur Zachæi domum, & ſalus ei à Deo facta eſt. Ingreditur Matthæi, iam vocati ad Apoſtolatum ædes, & nedum Apoſtolum, confirmat, ſed & Euangeliſtam conſtituit. Ingreditur domum Simonis, & ſocrum eius, a magnis febribus liberat. Ingreditur tandem hodie Ciuitate Naim, & præ foribus inueniens defunctum, qui efferebatur filius vnicus matris ſuæ, à mortuis ad vitam vocat. Et vt in ipſo adimpleretur illud Iob ſuperius Hodie quatuor modis, quatuor perſonas conſolatur ſingulis, reſtituendo quod amiſerant. Mulier enim vidua filium perdiderat, filius vitam, populus Dei timorem. Denique ipſe Deus laudem: conſolatur viduam reddendo ei filium, conſolatur filium reddendo ei vitam, conſolatur turbas ted-

Digitized by Google

reddēdo illi Dei timorē,& cōſolatur Deum reddēdo illi honorem & gloriā. *Et dedit illum matri ſuæ*. ecce prima conſolatio. *Et reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui*. ecce ſecunda. *Accepit autem omnes timor*. ecce tertia *Et magnificabant Deum*. ecce quarta Videamus ergo breuiter, primo, quomodo Chriſtus tangendo loculu Crucis,ex tali contactu vidua,videlicet,ſācta Mater Eccleſia filiorum nece prius afflicta, conſolationem recepit. Vt Diuus Ambroſius teſtatur. *Sancta Eccleſia populum iuniorem à pompa funeris, atque à ſupremis ſepulchri, ſuarum reuocat ad vitam contemplatione lacrymarum:quæ flere prohibetur eum,*

Ambr ſup. Luc.c.7.

cui reſurrectio debebatur. Secundo. quomodo tangente Chriſto loculum Crucis, mortuus, ideſt peccator viuifico eius ſanguine ad vitam redijt; quia vt Apoſtolus, *Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur*. Tertio, quomodo per Crucem omnes,tam homines, quàm dęmones timorem Dei perceperunt. Nam vt in Exodo vaticinatum fuit. *Tunc conturbati ſunt principes Edom,robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Canaan*. Quarto,quomodo per Crucem Deus glorificatus eſt. *Pater venit hora clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te*.

1.Cor. 15.

Exod.15.

Ioann.17.

Feria Sexta Dominicæ Quartæ.

Erat quidam languens Lazarus a Bethania &c.. Ioann.11

Mirum quidem, quod tot, tantique Viri ſancti, & præcipuè D. Antonius de Padua plures mortuos ſuſcitarint, quam Chriſtus, à quo in Euangelio tres tantum ſuſcitati leguntur, primo, ſuſcitata fuit filia Iayri Synagogæ Principis, ſecundo filius Viduæ Ciuitatis Naim, tertio Lazarus quatriduanus; ſed minime hercule, ſi apud ignaros hoc mirum facit apud doctos, & veros Chriſtifideles hoc aſſerere temerarium eſſet. Teſte namque Auguſtino, *Tres tantum mortuos inuenimus reſuſcitatos viſibiliter à Domino,millia inuiſibiliter. Quot autem mortuos viſibiliter ſuſcitauerit, quis nouit? non enim ſcripta ſunt omnia quæ fecit. Ioannes hoc dixit? Multa alia ſigna fecit Ieſus, quæ ſi ſcripta eſſent arbitror totum mundum non poſſe libros capere. Multi ſunt ergo alij ſine dubio ſuſcitati; ſed non fruſtra tres commemorati. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus. ea quæ faciebat corporaliter, etiam ſpiritualiter volebat intelligi. Neque enim miracula, tantum propter miracula faciebat; ſed vt illa quæ faciebat mira eſſent videntibus, vera eſſent intelligentibus*. Magno igitur miſterio de tribus tantum mortuis ſuſcitatis

Auguſt de verb. Dom

in Euangelio fit mentio. Et de loco in quo ſuſcitantur,primus ſuſcitatur in domo, ſecundus in porta Ciuitatis, tertius in ſepulchro. Primus eſt peccans occultè,ideoque domi mortuus; ſecundus peccans publicè, ideoque defunctus in porta ciuitatis. Tertius in peccato obſtinatus, atque in ſepulchro quatriduanus,& fœtens deſcribitur. Quod benè ſenſere Gregorius & Auguſtinus. *Puellam in domo, adoleſcentem extra portam in ſepulchro autem Lazarum ſuſcitat. Adhuc quippe in domo mortuus iacet, qui iacet in peccato. Iam quaſi extra portam ducitur, cuius iniquitas vſque ad inuerecundiam publicæ perpetrationis operatur. Sepultura autem Agere premitur, qui in perpetratione nequitiæ, etiam vſu conſuetudinis preſſus grauatur*. Et Auguſtinus, *Intus eſt mors, quando cogitatum malum, nondum proceſſit in factum: ſi autem ipſum malum feciſti, quaſi mortuum extra portam extuliſti. De illo autem qui peccare conſueuerat dicitur. Fœtet, incipit, enim habere peſſimam famam, tamquam odorem teterrimum*.

Greger. Auguſt.

Quomodo mors ſit in domo per cogitationis vagationem, vide pag. 43. §.99. Cogitationes veras habere,

Digitized by Google

re; melius eſt quam dulces. pag.41.
§.92. Vide quomodo anima ſequitur mundi cogitationes, quando ſe ignorat, tum autem reſurgit, quam tria in ſe recognoſcit. pag.46.§.104. De ſecundis, ne peccatum & peccator extra portam deferatur, oportet vitare conſuetudinem, & tribus modis ſe recognoſcere, de quo vide ibid. §.103. De tertio autem peccatore fœtente, vide quomodo ſuper tres currus Pharaonis ſedet. pag.47. §.106. vide quomodo omnes iſti peccatores per Dei curribus poſſunt ſaluari. ibid. §.107.

Sabbato Dominicæ quartæ.

Ego ſum lux mundi &c. Ioann. 8.

NOn deſuere quamplurimi hæretici, aſtruentes Chriſtum Dominum materialem hunc Solem eſſe, quem oculis quotidie proſpicimus, & forſan ſuper hodierna Chriſti verba ſuam chimericam ſtatuerunt opinionem: dum ipſum audiunt loquentem, *Ego ſum lux mundi*; ſed meminiſſe oportebat illius Sapientię de Chriſto prolati. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.* Quod etiamſi verbis Chriſti ſe lucem mundi aſſerētis repugnare videatur. Attamen dicēdum, quod licet Chriſtus Dominus, materialiter, aut formaliter lux non ſit; retinet tamen vtriuſque lucis mundanæ ſcilicet, & cæleſtis effectus, ac proprietates, quæ inter multas, ſex præcipuè ſunt. Prima, quod eſt illuminans, & non illuminata. Secunda, quod habuit eſſe formale ante omnem creaturam. Tertia, quod eſt recta in radiorum emiſſione. Quarta, quod ſtatim totum illuminat diaphanum. vt probant
D.Thomas. 1.par.q.67 art.2. Scotus in 2. diſt. 13. q.1. proſpectiui, et Diuus Thomas, et Scotus. Quinta, quod ſe totam diffundit, et non per partes communicat. Et ſexta, quod ſine ſui pollutione per fœda, pollutaque tranſit. Omnes has proprietates Chriſto cōuenire, neminem fallit. Nam ſi prima proprietas lucis eſt, quod ſit il-
Dionyſ. de diu. nom. luminans, et non illuminata. Vt Dionyſius. *Lux omnibus corporibus cognitionem confert, & vitam, & motum*. Et Chriſtus,
Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū*.
Damaſc. Et à nullo illuminatur. Si de luce dicitur, quod habuit eſſe formale ante omnem creaturam. vt Damaſcenus, *Aufer lucem quæ eſt primogenita creaturarum, & omnia incognita remanebunt*. et de Chriſto dicitur: *Priuſquam formaretur terra & orbis, à ſæculo, & vſque in ſæculum tu es Deus*. Psal. Si de luce dicitur, quod eſt recta in radiorum emiſſione. Vnde in lib. Fontis vitæ, de ea dicitur. *Inuiſibiliter, in animalibus, ſenſum & motum operatur, & virtutem eius ſentit omnis creatura*. Lib. Fontis vitæ et de Chriſto dicitur. *Perſonarum acceptio non eſt apud eum,* Coloſſ. 3. *non enim reſpicit perſonā hominum*. Matth. 2. Si de luce dicitur, quod ſtatim totum illuminat diaphanum; Vnde Baſilius, Baſilius *Lux eſt maximè mobilis, ſummè actiua, & ſine reſiſtentia ad intima cuiuſcumque rei penetratiua, Angelorum, & Sanctorum, ſuper Cælum quietiſſima habitatio, & Summa Trinitatis per exemplum demonſtratio manifeſta*. Et Chriſtus totum diaphanum noſtræ animæ illuminat, totamque eius capacitatem repiet. Vt Bernardus, *Nihil eſt in rebus, quod* Bern. ſuper Cant. ſerm. 18. *poſſit replere creaturam, factam ad imaginem Dei, niſi charitas Deus, qui ſolus maior eſt illa*. Si lux ſe totam et non per partes diffundit. Vt Auguſtinus. *Lux eſt ſubſtantia corporea &c. ſummè perfectibilis, ſummè iucunda, ſummè communicabilis; multo magis hæc proprietas conuenit Chriſto, qui eſt ſummum bonum ſui ipſius communicatiuum*. Vnde Matthæus. *Qui Solem ſuum oriri* Matth. 5. *facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Si de luce dicitur, quod ſine pollutione, omnia tranſit. Vnde Auguſtinus, *Luce in corporibus nihil pulchrius, nihil velocius, nihil ſubtilius, nihil impaſſibilius, nihil virtuoſius inuenitur*. et de Chriſto dicitur. *Candor eſt lucis æternæ, et ſpeculum ſine macula*. Meritò igitur ſe hodie Chriſtus lu-

cem

Digitized by Google

cem dicit, quia habet omnes eius proprietates. De quibus vide de luce quadrupla. lib. 4. §. 313. quomodo ſub hac luce tres iuſti ambulant. ibid. §. 314. vide triplex lux, ibid. ſub hac luce, tres ſunt dies. Quæ quidem proprietates omnes Virgini applicari poterunt ſi ſermo habendus ſit de Virgine. pro quo vide in feſto eiuſdem Natiuitatis. ibidem, et ſequitur.

Dominica Paſſionis:

Quis ex vobis arguet me de peccato &c. Ioann. 8.

PRetioſiſſimum illum Adamantem, qui ſuper Pōtificis Hebreorum pectus, dum in Templo ſacrificia offerebat, triplicis coloris, albi ſcilicet, rubei, et nigri, ſecundum varios rerum euentus reſplendere ſolebat. Hodie ſuper Summi Pontificis Chriſti pectus mihi videre videor, Sicut Epiphanius aſſerit lib. 5. de duodecim gemmis. (Epiphan. lib. 5. de duod. gem.) Chriſtus namque Diuinus Adamas iuxta Ezechielis prophetiam. *Vt adamantem dedi faciem tuam*. Triplici hodie aſpectu apparet, albo, rubeo, et nigro. Albo propter puritatem, rubeo propter, charitatem, et nigro propter Hebræorum immanitatem. Albo dum dicit, (Ioan. 8.) *Quis ex vobis arguet me de peccato*. (Hebr. 9.) Rubeo, vt Apoſtolus in hodierna Epiſtola. *Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta*. Nigro dum *Abſcondit ſe, et exiuit de Templo*. (Ioann. 8.) Dum igitur hodie, vobis huius Adamantis alborem repræſento, eius puritatem et innocentiam contemplamini; dum eius ruborem, eiuſdem etiam charitate corda veſtra flammeſcant; dum obſcuritatem, viſcera cunctaque præcordia veſtra timore, ac tremore repleantur. De Chriſti puritate. vide lib. 8. c. 8. quomodo Chriſtus candidus, et rubicundus dicatur. §. 635. 636. de charitate, vide lib. 10. cap. 13. per totum. De tertio vide lib. 10. c. 21. §. 1012. tres fugæ dilecti & in vnaquaque tria per totum &c.

Pro eodem Euangelio.

SOl Diuinus ille, qui alias ſub varijs aſpectibus, & in diuerſis Zodiaci ſignis à nobis diuerſimodè eſt conſideratus; Hodie in Gemini ſigno clarè reperitur. Videlicet in ſigno puritatis, & veritatis. Puritatis, dum inquit, *Quis ex vobis arguet me de peccato*. Eſt in ſigno veritatis, dum conqueritur. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi*. De puritate, & veritate, igitur Chriſti verba ſactutus præparate corda veſtra pro puritate recipienda, & ora pro veritate fatenda &c. De puritate. vide de laude dilecti & delicijs virtutum lib. 5. cap. 5. §. 387. Quomodo paſcitur inter lilia, propterea & tria ſunt lilia inter quæ paſcitur. ibidem §. 390. De veritate vide lib. 5. cap. 2. §. 16. De triplici veritate, & quompdo miſericordia & veritas obuiant ſibi. ibid. §. 17.

Feria

Feria Secundæ Dominicæ Paſſionis.

Miſerunt Principes & Phariſæi Miniſtros, vt apprehenderent Ieſum. Ioann. 7.

CElebertima hodie ſponſalia fiũt, de illo cæleſti matrimonio, quod Chriſtus cum cruce conſummare debebat, de qua adeo erat amore captus, vt illud ſapientis forſan ſibi vſurpauit. *Hanc amaui, & exquiſiui eam à iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius*. Hic namque omnia illa quæ in ſponſalibus fieri ſolent reperiuntur. Nam dum contrahuntur ſponſalia primo mittuntur miniſtri ad pertractandum, ſi vtrinque ſanguinis proſapia, facultatis quantitas, ſponſi, ac ſponſæ qualitates placent. Dum hoc pertractatur ſponſus & ſponſa, non comparent, ſed remotè vitam ducunt. His beneuiſis, ac placitis ſponſus mittit arrham, & interim vſque ad matrimonij conſummationem, ſponſalia celebrantur. De primo, *Miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum*, vtique de hoc matrimonio pertractaturi. De ſecundo, dum de hoc agitur, ſponſus non comparet. *Non enim volebat in Iudæam ambulare*. Tertio mittit arrham, dum dicit: *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat*. Sed ad quid ab Hebræis de ſponſalibus iſtis pertractatur? ad quid huius conſummatio matrimonij citatur; cum Chriſtus. *Hanc amauit, & exquiſiuit à iuuentute ſua*.

Imò ab infantia in preſepio futuri matrimonii cum cruce conſummandi arrham accepit fugiendo in Ægyptum. *Quæſiuit ſponſam ſibi eam aſſumere*. Toto ſuæ iuuentutis tempore, vt illud impleretur, *In laboribus à iuuentute mea, & amator factus eſt formæ illius*. Dum nocte ſuæ paſſionis eam in manibus Angeli conſolatoris proſpiciens præludia ſpiritualis matrimonij experiri cœpit. *Generoſitatem tandem illius glorificauit*. Dum illi coniunctus eſt, in qua coniunctione Omnium Dominus; ita dilexit illam, vt moriens, hoc ſpirituale matrimonium complere voluerit, ne per mortem ſicut cætera matrimonia diſſolueretur, [illegible] in æternum duraret. De huius ſponſæ amore, & eiuſdem ſponſalibus [illegible] Chriſto. Vide aſcendam in palmam & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua ſicut botri vineæ. lib. 9. c. [illegible] per totum. Ab hoc matrimonio beneficia nobis collata ex parte [illegible] gerunt. Chryſoſtomus, *Crux [illegible] Chriſtianorum ſpes, Crux Romanorum victoria, mortuorum reſurrectio, decorum dux, conuerſorum via, clauſorum baculus, pauperum conſolatio, arbor reſurrectionis lignum vitæ æterna*. Damaſcenus, *Crux Chriſti clauis eſt Paradiſi: hæc infirmorum baculus, paſtorum virga, conuertentium manuductio, proficientium perfectio, animæ ſalus & corporis, omnium malorum auerſio, omnium bonorum datrix*. Et Gregorius, *Diabolus in virga Crucis tranſglutiens carnem humanitatis transfixus eſt hamo Diuinitatis*.

Vide etiam tria genera ſponſalium. §. 71. vide quomodo pro hac ſponſa amore languit, & triplici vulnere vulneratus fuit. vide lib. [illegible] §. 515. & ſequitur.

Feria Tertia Dominicæ Paſſionis.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, Ego autem non aſcendam. Ioann. 7.

Pyth.

Virg lib. 1. Georg.

Deut. 6. & 10. Matth. 4. Iuſtin. l. 1. ff. de orig. iur. Boet. 3. de Conſol. c. 1.

Deut. 6.

CVm vllo vnquam tempore fuerit aliqua tam barbara, & efferata natio, quæ Deum aliquo exteriori ſigno non coluerit, & venerata fuerit. Pythagoras à multo retum Diuinarum ſuæ doctrinæ exordium ſumēs dixit, *Mortalis primum Deos cole &c.* Virgilius Mantuanus *In primis venerare Deos &c.* Phocilides in principio ſui poematis *Primum cole Deos, poſtea genitores tuos.* Spiritus ſanctus per os Moyſi, & Chriſti. Hoc idē iterum, atque iterū cōfirmauit; *Dominum Deum tuū adorabis &c.* & in leg. 1. ff. de orig. Iur. *Per Diuini enim nominis innocationem, humani actus perfectè proſperantur in fine.* Et Boetius, *Rerum omnium Patre prætermiſſo, nullum ritè fundatur exordium.* Et Dei populus ne ſuperaretur à gentibus, non ſolum ſemper Deum coluit; ſed diuerſas ſolemnitates à Deo inſtitutas, quibus publicè illum venerate obſeruauit, inter quas inſignis erat Scenophegia, de qua in Euengelio, *Erat autem proximus dies feſtus Iudæorum.* De qua præcipiebatur in Deuteronomio, *Solemnitatem Tabernaculorum celebrabitis ſeptem dies.* Quomodo Chriſtus ad hanc ſolemnitatem accedere renuerit, perpendere debemus, dum dicit: *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendam.* Sed huius rei cauſam, & rationem reddit Theophilactus, in perſona Chriſti loquens. *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc; quia non eſt tempus feſtiuitatis, cum videam in plenitudine Iudæorum omnē vigere malitiam. Luctus enim & lamenti tempus eſt, cum veritate quidem obſiſtitur, Diuina autem voluntas non ſeruatur, igitur propter hæc non eſt mihi tempus feſtiuitatis.* Videamus igitur quomodo ad ſolemnitatem, ſiue Dei, ſiue Sanctorum ſine peccato debemus aſcendere, ſecundo quomodo non propter comeſtiones, ebrietates, & corporales lætitias; ſed propter Dei honorem, & laudem ad eas debemus accedere, vt Chriſtus nobiſcum deſcendat. Theophil.

De primo vide per quas vias ad ſolemnitatem debemus aſcendere. lib. 4. cap. 3. §. 233. Quomodo tres aquæ nos impediunt ne ad ſolemnitatem aſcendamus. ibid. §. 234. De ſecundo triplicē ſolemnitatem. ibid. §. 236. De quadruplici via, quæ ducit ad ſolemnitatem. ibid. §. 237. Et vt Chriſtus nobiſcum ad ſolemnitatem, & feſta aſcendat, debemus noſmetipſos purgare, & quomodo. Vide lib. 8. cap. 6. §. 620. & præ manibus quatuor ſpecola habere debemus. ibid. §. 621. & ſequitur.

Feria Quarta Dominicæ Paſſionis.

Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis. Ioan. 10.

CVm tam in rebus permanentibus, quam ſucceſſiuis, tanta viciſſitudo, & varietas proſpiciatur. Niſi hinc mundi ornatus, pulchritudo, harmonia, & numerus (quibus Deus cuncta creauit, appareret ſimulque

mulque inſpiceretur, quod totum hoc conditio rerum, mundi ratio, creaturarum diſpoſitio, & Dei ordinatio exigebant, vt omni varietate nos delectaret, & ſimul gloriam ſuam in tanta rerum multitudine oſtenderet: certè homines dementes efficerentur. Et præcipuè in hominum varietate quibus nihil variabilius, & mutabilius. *V*arii namque ſunt homines, in vultu, in origine, regione, patria, familia, nominibus, veſtitu, lingua, ſcripturis, ac tandem corporis habitu, inclinatione, habitudine, genio, ac moribus. *V*nde non mirũ, ſi alii boni, alii mali, alii ſapientes, alij inſipiẽtes. vt ex hodiernis Chriſti verbis colligitur. *Multa opera bona oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorũ opus me lapidatis* Hinc cogor dicere, in quadruplici differentia homines eſſe. Aliqui enim ſunt qui reddunt bonũ pro bono, aliqui bonũ pro malo, aliqui malum pro malo, & aliqui malum pro bono. primi ſine mercede erunt. *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis*: Secundi multum lucrantur, nempe Dei filiationem. *Benefacite his qui oderunt vos, vt ſitis filij patris veſtri*. Tertij errore Hebreorum non reputabantur iniuſti, eo quia percipiebatur antiquitus. *Oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet,* (Leuit. 24.) *qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogatur.* Quartos, quiſque abominari, & execrari poteſt cum ingrati animi vitio laborent, quo nihil turpius, nihil abominabilius. Vnde hodie conquæritur Chriſtus, dum dicit: *Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Cuius occaſione, magnitudinẽ beneficiorum Dei erga nos, & ingratitudinis noſtræ erga Deum breuiter perpendamus. De primo. vide Dei beneficium triplex. lib. 1. cap. 1. §. 9 De Chriſti largitate, ibid §. 13. De duobus vberibus ſponſi & ſponſæ lib. 1. cap. 2. §. 14 de triplici Dei miſericordia, §. 15. De ſecundo, quomodo gratias illi agere tenemur. *V*ide ſuper illud memores vberum tuorum ſuper vinum. lib. 1. cap. 8. quod pro tribus agendæ ſunt gratiæ, ibid. §. 49. & ſequitur ad rem. De beneficiis multa Doctores, & præcipuè Auguſtinus. *Ante* (Aug. ho. 5. ſup. Ioann.) *Dei oculos numquam eſt vacua manus à munere, ſi area cordis plena eſt bona voluntate.* & Seneca. *Hæc enim beneficii inter duos lex eſt. Alter* (Senec. 2. de benef.) *obliuiſci debet dati, alter accepti nũquam. Qui dedit beneficium taceat, narret qui accipit.* & Idem. *Tacitè* (Idem.) *danda ſunt beneficia. vt nota ſint ſolis. quibus proſunt. Interdum etiam ipſe qui iuuatur fallendus eſt, vt habeat, nec à quo acceperit ſciat.* & Idẽ. (Idem.) *Nihil carius æſtimamus, quam beneficium. quod diu petimus, nihil vilius quã quum accepimus. Vnũ bene poſitum beneficium multorum amiſſorum damna reſtaurat.* & idem. *Lacerat animum, & premit frequens* (Idem.) *beneficiorum commemoratio. Demus beneficia, non fœneremur. Dignus eſt decipi, qui de recipiendo cogitauit quum daret.* Et Petrus Chriſologus. (Pet. Chryſ.) *Nihil eſt quod adeo indignationem prouocet Altiſſimi, ſicut ingratitudo: ipſa eſt malorum prouocatio, beneficiorum exinanitio, meritorum exterminatio.* Et Vgo. *Gratias* (Hugo.) *Deo agere eſt: totum Deo, & nihil homini attribuere.* Et Seneca. *Qui-* (Sen. ep. 84.) *dam quo plus debent magis oderunt, leue Aes alienũ debitorem facit grauem inimicum.* Et Bernardus. *Gra-* (Bernard. ſerm. 35.) *tiarum ceſſat decurſus vbi recurſus non fuerit: nec modo nil augetur ingrato; ſed quod accepit vertitur in eius perniciem.*

Feria Quinta Dominicæ Paſſionis.

Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, vt manducaret cum illo &c. Luc. 7.

CÆleſti ſpiritu expergefactus, illapſuq. puriſſimo illuminatus Regius Vates, in gratiarũ actionẽ prorumpens, inquit, *Refloruit caro mea, & ex volũtate mea cõfitebor ei.* Quaſi diceret, cum luxuriæ vitio, fœdera,

vt corrupta eſſet caro mea, ſpeciali gratia, & miſericordia Dei mei, qui me ad pœnitentiam conuertit, refloruit, & in nouam puritatem reparata, non indignum habitaculum illius effecta eſt, hinc ex tota voluntate mea confitebor ei, quia in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum, verba iſta Doctores communiter de Chriſto exponunt cuius caro, floruit in natiuitate, aruit quodāmodo in paſſione, & in reſurrectione refloruit. Attamen de *Mariæ Magdalenæ* perſona, hoc intelligi poſſe. Euangelicus textus non ſolum facultatem præbet; ſed etiā, vt intelligamus inuitat, per ea quæ de conuerſa peccatrice cōmemorat, Fuiſſe enim & computruiſſe *Magdalenæ* carnem, quatuor eius peccati conditiones indicant, videlicet, antiquitas, publicitas, multiplicitas, & vilitas. *Erat*, En antiquitatem. *In ciuitate*, En publicitatem. *Peccatrix*, En multiplicitatem, vilitas in peccato carnis apparet, quia (vt DD. communiter) Magdalena non ſolum mulicbri vanitate laborabat, ſed peccato carnis corporaliter erat maculata. Vnde D. Hieronymus non ſolum peccatricem, ſed meretricem illam vocat inquiens: *Meretrix illa in Euāgelio baptizata lacrymis ſuis & crine, quo multos ante deceperat, pedes Domini tergens ſaluata eſt.* Auguſtinus etiam ſermone ad fratres in Eremo, inquit, *Serpens pellem veterem per ſingulos annos depoſiturus, anguſtum foramē inquirit, per quod tranſiens, pellem derelinquit. In hoc foramine Maria illa meretrix, in domo Simonis, meretricis habitum depoſuit, & plorans ad pedes Saluatoris, veſtem ſibi innouauit.* Chryſoſtomus etiam, *Veniat tibi in mentem*, ait, *meretricis illius, quæ à menſa, ita manſuetum Chriſtum reddidit, vt Simonem increparet, dicens: oſculum non dediſti mihi.* Et idem ſuper illis Chriſti verbis. *Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Cælorum*, inſinuat dicens: *Non audiſtis quomodo illa meritrix, quæ omnes impudicitia ſuperauit, vniuerſos rurſus, continentia, & virtute poſt ſe relinquit.* Et Gregorius tandem. *Quot ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum Deo ſeruiret in patientia, quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa. Sic igitur meretrix effecta eſt honeſtior virginibus.* Tamen, vt Ianſenius inquit, *Putatur Magdalena, non publica fuiſſe meritrix; ſed primum traditam viro in Caſtello Magdalo cum eo aliquandiù vixiſſe, poſtea vero voluptatibus ſeductam marito, aut derelicto, aut mortuo, captam fœdo, & alieno amore, non publicè quidem, ſe proſtituentem; ſed illicitis deditam amplexibus.*

D. Hieron. ad furiam tom 1. de vi d. ſeru.

Aug. ſerm 1 ſerm. 4.

Chryſoſt. to 2 ho. 49 in Matth.

Matt. 21.

Idē. ho. 68. ſup Matth.

Gregor.

Ianſenius Cōc. Euāg. p. 2. c. 48.

Refloruit autem eius caro adeo ex illius conuerſione perfectiſſima, vt Domino confiteri incipiens, & intrepido, inter conuiuas ingreſſa, & affluentia lacrymarum, & capillorū deſpectu, non tantum ipſamet ad Chriſtum eſt conuerſa; ſed omnia ſua Chriſti obſequio conſecrauit; & vt enarraret mirabilia Dei, poſt pœnitentiam publicam, in eremum ſola ſecedens. Poſtquam in *Marſiliam* iam naufragio miraculosè delata, vna cum fratre Lazaro, S. Maximo, & S. Celidonio, qui fuerat cæcus à natiuitate, ac Marcella pediſſequa *Marthæ*, qui omnes naui ſine remigio, aut duce, mari expoſiti ſunt, & à Iudæorum finibus expulſi Regem & Reginam, quamplurimis miraculis ad Chriſti fidem conuertit. Aquenſem vrbem veritatis viam docuit, & multa mirabilia patrauit, quo in loco per triginta annos incognita permanſit. Vbi nec aquarum fluenta nec arborum, nec herbarum erant ſolatia. Vt tradunt Petrus de Nat. & S. Antoninus, nec non Franciſcus Petrarcha lib. 14. epiſtol. vlt. qui ſpeluncam ſe viſitaſſe dicit, & carmina quędam in illius laudem compoſuiſſe, quorum initium.

Pet. de Nat lib. 1. c. 72. S. Antonin p. 1. tit. 6. c. 19. §. 1. Petrar. lib. epiſt. vlt.

Dulcis amica Dei lacrymis inflectere noſtris &c.

Et inferius,

Bis tria luſtra tibi, nunquam mortalis egentem
Rupe ſub hac aluit.
Hic incluſa libens, longis veſtita capillis
Veſte carens alia, terdenos paſſa Decembres
Diceris. &c.

De antiquitate, publicitate, multiplicitate, & vilitate *Magdalæ*. vide Nigra ſum, ſed formoſa lib. 1. cap. 10.

cap. 10. Quomodo omnibus oneribus erat grauata. vide de oneribus. §. 61. 62. 63. & 64. quomodo per pœnitentiam reiectis oneribus, grauantibus peccatorum pertanſijt ad onera leuia ſubleuantia. vide de onere dilectionis §. 68. & de oneribus bonis ad ſanitatem, ad firmitatem, ad decorem, & amplificationem. §. 69. vbi & de tribus generibus mulierum. vide de muliere Nigra & formoſa. §. 70. Quomodo Magdalena poſt conuerſionem, Cælis, et Angelis deſponſata fuit. vide § 71 de quatuor generibus ſponſalium.

Feria Sexta Dominicæ Paſſionis.

Collegerunt Pontifices, & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum &c.

Ariſt. 1 poſter. cap. 6. Aeth. 1. c. 3 & in Reth. D. Tho. 2. 2. q. 49. art. 3. Aug li 14. de ciu. Dei.

QVulque de cauſis conciliandum eſſe, ferè omnes docent, et præcipuè Ariſt. pluribus in locis, Diu. Thomas, et S. Auguſt. Nempe, ob imbecillitatem intellectus humani cuncta rimari non valentis. Ob impetum, et vim paſſionum, quæ nō tantum intellectum excecare ſolent, ſed voluntatem ſecum rapere. Ob iacturam, quam ex immatura noſtra deliberatione, nobis, et proximo inferre poſſumus. Ob diuinam determinationem, aut vnus homo ab altero erudiatur. Et ob diuerſitatem mediorum ad vnum finem perueniēdi, quæ ex multorum conſolationibus erumpere ſolent ad rem dignè, et laudabiliter perficiendam. Tria etiam requiruntur, in conſiliariis, vt Ariſtoteli placet, videlicet. Prudentia, amicitia, et virtus. Prudentia, vt homo qui conſilium dat ſit expertus et ſapiens; Amicitia, quia, quæ ab amico dicuntur, in noſtram vtilitatem proponuntur. Virtus denique, quia conſilium quod à virtute procedit, nec Deo, nec proximo poteſt iniuriam facere. Vel, vt Plato. Ad omnium humanarum actionum complementum tria eſſe neceſſaria docet, videlicet, *ſcire, velle, & poſſe*. aut (ſicut Baldus dixit) *ſcientia, potentia, & voluntas*, in perfecto conſiliario requiruntur, hæc tria, vno deficiente conſilium pernicioſum erit, vel ſaltem non profiguum. Vel vt placet Gregorio Nazianzen. tria in conſiliariis requiruntur, videlicet, *Experientia, charitas, & libertas*. Experientia quidem nam vt inquit Cicero. *Plena & perfecta Reipublicæ cognitio, vel in primis, in conſiliario deſideratur*. Charitas deinde, nam (vt inquit Gregorius) *Nemo maiori fide, & vtilius conſilium dare poteſt, quam ille, qui te; & non tua diligit* Et charitate praeditum non timendum eſt in bonum finem, pro gloria Dei, et proximi vtilitate, bonum conſilium non daturum. Libertas denique, nam illa neceſſaria eſt, vt quæ pro Dei gloria, et proximi vtilitate dicenda ſunt, intrepidè, et abſque vllo humano reſpectu dicantur

Ariſt. li. 1. Reth.

De omnibus ſupradictis tribus, ad bene regendum requiſitis, vide lib. 3 cap. 3. ſuper illud *Laquearia noſtra Cipreſſina*, quomodo in tribus perſonis adornatur Eccleſia. Nempe in Principum iuſtitia, in Prælatorum ſapientia, ſcientia, et tolerantia, et in ſubditorum obedientia, et diſciplina. §. 161. 162. 163. & ſequitur. Quotieſcumque ſic Eccleſia, vel Ciuitas regitur, ædificium non vacillat. Vide de Domo morali §. 174. De ædeficio huius domus vide §. 175. et ſequitur.

Dominicæ Palmarum.

Ecce Rex tuus, venit tibi manſuetus. Matth. 21. Regem veſtrum crucifigam. Ioann. 19.

CVm hodie Chriſtus bis Rex acclametur, nempe ſuper aſinam ſedens. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus &c.* & ſuper Crucem requieſcens. *Regem veſtrum crucifigam.* Duplici etiam diademate coronatus mihi repræſentandus videtur. Sed re melius inſpecta, non tantum bina, ſed quadruplici corona honeſtandum omnia iura proclamant, cum in ſpirituali regno quadrupliciter Filium Dei regnaſſe apertiſſimè conſtet, ſcilicet, ſucceſſione, electione, donatione, & vi. Succeſſione, quia eſt filius Regis. *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis.* Electione, quia omnes Chriſto dicūt *Veſtimentum tibi eſt, Princeps eſto noſter.* Donatione, vt ipſemet fatetur dicēns. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.* Vi tandem, quia *Principem huius mundi eiecit foras.* Regnat Chriſtus per ſucceſſionem, in Regno naturæ Diuinæ, omnium paternorum bonorum factus hæres; nam *Qualis Pater, talis Filius.* Per electionem regnat præcipuè in Eccleſia; nam *Caput Eccleſiæ Chriſtus.* Per donationem regnat in hoc mundo ſenſibili. Nam *Pater Omnia ſubiecit ſub pedibus eius.* Per vim tandem regnat, ſuper mundi principem, & omnes aeras poteſtates. Vnde illud Ezechielis adimpletum cernimus. *Erit Rex vnus omnibus imperans.* Ferè omnes Sancti Patres Diuinis Oraculis innixi Chriſtum Regem eſſe probant. Origenes inquit. *Quia regnat ſuper temporalia & ſpiritualia, habens à dextris ſpiritualem, & à ſiniſtris corporalē creaturam.* Auguſtinus ait ſermone de Epiphania, *Quia eſt iudex viuorum & mortuorum, & regnat tam ſuper ſubditos, quàm ſuper Reges, vbi temporales Reges ſolum ſuper ſubditos regnant.* *Rex eſt Chriſtus*, inquit Tertul. *quia vbi alii determinato tempore, & certo loco regnarunt: Chriſtus & ſemper poteſtas eius æterna, & vbique à Solis ortu vſque ad occaſum regnauit.* *Rex eſt Chriſtus*, inquit Chryſoſtomus. *quia ſicut Sacerdos ſuper omnes Sacerdotes; ita Rex ſuper omnes Reges.* *Rex eſt Chriſtus*, vt inquit Cyprianus, *quia ſicut in præſenti vita eſt noſtra redemptio, & reſurrectio; ita poſt mortem eſt noſtrum regnum.* *Rex eſt Chriſtus*, inquit Gregorius, *quia non ſolum dominatur corporibus, ſed etiam animabus noſtris ſedans, & compeſcens aduentu ſuo, omnes inordinatas affectiones, & beſtiales motus.*

Orig. ho. 15 ſup. Matth.

Aug. ſer. 2. de Epiph.

Tert. adu. Iud.

Chryſoſt. ho. 11 ſup Matth.

Cypr. in or. Dom.

Gregor. in Mor.

Feria

Feria Sexta in Paraſceue.

Et omnis turba eorum ſimul qui aderat ad ſpectaculum iſtud & videbant ea quæ fiebant, reuertebantur, percutientes pectora ſua. Luc. 23.

NIhil vmquam in huius mundi ſcœnis, aut theatris tragicum, adeo flebile, ac lacrymabile fuit repreſentatum, quod hac nocte, in tribus theatris miſerabilius non aſpiciatur. In Horto, videlicet, Tribunali, & Monte; In horto Chriſti paſſio incipit cum timore & tremore. *Cœpit Ieſus pauere, & tedere.* [Marc. 14.] In tribunali proſequitur paſſio, *Et adduxerunt eum ad Annam primum* [Ioan. 18.] Et in monte finis ponitur paſſioni. *Conſummatum eſt.* In horto Chriſtus à proditore Iuda oſculo petitur, *Oſculum filium hominis tradis?* In Tribunali à Petro negatur, *Negauit, & dixit, non noui hominem.* In monte à Patre derelinquitur. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me!* In horto more latronum comprehenditur. *Tamquam ad latronem exiſtis.* In Tribunali peior latrone exiſtimatur. *Non hunc, ſed Barabam.* In monte, vt Rex latronum punitur: *In medio duorum latronum.* In horto enſibus, fuſtibuſque illum milites aggrediuntur. *Cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me.* In tribunali eius Diuinum Caput acuriſſimis tribulis pungitur. *Portans ſpineam coronam.* Et in monte mucrone diro latus eius vulneratur. *Lancea latus eius aperuit.* In horto, gratum Malco facit. *Sanauit auriculam eius.* In tribunali Petro, *Et conuerſus reſpexit Petrum.* Et in monte latroni. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Hortus, Tribunal, Mons, tria ſunt infauſta theatra, vbi Cœlum, ac terra dolentes, mæſtiq; ſpectatores conueniunt. Spectator adeſt Iſaias, & emollitis viſceribus exclamat: [Iſa. 52.14.] *Inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum.* Spectator eſt Ieremias, & admiratione repletus, deplorans, ait, [Ierem. Thren. 4.1.] *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus!* Spectator eſt Zacharias, & exterritus quærit. *Quod ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* [Zach. 13.] Spectatores ſunt Angeli, & lacrymarum imbrem emittunt. *Angeli pacis amare flebunt.* [Iſai.] Spectatrix tandem ex tota humana natura mœrore conſ. cta; ſpectator eſt Cœlum, ſed denſiſſimis tenebris apparet opertus. Velum Templi ſciſſum, petræ confractæ, terra tremens; & nihil aliud in his tribus theatris proſpicitur, prærerquam, miſeriæ lacrymæ ſingultus, & exterminia. Sed inter tot ſpectatores & ſpectacula, ſpectatrix afflictior es tu Virgo miſerrima, tuum Vnigenitum proſpiciens, à Iuda traditum, à canibus comprehenſum, funibuſque ligatum, itaut ille delicatus Dei Filius, qui in omnibus iampridem, tuum erat ſolatium, tua feſta, & ſola voluptas; nunc tuum eſt crudele martyrium, Vides enim illum in horto ligatum, ad tribunalia tractum, in monte diſceptum, in corde conſumptum, derelictum à Patre, & ſolum o comite afflicta dolorolaq; Matre ſociatum. Adeo vt ego, neſciens quomodo debitam ſalutationem tibi reddere valeam. Condolens tibi dicam. Aue Maria, Mare amarum, dolore plena, quia Dominus iam non tecum; ſed traditus eſt manibus impiorum, mæſtiſſima in mulieribus, quia benedictus fructus ventris tui pendet maledictus in ligno. Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, vt in hac nocte tecum Vnigeniti Filij tui paſſione flere digni efficiamur,

& tua

Digitized by Google

I N D E X

& tua ſancta benedictione muniti, tria doloroſa ſpectacula, nempe in tribus theatri, horto, tribunali, & monte contemplare poſſimus.

Contemplando ſpectaculum primum in horto dicendum, quod ibi caro Chriſti, ſanguineo ſudore reſperſa ſpectaculum facit: pro quo vide, quomodo ſanguis Chriſti tria mirabilia operatur. lib. 6. cap. 11. §.491. vide triplex ſanguis Chriſti, & quatuor lauacra. lib.9. cap.9. §. 483. vide de piſcina Corporis Chriſti. lib.9. cap.18. §.839. Pro ſecundo ſpectaculo. vide triplicem Chriſti imaginem. & quomodo debemus eam imitari. lib.8. cap 3. §.911. De ſpectaculo in tribunali, vide quomodo ibi fuit Chriſtus velut hortus Cipri. lib.9. cap.13. §.862. & 863. vidi quomodo tradit animam ſuam morte exponendo lib.10. cap 11. §1 968. & quæ ex Chriſti paſſione nobis manauerim. ibid. §.869 De tertio ſpectaculo ſuper Caluariæ montem. vide de ſeptem verbis Domini in Cruce. lib.9. cap.21. §.853 & ſequitur.

Dominica Reſurrectionis.

Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata &c. Marc. 16.

DVm è Cymbericis ſpeluncis triumphans Aurora reuertitur, diuerſi modè à Poëtis deſcribitur, aliqui enim illam in pulcherrimæ iuuenis forma, ſuper triumphalem currum ſedentem, equis roſeis euectam imaginantur. Iuxta illud Poëta. *Vigilius*

Luciferum roſeis candida portet equis.

Alij candida veſte, roſiſque ſtellata illa dipingunatur, vt Mantuanus,

Aurora in roſis fulgebat lutea bigis.

In cuius glorioſo triumpho; orcus obſcurumque chaos, manibus poſt terga reuictis apparent, innumera auium multitudo dulci, ſuauique æthera mulgentes cantu, ludoque volantes; eam ſalutant, & triumphum harmonia decorant; ex quorum ſuaui concentu Cæli & terra lætantur. Sic Chriſti humanitas egrediens de ſepulchri Antro velut aurora, refulget: ſicut de ea canit Eccleſia, *Aurora lucis rutilat*. Melodia cæleſtium volucrum auditur, *Hymn.* *Cælum laudibus intonat*. Gaudium vniuerſo Orbi annuntiatur; *Mundus exultans iubilat*; Adeout hodie *Resp. 6.* *Noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium*. Ante currum Chriſti triumphantis, principaliores eius hoſtes, dæmon, nempe mors, & peccatum victi cernuntur, morti improperatur, vbi *Mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Diabolo illuditur à Cantoribus dicentibus. *Deuictus eſt ille,* *1. Cor. 15.* *qui habebat mortis imperium*. Et in *Hebr. 2.* gloriam Chriſti canunt cæleſtes ſpiritus. *Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, Alleluia, alleluia*. Ar- *Apoc. 5.* cus triumphalis illi erecti ſunt, in quibus egregia eius opera ſculpta, & depicta erant omnia bellica inſtrumenta, quibus hoſtes ſuperarat. tali pompa comitatus, currum ſuum præcedere iubet Sanctos Patres ex inferni faucibus erutos, binoſque præmittit, vt Angelorum Reginam adorando ſalutent illis verbis Iudith. *Iudith. 13.* *Benedicta filia tu à Domino, qui per te fructum vitæ communicauimus: tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri*. Aduolat feſtinus Gabriel Angelus, ſuamq; Reginam ſalutans, inquit, *Regina Cæli lætare alleluia*. Deſcendenſque Chriſtus de curru ad Matris amplexum alacriter currens. Sic eam alloquitur. *Iam hyems tranſiit imber, abiit, & receſſit &c.* ad cuius glorioſum conſpectum exultat Mater, dum Crucem in currum triumphalem conuerſam videt: ſpineam coronam: in Paradiſi flores: arundinem, in Regale ſceptrum; purpuram in veſtem ſtelliferam; improperia in Angelicas laudes; alapæ, et deluſoriæ genuflexiones, in actus adorationis latriæ; flagella in glorioſas

rioſas corporis dotes; triſtitiam, in lætitiam; tormentatores in Angelos ſeruientes; mortalitatem, in immortalitatem. Ideo loquendum eſt hodie, non amplius de Chriſto paſſibili, ſed de immortali decore & gloria circumdato; & quomodo ſurgit vt mortis deſtructor. *O mors, ero mors tua*: vt debellator principis tenebrarum. Nunc princeps mundi huius eiectus eſt foras, vt mundi victor. *Confidite filii ergo vici mundum*. Triplicem hunc triumphum, dum deſcribo precor inſpiciatis. De Chriſto, vide in Indice rerum notabilium. verbo Chriſtus. & de curru triumphali Chriſti, vide verbo Curtus.

Feria Secunda Reſurrectionis.

Duo ex Diſcipuli Ieſu ibant ipſa die in Caſtellum &c. Luc. 24.

EX tenebroſo Aegypto erutus Iſraeliticus populus ſub Moyſi ducatu, quatuor vexilla erexit, in vno hominis effigies apparebat depicta, in ſecundo effigies vituli, in tertio effigies leonis, & in quarto effigies aquilæ. Et nos etiam hodie in honorem Chriſti ex tetro ſepulchro mortis reuertentis quatuor vexilla erigemus, in vno clarè apparebit effigies hominis, omni virtute præditi. *Vir erat potens opere, & ſermone*. in ſecundo effigies vituli ſacrificati. *Oportuit pati Chriſtum, et intraret in gloriam ſuam*. In tertio effigies leonis rugientis. *O ſtulti & tardi corde ad credendum*. In quarto effigies aquilæ euaneſcentis. *Et ipſe euanuit ab oculis eorum*. Quatuor igitur iſta vexilla extollemus pro Chriſti pompa, pro oculorum noſtrorum delectabili obiecto, & pro hodierni ſermonis ſufficienti ſubiecto. Interim dum ego tamquam vexillifer Inſignia Chriſti pãdo deuotis oculis illa proſpicite. De potentia ſermone, & operis Chriſti. vide lib. 7. cap. 1. ſuper illud. *Loquar ſponſa mea*, §. 502. & ſequitur. & §. 507. De ſecundo, quomodo oportuit pati Chriſtum, vt intrant in gloriam ſuam, ſcilicet, corporis ſui. Vide glorificationem triplicem corporis, §. 510. quomodo ad hanc triplicem glorificationem vocat omnes triplici conditione. §. 511. & 512. De tertio vide tres rugitus. §. 129. & quomodo Chriſtus tunc fugit, quando proſpicit nos ſpem amiſiſſe, de quibus vide de tri plici ſpe. lib. 3. cap. 4. §. 284. Et tunc euaneſcit ex oculis noſtris, quando videt fidem amiſſam. Spes enim etiã in deſperatis sẽper ſeruari debet. Vnde Ambroſius. *De Diuina miſeratione tunc ſperandum amplius eſt: quum præſidia humana defecerint*. Et Auguſtinus. *Fides credit, ſpes, & charitas orant; ſed ſine fide eſſe non poſſunt, at per hæc, & fides orat*. Et Gregorius, *Spes in æternitatem animum erigit; et idcirco, nulla mala exterius, quæ tolerat ſentit*. Et Seneca. *Spes eſt vltimum aduerſarum rerum ſolatium*. Et idem. *Fortuna innocentem deſerit ſæpe, at bona ſpes nunquam*. De fide Auguſtinus. *Fides appellata eſt ab eo quod fit, duæ ſillaba ſonant, cum dicitur fides. prima ſyllaba eſt à facto, ſecuuda à Deo. Interrogo te ergo vtrum credas, dicis credo. fac quod dicis, & fides eſt*. Et Chryſoſtomus. *Fides lampas eſt, quia ſicut lampas illuminat domum: ita fides animã*. Et Seneca. *Fidem qui perdit, nihil poteſt vltra perdere*. Quia omnia ab eo euaneſcunt, etiam ipſe Deus, qui euanuit ab oculis eorum,

Ambr. in hex.
Auguſt. in enchirid.
Greg. lib. 6. Mor.
Sen. in ep. Idem in prouerb. Aug ſerm. 22.
Chryſoſt. ſup. ſymb.
Senec. in prouerb.

Feria

I N D E X

Feria Tertia Reſurrectionis.

Stetit Ieſus in medio Diſcipulorum ſuorum, & dixit eis: pax vobis &c. Luc. vltimo,

POſtquam abyſſi, & cataractæ cæli, prohibitæ fuerunt ne pluerent, poſtquam inquam Diluuij aquæ, quæ vniuerſam ſuperficiem terræ Inundauerant, ad ſuum priorẽ locum reuerſæ fuerunt; ſtatim Cælum ſerenatum, Aer illuſtratus, *M*are tranquillatum, terræ facies renouata, homo reparatus, Mundus reformatus, & Maieſtas Diuina placata, in lætitiæ ſignum apparuerunt, & in certiorem Inditium, quod humana diuinis coniuncta, & Diuina humanis pacata eſſent tria pacem portendentia viſa fuere. Columba, videlicet, Oliua, & Arcæ feneſtra aperta; aperiens Noè feneſtram, emiſit columbam: at illa venit ad eum ad veſperas, portans ramum oliuæ virentibus folijs.

Sic etiam tranſacto ſanguineo diluuio Agni immaculati, ſerenatum eſt cælũ diuinitatis Chriſti, illuſtrata eſt terra humanitatis à quatuor corporis dotibus, tranquillatum eſt mare diuinæ iuſtitiæ, mundus reparatus, homo redemptus, ipſeque Deus placatus. In cuius ſignum, aſpiciuntur columba, oliua, feneſtræque apertæ. *Stetit Ieſus in medio Diſcipulorum ſuorum*. ecce Columba. *Et dixit eis, Pax vobis*: ecce ramum oliuæ, *Videte manus meas, & pedes meos*. Ecce apertæ feneſtræ, duo hæc obiecta oculis veſtris, vtpotè non indigna conſideranda proponam. præparate igitur corda veſtra pro pace recipienda, & oculos, pro vulneribus contemplandis: quia breuiter ad vos de pace, & vulneribus Chriſti ſermonem habiturus ſum. *De columba*, vide triplicem columbam. lib. 3. §. 190. Vide triplicem columbæ conſiderationem. lib. 4. c. 10. §. 318. & ſequitur §. 319. & 320. De pace, vide lib. 1. cap. 6. §. 55. & 56. quomodo pax tria facit. lib. 4. cap. 5. §. 259. & lib 4. cap. 9. §. 308. lib. 10. cap. 1. §. 877. De vulneribus, vide lib. 7. cap. 2. §. 515. de triplici Chriſti vulnere.

Greg. Naz. in apolog.

De pace multi multa dicunt. Gregorius Nazianzenus. *Melior eſt pugna, quæ Deum proximum facit, quam pax illa quæ ſeparat à Deo*. Et Leo Papa. *Hæc eſt vera pax: à Dei voluntate, non diuidi, & in his quæ Dei ſunt delectari*. Et idem. *Tunc eſt vera pax hominis, & vera libertas, quando, et caro animo Iudice regitur, et animus à Deo præſide gubernatur*. Et Caſſiodorus. *Pax vera eſt concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitiis*. & Bernardus. *Melius eſt, vt pereat vnus, quam vnitas*. & Gregorius. in paſtorali. *Si Dei vocãtur filii, qui pacẽ faciunt: procuidubio Sathanæ ſunt filii, qui pacem confundunt*.

Leo Papa in ſerm.

Caſſiodor. ſup. Pſal.

Bernard. in epiſt.

Gregor. in Paſtor.

INDEX

			Errata	Corrige
Fol. 2	6	lin. 27	que	quæ
3	[illegible]	30	Audi	audi
5	[illegible]	12	miſerebitus	miſerebitur
7	[illegible]	10	dicirur	dicitur
9	27	4	quniam	quem
[illegible]	[illegible]	[illegible]	queruut	querunt
9	26	21	vlus	vlum
			triplex	tripliciter
8	[illegible]	42	inuocat	inuocant
10	56	47	corrium	tertium
10	[illegible]	vlt.	primus	primum
14	[illegible]	2	pooplexum	perplexum
[illegible]	[illegible]	[illegible]	Ioannes	Ioanne
[illegible]	[illegible]	28	Caminis	Criminis
[illegible]	[illegible]	20	enim	ſine
26	38	24	ambulares	ambulaſſe
			vt	&
26	38	6	parpoſitio	propoſitio
26	39	3	XXIX.	XXXIX.
27	[illegible]	6	terter	ter ter
29	44	3	geatias	gratia
20	47	20	quati	quarti
29	47	2	ad necem,	ad vocem
[illegible]	[illegible]	26	moruum	motus
21	4[illegible]	[illegible]	placido Dñe.	placebo Dño
21	49	28	hominum	horum
			osouis	bos ouie
22	50	20	pons quæ	prona quæ
23	[illegible]	3	nec	ne
23	54	4	aneant	eant
23	55	27	meret	meret
26	64	22	execacatio	excæcatio
28	69	8	excello	excelſo
28	69	24	Partis filijs	Patris filij
29	73	3	cnocra	contra
29	73	2	omnes	omnibus
30	74	22	filijs	filij
31	74	29	onum	enim
32	75	8	cua	tuæ
33	96	[illegible]	ſaliendum	ſaltandum
33	77	vlt.	incorrapilibile	incorruptibile
34	78	[illegible]	complantuel	cõplanauti
35	80	[illegible]	Virgnitas	Virginitatis
35	81	[illegible]	phialus	phialas
40	90	24	femeto	fermento
40	90	29	intellige	intelligo
40	9[illegible]	[illegible]	ſubcunda	ſubeundo
[illegible]	93	26	modio	modijs
43	98	9	nmmines	numine
44	101	12	miſeriæ	miſeræ
46	10[illegible]	9	punicrut	punietur
48	10[illegible]	2	conuerſatum	cõuerſatur
49	110	17	ſubdita	ſubita
49	110	23	violentiæ	violenta
50	111	5	GVI	CXI
			excauant	excauat
50	112	[illegible]	monili	monile
50	112	[illegible]	ſcripturis	ſcripturæ
51	113	[illegible]	immũditia	immũditiæ
52	115	2	vo	vocem
52	11[illegible]	7	habitur	habitus
52	118	10	ſolitariis	ſolitarius
55	124	2	quia	quod
56	128	25	tert	ter
58	13[illegible]	2	quis	bis
68	154	4	Tribuum	Tribuum
68	156	3	Adde, vident Simeon idest obediens	
72	162	2	omnibus	manibus

			Errata	Corrige
fol. 70.	[illegible]	lin. 27	miſericordia	miſericordiæ
74	170	10	Esbuam	Esbaam
75	176	20	Phyton & Romanes	Phyton, & Kaner
75	177	18	liberant	librant
79	192	vlt.	iſto	iſtos
80	193	20	lungaſi	iungas
84	203	28	fecūdis	fecūndis
84	203	18	Error notabilis Poëtæ, alias delatum ſol, celeſti carminis Boethi.	
85	20[illegible]	4	litir	litis
85	206	8	deſiderat	deſiderabit ā
87	210	11	[illegible]	additur
88	213	7	pingues	pingues
89	215	17	efacit	efecit
92	218	3	quo digitur	qua dicitur
93	220	8	ſeruum	ſeruum
92	222	6	deſideris noſter	deſiderium noſtrum
96	230	6	pauperſtates	paupertatẽ
97	232	18	[illegible] finibus	infinitis
100	240	2	fleribre	ſtercore
102	245	20	præmium	primum
102	248	44	viſerit	videntr
103	249	2	genitum	gentium
107	cap. 6.	11	deficit	quidem
108	271	8	Angeiis	Angeli
108	268	25	tribulationis	tribulãtis
108	256	54	leticitiam	lætitiam
[illegible]	274	27	deme prod	foris eſt
115	276	19	venet	veniet
115	[illegible]	[illegible]	mortus	mortuus
115	[illegible]		tertia	tertia
118	284	27	pincerna	pincerna
119	287	4	candelabrum deſterra	candelabrum de terra
126	314	[illegible]	Nouitius	Nouitij
129	320	11	inebriabantur	inebriabuntur
129	323	1	in hyemas	in hyeme
[illegible]	304	23	reſtitura	reſtituta
135	337	32	oſtia	[illegible]
140	346	14	ſangis	ſanguis
[illegible]	353	12	nubedis	nubes
14[illegible]	364	4	ex ueſtra	cauernas
[illegible]	368	vlt.	ſic pro ſic : hoc pro hæc: & proprij pro populi	
[illegible]	372	10	ſuis	ſeis
148	374	15	onos	onus
148	374	30	manc ipiatur	mãcipatur
151	cap. 4.	41	ſatum	ſex cum
151	382	2	vt fit	& fit
154	392	2	demolianiur	demolitur
156	400	27	fleuit	fleuit
158	410	3	viſionit	viſionis
162	417	30	eſtio	actio
162	420	36	patris	patris
166	429	8	glorificat	glorificate.
164	431	2	prodere	podere
168	431	6	factum	factum
168	432	14	deficit	zelum Dei habuit, ſed non ſecundum ſcientiam
169	430	19	[illegible]	viri
171	444	18	quæ	qua
171	444	20	in Hieremias	in Ieremia
171	444	30	requiete	requie
172	447	1	quartus	quartum
475	454	8	ſum	ſunt
475	456	22	his	Iris
476	453	32	Virſcinali	Virginali

			Errata	Corrige
474.	§.452	lin.22.a	michea michea.	michæ miche
177	cap.	3	ſeptuaginta	ſexaginta
177	cap.	3	quadraginta	ſexaginta
185	470	2	Cruces	Cruce
185	473	25	propter iudicio	præter Iudicia.
187	426	19	hæreditatis	hæreditati
189	480	2	veneneti	venenati
191	485	13	pedec	pedes
195	491	9	amineeſt	animæ eſt
195	491	9	lacuit	lauauit
195	491	26	imperrat	impetrat
198	495	6.2	lacus	lacu
200	498	2	lilij	lilijs
402	cap.	1	ſpiritualis	ſpecialis
202	cap.	2	proxim	proximo
207	574	5 2	more	mors
503	205	22	a Deo	ab eo
209	519	2.2	veber	vber
209	519	17.2	delicia	delicijs
217	527	35	ſetens	ſedentes
217	528	6	ſatan eſſet	ſatan eſſet
217	529	12.2	renouatur	renouat
219	532	22	filiua	filium
213	534	28.2	ſuperat	ſperat
220	533	15	fenitiatus	felicitas
220	535	22	pugnat	pugnant
222	537	17	tracſis	tranſit
222	cap.	8.2	vanitem	vanitatem
223	579	2	intentationē	intentionem
223	809	16	nequaquam	nequam
225	543	6.2	ludibrium	lubricum
224	541	36.2	probate	probare
227	548	12.2	veneratione	venerationē
233	566	5.2	d ſcendit	aſcendit
233	566	5. 2	ſeuci	ſerui
235	574	25	exemplum	exemplo
243	584	12	ſi	ſic.
244	590	24	ventrem	ventrent
248	600	29	facius	fauus
249	607	3	cōpūctiones	cōpunctionis
255	622	33.2	famo	fumo
256	628	16	ſecarus	ſeruus
258	628	24	beneuolentia	beneuolentiā
264	642	9.2	m dicus	modicus
265	645	15	grauiliores	graciliores
267	648	11 2	gemmarum	genarum
270	651	1	fraudolentes	fraudolentus
273	659	28	Thare	Tute
273	659	24 2	poenitentis	poenitentia.
277	617	13	viues	niue
277	671	34.2	dolores	dolora
278	673	5.2	fanis	facit
280	668	25	me	ne
281	678	32	in	ne
280	674	8	hanc	hunc
281	681	13	deficit ad quā volueris &c.	
282	684	vlt.	aſſumpta	aſſumptæ
282	684	18	fixum	fiſſam
284	606	2	ametur	amentur
287	606	10 2	femine	femen
296	718	8.2	punitur	ponitur
315	728	14	idum	dum
316	788	18	tēporali in te	tēporalis vteq
317	790	18	latroni	latronis
318		19	ſceuienda	ſeruiendo
318	793	3.2	rubo	rubro
319	795	25	teneo	timeo
320	818	3	cætero	certa
327	822	8.2	mortui	mortuum
334	826	21	quartum	quartus
334	836	1.2	quintum	quintus
334	837	6	anhc	hanc
336	841	5	maribus	naribus

			Errata	Corrige
340	850	13.2	iuſtifitijs	iuſtitijs
354	889	6	pertranſiet	pertranſibit
358	895	8	conſeui	conſerua
367	932	1	Thoris	Thuris
367	952	5.2	vlcra	vlcera
368	956	24	vel	vere
368	935	25	reum gratie euentum,	reorum gratia euent uum
373	949	16	ſponſo	ſponſa
386	982	13	dormui	domui
391	col.2	15	vbi	vir
393	col.2	2.2	vtarque	vterque
395	1004	1.2	ſpecis	ſpecies
395	1005	5.2	petitionū	petitionis
396	1008	2	petitioni	petitionis
402	2026	24	imoluit	imolauit

ERRATA IN MARGINE.

		Errata	Corrige
Fol 2.	§.3	&	eſt
4	10	Nazareth	Bethelem
6	17	dicitur	dicatur
4	18	viuitas	vnitur
10	21	quod	quid
17	29	Magdalena	Magdalenæ
52	113	cognoe	congrue
50	127	ſint	ſint
62	141	Holofernis	Holofernis
67	153	Holoferne	Holofernem
65	158	Don	Dan
73	165	o er	operuerunt
75	166	ſan	ſua
102	146	diuerſita	diuerſitas
120	191	perdit	perdidit
134	355	Immatareent	immolaretur
137	340	fuit Regina	facit Reginæ
138	345	intelligatum	intelligatur
140	343	deligantur	deſignantur
141	350	tripilce	triplici
141	351	varie	Icarie
144	361	&	eſt
146	368	refrigeſit	refrigeſcit
147	373	interpretatur	interpretatio
155	396	graues	graue
155	306	fidels	fidelis
160	413	oriatue	oriatur
162	420	meliorum	meliorem
164	cap.10	nenquem	nunquam
165	418	ſuper quam	ſuper quod
165	428	gubernat	gubernator
169	428	tanquam tron	tanquam Aaron
167	431	Angelus	Angelis
167	431	in illus	in tres
168	433	humilita Cananea comēdatur	humilitas Cananeæ commendatur
173	cap.1	&	eſt
175	454	Natiuita Maria	Natiuitas Mariæ
179	456	in quam	in quem
174	cap.4	vrſus	incurſus
204	504	apis	lapis
212	522	lacte	lacteæ
22	537	in te	inter
244	592	cithara corde	citharæ cordæ
272	655	Gemmarum	genarum
272	653	ponans	ponant
276	663	luctum	lutum
278	663	& Megalline	& Metalline
282	684	fixum	fiſſam
297	721	ute	ſancte
325	815	debent	debet
379	953	quo	quomodo
367	933	dilutus	dilectus
39.	1018		eſſe
410	2.28	qua	quæ

INDEX CONCIONATORIVS

Pro Dominicis Aduentus, ac Epyphaniæ, multiſque alijs feſtis infra Annum occurrentibus.

Dominica 1. Aduentus.

Erunt ſigna, in Sole, & Luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium. Luc. 21.

CVm in quatuor rebus videnda ſint ſigna in finali iudicio, vt nobis hodiæ Lucas Euangeliſta teſtatur (ſcilicet) in Sole, in Luna, in Stellis, & in terris, quatuor etiam, in iſtis ſignis Aduentus Chriſti contineri dicemus. Videlicet Aduentus Chriſti, in carnem, aduentus in mentem, aduentus in mortem, & aduentus ad finale iudicium. Aduentus in carnem, eſt humane carnis aſſumptio, denotatus in verbis *Erunt ſigna in Sole.* Sol nanque eſt Chriſtus Ieſus. Secundus Aduentus eſt in mentem ſpiritualiter, & hic eſt noſtræ mentis purgatio, ſiue contra peccatum protectio, ſiue virtutum collatio, nam cũ ad nos Deus venit, purgat mentem, protegit à peccato, & confert virtutum munera; hic aduentus notatur, *in Luna*, nos enim ſtulti, vt luna mutamur. Tertius aduentus eſt in morte, qui eſt corporis, & animę ſeparatio, & notatur ibi. *In Stęllis*. Stelle enim *cadent de Cęlo, & virtutes Cęlorum mouebuntur*, nempe anima, & corpus. Quartus aduentus erit in vltimo fine, in quo fiet meritorum diſcuſſio, & malorum punitio: aſſignatus ibi. *Et in terris preſſura gentium. Erunt ſigna in Solę.* Sol dicitur Chriſtus quaſi ſolus lucens iſte ſol in primo aduentu in carne, vide quomodo quatuor habuit lib. 1. cap. 12. §. 78. De ſecundo aduentu Chriſti in mentem noſtram ſpiritualiter, vide quomodo hoc aduentu triplicem calorem cauſat in anima noſtra lib. 1. ca. 12. §. 75. vide etiam quomodo ſol iſte in nobis fulſit, infulſit, & refulſit. Ibi de §. 81. De tertio aduentu in morte vide quomodo tunc turbabuntur pelles terræ Madian. Vbi quatuor aſſignantur genera pellium lib. 1. cap. 11. §. 74. de Aduentu in Vltimo fine vide lib. 4. cap. 6. §. 261. & 262. per totum diffusè.

Dominica 2. Aduentus.

Cum aũdiſſet Ioannes in Vinculis opera Chriſti mittens duos ex diſſipulis ſuis ait illi tues qui venturus es, an alium expectamus, &c. Matth. 11.

IN hodierni Euanglij ſupracitatis verbis, tria nobis animadnertenda obijciuntur. Primum eſt Ioannis carcetratio. Secundum miraculo-

††††††† rum

Digitized by Google

tum Chriſti operatio, ſiue denunciatio. Tertium eſt Ioannis Baptiſtæ per Chriſtum commendatio. *Cum audiſſet Ioannes Inuinculis*; Ecce incarceratio. *Euntes renunciate Ioanni. Ceci vident, &c.* Ecce miraculorũ Chriſti denunciatio, *Cæpit Ieſus dicere ad turbas de Io: Quid exiſtis in deſertum videre? hominem mollibus veſtitum? &c.* Ecce Ioannis per Chriſtum commendatio. In Ioannis carceratione innuitur Vinculatio, gratię, & bonorum quæ ex perſecutione, & tribulatione oriuntur. In miraculorum Chriſti operatione, peccatorum purgatio deſignatur. In Ioannis per Chriſtum Commendatione perfectorum approbatio, electio & acceptatio commendatur. Vide tria genera perſecutionum lib. 5. cap. 4. §. 386. Vide peccarores quomodo ſunt quatuor Aequi Zacharię lib. 8. § 625. De Chriſti operatione. Vide manus eius tornatiles, vbi tria opera Domini in nobis lib. 8. cap. 11. §. 660. & ſequitur de Ioannis comendarione. Vide ad quid fuit miſſus Gabriel, Ioannes, & Chriſtus lib. 7. §. 532. & 533.

Dominica 3. Aduentus.

Miſerunt, Iudei ab Ieroſolimis Sacerdotes, & Leuitas, ad Ioannem, vt interogarent eum Tu quis es?

Sicut inſoliti ſplendoris, nouo in Cęlo apparente Sydere: omniũ, rum ſapientium, tum inſipientium, in illud conuertuntur oculi, vt eius quod tam inſolitum demoſtratur, ratio, cauſa, & plena cognitio; inueſtigatione, & ſciſcitatione habeatur. Admirantur enim inſcij cauſam ignorantes: obſtupeſcunt ſapientes, non quod cauſam ignorent; ſed quos effectus preſagiat, & portendat hic nouum Sydus, non intelligentes. Ita etiam velut noua ſtella apparens Ioannes in medio Eccleſiæ Cęlo, inſolite magnitudinis, iſte puer magnus coram Domino, ſplendoris inuincibilis, *erat Lucerna lucens, & ardens*, hodie omnium intuentium, ad ſe oculos trahit, & diuerſi, diuerſa autumantur, alij illum Eliam, *Elias es tu?* Alij prophetam. *Propheta es tu?* & effectus huius ſtelle iudicare non valentes: ad inuicem inquitunt, *Quis putas puer iſte erit?* Elias erat Ioannes, vt Angelus de ipſo teſtatur *ipſe præibit ante illum in ſpiritu, & virtute Elię.* Vide quid ſit preire in ſpiritu, & virtute Eliæ lib. 7. cap. 7. § 535. Propheta erat Ioannes (Chriſto teſtante) *pluſquam propheta*. De quo vide quomodo Ioannes miſſus fuit à Deo, §. 533. & quomodo in eius natiuitate. *Hyems tranſijt, & imber abijt*, ibidem vide de collatione gratioſa. §. 534. quomodo hæc ſtella *venit inteſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine*, Vide nomen Ioannis. §. 536. Vbi de eius ſplendore, & humilitate per totum.

Dominica 4. Aduentus.

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zaccariæ filium in deſerto.

Obſeruandum hodie occurrit, angelicum illud promiſſum, in beati Ioannis Baptiſtæ Cõceptione de futura, eius magnitudine, dum inquit *erit magnus coram Domino*, in quo nam iſta magnificentia, Ioannis conſtiterit? quæ hodie, aperte conſtitiſſe apparet, in duobus, nempe in predicatione, & humilitate, in predicatione, quia confertur, ei auctoritas gratioſa ab ipſo Deo ad predicandum, *factum eſt verbum Domini ſuper Zacharię filium in deſerto*. Secundo humilitatis con-

conditio fructuoſa ad promerẽdum, qua ſe, & alios impleret. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur.* Quoad primum Ioãnes prælatum, vel predicatorem Sanctę Eccleſie ſignificat. Qui teſte *D. Antonius de Pad. ſerm 3. Aduent.* Diuo Antonio de Padua debet eſſe filius Zachariæ, qui interpretatur memoria Domini, vt ſemper habeat, in memoria, quaſi in quodam memoriale ea quæ ad Dei honorem, & proximi vtilitatem ſpectant. Debet ſecundo habere fructuoſam humilitatem, *& venit in omnem regionem Iordanis.* Iordanis enim interpretatur humilis deſcenſus: quia Prælatus, vel Prædicator, debet, deſcendere, & conſcendere, opere & humilibus verbis, vt proximum Iacentem erigat, quia tunc omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpeta in vias planas, de primo vide quomodo prælatus debet ſe conformare voluntati diuinę; lib. 9. cap. 8. §. 763. Secundo quomodo debent eſſe humilis Vide triplicem deſcenſum prelati, §. 752. debent eſſe velut nuces. §. 759. debet eſſe ſicut quatuor animalia; §. 761. & vt alijs proſit debet habere triplicem fortitudinem. §. 762. Debet eſſe indutus Veſtibus Aron. §. 765.

Dominica infra octauam Natiuitatis Domini.

Erant autem Ioſeph, & Maria mirantes ſuper ijs quæ dicebantur de illo. Lucas 2.

CVm quatuor perſone in hoc Euangelio nominentur uempè Ioſeph, Maria, Simeon, & Anna: ideo, quad moraliter ſignificent perpendamus. Ioſeph accreſcens: Maria ſtella Maris: Simeon audiens triſtitiam; Anna reſpondens interpretatur. Ioſeph accreſcens, cum homo affluit delitijs & diuitijs temporalibus tunc decreſcit quia libertatem amittit inde quanto magis aliquis diues efficitur, tanto magis paupertatatem ſectari debet Maria ſtella maris, quæ ad portum dirigit, & ſicut flamma coruſcat, & regem regum Deum demoſtrat, Ideo dicendum, quod quãto magis aliquis virtutum ſplendore emicat, tanto magis ſe hu-
Math. 11. miliare debet vt Maria. Simeon audiens triſtitiam dicitur de qua Apo-
2. Cor. 7. ſtolus; *triſtitia, qua ſecundum Deum eſt penitentiam in ſalutem operatur* quæ vt Diuus Antonius de Padua teſtatur. *Sicut fumus expellit Apes; ſic amara, & lacbrimoſa compunctio expellit Demones, qui circundant animam, ſicut Apes fauum.* *D. Ant. de Pad. ſerm. infr. oct. Nat. Dom. Pſal.* Anna reſpondens, qui cum Deus ad cor noſtrum loquitur, debemus ei reſpondere virtutibus, vt Dauid, *reſpondit ei in via virtutis ſua*: de primo Vide, quid operari debeamus lib. 8. cap. 11. §. 662. quid noſtris operibus debeamus habere. §. 661. de ſecundo quomodo Maria habuit tria quæ in lilio ſunt lib. 8. cap. 11. §. 670. de tertio Vide quomodo peniteus debet habere triplicem ventrem, & quomodo cõcipit parturit, & parit ibidem, § 671 de quarto, quomodo Deo reſpondere debemus, cordis grauibus, acutis, & ſuper acutis. ibidem. §. 669.

Dominica 1. poſt Epiphaniam.

Cum factus eſſet Ieſus Annorum duodecim. Luc. 2.

TRia nobis conſideranda, in hoc Euangelio occurrunt, ſcilicet parentum Chriſti, in Ieruſalem acceſſus, deuotionis, & reuerentiæ cauſa, *Aſcendentibus illis Ieruſalem ſecundum conſuetudinem diei feſti.* Secundo proceſſus inuentionis Chriſti, & lætitiæ, quia *Poſt triduum inuenerunt eum.* Tertio Chriſti deſcenſus ſubiectionis & obedientiæ. *Deſcendit cum illis, & erat ſubditus illis.* De primo quomodo aſcendendum eſt Ieruſalem per quatuor vias vt diem feſtum celebremus. Vide lib. 4. cap.

3. §. 233. Vidr de triplici ſolemnitate. §. 236. & 237. De triplici quiete Sabbati lib. 6. cap. 1. §. 444. De tertiria, quę habetur dum in iſtis ſolemnitatibus inuenitur Chriſtus. Ibidem per totum. De Chriſti deſcenſu, & humiliatione Vide de tripiei deſcenſu Chriſti, lib. 9. cap. 7. §. 753. 754. & 755. per totum, &c.

Dominica 2. poſt Epiphaniam.

Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileæ, & erat Mater Ieſu ibi. Ioann. 2.

QVatuor cuilibet, intuenti occurrunt principaliter in preſenti Euangelio conſideranda Videlicet, Nuptiarum concors letitia. Circumſtantia, localis Virginalis preſentię, Efficacia virtualis, Et magnificentia principalis. *Nuptia facta ſunt in Chana Galilea*: Ecce primum. *Erat Mater Ieſu ibi*, Ecce ſecundum. *Erant ibi ſex Hydria poſita*, Ecce tertium, *Hoc fecit Ieſus initium ſignorum*, ecce quartum, de primo, vide quomodo in cana, ideſt zelo, & Galilea, quæ interpretatur volubilis, vel mutatio ſiunt nuptię inter Spiritum Sanctum, & animam penitentem, quæ in conuerſione mutatur: de ſecundo Vide efficaciam preſentię Virginis: de tertio vide quid ſint ſex hydriæ lapideę: de quarto vide quomodo in tribus nuptijs apparuit efficacia virtualis, & magnificentia principalis Chriſti. De primo Vide triplex conuiuium nuptiale lib. 10. cap. 21. §. 1026. Nuptię cut nobis ter in Euangelio proponantur. ibidem. De ſecundis nuptijs. §. 1027. De preſentia Virginis vide quomodo, velut Aurora fugat noctem vitiorum, & affert gratię diē. lib. 9. cap. 7. §. 739. & 740. De tertio quomodo ſex motus affectionis dicuntur ſex Hydrię De efficacia virtuali, & principali magnificentia Chriſti vide quomodo Hydrię lapideę affectionibus terrenis plenæ mutantur per ipſum in optimum vinum lib. 10. cap. 25. §. 982. & 981.

Dominica 3. poſt Epiphaniam.

Cum deſcendiſſet Ieſus de Monte ſecutæ ſunt eum turbæ, &c. Matth. 8.

TRia in Euangelio notanda nobis hodie proponuntur. Primum deſcentio Chriſti de mōte ſecundo leproſi mundatio; tertio paralitici pueri curatio. De primo *deſcendens Ieſus de Monte*, De ſecundo, *Ecce leproſus adorabat eum dicens ſi vis potes me mundare*: De tertio, *Domine puer meus iacet in lecto paraliticus*. Mons eſt gloriæ Celeſtis Aeternitas, qui de hoc monte deſcendit eſt ille, qui ſe humiliauit ſicut paruulus, quando inclinauit Cęlos Videlicet & deſcendit, Cęlos diuinitatis & deſcendit in vterum Virginis. Leproſus peccatorem ſignificat, lepra mortalis peccati habitu labefactum, vt Diuus Antonius de Padua *puer paraliticus eſt, peccator per fragilitatem cadens, ad vtrumque curandum Chriſtus deſcendit*, Ad primum extendit manum, & voluntatem ſuam diuinam, *& extendes Ieſus manum tetigit eum dicens volo; Mundare*, ad ſecundum tantum verbum extendit *dic tantum Verbo, & ſanabitur puer meus*, de primo vide quomodo peccatores obſtinati, ſunt Iumenta Aquilonis lib. 5. cap. 10. §. 427. peccatores grex porcorum lib. 10. cap. 3. §. 892. quomodo peccata debent eijci per portam ſterquilinij. §. 893. Secundi peccatores ad nutum Verbi Dei per predicatores ſanantur, vide quomodo predicator debet eſſe. Velut Naſus lib. 9. cap. 19. et ſicut Naſus purgat capitis humorem, ſic predicator, debet purgare. Animam ibidem. §. 842. vt poſſint intrare, per portas Ieruſalem, nempe per portam

D. Ant. de Padua ſerm Dom. 3 poſt Epiph.

tam

tam gratiæ, contritionis, exterioris pęnitentiæ, et ſanctæ Męditationis. lib. 10. cap. 3. §. 892.

Dominica 4. poſt Epiphaniam.

Aſcendens Ieſus in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius, &c. Matth. 8.

D. Ant. de Padua Ieſ ſis Dom. 4. poſt Epiphan

TEſte Diuo Antonio de Padua, hodierni Euangelij Nauicula eſt Crux, quæ facta fuit ſicut nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum, quia ſicut Nauis in principio, & fine eſt ſtricta, in medio autem lata: Sic Crux in principio, & in fine ſcilicet manuum, & pedum affixione, & Spiritus emiſſione, ſtricta, & anguſta Chriſto fuit. In medio vero lata, cum pro crucifixoribus exorauit, latroni regna promiſit, matrem diſcipulo commendauit. Hanc nauiculam Chriſtus aſcendit cum dixit. Si exaltatus fuero a terra tennia traham ad me ipſum. De Anguſtia huius nauiculæ Vide triplicem effectum Sanguinis Chriſti, De latitudine vide de ſeptem verbis Domini in Cruce, lib. 9. §. 853. De Aſcenſu Chriſti in hanc nauiculam vide dixi aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius. ibidem cap. 22.

Dominica 5. poſt Epiphaniam.

Simile factum eſt Regnum Cęlorum homini, qui ſeminauit bonum Semen in Agro ſuo. Matth. cap. 13.

HOdierno Chriſti Domini noſtri Enigmate de zizania, non ſtatim euellenda, ſed vſque ad finem relinquenda, vt cum tritico creſcat, Edocentur quomodo Prelati, & Superiores erga ſubditos, & peccatores ſe gerere debeant non ſtatim eos flagellis exterminando de medio bonorum ſed creſcere eos ſinendo ſimul cum bonis patienter, & miſericorditer eſpectando. *Sinite vtraque creſcere vſque ad Meſſem.* Nam ſi exterminandi eſſent peccatores vbi nam eſſet Paulus, vbi Petrus, & quam pluri qui de venenoſa, & ſomnifera Zizania eruti fuerunt. Ideo Gloſſa Angelica, *Longanimitas eſt, quæ vſque ad finem neceſſaria eſt.* Videamus ergo quomodo Prelati, & Superiores erga ſubditos, & errantes beneuolos, & diſeretos ſe oſtendere debeant. Vide quomodo Prelati debene habere naſum ſicut turris Libani, quę reſpicit contra Damaſcum lib. 9. cap. 20. per totum, quomodo debet, vt turris ſe Diabolo apponere pro ſalute ſubditorum ibidem §. 846.

Dominica 6. poſt Epiphaniam.

Simile eſt regnum Cælorum grano Sinapis. Matth. 13.

MAxima inter Philoſofos, & phiſonomiſtas verſatur controuerſia, *An perſonam qui videat hominis ipſum hominem videat, ac eius interna, & externa cognoſcat.* Cui Enricus Farneſius efficaciſſimis rationibus, contra Ariſtotilem, Adamantium Polenionem, & Io. Baptiſtam Potta, & quam plurimos de phiſonomia tractantes reſpondet, ſic inquiens *fallitur toto Cælo; qui cum videt perſonam hominis, putet ſe ipſum* bo-

hominem videre. Nam euidenter perſpicitur, quod Deus ſicut, intra aſperam, & contemptibilem teccum pretioſiſſimam Margaritam claudit, ſic etiam multoties pulcherrimam animam ſub obſcuro velamine, turpiſſimi corporis abſcondit. Sicut hodie in Euangelio nobis occurrit in quo regnum Cęlorum (Eccleſia videlicet) paruulo ac minuto ſinapis grano comparatur, *Simile eſt Regnum Cęlorum grano ſinapis*. Quia res non ſecundum exteriorem apparentiam, ſed ſecundum interiorem virtutem iudicare debemus, nec illud propi de Mercurij capite dicere debemus; Optimum Caput ſed cerebrum non habet ſed conſiderandum parua in quantitate molis, multoties maxima eſſe in quantitate virtutis. Sicut de Eccleſia dicitur, quod fuerit aliquando grano ſinapis ſimilis non autem in Arborem creuit ita vt volucres Cęli veniant, & habitent in ramis eius. De cuius paruitudine, & incremento. Vide *Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet*, lib. 10 cap. 15. per totum, creuit quia facta, fuit Soror Chriſti ibidem, §. 998. pro fecit in allocutione Chriſti ibidem per totum

Dominica Septuageſimæ.

Simile eſt regnum Cęlorum homini patri familias, qui exijt primo mane conducere operarios in Vineam ſuam. Matth. cap. 20.

Diuus Antonius de Padua ſerm. Dom. Septuag.

SIcut Deus omnipotens ſex diebus mundi huius machinam, & quę in illo continentur creauit ſic etiam ſex horas quibus ſe recreare poſſet homini tribuit, de quibus hodie in Euangelio *Iterum autem exijt circa ſexta horam* quas quidem horas ſex veres, & virtutes animæ eſſe dicemus, Videlicet, Cordis contritio, Oris confeſſio, Operis ſatisfactio, Dei & proximi dilectio, Vitę actiue, & contemplatiue exercitatio, Finalis perſeuerantiæ conſummatio quibus homo per peccatum deformatum ad Immaginem Dei, qui creauit illum ſe reformare, poterit. De prima Vide de cogitationibus lib. 9. cap. 3. §. 714. De ſecunda vide quomodo peccator debet aſcendere de lauacro Confeſſionis ibidem §. 716. De tertia, vide quomodo peccator poſt lauacrum Confeſſionis debet eſſe velut ouis, ibidem. §. 715. De quarta vide triplicem gradum caritatis lib. 10. cap. 10. §. 955. De quinta vide quomodo a contemplatione non eſt recedendum niſi propter ſuam vel proximi vtilitatem lib. 10. cap. 9. §. 943. & §. 944. De ſexta qua per perſeuerantiam homo ad immaginem Dei reformatur vide de Sapientia, quæ de ſurſum eſt Ibidem §. 948. vide tres delitias Cęleſtes Ibidem §. 949.

Dominica Sexageſimæ.

Exijt, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Matt. 13. Luc. 8.

NOě Arca (D. Antonio de Padua teſtante) quinque Cameras habebat. Prima fuit ſtercorum. Secunda Apothecaria. Tertia immitium ideſt ferocium animalium. Quarta Mitium. Quinta hominum, & volucrum. Arca iſta eſt Eccleſia in cuius cameris omnia prędicta reperiuntur, & etiam miſticè in currenti Euangelio notantur dum dicitur: *Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum*, ſex enim valde notabilia nobis hodie obijciuntur videlicet, ſeminator, ſemen, via, petra, ſpine, & bona terra, ſeminator eſt Chriſtus, vel prędicator ipſius, ſemen

men eſt Verbum Dei. Via, luxurioſi. Petra falſi religioſi. Spinæ auari & vſurarij, Bona terra penitentes, & iuſti. De primo vide, quomodo prædicatores dicuntur oculi, dentes & vbera lib. 6. cap. 14. De ſecundo quomodo de tribus faciunt pondere ibidem §. 500. Prędicator eſt collum per quod à capite Chriſto ad corpus Eccleſię cibus ſpiritualis tranſmittitur, lib. 6. cap. 13. Prædicatores turris Dauid, ex qua pendent quatuor Clipei quos applicabis pro via, petra & ſpinis ibidem. §. 496. De terra bona qui ſunt penitentes, & iuſti: Vide de triplici penitentia, lib. 3. §. 166. vide de profectu animę ibidem §. 154. per totum.

Dominica Quinquageſimæ.

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. Luc. 18.

VNius Cęci ſecus viam ſedentis occaſione, moti de tribus cęcis hodie menſionem facere debemus. Primus eſt Euangelicus, à natiuitate Cęcus, & luto, & ſputo illuminatus ſecundus Tobias ſtercore hyrrundinum excecatus; ſed felle piſcis curatus. Tertius Laodicęę Epiſcopus cui in Apoc. Dominus dicit, *Neſcis quia miſer es, & miſerabilis pauper, Cacus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ, & collirio invnge oculos tuos vt videas*. Quid per iſtos Cęcos ſignificari ſi diligenter inueſtigare voluerimus, Inueniemus Cęcum à natiuitate humanum genus in primis parentibus excecatum allegoricè ſignificare. Secundum Tobiam ſtercore hyrundinum excecatum illum, qui à Demonibus ſtercore luxuriæ, & gulæ in peccato dormiendo lumine priuatur tertium Prælatum quinque virtutibus expoliatum, Qui miſer eſt in vita. Miſerabilis in fama, Cęcus in ſcientia. Pauper in charitate. Nudus tunica talaris puritatis. De primo, vide quomodo primi parentes per commercium quod habuerunt cum diabolo execati impleuerunt nundinas Dei argento, plumbo, & ſtagno vnde poſtea fecerint ſecundum comerciunm miſerabile Vide lib. 1. cap. 1. §. 6. & 7. de ſecundis Vide tres oculos ſtultorum, lib. 2. §. 143. de tertio vide de doctrina & miſericordia, quam Prelati debent habere lib. 3. §. 159. quomodo Prelati debent eſſe laquearia cypreſſina lib. 3. cap. 3. per totum.

Tobias. *Apoc. cap. 3.*

In feſto S. Andræ Apoſtoli.

Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. Matth. cap. 4.

MAximo ac mirabili miſterio in antiquiſſima, ac famoſiſſima illa Ciuitate Ieruſalem Septem portas poſitas fuiſſe legitur (videlicet) Porta Vetus, Porta Fontis, Porta Gregis, Porta Equorum, Porta Sterquilinij, Porta Piſcium, & Porta Vallis. Prima Angelos ſignificat; Secunda Patriarchas, Tertia Prophetas, Qarta Apoſtolos, Quinta Martires. Sexta Confeſſores, & Septima Virgines. Dicendum eſt igitur quod Diuus Andreas pro quolibet iſtarum portarum; Militanti, ac Triumphanti Ieruſalem deſeruiuit; ſed præſertim pro porta Equorum, & porta Piſcium. Ad prædicationem enim ipſius Multorum genera piſcium, de peccatorum profundiſſimo pelago ſurgentes per has portas in celeſtem Ieruſalem ingreſſi fuerunt. Pro quo. Vide ad litteram lib. 10. cap. 3. §. 891. 892. & 893. per totum.

Pro feſto Conceptionis Vide in Sabbato Cinerum vbi duas inuenies inuentiones ad hoc concinnatas.

In die Natiuitatis Domini.

Quis mihi det te fratrem meum, vt inueniam te foris, & deoſculer te. Cant. cap. 8.

SVnt equidem ſupracitata verba Salomonijs, dilectæ ſponſe, vel fidelis animæ plena ſuſpiriis, quibus vt videret in noſtra carne mortali verbum æternum ęſtuabat ideo videndum breuiter eſt: Quomodo Chriſtus in ſuo Natali factus fuit frater noſter folio 358. cap. 6. quomodo Chriſtianus quilibet tres fratres habet. Ibidem. Item Chriſtus nobis natus, datus, & comendatus pag. 359. ibidem. Vbera, quæ Chriſtus, quæque homines ſugant, dic quomodo ſponſa inueniendo ſponſum oſculum ex eius ore ſuſcepit, & quomodo per oſculum à contemptu liberari deſiderat, pag. 359. cap. 7. Inuentio Dilecti triplex ibidem fol. 360. ibi etiam inuentio dilecti moraliter exponitur. Oſculum tripliciter dicitur. ibidem. Vide de oſculo ſponſi. lib. 1. cap. 1. per totum.

In feſto S. Stephani.

VIde in Communi vnius Martiris, vbi multa reperies, non abre dic, quomodo Stephanus interpretatur Corona, pro quo dic quod fuit corona Chriſti; nam Coronæ Chriſti tres ſunt pag. 185. & 471. Coronæ quæ ad nos pertinent. pag. 185, 472. dic quomodo Oratio humiliantis ſe nubes pertráſit, pro quo. Vide verbo. Oratio.

In feſto S. Ioannis.

VIde in Communi Apoſtolorum vbi plurima reperies dic, quod Ioannes ſpeciali priuilegio fuit Apoſtolus Diſcipulus Euangeliſta Martir, & Propheta Apoſtoli Mappamundi. pag. 402. 1027. Apoſtoli equi propter velocitatem. pag. 355. 891. Diſcipulus cur dictum ſit viri Galilei, &c. Item Diſcipulorum corda, quomodo Spiritus Sanctus inuiſibili illuſtrarent potentia pag. 402.

In feſto Sanctorum Innocentium.

INnocentes infantes dulciter Sancta Mater Eccleſia ſalutans, Sic eos alloquitur. *Saluete flores Martirum*: Vere flores, quia omnes florum conditiones retinebant: nam, in aſpectu venuſtatem, in tactu lenitatem, in odore ſuauitatem ſicut flores præbuerunt, fol. 66. §. 152. Item dic flos pro quibus ſumitur pag. 77. §. 180. Vide ſuper illud ego flos campi fol. 76. cap. 1. & 3.

In Feſto Epiphaniæ.

Surge & illuminare Ieruſalem quia venit lumen tuum, & Gloria Domini ſuper te orta eſt, & ambulabunt gentes in lumine tuo & reges in ſplendore ortus tui. Iſa. 55.

MAnifeſtationem noui luminis incarnari preſagiens Propheta Eccleſiam alloquens, eam excitat dicens: ſurge, & illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, quaſi diceret: dum in te æternum verbum in carne manifeſtum apparet; iam incipis eius radianti lumine gratiæ ſuperfundi, iam eiuſdem dignitate honeſtari, iam eius protectione fulgiri, & illius preſentiæ iuuamina experiri. Adeo vt dicere potes *leua eius ſub capite meo & dextera illius amplexabitur me Leua:* Scilicet Sacramenta incarnationis, & preſentiæ eius dona. Inquit SCOTVS *Dextera* vero ſunt premia, quæ in fine percipies in quibus erit viſio maieſtatis, & gloria glorificatę humanitatis quæ hodie vilis in te apparet. Leua igitur iſta ſub capite tuo ponitur, vt interum his donis ſpiritualibus ſubſtenteris dextera verò ſuper caput vt in patria donis ęternis remunereris. Dic quomodo Chriſtus ſponſus Eccleſiæ, qui ante per Prophetas illam fuerat alloquutus, in Epiphania venit ad amplexum & oſculum. Vide de ordine quo venitur ad amplexum lib. 10. c. 8. §. 935. in Epiphania dic quomodo Eccleſia participare cępit primitiuos fructus Saeramentorum: dum Chriſtus eius ſponſus declaratur, illum prius oſculaudo quam alloquendo. ibidem §. 936. & 937. & 938. De beneficijs quę illi dilectus contulit. Vide quid leua eius ſub capite & quid dextera ſuper caput operata fuerint ibidem §. 939. & 940. per totum. Vide triplex profectus Thuris §. 932. Rex Sabba ibidem & Triplex incendium ibidem.

In feſto purificationis B. Mariæ Virginis.

Adorna Thalamum tuum, & ſuſcipe Regem Chriſtum. Eccleſia.

TRiplex fuit Thalamus Virginis, de quo vide lib. 2. cap. 9. §. 121. in hoc talamo, Sponſus Chriſtus habuit accubitum ſuum, pro quo vide de triplici accubitu ſponſi ibidem cap. 10. §. 125. vide quomodo Chriſtus accubitu ſuo in Virginis chalamo, repulit duplicem hominis vetuſtatem: ibidem §. 127. & ibi fecit triplicem conuiuium animæ ibidem, §. 128.

In feſto Diui Tomæ de Aquino.

INter tot tantaque Angelici Doctoris inſignia duo tantum, breuitatis cauſa, obſeruanda proſpicio, in quibus omnia, quę de ipſo dici poſſunt perfectiſſimo, ac miro quodam ordine continentur, Scilicet, Sapientia in intellectu. Et Dei amor in Corde. Sapientia igitur ipſius omnia quę Diuina Sapientia in mundi creatione operata fuit, & ipſa (quamquã aliter) operata eſt, Prima igitur die in mundi Creatione: *Dixit Deus fiat lux & facta eſt lux.* Quæ ſtatim cępit illuminare tenebras. Et Diui Thomæ doctrina non ſolum eſt lux ſine tenebris; Sed omnes ignorantiæ tenebras diluit. Secunda die Deus fecit firmamentum. *Fiat firmamentum in medio aquarum, &c.* Et ſapientia Diui Thomę, eſt fundamentum immobile: ad Omnem Hereticorum Impetum reſiſtens. Tertia die Deus Mare vaſtum creauit dicens, *congregentur aquę ſub Cęlo ſunt &c. & congregationes aquarum appellauit Maria.* Et D. Thomæ Doctrina

eſt Mare propter amplitudinem, & profunditatem. Sed placidum, & tranquillum, abſque ſcopulis, & errorum ſyrtibus; & abſque ſimulationis Syrenis. Quarta die Deus fecit duo luminaria in Cęlo. *Luminare Maius vt praeeſſet diei, & luminare minus, vt praeeſſet nocti.* Et eius Sapientia fecit duo luminaria, in S. Eccleſiæ Cœlo, luminare Maius, eius Theologia, et luminare minus eius philoſophia. Quinta die Deus creauit volatilia, et reptilia. *Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram.* Et D. Thomæ Doctrina velut Auis per totum mundum volauit. Sexta die fecit Deus hominem ad Immaginem, & ſimilitudinem ſuam. *Faciamus hominem ad Immaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Et in Diui Thomæ ſcientia, Immago Dei, & hominis reſplendet. Septima die quieuit ab opere: & cuncta quæ, fecerat, bona valdè declarauit. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Hæc authenticatio, quid D. Thomę operibus deficiebat à Deo ore proprio fuit addita dum dixit: *Bene ſcripſiſti de me Thoma.* Cor eius adeo erga Deum amore fragrabat. Quod velut magnes nullam alteram Stellam reſpicit quàm Polárem: ita ipſe nil aliud reſpiciebat quam Deum. Vnde eum ſibi dictum fuit, *Quam mercedem habebis.* Statim reſpondit: *Non aliam niſi te ipſum.* De primo vide quomodo habuit triplicem Sapienciam, à qua nemo deuiare debet. lib 7. cap. 6. §. 526. Doctrina eius eſt Mel, & Lac. ibidem cap. 5. eius Doctrina refecit nos tribus panibus lib. 10. cap. 1. §. 875, eius doctrina fuit botrus de terra promiſſionis. lib. 9. cap. 22. §. 863. De ſecundo die, quod amoris pennis volauit, quia mundanis erat exutus. pag. 16. §. 38 Propter amoris dulcedinem audiuit verba ineffabilia. pag. 14. §. 35. Habuit quadruplicem amorem Dei pag. 73. §. 268. habuit amorem fortem, ſuauem, & ſapientem. pag. 74. col. 1.

In feſto Anunciationis,

Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galileę ad Virgine deſponſatam Viro cui nomen erat Ioſeph de Domo Dauid, &c. Luc. 1.

IN Incarnati Verbi humiliatione, Annunciatæque Marię exaltatione ſuper Cęlum, & terram tot miracula tantaque prodigia mihi videre videor, quod nullo modo facere poſſum, quin, cum Sancto Auguſtino exclamem. O miracula, ò prodigia! ò miracula quia iam Cęli melliflui facti, Verbum de ſinu patris in Virginis vterum deſcendit, ſicut pluuia, terram fecundans; ſicut fulgor illuminans animas, & ſicut Gigas inimicos debellans! ò prodigia: quia Angelus aſpicitur Virginem adorans, & virgo concipiens, & intacta permanens: O miracula! dum Deus efficitur filius hominis, ò prodigia! dum Virgo perficitur Mater Altiſſimi, ò miracula! in deſcenſu Naturæ Diuinæ, ò prodigia! in aſcenſu humanæ naturæ, ò miracula! in humiliatione Verbi, ò prodigia: in exaltatione Mariæ de humiliatione Verbi, vide, quomodo in Incarnatione dedit oſculum: lib. 1. cap. 1. §. 1. quomodo tria in oſculo notantur, & quomodo eſt Verbum oſculans ibidem. §. 2. & quomodo in Incarnatione, Verbum, fecit admirabile commercium, contra duo commercia, vnum execrabile, & alterum miſerabile, ibidem §. 8. vide quomodo Chriſtus ad nos venit declinauit, & tranſijt lib. 8. cap. 3. §. 600. De tranſitu dilecti, §. 603. De Virginis exaltatione. Vide quomodo Spiritus Sanctus in Virginem venit, peruenit, & ſuperuenit, §. 604. Quomodo Virgo pręparauit Verbo in Incarnatione cęnaculum. §. 605. Quomodo præparauit Verbo: Lectulum. ſedem, & candelabrum. Vide ibidem §. 606. & de hac materia in Indice rerum notabilium diffuſius.

In feſto Aſcenſionis.

Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur. Eccleſiaſtes 1.

SOl Chriſtus ex quô de ſinu patris in vterum Virginis deſcendit, triplicem Ortum habuit, & vnum occaſum: pro quo vide de triplici eius natiuitate, & quadragenario triplici lib. 2. cap. 9. S. 122. Primo ortu, & natiuitate ſol iſte adornauit ſponſam Eccleſiam Murenulas auSeas illi tribuendo; lib. 2. cap. 9. S. 115. vt facere ſolent amator es. S. 116. tribus ornamentis illam decorauit, S. 117. & triplici veſte illam induit S. 118. In ſecundo ortu, & natiuitate docuit illam laborare, & tentationibus reſiſtere de quo Vide. S. 123. In tertio ortu dum ad locum; vnde venerat reuertitur trahit illam ſecum ad ſuperna poſt quam illam gemmis hornauit. Vnde ipſa clamat trahe me poſt te curemus in odorem vnguentorum tuorum: lib. 1. cap. 6. S. 26. & ſequen. Vide quomodo debemus cum Chriſto ad Cęlos tranſmigrare, ſicut vir Galileus. lib. 9. cap. 12. S. 436. quomodo, vt poſt Chriſtum aſcendamus, debemus quatuor reuerſiones facere, antequā ad patriam reuertamur. Vide reuertere. lib. 9. cap. 10. S. 788. & ſequentur.

In feſto Pentecoſtes.

Factus eſt de Cęlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, &c. Act. 2.

SOlebat vir quidam ingenioſus nomine Aleſſides (vt refert Arheneus lib. 15. cap. 17.) dum celebrabat conuiuia ſupra diſcumbentes volitare facere aliquas Columbas prius ſuauiſſimis liquoribus, & fragrantibus pulueribus refertas; vt alarum motu plumarumque commotione, & cenaculum, & ipſos cenantes ſuauiſſimo odore replerentur. Sic Celeſtis Aleſides Chriſtus dum omnes Diſcipulos cum eius Matre in Cenaculo congregatos haberet ſuper eos volitare fecit columbam Spiritus Sancti: vt veluti quibuſdam ſuauiſſimis odoribus, omnium Chariſmatum Donis replerentur, De Aleſſide Chriſto, qui odores amabat. Vide ego flos campi, & lilium conuallium de flore, & de ſignificationibus floris lib. 3. cap. 4. per totum. De Spiritu Sancto, vide cur in tribus figuris apparuit. S. 187. ibidem. De triplici columba ibidem, tres proprietates ignis quomodo Spiritui Sancto conueniunt ibidem ſuper illud factus eſt repentè de Cęlo ſonus vide quomodo Spiritus Sanctus venit a quatuor ventis. ibidem S. 193. Vide quomodo tria expellunt Spiritum Sanctum à corde noſtro ibidem S. 136. Vide ad quid in illa die datus fuerit Spiritus Sanctus audibili ſono, viſibili igne, & plenitudinis officio. lib. 7. cap. 7. S. 531.

In feſto S. Io. Baptiſtæ.

Iſte puer Magnus coram Domino, nam, & manus eius cum ipſo eſt. Eccleſia.

MVlti equidem hoc magnitudinis titulo (ob eorum celeberrima facta) à varijs nationibus, digni habiti fuere. Alexander, Magnus fuit appellatus: ſed Macędonum iudicio. Pompeius Magnus exiſtimatus: ſed Romanorum arbitrio, Magnus Carolus nuncupatus: ſed inter Gallos Magnus fuit Albertus: ſed inter Philoſofos. Magnus

ſuit Baſilius ſed inter ſcripturales. Magnus fuit Gregorius: ſed inter Theologos. Magnus fuit, denique vocatus Moyſes: ſed inter Duces populi Dei. Vnde in Exodo de ipſo habetur. *Fuit vir magnus valdè in terra Egypti, & coram ſeruis Pharaonis, & omni populo.* Sed Cedaut omnes mundane Magnitudines Ioanni Baptiſtæ Magnitudini. Qui non tantum coram hominibus; ſed coram ipſo Deo cuius reſpectu omnis Creatura eſt ferè nihil. *Iſte puer magnus coram Domino.* De cuius Magnitudine. Obſerua quod tres tantum Celebrantur natiuitates, videlicet Chriſti, Mariæ & Ioannis Baptiſtæ. lib. 2. cap. 14. §. 147. ex illis tribus natiuitatibus tres fontes nobis emanant ibidem §. 149. Item obſerua quod tres fuerunt Miſſi de Cęlo. lib. 7. cap. 7. §. 532. quod Ioannes fuit Miſſus à Deo. ibidem §. 533. De eius gratiæ collatione ibidem. De comparatione Ioannis & Eliæ. ibidem. §. 535. De Ioannis nomine. ibidem. §. 536..

In feſto S. Antonij de Padua.

Paruulus fons creuit in flumen, & in lucem, ſolemque conuerſus eſt. Heſter. 10.

Qvod fontes ſuper Montium altitudinem, naſcentes: Indeque varijs riuulis manantes in flumina conuertantur, non ſolum à Metheoreorum Dogmatibus; ſed ab aſſidua experientia edocemur. Quod autem flumina in ſolem Vertantur: Inauditum, & impoſſibile videtur. Attamen, quod de materialibus fontibus, ac riuulis negatur de Miſticis non denegandum erit. Fuit equidem D. Antonius. Seraphici Franciſci vitam emulando, illiuſque regulæ obtemperando non fons; Sed riuulus, de fonte hinc inde adeo diffiuens, vt in flumen conuerſus, peccatorum vniuerſam aridam terram Diuini Verbi rore madefecerit. Vt de eo D. Bonauentura Eccleſiæ cantandum reliquit.

Franciſci Patris Emulus
Sic illi ſe contemperat,
Vt fonte manans riuulus
Aquas vitæ circumferat
Longe lateq. diffluit
Sitiq. mortis aridos
Verbo ſalutis imbuit
In tribulatione gaudentes, & omne gaudium exiſtimantes cum in tentationes varias incideritis. § 150. 249. 341. 647.

Qui offendit in vno eſt omnium reus. § 669

Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis. § 85. § 646. 1026

A propria concupiſcentia abſtractus, & illectus. § 700

Religio munda & immaculata quod Deum hac eſt, immaculatum ſe cuſtodire, ab hoc ſæculo. § 785

Miſeri eſtote & lugete, & plorate, riſus veſter in luctum conuertetur, & gaudium in mærorem. § 247. 619. 793

Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo. § 973

Epulati eſtis ſuper terram & in delicijs enutriſtis corda veſtra. § 977. 982

Qui habuerit ſubſtantias huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua, quomodo charitas Dei manet in illo? § 977

Suſcipite inſitum verbumque quod poteſt ſaluare animas veſtras. § 1016

S. Petri.

Non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis, de vana conuerſatione veſtra, paternæ traditionis, ſed ſanguine quaſi agni immaculati, & incontaminati Chriſti. § 261

Sobrij eſtote, & vigilate. § 264. 575

Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis linquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. § 135. 283. 442. 463. 494. 521. 567. 647

Vt ſequamini veſtigia eius. § 463. 567. 647

Lapis offenſionis, & petra ſcandali. § 463

Oſten-

Miniſtrate in fide veſtram virtutem, & in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiã, in abſtinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate fraternum amorem, in amore charitatem. §. 467

Deponentes omnem malitiam & omnem dolum & ſimulationem. §. 482. 640. 894

Lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. §. 486

Benedictus Deus qui regenerauit nos in ſpem viuam, in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis. §. 290. 303. 494. 896

Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini. §. 520

Non turpis lucri gratia, nec quaſi dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. §. 520

Subditi eſtote omni humanæ creaturæ, propter Deum. §. 160. 628

Vos autem genus electum. §. 636

Sicut modo geniti infantes, rationabiles ſine dolo, lac concupiſcentes, ſine dolo. §. 638 640. 978

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. §. 647

Aduerſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. §. 648

In quem deſiderant Angeli conſpicere. §. 685

Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos, vt abſtineatis à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam; conuerſationem veſtram habentes bonam inter gentes. §. 167

Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. §. 194. li. 8. cap. 8. §. 668 825

Peccata noſtra ipſe tulit in corpore ſuo ſuper lignum; vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati ſumus. §. 9. 813

Velox eſt depoſitio tabernaculi huius. §. 73

Ipſe perficiet confirmabit ſolidabitque. §. 723

Non reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto. §. 724

Compatientes inuicem. §. 744

Chriſto paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. lib. 9. cap. 8

Benedictus Deus qui regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo. §. 1015

S. Ioannis.

Concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. §. 182. 984

Eſt peccatum ad mortem: pro eo non dico vt quis oret. §. 191

Ipſe prior dilexit nos. §. 290

Gaudete in domino ſemper iterum dico gaudete. §. 248

Aduocatum habemus, apud patrem Ieſum Chriſtum. §. 332. 338

Omne quod natum eſt ex ſuo vincit mundum & hæc eſt victoria. §. 148. 344. 640

Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt. §. 423

Sicut Chriſtus dilexit nos ſic nos debemus pro fratribus animas ponere. §. 429

Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. §. 454

Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare. §. 490

Omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eũ qui natus eſt ex eo. lib. 8. cap. 7

Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. 640. 1017

Nolite credere omni ſpiritui ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. §. 357. 648

Vos vnctionem habetis à ſancto, & ipſe vos docet de omnibus. §. 74. 655

Factus eſt propitiatio pro peccatis noſtris. §. 659

Erunt docibiles Dei. §. 250

Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chri-

Chriſtum iuſtum & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris . §. 338

Tres ſunt qui teſtimonium dant in Cælo. Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. §. 723

Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo ſunt . §. 369. 1026

Omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt & ſuperbia vitæ . §. 701

Apocalypſis.

Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc . §. 28

Audiui vocem vnius Aquilæ volantis per medium cæli, & dicentis; Væ, væ, væ, habitantibus in terra . §. 38

Et facies eius ſicut ſol fulget in virtute ſua . §. 81

Vnus de ſeptem Angelis, qui habebat ſeptem phialas plenas ira Dei, & effudit eas in ſolem . *ibid.*

Nomen illi mors . §. 101

Ecce noua facio omnia . §. 101. 266

Sequuntur agnum quocumque ierit . § 113

Habebant ſinguli cytharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum . §. 113

Non eſurient, neque ſitient amplius . §. 123

Lætitia ſempiterna erit eis . *ibid.*

Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem . *lib.* 2. *cap.* 11

Habeo aliquid aduerſus te, quia primam charitatem dereliquiſti . § . 162

Quatuor Angeli tenebant quatuor ventos, ne flarent . §. 193

Virgines enim ſunt & ſequuntur Agnum quocunque ierit . §. 194

Abſterget Deus *omnem lachrymam ab oculis ſanctorum* . §. 36. 323

Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitæ . §. 232

Ciuitas illa non indiget ſole neque luna, vt luceant in ea, quia claritas Dei *illuminat eam, & agnus erit lucerna eius* . §. 33. 244 664. 860

Amicti ſtolis albis ſequuntur agnum quocunque ierit . §. 249. 785

Venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni . §. 249. 485

Qui aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cænabo cum illo . §. 257. 262. 864

Cælum apertum eſt, & arca Dei viſa eſt in eo . §. 258. 735

Vidi cælum nouum, terram nouam, mare iam non eſt . § 266 837

Sum viuus & fui mortuus, & habeo claues mortis & inferi ; §. 273

Foris canes, & venefici . §. 274

Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum; nomen illi Mors, & infernus ſequebatur eum . §. 77

Ecce ego Ioannes vidi oſtium apertum in cælo . §. 279

Veniam & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo . §. 287

Oculos eius quaſi flammam ignis . §. 287. 314. 431. 952

Factus eſt ſol tanquam ſaccus cilicinus . §. 81 305. 682. 965

Tu dicis quia diues ſum & locupletatus, & nullius egeo . §. 305. 499. 590. 624

Vtinam frigidus eſſes aut calidus . §. 308. 309

Vidi Ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo . §. 183. 316. 331. 423. 566.

De Throno procedebant fulgura voces & tonitrua . §. 338

Si tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo . §. 398

Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ego ſum . § 369

Vidi nubem candidam, & ſuper nube ſimilem filio hominis ſedentem, & coronam auream in capite eius . §. 370. 392. 442

Non cadet ſuper eos ſol neque vllus æſtus . §. 393. 784. 782

Beniamin lupus rapax manè rapiet prædam . §. 400

Ipſe prior dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo . §. 429. 491. 858 919. & *lib.* 8. *cap.* 8. §. 495. 570

Erat

Erat veſtitus podere, & præcinctus ad mamillas Zona aurea, & caput eius & capilli candidi ſicut nix. S. 431. 639
Et gladius ex vtraque parte acutus in ore eius. S. 431
Platea tua Hieruſalem ſternentur auro mundo, & per omnes vicos tuos cantabunt Alleluya. S. 423. 846. 850
Vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem poteſtatem magnam & terra illuminata eſt à gloria eius. ſ. 454. 471. 490
Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua. ſ. 8. 133. 463
Dignus es Domine accipere librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. S. 490. lib. 8. cap. 8. ſ. 638. 961
Vidi ſupra montem Syon agnum ſtantem ſimilem occiſo. ſ. 490
Rex regum & Dominus dominantium. S. 490. 846
Vidi tres ſpiritus immundos egredientes de ore draconis, in modum ranarum. S. 541
Facta eſt ruina magna in cælo. ſ. 552
Non eſt amplius locus eorum inuentus in cęlo. S. 552
Vidi Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui. ſ. 554. 963
Ex omni Tribu filiorum Iſrael duodecim millia ſignati. ſ 554. 638
Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius. ſ. 566. 634
Ecce ſtò ad oſtium & pulſo. lib. 7. cap. 14. & S. 606. 989
Vidi oſtium apertum in cælo & ſedes poſita erat in eo. S. 599
Sedeo regina & vidua non ſum, & luctum non videbo. S. 191. 624
Sub altare Dei audiui vocem occiſorum clamantium: vſquequò Domine non vindicas ſanguinem noſtrum ab his, qui ſunt in terra? ſ. 625
Qui vicerit dabo illi manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. S. 632. 635
Corona ſtellarum duodecim. ſ. 634
Venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine Agni. S. 634
Datę ſunt eis ſingulæ ſtolæ albę. ſ. 114. 635
Quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideo cum Chriſto regnant in ęternum. S. 636
Feciſti nos in ſanguine tuo regnum. ſ. 636
Vidi Agnum habentem cornua ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus miſſi in omnem terram. lib. 8. cap. 9
Iris in capite eius. lib. 8. cap. 9
Viſus Angelus, & corona in capite eius. S. 639
Inter erat vrna aurea, habens manna. S. 639
Suadeo tibi vt emas aurum ignitum, & purum, vt locuples fias. ſ. 639. 913. 925
Factum eſt bellum magnum, in cælo. Draco pugnabat cum Michaele, & angelis eius. ſ. 552. 649
Mulier erat parturiens, vt pareret: & draco perſequebatur eam, vt deuoraret filium eius. S. 650. 671
Vt requieſcat à labore ſuo. S. 690
Eijce foras atrium quod foris eſt. S. 725
Qui ſedebat in throno ſimilis erat aſpectui Iaſpidis & ſardinis. ſ. 735
Et in circuitu throni iris ſimilis viſioni ſmaragdinę. ſ. 735
Beati mortui qui in Domino moriuntur. S. 738
Oculos tuos vnge collyrio, vt videas. S. 864
Habebant ſeniores cytharas, & phyalas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. S. 888
Aſcendit fumus aromatum, de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo. S. 888
Audiui vocē vnius aquilæ volantis per cælum. 894.

§. 894.
Vide ne feceris. lib. 10. cap. 6
Miſer es, & pauper, & nudus. §. 911
Ciuitas illa aurum mundum, ſimile vitro mundo. §. 925
Duodecim millia ſignati. §. 961
Nolite nocere terrę neque arboribus, quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. §. 963
Angelus habens thuribulum in manu ſua, ſtans iuxta altare. §. 966
Duxit me Angelus in montem magnum valde, & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, nouam à Deo deſcendentem, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. §. 1018

Digitized by Google

INCIPIT LIBER PRIMVS

IO DVNS SCOTI

DOCTORIS SVBTILIS

ſuper Canticum Canticorum

SALOMONIS.

Oſculetur me oſculo oris ſui. Cap. I.

De quadruplici oſculo. S. *I.*

HÆC eſt vox Syoagogæ, quę Chriſtum ventorom in muodum, didicerat ab Augelis, cognouerat in Patriarchis, audierat à Prophetia. Itaque inflammara cius deſiderio, clamat: *Oſculetur me oſculo oris ſui*: Hoc eſt, ad erudiendum, & ſaluandum me, noo iam Aogelos, non Patriarchas, noo mittat Prophetas; ſed ipſe qui venturus eſt, veoiat io propria perſona. Oſculum eius eſt, proprij oris eruditio. Veoiat igitor, & erodiat me ore proprio; ſed, & mei oris tactum patienter ſuſcipiat; id eſt, me de via ſalutis interrogaotem, audire noo ſpernat.
Matt. 5.
Hoc adimpletum credimus deſiderium, quando ſedens io moore, docebat Diſcipolos ſoos dicens: *Beati pauperes Spiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum, &c.* ibi dedit oſculom, quia aperieosos ſuom, gaodium Regni cæleſtis Apoſtolis ſuis promiſit.

ESe oſculum carnis, eſt oſculum dæmouis, eſt oſculum hominis, eſt oſculum Dilecti. De primo ſoſcipitur oſculum luxurioſum; de ſecoodo, venenoſum: de tertio, domeſticum; de quarto, ſanctum. De primo in prouerbijs de muliere ſtulta: *Apprehenſumque deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur.* Prou. 7. Secundum, dedit Ioab Amaſæ, quando apprehendens meutum eius, oſcolatus eſt eum dicens: *Salue frater*: & occidit eum, & Iudas Chriſtum. 2. Reg. 20. Tertium dedit Iſaac filio ſuo Iacob dicens: *Fili mi, da mihi oſculum.* Gen. 25. De quarto Apoſtolus: *Salutate inuicem in oſculo ſancto.* 2. Cor. 13. Primum eſt malum; ſecuodum peius: tertium booum: quartum melius. Quia verò primum eſt impudicum, ſecuudum iniquum, tertiom cognatum, qoartum religioſum: iſtud præ ceteris elegit anima ſancta. Primom enim ſpernit; ſecondum refugit: tertium præterit: quartum coocupiſcit. Vnde clamat: *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

Tria in oſculo norantur: Oſculantium labia ſe conſociant: interiores anhelitus conſpirant: corpora ſibi appropinquant. In primo, eſt coniunctio naturarum: in ſecundo, vnio ſpirituum: in tertio, comparticipatio paſſionum. Naturarum, ſcilicet Hominis, & Verbi; Spirituum Diuini, & humani; Paſſionum Chriſti, & Chriſtiani. De primo: *Verbum caro factum eſt*. De ſecundo: *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt*. De tertio: *Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis illius, ſimiliter & reſurrectionis erimus: ſi enim compatimur, & conregnabimus.* Item moraliter. Labia ſunt inſtrumenta ſermonum; ideo deſignatur in eorum coniunctione, mutua viciſſitudo fraternarum orationum: in conſpiratione anhelitus, vnanimitas voluntatum: in coniunctione corporum, ſupportatio onerum. De primo Iacobus Apoſtolus: *Orate pro inuicem vt ſaluemini*. De ſecundo in actibus Apoſtolorum. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna*. Item: *Vnus Spiritus, & vna fides erat in eis*. De tertio: *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*. De his tribus, ait Apoſtolus: *Deus autem patientiæ, & ſolatij, det vobis id ipſum ſapere in alterutrum; vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Id ipſum ſapiunt in alterutrum, qui alienas paſſiones corde compatiendo, & corpore patiendo, alienos dolores, ſuos cum ipſis dolendo faciunt.

Ioan. 1. — *1. Cor. 6.* — *Rom. 6. a* — *Iacob. 5. 16.* — *Act. 4. 32.* — *Gal. 6. 2.* — *Rom. 15. 5.*

§. II.

Mirabilis explicatio de oſculo.

ESt Verbum oſculans; eſt caro oſculatum; eſt homo Deus oſculum. Item eſt oſculum ad pedes, pro peccatorum remiſſione: oſculum ad manus, pro gratiarum actione: oſculū ad os, pro dilectione. In primo primordia noſtræ conuerſionis dedicantur: ſecundum proficientibus indulgetur: tertium, ſola, & rara perfectio experitur. Item primum eſt in confeſſione; ſecundum in deuotione; tertium in contemplatione. Item, Pater oſculans, filius oſculatus, Spiritus ſanctus oſculum. Iſtud tertiū oſculū ſapit ſuauiùs, guſtatur rariùs, intelligitur difficiliùs.

§. III.

Suauium dicitur à ſuauitate, quod et impudicæ delectari.

NOn quæritur ſuauium, quod eſt impudicarum mulierum; non baſium, quod eſt coniugatorum; ſed oſculum, quod eſt amicorum; vt oſculetur ſponſus ſponſam, Chriſtus Eccleſiam, Deus animam. Sponſi labia ſunt Miſericordia, & Veritas; labia ſponſæ, ſunt Timor, & Amor. Eam verò, quæ quærit oſculum, neceſſe eſt tria habere: ſcilicet, pœnitētiā, puritatem, ſpiritualem feruorem. Horum primum indulgentiam; ſecundum illuminationem; tertium virtutum augmenta conquirit. Debet enim eſſe Pœnitentia, qua de malis præteritis erubeſcat: Puritas, qua per bonam conſcientiam conſpectui Creatoris cum fiducia mundum ſe repræſentet: ſpiritualis Feruor, quo ad ſublimiora virtutum ſtudia, ſe ſemper accendat. In hoc feruore conſideranda ſunt, ſcilicet amor, & deſiderium: Amor quo bona, quæ Deus ei contulit, ardenter diligat: Deſiderium, quo ad ea, quæ nondùm apprehendit, alacriter curtat.

Nota de labijs ſponſi, & ſponſæ.

De triplici oſculo. §. IV.

SIc poſſumus tria oſcula conſiderare, Reconciliatorium, Remuneratorium, Contemplatorium. Primum ad pedes, ſecundum ad manus, tertium ad os ſumitur. In primo accipitur remiſſio peccatorum: in ſecundo, munus virtutum: in tertio cognitio ſecretorum. Item, eſt oſculum doctrinæ, eſt oſculum naturæ, eſt oſculum gratiæ. In primo, per Prædicatores ſuam dilectionem Deus nobis inſinuat: in ſecundo boni nos naturalis illuſtrat claritate: in tertio gratiæ ſpiritualis nos charismatibus exaltat. Itaq; habemus de primo charitatem: de ſecundo claritatem: de tertio gratiam multiformem. Item in hoc oſculo mirabili, quærebat ſponſa cōmercium; ſcilicet, vt veniret Diuinitas, cui noſtra iungeretur Humanitas. Inde canit Eccleſia. *O admirabile commercium! Creator generis humani, animatum corpus ſumens de Virgine naſci dignatus eſt; & procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam Deitatem.* Commercium dicitur à *con*, & *mercor*.

Eccleſia.

De triplici commercio. §. V.

TRiplex eſt commercium. Primum fuit execrabile; ſecundum miſerabile; tertium admirabile. Primum fecit Inſidiator generis humani; ſecundum Propagator generis humani; tertium Creator generis humani. Primus figuram ſerpentis aſſumens, ſecundus tunicas pel-

Digitized by Google

pelliceas induens; tertius animatum
corpus ſumens. Primus celſitudinem
Diuinam indignatus eſt; ſecundus obe-
dientiam dedignatus eſt; tertius de Vir-
gine naſci dignatus eſt. Primus pro iuſti-
tia dedit iniquitatem; ſecundus pro glo-
ria accepit infelicitatem; tertius *pro-*
Eccleſia. *cedens homo ſine ſemine, largitus eſt no-*
bis ſuam Deitatem.

De primo commercio. §. VI.

PRimum ergo dicitur merito execrabi-
le, quia illud fecit inſidiator generis
humani, ſerpentis formam accipiens, qui
celſitudinem diuinam indignatus, dedit
Rom. 7. 14. pro iuſtitia iniquitatem, de quo Beatus
Paulus: *Ego autem carnalis ſum venun-*
Iſa. 52. 4. *datus ſub peccato* & Iſaias: *Gratis venun-*
dati eſtis, & abſque argento redimemini.
In eo enim conueniunt Diabolus, Eua,
Prou. 20. 14. Adam. *Dicit omnis emptor, Malum eſt,*
malum eſt; Adam vero, & Eua, Bonum
eſt, bonum eſt. Diabolus enim dixit: *Vnũ*
Prou. 1. 14. *ſit marſupium noſtrum.* Diabolus in eo
poſuit primò, blandimentum adula-
tionis; ſecundò, acumen ſubtilis tenta-
tionis; tertiò, deceptionem falſæ promiſ-
ſionis; quartò, graue pondus permanen-
Ezec. 27. 12. dæ iniquitatis. Vnde Ezech. *Carthagi-*
nenſes negotiatores tui impleuerunt nun-
dinas tuas argento, ferro, ſtagno, &
plumbo. Primum accipitur in candore,
& ſonoritate argenti; ſecundum in acu-
mine ferri: tertium in nitore ſtagni: quar-
tum in pinguedine plumbi. Itaque in hoc
marſupio ponit Diabolus ſuggeſtionem,
Eua delectationem, Adam conſenſum,
omnes pariter peccatum. Itaque in pri-
mo commercio emunt dentes ſerpenti-
nos; in ſecundo ſpinas, & tribulos; in
tertio Deum, & Angelos. Audij den-
Gen. 3. 15. tes ſerpentinos: *Mulier conteret caput*
tuum; & tu inſidiaberis calcaneo eius.

Secundum commercium. §. VII.

SEcundum commercium fuit miſera-
bile, in quo propagator generis hu-
mani tunicas pelliceas induit, quia obe-
dientiam dedignatus eſt, & accepit pro
Pſal. 48. 14. gloria infelicitatem: Quippe, *Homo cùm*
in honore eſſet, non intellexit: comparatus
eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis fa-
ctus eſt illis; In hoc commercio com-
Pſal. 105. 20 mutauerunt *gloriam ſuam in ſimilitudi-*
nem vituli comedentis fœnum. *Dede-*
Thren. 1. 11 *runt enim quæque pretioſa pro cibo ad*
refocillandam animam; manibus enim,
& pedibus accerſierunt ſibi mortem.
In hoc enim emerunt ſibi, & ſpinas,
& tribulos. Audi quomodo; Cum
operatus fueris terram, non dabit fructus
ſuos, *ſed ſpinas, & tribulos germinabit*
tibi. Tribulos enim tentationes, quæ *Gen. 3. 18.*
corpus affligunt exteriùs: ſpinas, quæ pro-
fundiùs penetrant; id eſt, ſpirituales ſugge-
ſtiones, quæ pungunt interiùs. In primo
ergo commercio, homo, qui deſcendit ab
Hieruſalem in Iericho, ſpoliatur: in hoc
ſecundo vulneratur: in tertio vulnus vi-
no, & oleo perfunditur. Spoliatur bonis
gratuitis; vulneratur in naturalibus do-
nis; perfunditur oleo ſpiritus, & vino Do-
minici ſanguinis.

Tertium commercium. §. VIII.

TErtium commercium fuit admira-
bile, quia *Creator generis humani*
animatum corpus ſumens de Virgine naſci *Eccleſia.*
dignatus eſt. Diuina enim ſapientia, in-
carnata, fuit illa fortis mulier, quæ *conſi-*
derauit agrum, & emit illum: de fructu *Prou. 31. 16.*
manuum ſuarum plantauit vineam. Ager
eſt mundus, Vinea Eccleſia; Ergo *empti*
eſtis pretio magno: glorificate, & porta- *1. Cor. 6.*
te Deum in cordibus veſtris; Ecce ait: *Ve-* *Apoc. 22. 12.*
nio cito, & merces mea mecum eſt: Procul, *Prou. 31.*
& de vltimis finibus pretium eius. Ergo vt
ſaturemini, ad hoc commercium prope-
rate, emite, & comedite. Sed multi di-
cunt: Diues ſum, & nullius indigeo. Sed
aſpice homo, quia miſer es, & miſerabi-
lis; miſer in te, miſerabilis intuentibus te:
Es enim pauper, & nudus, & cæcus: pau-
per, quia non habes theſaurum in cælis:
Nudus, carens veſte virtutis; Cæcus, non
intelligẽs myſterium Incarnationis. Ergo;
in hoc commercio eme aurũ Diuinitatis,
veſtem, virtutis; collyrium, fidem incarna-
tionis. Aurum ait ignitum, & probatum,
aurum diuinitatis; ignitum charitate, pro-
batum paſſione. De primo: *Caput eius* *Cant. 5. 11.*
aurum optimum. De ſecundo: *Deus no-* *Deut. 4. 24.*
ſter ignis conſumens eſt. De tertio: *Cor-* *Iſa. cap. 50.*
pus meum dedi percutientibus, & genas
meas vellentibus: faciem meam non auer-
ti ab increpantibus, & conſpuentibus in
me. De veſtibus: *Odor veſtimentorum tuo-* *Cant. 4. 11.*
rum ſicut odor thuris; De collyrio: *Oleum* *Cant. 1. 3.*
effuſum nomen tuum. Igitur emamus
aurum ad redimendum; Veſtem, ad deco-
randum; collyrium ad illuminandum.
Hoc aurum redemit Iſrael ex omnibus
iniquitatibus ſuis. Veſtis ornat, vt ſit *om-* *Iſa. 44. 15.*
nis gloria eius filiæ Regis ab intus, in fim-

Digitized by Google

bryſ aureis: Collyrium illuminat, quia
Iſai. 9. 2. per illud vidit lucem magnam populus gentilis, qui ambulabat in tenebris.

Triplex beneficium. §. IX.

ECce admirabile commercium. Audi tria, quæ ſequuntur: *Animatum corpus ſumens, de Virgine naſci dignatus eſt;*
Eccleſia. *& procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam Deitatem*. In primo apparuit benignitas, & humanitas: in ſecundò oſtenſa eſt humilitas: in tertio largitas. Primum, nos à Diabolo liberauit: ſecundum, nos ſibi conformauit: tertium, nos in Regno ditabit. Audi primum: Animatum corpus ſumpſit; figuram ſerpentis conſumpſit; tunicam pelliceam diſſuit. In primo noſtram miſeriam induit: in ſecundo debilitauit diaboli fallaciam: in tertio hominem reparauit ad gloriam. Primum, vt nos à peccatis expediat: ſecundum, vt diaboli verſutiam impediat: tertium vt ſtola iucunditatis hominem inſigniat. De primo: *Peccata noſtra ipſe*
1. Petr. 2. 23. *pertulit in corpore ſuo ſuper lignum* De
Pſal. 73. 14. ſecundo: *Contribulaſti capita draconis in aquis: tu confregiſti capita draconis*.
Luc. 15. e. De tertio: *Citò proferte ſtolam primam*.
Coloſſ. 3. 3. Item: *Exuentes veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum hominem, in nouitate vitæ ambulantes, cum, qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum*. Ecce benignitas.

Secundum. §. X.

SEquitur Humilitas, quia de Virgine naſci dignatus eſt. De Cælo in Nazareth deſcendit: in Bethlehem naſci voluit: in Ieruſalem mori ſuſtinuit. Hic deſcenſus mediante Virgine factus eſt; Ipſa enim facta eſt quaſi *Nauis inſtitoris*
Prou. 31. *de longe portans panem ſuum*; Quia Virginali nauigio veuit de Nazareth in Beth
Nazareth interpretatur. lehem, quæ dicitur *Domus panis*; ipſe enim eſt panis viuus, qui de cælo deſcendit.

Panis triplex. §. XI.

PRimo, panis hordeaceus: ſecundo, ſubcinericius; tertio, ſimilagineus. Primus conuertentium: ſecundus fortiter militantium: tertius, in cæleſtibus delectantium. Primus habet aliquid aſperitatis; ſecund s multum humilitatis; tertius plurimum ſuauitatis. Primus pungit aculeis pœnitentiæ; ſecundus cinerem habet deiectionis propriæ: tertius candorem puritatis, & innocentiæ. Primo, pauit Chriſtus quinque millia hominum: ſecundo, cibauit Eliam in ſolatium: tertio, de menſa propoſitionis in vſum Sacerdotum. Ipſe enim Chriſtus fuit manna in deſerto, panis de cælo in horto florido, panis Angelorum in Regno. De his tribus Dauid: *Pluit illis manna ad manducandum, & panem* Pſal 77. c
Cæli dedit eis Panem Angelorum manducauit homo. Vt inueniamus hunc panem, tranſeamus Bethlehem, quæ dicitur *Domus panis*. Eamus, tranſeamus, pertranſeamus. Primum, vt quæramus: ſecundum, vt videamus: tertium, vt inueniamus. De primo: *Ite & quirite diligenter* Matt. 2. e
de puero. De ſecundo: *Tranſeamus vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum eſt*. De tertio: *Paululum cùm pertranſiſſem, inueni quem diligit anima* Cant. 3.
mea. Audiamus ergo verbum, quod prolatum eſt.

Verbum triplex. §. XII.

AVdiamus verbum, quod factum eſt; diligamus verbum, quod caro factum eſt; videamus verbum, quod factum eſt. Primum ab Angelo, ſecundum in Virginis vtero, tertiū in præſepio. De primo *Verba mea auribus percipe Do-* Pſal. 5.
mine. De ſecundo *Verbum caro factum eſt*. De tertio: *Videamus verbum quod* Matt. 2. ioann. 1.
factum eſt. Primum eſt Angelicæ vocis iucunditas: ſecundum, incarnata Diuinitas: tertium Chriſti natiuitas. Audiamus oraculum, videamus miraculum, curramus ad ſpectaculum: Oraculum Propheticum, Miraculum Angelorum, Spectaculum Paſtorum. Primum nos certificauit, ſecundum lætificauit, tertium nos beatificauit. Quid igitur homo es ſolicitus de regali ædificio, cū Deus tuus iacet in præſepio, & non fit ei locus in diuerſorio? Quid cogitas de veſtimento? Ecce Chriſtus inuolutus eſt vili panniculo. Quid laboras de clientum collegio? Saluator tuus iacet cum boue, & aſino. Quid anxiaris de dominio? Rex Gloriæ, Ioſeph & Mariæ obedit imperio.

De Chriſti largitate. §. XIII.

ECce audiſti Humilitatem: audi Largitatem. *Procedens homo ſine ſemine*, Eccleſia. *lar-*

largitus eſt nobis ſuam Deitatem. Ex hac enim natiuitate dabuntur nobis pro ſterquilinio lilia, pro ſacco purpura, pro confuſione gloria. Pro ſterquilinio carnalis fœditatis, lilia iucunda æternæ puritatis: pro ſacco corruptibili corporis, purpura diuinitatis: pro confuſione mundanæ calamitatis, gloria ſuæ contemplationis, vt videamus eum regnantem cum Patre & Spiritu ſancto ſine fine.

Quia meliora ſunt vbera tua vino. Cap. II.

AC ſi diceret: Ideo tuo aduentu, tuis oſculis recreari cupio, quia incomparabiliter præcellunt omnia dona, quæ per tuos præcones miſiſti. Vinum hic accipitur pro feruore ſcientiæ legalis: Vbera verò, rudimenta euãgelicæ fidei. Vnde Paulus: 1. Cor. 3. *Lac vobis potũ dedi, non eſcã. Meliora ſunt* igitur *vbera tua vino,* quia rudimenta noui Teſtamenti, quoſcunque ex aqua, & Spiritu ſancto regenerat, mox vitæ cæleſtis introitu reddit aptos: quod lex non poterat: Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Habet & Dilectus vinum, ſcilicet perfectionem doctrinæ, longè melius vino legis, de quo ſequitur longe prius: Cant. *Bibi vinum meum cum lacte meo.*

De duobus vberibus Sponſi, & Sponſæ. §. XIV.

SPonſus duo habet vbera, & ſponſa duo: Primum ſponſi eſt longanimitas, quæ lac habet, ſcilicet peccatoris expectationem; vt in Paulo: *An diuitias bonitatis* Rom. 2. a *eius, & longanimitatis, & patientiæ contemnitis?* Secundum eſt clementia; & habet lac, ſcilicet receptionẽ pœnitentis, vel facilitatem remittendi; vt in Propheta: Ioel 2. *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas; & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius.* Habet & Sponſa duo vbera. Primum congratulationis effundit lac exhortationis: ſecũdum compaſſionis, & habet lac conſolationis, ſcit enim gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus.

De triplici miſericordia. §. XV.

EST autem triplex Dei miſericordia. Prima ſpecioſa, ſecunda ſpatioſa, tertia pretioſa; Specioſa purificat à vitijs, Spatioſa locupletat diuitijs, Pretioſa accumulat delitijs. A vitijs animarum, & corporum: diuitijs ſpiritualium chariſmatum: delitijs cæleſtium Beatitudinum. Prima eſt ſpecioſa, quia facit animam ſpecioſam, vt ſit *Gloria eius filia Regis ab intus:* Pſal. 44. 14. Secunda ſpatioſa, quia *à ſummo cælo egreſſio eius:* Pſal. 18. 7. Tertia pretioſa, quia *procul & de vltimis finibus pretium eius.* Prou. 31. Prima ſpecioſa, quia facit animam *candidiorem niue, nitidiorem lacte, rubicundiorem ebore antiquo;* ſcilicet pulcriorem. Secunda ſpatioſa, quia *attingit à fine vſque ad finem fortiter;* Tertia pretioſa, quæ nos introducit *in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem.* De prima; Eccl. 35. 26. *Specioſa eſt miſericordia in tempore tribulationis, & quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.* Pſal. 32. a De ſecunda: *Miſericordia Domini plena eſt terra;* &, *Domine in cælo miſericordia tua.* Pſal. 35. 6. De tertia: *Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit Dominus.* Pſal. 83. 12 Prima, quæ ſpecioſa dicitur, quatuor pulcritudines infert animæ: (has quære infra in ſecundo libro) Prima contritione cor affligit: Secunda ad amorem Dei cor emollit: tertia, ſpe ſupernorum bonorum, quaſi cæleſti rore perfundit, & hoc iuxta triplicem huius nominis interpretationem. Iuxta primam dicitur miſericordia, quaſi miſerum cor donans. Nota vnde dicatur miſericordia. Iuxta ſecundum dicitur miſericordia, quaſi mittens ſeorſum rigorem cordis. Iuxta tertiam miſericordia, quaſi mira ſuauitate rigans corda. Hæc de primo vbere.

De triplici veritate. S. XVI.

SEcundum eſt Veritas. Hæc veritas eſt triplex. Prima eſt in carnis aſſumptione, ſecunda in promiſſione, tertia in retributione. De prima: Pſal. 84. b *Veritas de terra orta eſt.* De ſecunda: *Sermo tuus veritas eſt.* Ioan. 17. c De tertia: *Confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini* Pſal. 116. a *manet in æternum.* Et ſimiliter ſponſa duo habet vbera, ſcilicet Miſericordiam, & Veritatem. Prima lac habet, ſcilicet com-

compaſſionem: ſecunda cognitionem, & ſeueritatem. Item iſta eſt triplex miſericordia. Prima eſt indulgere inimico, & orare pro eo: ſecunda, peccatorem auellere à ſuo peccato: tertia eſt, pauperum inopiam releuare de proprio. Item tres ſunt veritates hominis. Prima eſt veritas confeſſionis: ſecunda veritas fidei: tertia veritas vniuerſæ operationis. Cùm igitur ſponſa petit oſculum, videt hæc vbera ſibi obuiare, vel appropinquatione corporum, vt ſit ſiniſtra ſponſi contra ſponſæ dexteram, & dextera in ſiniſtram. Vtrobique enim dextera eſt Veritas, ſiniſtra Miſericordia.

Miſericordia, & veritas obuiant ſibi. §. XVII.

Itaque tres ſunt veritates humanę, quæ tribus Dei miſericordijs obuiant: id eſt, dextrum vber ſponſæ ſiniſtro vberi ſponſi. Veritas igitur confeſſionis obuiat primæ miſericordiæ ſpecioſæ: In veritate enim confeſſionis peccatorum habetur remiſſio, quod eſt primæ miſericordiæ. Veritas fidei, quæ ſecunda eſt, obuiat ſpatioſæ miſericordiæ, quia ſuper fidem veram ædificātur chariſmata ſpiritualia, quæ ſunt ſecundæ miſericordiæ. Tertia veritas, quę eſt omnia veraciter propter Deum facere, obuiat tertiæ miſericordiæ, ſcilicet pretioſæ; quia qui facit omnia propter Deum, pretioſum recipit præmium. Item tres veritates Dei, tribus miſericordijs humanis obuiant. Prima enim veritas Dei eſt in carnis aſſumptione: hæc obuiat primæ miſericordiæ humanæ, quæ eſt indulgere inimico, & orare pro ipſo. Ad hoc enim Chriſtus veram carnem aſſumpſit, vt miſericorditer indulgeret, & pro inimicis oraret. Secunda veritas Dei quæ eſt in promiſſione, obuiat ſecundæ humanæ miſericordiæ, quæ eſt, à peccato peccatorem auellere: talibus enim Regnū cælorum promittit Deus. Tertia veritas Dei, quæ eſt retributionis, obuiat tertiæ miſericordiæ humanæ, quod eſt, de bonis temporalibus inopiam releuare, quia pro bonis temporalibus, & caducis retribuet Deus æterna, & incommutabilia dona. Hæ obuiationes fiunt in miſericordia Dei, quæ eſt ſpatioſa: attingit enim à fine vſque ad finem fortiter, id eſt, non te deſerit à princio tuæ conuerſionis, vſque ad terminum extremæ reſolutionis, ſi tamen comitem habeat veritatem: iſtæ enim te comitantur, te præcedunt, te ſequuntur. Præcedunt; vnde David: *Miſericordia, & veritas præcedent faciam tuam.* Pſal. 88. ſ.
Comitantur; vnde idem: *Et veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo.* Ibidem.
Sequuntur vnde idem: *Quoniam miſericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis.* Ibid.
Sunt autem quidam qui has miſericordias expellunt; ſunt qui negligunt; ſunt qui habent momentaneam; ſunt qui habent continuam. Primi ſunt crimi noſi; ſecundi tepidi; tertij mutabiles; quarti conſtantes. De primis ait Propheta: Oſee 4. a
Non eſt veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. De ſecundis: Iacob 2. d
Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui miſericordiam non fecit. De tertijs: Oſee 6. a
Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. De quartis Iob: *Mecum creuit miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Iob 31. b

Sed notandum, quia dicitur Deus miſericordia; vt illud, *Deus meus miſericordia mea*: Quot modis dicitur miſericordia. Pſal. 58. 18.
dicitur & Dei miſericordia; vnde: *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Pſal. 32. 5.
Dicitur & hominis miſericordia; vnde legimus: *Miſericordias David fideles.* Eſa. 55. b
Miſericordiam, qua Deus eſt, ſuſceperunt patres antiqui in oſtio templi per fidem & propheticam reuelationem: nos chriſtiani ſuſcepimus in medio templi per eius incarnationem: ſuſcipient Beati in ſacrario templi per glorificationem. Item Beata Virgo ſuſcepit in oſtio templi ſui in angelica annunciatione: in medio templi, in conceptione: in ſacrario templi, in ſua aſſumptione. Nos quomodo tres iſtas Dei miſericordias ſuſcepimus? Primam in oſtio templi, quando purificati de tenebris ad lucem tranſiuimus: ſecundam, in medio templi, quando odore virtutum Chriſto obuiauimus: tertiam ſuſcipiemus in medio templi, quando videntes Deum in ſua claritate perpetuo cum Angelis laudabimus. Iſtæ ſunt tres filiæ Iob. Prima eſt illa, quæ dicitur *Dies*: Secunda *Caſſia* Iob 42. 14.
tertia *Cornuſtibij*, quia perpetuo Deum laudabimus.

Fra-

Fragrantia vnguentis optimis. Cap. III.

VNGVENTA ſunt optima dona Spiritus ſancti, quibus vbera Chriſti fragrant; quia viri apoſtolici miniſtratores lactis euangelici, vnctionem ſpiritus virtutum amore perficiunt,
1. Ioan. 2. 27. de qua Ioan. *Vnctionem, quam accepiſtis ab ipſo, in nobis permaneat.* Item vnguentis optimis fragrant bonæ opinionis, cuius odorem longè lateque diffundunt, vel prædicationis, ſicut ipſi aiunt. Deo autem gratias, qui ſemper triũphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.

De tribus vnguentis. S. XVIII.

EST vnguentum contritionis, & eſt vnguentum deuotionis, & eſt pietatis. Primum vnguentum pungitiuum, dolorē faciens: ſecundum temperatiuum, dolorem leniens: tertium ſanatiuum, etiam
Triplici vnctione vnitus fuit Christus morbum expellens. Primum funditur ſuper pedes Chriſti: ſecundum ſuper caput: tertium ſuper totum corpus. Primum, bonum: ſecundum, melius: tertium, optimum. In ſecundo gratias agimus Chriſto propter opus noſtræ redemptionis, in quo continetur modus, & fructus; Audi:
Luc. 6. f *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabit in ſinu veſtro. Bona* erit menſura in generali reſurrectione: *conferta* in corporum ſoliditate: *coagitata* in agilitate: *ſupereffluens* in claritate, & diuina viſione. Sed eſt fluens, & affluens eſt, & eſt pereffluens, & eſt ſupereffluens Fluens eſt in prima purgatione peccatorum: effluens in gratia virtutum, cùm datur proximo extra: pereffluens deuotua perfectus vſque ad obitum: ſupereffluens abundantia beatitudinum, quando facie ad faciem Deum videbimus.

De vi animæ, quæ triplex eſt. S. XIX.

SEd in anima ſuus erit fructus; Nonne in anima videmus Rationem, Voluntatem, Memoriam. Hæc Ratio ſæpè in iudicijs fallitur: Voluntas perturbatione iactatur: Memoria obliuione confunditur. Sed Deus Rationi erit plenitudo lucis; Voluntati multitudo pacis; Memoriæ continuatio æternitatis. Primum faciet Deus Veritas: ſecũdum Deus Charitas: tertium Deum Æternitas. Mea trinitas ſe intricauit erroribus, doloribus, timoribus. Vnde, *Cor meum conturbatum eſt*; & inde dolor; *Dereliquit me virtus* Pſal. 37. b
mea; & inde pauor: *Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum* & inde error. Sed tunc recedit error à ratione, dolor à voluntate, timor à memoria. Modus noſtræ redemptionis fuit, exinanitio Chriſti, qui ſe exinaniuit vſque ad carnem ad crucem, ad mortem. Primum fuit humilitatis: ſecundum dignationis: tertium manſuetudinis: ſcilicet, carnem indui, cruce turpari, morte mulctari.

De vnguentis. S. XX.

PEr vnguenta intelliguntur chariſmata gratiæ ſpiritualis, quæ corda mortalium conſolantur, refouent, reficiunt, & confortant. Conſolantur, triſtitiam remouendo: refouent, defectum fragilis conditionis releuando: reficiunt, interna dulcedine ſatiando: confortant clypeo patientiæ muniendo. Item ſunt vnguenta bona, ſunt meliora, ſunt optima. Bona ſunt conſolationis, in reconciliatione peccatorum: meliora charitatis, in collatione virtutum: optima contemplationis, in reuelatione cæleſtium. Sed cauſam harum nuptiarum videamus.

Tribus virtutibus commendatur Regnum. S. XXI.

CVm ſũmus Artifex Regni cæleſtis iura diſponeret, tribus virtutibus omnem ſui Regni commiſit prouidentiam: Potentiæ coronam, Sapientiæ ſceptrum Benignitati ſigillum credidit. In corona ſingularis eminentia diuinæ dignitatis: in ſceptro, cenſura iuſtæ ſeueritatis: in ſigillo, Nota bene.
conſolatio inexhauſtæ pietatis accipitur. Dicit potentia: Honorem meum alteri non dabo. De ſapientia dicitur: *Sapientia vincit malitiam.* De pietate: *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Potentiæ igitur eſt, superni gloriam honoris inuiolabiliter defendere: Sapientiæ, contemptores eius iuſta ſeueritate deprimere: Benignitatis, poſt caſum, miſericordiam petentibus indulgere. Poteſtatem huiuſmodi

Digitized by Google

modi Lucifer ille voluit appetere, ſed tantæ gloriæ poſſeſſorem, nec vi conſtringere potuit, quia ſummè potens erat; nec fraude circumuenire, quia ſummè ſapiens; nec odio ſuorum expellere, quia ſummè benignus; nec ſucceſſione ſubſequi, quia immortalis. Itaque *parturiuit iniuſtitiam* ſuperbiæ, *concepit dolorem* inuidiæ, *& peperit iniquitatem* contumacis auda- *Pſal. 9. 15.* ciæ. prima, quia præferre non potuit, coæquare ſe Conditori appetijt: ſecunda, quia de gloria eius, cui adæquari non potuit, contabuit: tertia, eum, cuius maieſtate eſt compreſſus, contempſit.

De tribus vnguentis. §. XXII.

ITem vnguentum bonum eſt, melius eſt, optimum eſt. Primum interius ſanat, & exterius fuſcat: ſecundum roborat, & exterius puſtulas leuigat: tertium exhilarat. Primum eſt humilitatis: ſecundum puritatis: tertium religioſæ honeſtatis. De hoc dicitur in Exodo. *Ca-* *Exod. 30. 3.* *ro hominis non vngetur ex eo.* Spiritus hominis dicitur vir, & vngitur hoc triplici vnguento. Fæmina dicitur caro hominis, hæc prohibetur vngi iſto; ſcilicet, ij, *Intellige de vnctione ſanctificante.* qui fæmineam ducunt vitam. Vnde in veteri teſtamento non mulieres legimus vnctas, ſed viros.

Quod triplex eſt gradus bonæ vitæ. §. XXIII.

TRes viri ijs tribus vnguntur. Primus eſt coram hominibus vir vitæ contemptibilis; ſecundus, vir vitæ irreprehenſibilis; tertius, vir vitæ venerabilis. Per primum reprimitur in infirmis iactantia: per ſecundum *obſtructum eſt os loquentium iniqua*: per tertium perficitur vita, & doctrina. Vnde dicitur primus vir *Vir tripliciter poteſt dici* vitans ruinam: ſecundus vir vigens rigore, tertius vir viam iuſtitiæ regens. Per primum nouella Religio defenditur à vanagloria: Per ſecundum roboratur virtutum copia: Per tertium floret, & fructificat gratiarum abundantia. Vnde poeta de primo.

Dum nouus in mundi coaleſcit cortice ramus, *Poeta.*
Concutiat tenerum qualibet aura cadet.

De ſecundo,

Poſt etiam ventis ſpatio durata reſiſtet,

De tertio,

Firmaque adoptiuas arbor habebit opes.

Primum vnguentum, quod habet vir vitæ contemptiblis, ex tribus fit. Primò enim ſe demonſtat peccatorem: ſecundò vilem, & abiectum: tertiò ſeruum inutilem. Taliter enim humilis formam peccatoris prætendit, gratias temporales abſcondit, bona quæ facit paruipendit. De *Luc. 18. c.* primo dicebat ille Publicanus. *Deus propitius eſto mihi peccatori.* De ſecundo: *Pſal. 21. b* *Vermis ſum, & non homo.* De tertio: *Pſal. 38. b* *Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te eſt.* In primo figuratus fuit Iob. in ſecundo Daniel; in tertio Moyſes. Quibus etiam tribus viris æquipollent, Tabernaculum, Arca Noë, & Arca Teſtamenti.

Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. Cap. IV.

BENE oleum effuſum nomen ſponſi: nam *charitas ipſius diffuſa eſt in cordibus* *Rom. 5. 5.* *noſtris per inhabitantem ſpiritum eius in nobis.* Effuſa eſt enim charitas Chriſti ſecundùm quatuor dimenſiones, ſecundùm latitudinem, longitudinem, ſublimitatem, & profunditatem. vnde Paulus: *Det vobis ſecundum diuitias gloriæ* *Epheſ. 3. b* *ſuæ, virtute corroborati per ſpiritum eius in interiorem hominem, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati, & fundati; vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo & ſublimitas, & profundum.*

Ado-

Adoleſcentulæ dilexerunt te. Cap. V.

ID EST, animæ noſtræ expoliatæ veteris hominis, & charitate repletę; quæ ideo dilectum diligunt, quia ab eo remiſſionem peccatorum conſecutæ ſunt; & dona Spiritus ſancti, quibus ad virtutes proficiant, perceperunt. Vnde aiunt: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Fuerunt & fideles antiqui, & adoleſcentulæ, quæ & ſpem vitæ æternæ habuerunt in Chriſto venturo: ſed his qui ſunt ſub gratia ſpecialiter aſcribitur, quoniam ipſum dilectum antiquis Prophetarũ dictis præſentialiter ſuſceperunt, & Regnum cælorum apertum ſibi ab eius aduentu repererunt. Hinc eſt, quòd deſiderium ſuum exprimentes eos ſic repræſentat Eccleſia, annuatim canendo antiphonam hanc ſolemniter: *O Adonai, & Dux domus Iſrael &c.* quia populus ſedens in tenebris, & vmbra mortis Chriſtum audierat venturum, qui eos à iugo ſeruitutis liberaret, qui in bello præcederet, qui ad charitatem inflammaret, qui vitã ordinaret. Clamat: *O Adonai &c.*

Eccleſia.

De Adonai, vbi & quatuor attenduntur. §. XXV.

ATtende quatuor: Dominum, Ducem, Ignem, Legiſlatorem. Eſt Dominus, à quo protegamur: Dux, quem ſequamur: Ignis, quo accendamur: Legiſlator, à quo inſtruamur. Dominus, quo protegimur à conuentu malignantium: Dux, quem ſequimur ad prælium: Ignis, quo accendimur ad diligendum: Legiſlator, quo inſtruimur ad rectè viuendum. Dominus, quo protegamur à conuentu malignantium, vt liberemur à iugo Diaboli, erepti de duriſſimo Pharaonis imperio: Dux, quem ſequamur ad prælium, vt poſſimus reſiſtere in die malo: Ignis, quo accendamur ad diligendum, vt audiamus: *Ego diligentes me diligo*, & *Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & diligetur à Patre meo*. Legiſer, quo inſtruamur ad recte viuendum: *vt ſobrie, & piè, & iuſtè viuamus in hoc ſeculo*. De primo: *Protexiſti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem*. De ſecundo: *Dux fuiſti in miſericordia tua populo tuo quem redimiſti*. De tertio: *Ignem veni mittere in terram: & quid volo niſi vt accendatur?* Quartum quærebat Dauid cùm diceret: *Legem pone mihi, Domine, viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper*.

Verbum quo ſpiritus expectabatur inſignitur honore. — *Ioann. 14. c.* — *Tit. 2. 12.* — *Pſal. 63. a.* — *Pſal. 99. 10.* — *Luc. 12. 49.* — *Pſal. 26. 11.*

In tribus ſubuenit Dominus. §. XXVI.

DOminus à Patribus antiquis quærebatur, cùm dicerent: *O Adonai*, quod interpretatur *Dominus*. Et meritò primò quærunt Dominum, qui in tribus eis ſubueniret, quæ Dominum ſpectant. Debet enim eſſe iuſtus, debet eſſe miſericors, debet eſſe benignus. Iuſtus, qui rebelles puniat: Miſericors, qui ſupplicanti indulgeat: Benignus, qui diligentibus retribuat. Vnde hoc nomen *Dominus* triplex interpretatur. Iuxtà primum dicitur *Dominus*, ſcilicet, dans minas. Iuxta ſecundum dicitur *Dominus*, ſcilicet, dolores mitigans vnus. Iuxta tertium, *Dominus* dans munus. Audi iuſtum: *Eſt Deus Iudex iuſtus fortis & patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies?* De miſericordia audi Dauid: *Si dicebam, motus eſt pes meus; miſericordia tua adiuuabat me*. Audi benignitatem: *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum*. Benignitas enim eſt largitas rerum. Quid enim largius potuit dare, quàm ſeipſum? quoniam patres deſiderantes clamabant, O *Adonai*. Ipſe enim Dominus Dominator, ipſe dominans: Dominus in æternitate; Dominator ex tempore; Dominans in opere. Primum habet naturaliter in actu, ſecundum in vſu, tertium in effectu. Vſus enim rei quique habemus, & actum; vt equus habet in ſtabulo vſum ambulandi, etiamſi non ambulet. De primo: *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis*. De ſecundo: *Ecce aduenit Dominator Dominus*. De tertio: *Recordare mei Deus omni potentatui dominans*. Ideo inuocat ipſum *Adonai*, vt qui dominatur ab eterno Patri æqualis, dominetur vſu veniens ad vterum matris; dominetur, actu redimens à carcere dæmonis. Signanter poſitum eſt hoc nomen *Adonai*, quod eſt ſex litterarum, quia ſenatius primus perfectus eſt, vt demonſtretur perfectè dominari, dum creat, perfectè dum re-

Tria ſpectãt Dominum. — *Pſal. 7. 12.* — *Pſal. 93. 7.* — *Pſal. 84. 13.* — *Pſal. 109. 1.* — *Iſa. 10. 33.* — *Quod ſignum Adonai.*

Digitized by Google

recreat, perfectè dum reparat. Primum oſtendit in mundi creatione: ſecundum in paſſione: tertium in natiuitate. Vnde quantum ad primum, cuncta creauit ſex diebus; & Adam feria ſexta eſt creatus. Quantum ad ſecundum, feria ſexta eſt paſſus. Quantum ad tertium, vt aiunt, feria ſexta eſt conceptus, ſine peccati corruptione; vt homo hac mortalitate per eum reſurgeret incorruptus. Si autem per Dominum liberamur à iugo diaboli, quia *adhuc grandis reſtat via*, in qua *militia eſt vita hominis ſuper terram*; oportet vt ſit Dux Domus Iſrael.

De Duce, & eius officio. §. XXVII.

DVx in periculo, Dux in prælio, Dux peregrinando. In periculo, quo malorum ambiguitate nos coarctat perplexitas: In prælio, quo Aduerſariorum nos opprimit importunitas: Peregrinando, dum vitæ noſtræ tædio nos fatigat puſillanimitas. In primo ergo ſit Dux iſte conſiliator: In ſecundo auxiliator: In tertio conſolator. Conſiliator, vt in fuga perplexitatis ſimus diſcretiores: Auxiliator, vt in bello ſimus fortiores: Conſolator, vt peregrinemur alacriores. Primus poteſt, Mich. 4. 9. quia ipſe eſt admirabilis conſiliarius, *Quare mærore contraheris? Nunquid Rex non eſt tibi, aut Conſiliator tuus periјt?* Et Iſa. 50. c in ſecundo dicas: *Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non ſum confuſus.* In Iſa. 40. a tertio clamat: *Conſolamini conſolamini popule meus.* Iſte eſt vere dux domus Iſrael, quia in primo *eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis*, ſcilicet perplexitatis: In ſecundo, *de neceſſitatibus eorum eduxit* Pſal. 106. *eos*, ſcilicet de prælio: In tertio, *deduxit eos in viam rectam*, ſcilicet peregrinationis, *vt irent in Ciuitatem habitationis*. In tranſitu maris rubri, Moyſes fuit Dux in periculo: Iudas Machabæus in prælio: Raphael Angelus Tobiæ peregrinando. Sub primo populus perplexus euaſit: ſub ſecundo triumphauit: ſub tertio Tobias patri medicinam attulit. Sub periculo videamus Suſannam: ſub prælio Ioſue: ſub peregrinatione ſubter iuniperum Heliam. Suſanna habuit conſilium ſub hoc Duce per Danielem: Ioſue auxilium per orationem, & manuum Moyſi eleuationem: Helias ſolatium, dum Angelus attulit aquam, & ſubcinericium panem. Videamus ergo quomodo Ducis huius conſilium in periculo liberat. Primo enim perplexum docet, quid eligat; maligni conſilium diſſipat; perplexum liberat. Hæc Dan. 13. b in Suſanna apparent. Prius dixit: *Anguſtiæ mihi ſunt vndique, & quid eligam ignoro.* Sed audis electionem: *Melius* Ibidem. *eſt mihi incidere in manus hominis, quàm peccare in conſpectu Domini*: Daniel diſſipauit conſilium ſacerdotum ſic: *Separate eos adinuicem, & dijudicabo eos*, con- Ibidem. uicit. Audi liberatam à perplexitate; *Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.* Ibidem. Ecce Dux noſter dedit conſilium in periculo. Audi auxilium in prælio, quod nobis oſtenditur in Bello Iudæ Machabæi. Iudas ait, cùm reuerteretur de prælio: *Ex-* 1. Macch. 5. *tremus ſequatur extremum.* Diſperſos congregat, quia aduerſos animi motus ad vnitatem reuocat: feſſos erigit, dum conſolatur eos, quos itineris perpenſioris labor frangit: tardos increpat, & eorum pigritiam, ne capiantur ab hoſtibus, accuſat: Vulneratos ne deſperent inſtruit, ſed ad ſpem ſalutis reuocat, & accendit: oneratos ſubleuat, & ne ſuccumbant oneri, verbis & exemplis iuuat. Diſperſi ſunt qui diſſolutè viuunt: feſſi, quibus eſt tædio vita Chriſti: tardi ſunt, qui ad bona opera cogi non poſſunt: vulneratos dicimus, quos diaboli ſpiculis percuſſos eſſe videmus: onerati ſunt, qui ſub onere longæ conuerſationis dolentes gemunt. Hortamur populum per viam, donec veniant in terram Iuda, id eſt, confeſſionis non ſolum peccati, ſed etiam fidei, & diuinæ laudis; ecce auxilium in prælio. Sequitur conſolatio peregrinando. Conſolator Dux iſte peregrinantes tribus ſolatijs, ſcilicet dilectione, lectione, meditatione. Hæc ſunt tria quæ in templo Salomonis erant: ſcilicet, Altare aureum, menſa aurea, candelabrum aureum. Sit igitur Altare dilectio, menſa lectio, candelabrum meditatio. *Tria in Salomonis templo quid ſignificarent.* Puritas auri in Altari, eſt animus perfectus in dilectione: Puritas auri in menſa, ſanus intellectus in lectione: Puritas auri in candelabro, purus affectus in meditatione. Itaque nihil carnale quærat dilectio, nihil hæreticum doceat lectio, nihil terrenum exoptet meditatio. In altari accenduntur thymiamata: In menſa ponuntur panes: In candelabro lucerna: Thymiama, panis refectionis, lucerna cognitionis. Per orationem quæritur Deus: per refectionem guſtatur: in lumine cognitionis videtur: quærendo conſideratur: guſtatus dulceſcit: cognitus amatur. Habent thymiamata odorem, panes ſaporem, cognitio amorem. Oratio ſiquidem redolet Deum; Panes ſapiunt; Cognitio diligit. Infundit autem Deus odori ſuauitatem

Sa-

Sapori dulcedinem, Amori delectationem. Sit ergo odor ſuauis, guſtus dulcis, Amor delectabilis. Habes igitur à Dũce iſto, conſilium in periculo, auxilium in prælio, in peregrinando ſolatium. Habes Dominum, habes Ducem: Sequitur vt appareat in igne per rubum. Aſperitas rubi eſt caro mortalis plena doloribus, quam de Virgine aſſumpſit: Ignis amorem *Quid rubus Moyſi ſignificaret.* deſignat, quem erga nos habuit, cùm in mundum venit: Rubus comburi viſus eſt, & non eſt combuſtus, quia caro eius, quæ amore eius mortua eſt, viſa eſt putredini data, & tamen glorioſior ſurrexit. Ignis amorem Dei ſignificat, qui ſex habet proprietates.

De proprietatibus ignis.
§. XXVIII.

EST ignis ſiccus, eſt calidus, eſt leuis, eſt mobilis, eſt acutus, eſt ſubtilis. Siccus, vt humidos exiccet: calidus, vt frigidos inflammet: leuis, vt graues ſubleuet: mobilis, vt pigros excitet: ſubtilis, vt groſſos extenuet: acutus, vt duros penetret, carnis voluptate humidos, frigidos timore, graues mundi ſolicitudine, pigros puſillanimitate, groſſos ſenſuum hebetatione, Duros obſtinatione, humidos deſiccet per abſtinentiam, frigidos inflammet ad pœnitentiam, graues ſubleuet ad ſuperna deſideria, pigros ſuſcitet ad charitatis opera, groſſos extenuet intelligentia duros, penetret amoroſa ſapientia. Humidos exiccabat, de qui-
Apoc. 22. 11. bus dicebatur: *Qui in ſordibus eſt, ſorde-*
Pſal. 68. a *ſcat adhuc*; qui clamabant: *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.*
Pſal. 39. a Sed ſiccati dicunt: *Eduxit nos de lacu miſeriæ, & de luto fecis.* Frigidos inflammat, qui dicebant: *Factus ſum ſicut vter in pruina.* Iam dicunt: *Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commu-*
Deut. 32. 11. *tati ſunt: vt iumentum factus ſum apud te*, portando onus pœnitentiæ. Graues ſubleuat, quibus dicebatur: *Filij hominum vſquequo graui corde? Expandit alas ſuas, & aſſumpſit, atque portauit in hu-*
Eſa. 26. *meris ſuis*; vt dicant: *Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabit ad te*: Pigros
Prou. 20. 4. excitat, qui audierunt. *Propter frigus piger arare noluit: mendicabit in æſtate, &*
Cant. 5. 14. *non dabitur illi.* Sed iam excitati ſunt, dicunt: *Manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis. Tornatiles*, quia ſine ſcrupulo vanitatis. *Aureæ*, propter opera charitatis: *Plenæ hyacinthis*, quia inde expectatur retributio cæleſtis. Groſſos
Pſal. 31. extenuat, quia *ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. Qui neſcierunt neque intellexerunt; in tenebris ambulant.*
Pſal. 31. Iam promittitur eis: *Intellectum tibi dabo; & inſtruam te.* Duros obſtinatione penetrat amoroſa ſapientia; ijs dicebatur per Prophetam: *Scio enim quia du-*
Iſa. 48. 4. *rus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea*, Iam vero quæ ſurſum ſunt ſapiunt: Panem enim de Cælo dediſti eis, omne delectamentum ſaporis habentem. Ecce habemus Dominum, habemus Ducem, habemus ignem: ſed niſi in ijs omnibus ordinate procedat, nil actum eſt. Ideo ſequitur; *Et ei in Syna legem dediſti.* *Eccleſia.*

Quòd triplex eſt Lex. §. XXIX.

LEx triplex eſt. Eſt enim Lex Humana, Lex Moſayca, Lex Euangelica. Prima data eſt ad ciuilem concordiam; ſecunda ad cordis duritiam; tertia ad charitatis abundantiam. In prima enim agitur de poſſeſſione acquirenda, retinenda, recuperanda: in ſecunda ſunt præcepta quædam dura, quædam cæremonialia, quædam moralia: in tertia docetur peccati indulgentia, pro perſecutoribus exorare, inimicos diligere. Sed hoc eſt lex *Tria debet habere moralis lex.* moralis, quæ docet virtutes ordinare, de diabolo triumphare, quicquid boni eſt in corde effectui mancipare. Hæc tria ſunt illa, quæ in pariete templi erant; ſcilicet, Cherubin, & palmę, & variæ picturę prominentes. Cherubin dicitur plenitudo ſcientiæ, vt ſciamus componere mores; habentes zelum, ſecundùm ſcientiam, vt ſciamus eſurire, & ſatiari, & abundare, & penuriam pati; ſciamus volare duabus alis, ſcilicet ſpe & amore, & duabus velare faciem noſtram contra vanitatem gloriæ. Prima eſt religioſa verecundia, qua cum Rebecca pallio faciem noſtram tegimus, nolentes videri. Secunda eſt contemptus fauorabilis auræ populi, vt amputata auris eſt Malcho à Petro, gladio verbi Dei; poſtmodum à Chriſto mereamur *Per Auriculam Malcho amputatam, quid ſignificetur.* ſanari: vt obturemus autem noſtram ne audiat ſanguinem vanæ gloriæ. Ecce Cherubin, ſunt & palmæ. Primo de diabolo triumphus. In hoc debemus opportunitatem congrediendi conſiderare. Secundo, viriliter reſiſtere. Tertio, de triumpho Deo gratias referre. Sic Iudith expectauit donec veniret obuiam dormienti Holoferni: ſecundo amputauit caput: tertio conopæum cum capite

pro gratiarum actione in templo obſtulit. Ecce de diaboli victoria, *effectui*, quo mancipare debemus bonum, quod intus habemus. Et hæ ſunt picturæ prominentes id eſt exterius procul in opere manentes; Verbi gratia, vt appareat benignitas in vultu, miſericordia in effectu humilitas in habitu; manſuetudo in cohabitatione, patientia in tribulatione. Benignitas apparet in vultu, cùm homo eſt mitis affatu, dulcis aſpectu, verecundus in guſtu. Miſericordia apparet in affectu, quando compatitur miſeris, ſubuenit egenis, flet cum flentibus pro peccatis. Humilitas apparet in habitu, ſi fuerit paupertas in veſtibus, vilitas in operibus, ſubiectio etiam inferioribus. Apparet manſuetudo in cohabitatione, ſi libenter fratrũ onera portat, ſi diſcordantes reconciliat, ſi faſtidioſo ſolatium præſtat. Apparet Patientia in tribulatione, ſi maledicentes ſe non maledicit, ſi percutientem non repercutit, ſi rapienti ſua tribuit. Iſtæ ſunt picturæ prominentes. Quia ergo Patres antiqui primam legem non quærebant, iſtam, qua abhorrebant, quia auſtera erat, & neminem ad perfectum adduxit; ideo quærebant, non vt iam per Moyſem vetus lex daretur eis, ſed ipſe veniret vt educeret eos de carcere tenebroſo; ſcilicet redimens in brachio extento in cruce, & ſic poſſent euangelica in charitate viuere amplexu eius aſtricti, vt poſſent clamare cum ſponſa: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

Quid picturæ prominentes?

Cant. 8. 3.

De modo diligendi Deum, & cauſa triplex. §. XXX.

TRibus modis dilexit nos: dulciter, ſapienter, fortiter. Dulce fuit, quòd pro nobis carnem induit: Sapientia, quòd culpam cauit: Fortitudo, quòd mortem ſuſtinuit. Itaque nos in carne quæſiuit, in ſpiritu dilexit, in virtute redemit. In carnis aſſumptione condeſcendit mihi; in culpæ vitatione conſuluit ſibi, in mortis ſuſceptione ſatisfecit Patri. Amicus dulcis, conſiliarius prudens, Adiutor fortis. In primo, ſaluare me vult: in ſecundo, ſaluare me nouit: in tertio, ſaluare me poteſt. Vade & tu fac ſimiliter: Dilige dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter, ne allecti: ſapienter, ne decepti: fortiter, ne oppreſſi, ab amore Domini auertamur. De mundi gloria ſeu carnis voluptate abduceris? Dulceſcat tibi præ his ſapientia Chriſtus. De aduerſitatibus frangeris? confortet te virtus Dei, Chriſtus: zelum tuum inflammet charitas; informet ſcientia, firmet conſtantia: ſit amor feruidus, ſit circumſpectus, ſit inuictus; nec teporem habeat, nec diſcretione careat, nec timidus fiat. Vnde in euangelio: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis.* Ergo dilige tota cordis affectione: dilige anima, id eſt tota circumſpectione; dilige virtute tota, vt nec mori timeas pro eius amore.

Matt. 22. d

Tres ſunt modi diligendi Deum. §. XXXI.

ITem dilige propter temporalia, propter ſpiritualia, propter æterna bona. Propter temporalia, quoniam nihil deeſt timentibus Deum, nec his qui eum diligunt in veritate. Propter ſpiritualia prima, quæ ſunt miſericordia; vnde, *Qui diligitis Dominum, odite malum &c.* Propter ſpiritualia ſecunda, quæ ſunt gratia; vnde, *Diligam te Domine fortitudo mea &c.* Item propter æterna, quia Deus diligentibus ſe bona inuiſibilia præparauit, *vt in omnibus, & ſuper omnia diligentes promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequantur.*

Pſal. 96. b

Pſal. 17. a

Eccleſia.

Duodecim alæ Seraphim. §. XXXII.

ISta ſex, in ſex alis Seraphim. *Sex alæ*, inquit, *vni, & ſex alæ alteri.* Aliæ ſex alæ ſunt ſex opera miſericordiæ; ſcilicet, paſcere & potare eſurientes & ſitientes; vt Iob: *Si comedi bucellam meam ſolus, & pupillus non comedit ex ea.* Veſtire nudum, Idem: *ſi non benedixerint mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt.* Suſcipere peregrinum hoſpitio; Idem: *Foris non manſit peregrinus, & oſtium meum patuit viatori.* Conſulari dolentem; Idem: *Cùmque ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu, eram tamen mærentium conſolator.* Viſitare infirmos, & incarceratos; Idem: *Benedictio perituri ſuper me veniebat.* Sepelire mortuos, hæc erat virtus Tobiæ. Ecce ſex alæ, propter hæc omnia diligendus eſt dilectus quia ab eo ſunt, vt ait Iacobus.

Eſa. 6. a

Iob 31. 6

Idem.

Idem.

Idem.

Iob 29. 23.

De Bonis Dei. §. XXXIII.

O*Mne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens*

Iacob. 1. 17.

dens à Patre luminum &c. Eſt enim da-
tum bonum, eſt melius, eſt optimum, eſt
perfectum. Datum bonum, ſunt tempo-
ralia, quibus ſuſtineamur: Datum me-
lius, eſt miſericordia, qua peccata remit-
tuntur: Datum optimum, eſt gratia, qua
de virtute in virtutem aſcenditur: Datum
perfectum, eſt gloria, qua perpetuò frua-
Luc. 11. 13. mur. De primo in euangelio: *Si voſtis
data bona dare filÿs veſtris; quanto ma-
gis pater veſter de cælo dabit ſpiritum bo-*
Pſalm. 62. a *num petentibus?* De ſecundo. *Quoniam
melior eſt miſericordia tua ſuper vitas.*
Heb. 13. 9. De tertio: *Optimum eſt gratia ſtabilire
cor.* De quarto: *Omnes occurremus in vi-
rum perfectum, in menſuram plenitudinis*
Eph. 4. 13. *Chriſti.* Primum eſt *deorſum*, quia tem-
poralia naſcuntur de terra: & ſecundum
quia miſericordia eſt de peccatis, quæ
ſunt in mundo: tertium & quartum *de-
ſurſum* ſunt, id eſt, gratia, & gloria; quia
Iacob 1. 17. *datum optimum, & donum perfectum, de-
ſurſum à Patre luminum.* Hæc ſuſcepit
Iob. 1. 3. de manu Domini Iob. Audi temporalia
bona. *Erant ei quingenta iuga boum, &
quingenta aſina &c.* Audi melius bonum,
ſcilicet miſericordiæ. *Vitam & miſericor-*
Iob 10. 12. *diam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſto-
diuit ſpiritum meum.* Audi tertium opti-
mum bonum, ſcilicet, gratia, qua de
virtute in virtute aſcendit vt Deum con-
Iob 42. 5. templetur, *Auditu*, inquit, *auris audiui
te: nunc autem oculus meus videt te. Id-
circo ipſe me reprehendo, & ago pœni-
tentiam in fauilla & cinere.* Audi
quartum perfectum bonum, quod expe-
ctabat, ſcilicet Dei viſionem: *Scio*, in-
quit, *quòd Redemptor meus viuit, & ocu-*
Iob 19. 25. *li mei conſpecturi ſunt & in carne mea v-
idebo Deum Saluatorem meum.* Contra
quatuor bona, ſunt quatuor mala, id eſt,
quatuor genera afflictionum, quas pa-
tienter ſuſtinere debemus: damna re-
rum, afflictio corporum, contumeliæ ſer-
monum, angaria operum. Hæc Dominus
in Euangelio commemorat ſic. De pri-
Matt. 5. 41. mo: Si *abſtulerit quis tibi tunicam, da ei
& pallium.* Iſtud ſuſtinuit Iob, quando
amiſit omnem ſubſtantiam ſuam. De ſe-
cundo; *Si quis percuſſerit te in maxillam,*
Ibidem. *præbe ei & alteram.* Hanc ſuſtinuit Iob
Idem. percuſſus vlcere peſſimo. De tertio: *Ora-
te pro perſequentibus, & calumniantibus*
vos: Item: *Benedicite, & nolite male-
dicere.* Hoc ſuſtinuit Iob; Vnde ipſe ait:
Iob 6. 26. *Ad increpandum me verba componitis: ve-
runtamen, quæ cogitaſtis explete.* De
Matth. 5. 41 quarto: *Si angariauerit te ire vnum mil-
liare, vade cum eo duo milliaria.* Iſtud quo-
que ſuſtinuit Iob.

Dicitur *Deus pater luminum*, quia fecit
quatuor luminaria: priùs enim fecit *Fir-
mamentum*; ſecundo duo luminaria, ſci-
licet *Solem & Lunam*: poſtea dicitur, *Et* *Geneſ. 1. 16.*
ſtellas. Hæc his quatuor donia aſſignan-
tur. Lux ſtellarum per varios radios di-
ſtinguitur; hæc eſt ſæcularis prudentia,
qua vſum vnius in abuſione alterius di-
ſtinguere ſciamus, & non peccemus er-
rore: hoc autem lumen, quo *illuminat*
Deus *omnem hominem venientem in hunc* *Ioan. 1.*
mundum; ideſt *rationem* diſcernendi. Sol, *Gen. 1. 6.*
qui de die lucet, eſt ſpiritualis intelligẽtia,
qua cæleſtia ſapimus, & contemplamur.
Vnde Dauid *Illumina oculos meos, ne vn-
quam obdormiam in morte.* Item: *Deus* *Pſal. 12. b*
meus illumina tenebras meas. Luna, quæ *Pſal. 17. d*
in nocte lucet, eſt inſpiratio diuina, qua
peccata noſtra cognoſcimus. Inde Dauid:
*Emitte lucem tuam, & veritatem tuam:
ipſa me deduxerunt.* Firmamentum, quod *Pſal. 42. a*
amplius eſt, claritas æterna; Vnde: *Ci-
uitas illa non indiget Sole, nec Luna, vt
luceant in ea, quia claritas Dei illumina-* *Apoc. 21. 23.*
bit eam, & agnus erit lucerna eius. Et hæc
dicta ſunt ſecundum quatuor interpreta-
tiones huius nominis *lumen*. Primum
enim lumen dicitur, id eſt lucens mens,
id eſt defectum, qui eſt ignorantia rerum:
ſecundum dicitur lumen, id eſt lucens men-
tis noctem, ideſt peccatorum tenebris;
tertium dicitur lumen, id eſt lux mentis,
qua mens illuminatur ad Deum cogno-
ſcendum. Vnde cùm cæco diceretur,
Quid vis vt faciam tibi? Ait: *Domine,* *Luc. 18. g*
vt videam lumen. Et Dauid: *Emitte lu-* *Pſal. 42. a*
cem tuam &c. Quartum dicitur lumen,
id eſt lux mundi: *Beati enim mundo corde,* *Matth. 5. a*
quoniam ipſi Deum videbunt in perpe-
tuum: quoniam apud eum *non eſt tranſ-* *Iacob 1. 17.*
mutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Duo
notat, quibus obſcuratur notitia rerum
apud nos: ſcilicet ſubſtantiarum tranſmu-
tatio, & accidentium ſibi ſuccedentium
viciſſitudo. Tranſmutatio ſubſtantiarum,
& elementorum reciprocatio, quia terra
ſubtiliatur in aquam, aqua in aerem, aer
in ignem; & è conuerſo ignis denſatur
in aerem, aer in aquam, aqua in terram:
& hæc mutatio facit, vt res minus cogno-
ſcantur. Item accidentium viciſſitudo,
quia res, quæ modò eſt alba, modò eſt
nigra, modò ſedens, modò ſtans &c. &
hæc viciſſitudo obſcurat rerum notitias.
Sed ibi nihil horum, & ideo ibi erit ple-
na notitia Creatoris, & Creaturæ. Item,
adhuc habeo, vnde Deus diligatur.

Quod quatuor ſunt cauſæ diligendi. §. XXXIV.

QVatuor enim ſunt, propter quæ homines diligantur, Potentia, Sapientia, Diuitiæ, Pulcritudo. Vnde Virgilius ad quendam, à quo volebat amari; De diuitijs.

Virgilius. *Lac mihi non æſtate nouum non frigore deſit,*

Amphion. De potentia;

Mille meæ Siclis errant in montibus agnæ,

De ſapientia:

Canto quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat;

De pulchritudine.

Amphiō Diræus in Actæo Aracyntho.
Non ſum adeo informis nuper me in litore vidi,
Cùm placidum ventis ſtaret mare.

Propter hæc quatuor amandus eſt Deus. Sapiens enim eſt in creatione. Vnde Do-
Luc. 3. b minus ſapientia fundauit terram. Potens in gubernatione, quia *potens eſt Deus ſuſcitare de lapidibus filios Abrahæ*; &, *poteſtas eius, poteſtas æterna; quæ non au-*
Dan. 7. 14. *feretur*. Diues eſt, quia omnia ſubiecit
Pſal. 8. 8. ſub pedibus eius, *oues, & boues &c.* Pulcher ſecundum Humanitatem, *Speciosus*
Pſal. 44. 3. *forma præ filijs hominum*: ſecundum Diuinitatem; *Candor eſt lucis æternæ, & ſpe-*
Sap. 17. 26. *culum ſine macula, in quem deſiderant Angeli proſpicere*. De his Paulus: *Quem*
Paul. *conſtituit hæredem vniuerſorum*; Ecce diues; *per quem fecit & ſecula*; ecce ſapiens. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ & fi-*
Heb. 1. 3. *gura ſubſtantiæ eius*; ecce pulcritudo; *portanſque omnia verbo virtutis ſuæ*; ecce potentia; pro his amandus eſt.

De varietate amoris, quod Fidei, Spei, & Charitatis. §. XXXV.

ITem alius eſt amor adoleſcentularum, alius iuuenum, alius ſenum. Adoleſcentularum enim eſt ſuauior, iuuenum
fortior, ſenum maturior. In primo eſt remiſſio peccatorum: in ſecundo exercitium virtutum: in tertio perfectio earum. Primus in Maria peccante humilis, in Petro feruens, in Ioanne pius, vel dulcis. Secundus dormit à ſæcularibus, vigilat in ſpiritualibus; languet, quia defecit in ſalutare Dei anima eius. Tertius audit verba *Diuerſitas amoris, Adoleſcentium, Iuuenum, & Seniorum.*
ineffabilia ſilentium; pacem, ſcilicet illam, quæ *exuperat omnem ſenſum*. Primus Philipp. 4. 7.
oues ſuas, id eſt, ſenſualitatis affectus minat ad interiora deſerti, videns rubum qui non combureretur, id eſt, myſterium incarnationis. Secundus aſcendit
in montem, & audit à Domino: *Tu vero* Deut. 5. 31.
hic ſta mecum, & docebo te leges, & mandata quæ propones filijs Iſrael. Tertius,
ſepelitur in monte à Domino, id eſt, *ab* Pſal. 30. 24.
ſconditur in abſcondito faciei eius. Pri-
mus audit ab hominibus: *Vbi eſt Deus* Pſal. 41.
tuus? Secundus recordatur, & effundit
in ſe animam ſuam. Tertius tranſit *in lo-* Ibidem 5.
cum Tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. Primus ſeruit fidei: ſecundus ſpei: tertius charitati. Et ſicut fides nos Deo generat, ſpes nutrit, charitas conſummat; ſic primus ſtatus in nobis humanum affectum Deo dedicat: ſecundus veterem hominem cum actibus ſuis: tertius conſumat, Deoque conformat.

Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Cap. VI.

HVC vſque Synagoga, quæ fide deuota aduentū Chriſti expectabat. Inde in principio caminis huius Prophetis reſpondit: *Oſculetur*
Cant. 1. *me oſculo oris ſui*; id eſt, præſentialiter mihi reſpondeat, appareat, quem nuntiatis; & exempla mihi viuendi, ac dona largiatur. Deinde verſiculis ſequentibus, qualia ſunt eius dona, quæ deuotis fidelibus appetenda oſtendit. Hinc vox Eccleſiæ ſubditur, ſcilicet illorum qui poſt tempora incarnationis ad fidem venerunt. Illa rogat, vt veniret: iſta vero, vt eam poſt ſe trahat, quem iam ſcit aſcendiſſe, & vt eam trahat, quò per ſe non valet aſcendere. Ac ſi diceret: Per me non poſſum, ſed me trahant bona opera tua, exempla, conuerſatio, & ea, quæ religioſè, & miraculoſè in mundo egiſti.

De gemma & eius proprietatibus.
§. XXXVI.

ISte, qui vult trahi, comparatur homi-
ni *quærenti bonas margaritas: inuenta*
Matth. 13.4 *vna pretioſa margarita abijt, & vendit*
omnia, quæ habet & emit eam. Hæc mar-
garita eſt Regnum cælorum, quod expe-
Prou. 17. b ctamus. Vnde Salomon: *Gemma eſt gra-*
tiſſima expectatio præſtolantis: quocum-
que ſe verterit, prudenter intelliget. Eſt
autem gemma grata, eſt gratior, eſt gra-
Gemma triplex. tiſſima. Gemma grata eſt anima, quæ ad-
huc laborat in hac peregrinatione: Gra-
tior eſt, quæ iam exuta à corpore adhuc
eſt in expectatione; ſubintellige tantum
corporis glorificationis: Gratiſſima erit
quando recepto corpore plena fruetur vi-
ſione Dei. De grata. Grata debet habe-
re puritatem, lenitatem, claritatem: Pu-
ritas eſt in vitiorum emundatione: leni-
tas in morum compoſitione: claritas in
Dei contemplatione. Oportet enim vt
ſit puritas abſque contagio carnalis con-
cupiſcentiæ; Lenitas enim ſcrupulo
murmurationis, odij & inuidiæ: Claritas
abſq; nubilo ſolicitudinis humanæ mun-
2. Cor. 9 a danæ. Audi puritatem: *Emundemus nos*
ab omni inquinamento carnis ac ſpiri-
1. Cor. 4. e *tus*, ait Apoſtolus. Audi lenitatem;
Idem Apoſtolus: *Maledicimur & benedi-*
cimus; perſecutionem patimur, & ſuſti-
nemus; blaſphemamur, & obſecramus.
Audi claritatem. Idem: *Reuelata facie*
gloriam Dei ſpeculantes transformemur
in eamdem imaginem à claritate in clari-
2. Cor. 3.18 *tatem tanquam à Domini ſpiritu.* Gemma
gratior ſuam habet puritatem, ſcilicet,
non poſſe peccare, quia ſine macula ſunt
ante thronum Dei. Lenitas ibi eſt omnis
immunitas doloris, quia iam abſterſit
Apoc. 9. 17. Deus *omnem lacrymam ab oculis ſancto-*
rum; iam amplius non erit luctus neque
clamor nec vllus dolor, quoniam priora
tranſierunt. Claritas eſt lux illa, qua læ-
tantur videre claritatem patriæ; quia *lux*
Pſal. 96. 11. *orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.* Iam
celebrata reſurrectione gemmæ gratiſſi-
mæ, erit puritas in corde incorrupto,
quando *corruptibile hoc induet incorru-*
1. Cor. 15. 53 *ptionem.* Lenitas ibi. Tranquillitas erit
inter corpus & animam, ita quod caro
non concupiſcet aduerſus ſpiritum, nec ſpi-
ritus aduerſus carnem. Caro enim ſpiri-
tui obediet, nec ſpiritus à carne indebi-
tum aliquid exiget. Ibi erit claritas in
Matt. 13. f corpore, de qua dicitur: *Fulgebunt iu-*
ſti ſicut ſol in conſpectu eius. In anima
viſio Dei; Vnde: *Beati mundo corde, quo-* Matt. 5. c
niam ipſi Deum videbunt. Hoc videns
ſponſa, & deſiderans, ait: *Trahe me: poſt*
te: curremus in odorem vnguentorum tuo-
rum. Primò, de profundo peccatorum
miſericorditer extrahendo: ſecũdo in via
rectitudinis perſeueranter dirigendo: ter-
tiò ardentiſſimi, & ſuauiſſimi amoris affe-
ctũ in intimis cordis effundendo. Iſta ſunt
vnguenta, in quorum odore ſe ſponſa oc-
currere pollicetur, cùm ſubdit: *Curremus* Cantic.
in odorem vnguentorum tuorum: Nam
gaudebit ſponſus ſuper ſponſam. Sed pri-
mum vnguentum eſt Miſericordia: ſecun-
dum, Gratia: tertium, Gloria. Odor pri-
mi eſt Indulgentia; ſecundi Munificentia;
tertij Magnificentia. De primo: *Sicut* Cantic.
myrrha electa dediſti ſuauitatem odoris.
De ſecundo: *Ecce odor filij mei ſicut odor* Gen. 27. b
agri pleni, cui benedixit Dominus. De
tertio: *Cùm eſſet Rex in acubitu ſuo, nar-* Cant.
dus mea dedit odorem ſuum. Primus re-
trahit, ſecundus trahit, tertius attrahit:
primum de profundo vitiorum, ſecundum
de funiculo virtutum, tertium de dulce-
dine præmiorum. In odorem primi am- Triplex odor tripliciter trahit.
bulamus: in odorem ſecundi currimus:
in odorem tertij volamus. Iſte odor eſt
ineffabilis ſuauitas diuinæ dulcedinis. Vn-
de Iacob: *Ecce odor filij mei ſicut odor* Gen. 27.
agri pleni, cui benedixit Dominus. De Gen. 43. 11
hoc dixit Iacob filijs: *Tollite vobiſcum*
de optimis fructibus terræ, modicum reſi-
næ & mellis, & ſtoracis, & ſtactes & te-
rebynthi, & amygdalarum.

De fructibus optimis, quos Iacob filij in Aegyptum portauerunt
§. XXXVII.

SVnt boni terræ fructus, ſunt meliores,
ſunt optimi. Boni ſunt pœnitentiæ
fructus in extirpatione vitiorum: ſunt me-
liores piæ deuotionis in exercitio virtu-
tum: ſunt optimi diuinæ contemplationis
in cognitione cæleſtium. Per *reſinam*,
quæ eſt amara, deſignatur pœnitentia:
per mel, conſolatio diuina, quæ pœniten-
ti datur. *Storax* arbor eſt in Arabia,
de cuius virgulis lacryma *fudit*, fluit; ſi
ceciderit in terram, immunda eſt; ſed quæ
de ramis colligitur, munda eſt: Guttæ,
quæ cadunt in terram, eos deſignant, qui
lacrymas fundunt, vt ſancti videantur:
quæ verò adhærent lacrymis calami, la-
crymas à nobis ſolo Dei amore fuſas de-
ſignant. Vnde Dauid: *Poſuiſti lacrymas* Pſal. 55. b
meas in conſpectu tuo. *Stacten*, virga eſt
robuſti corticis, & purpurea folijs piperis.
Virga

Virga moderamen diſciplinæ eſt, quamotus illicitos caſtigamus. Robur corticis eſt patientia, qua viriliter ſuſtinemus: purpura dignitas eſt Regni, ad quod tendimus: piperis calor, feruor eſt, quo ſemper accendamur ne tepeſcamus. Tria namque ſunt, quæ ſanctum perficiunt hominem: diſciplina, dignitas, charitas: diſciplina propter depreſſionem vitiorum: dignitas propter libertatem virtutum: charitas propter interni profectus affectum. Terebynthus generat reſinam omnibus præſtantiorem; hæc lacrymas ſuperioris comunctionis deſignat. Inde [Pſal. 41. a] Dauid: *Effudi in me animam meam, quoniam tranſibo in locum Tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei.* Amygdalæ præ cæteris citiùs florent, & pingue dant oleum; hoc eſt, deuotio charitatis, à qua debemus incipere, & pingueſcere. Hæc dona ſunt Dei, & ideò dicimus: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum;* [Cant.] Vel ſic, *in fama nominis tui*, quod comparatur vnguento: Vel in fide bonorum æternorum: aut in conſideratione miraculorum tuorum.

Itur, curritur, ambulatur, volatur. §. XXXVIII.

C*Vrremus*, ait, *in odorem vnguentorum tuorum.* Poſt hunc odorem quidã ambulant, quidam currunt, quidam [Iſaias 40. g] volant, vnde Iſa. *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem; aſſument pennas ſicut aquilæ: current & non laborabunt ambulabunt, & non deficient.* Ambulant, qui adhuc multis temporalibus ſunt impliciti: currunt qui ſubditorum temporalium ſolicitudine ſunt retardati: volant qui ſolicitudine omni mundana [Ezech. 1.] ſunt exuti. Sic animalia in Ezechiele leguntur ambulaſſe, vt vnumquodque eorum coram facie ſua ambularet; & cucurriſſe. *Vbi erat*, inquit, *Spiritus illuc gradiebantur.* [Ezech. 1, 9.] Ire enim in impetu ſpiritus, eſt currere, & volare: *Et facies*, inquit, *eorum & pennæ eorum extentæ deſuper erant; & duabus alis volabant*, ait Iſaias. [Iſa. 38. d] Vos qui tentationibus eſtis grauatis ambulate dum lucem habetis. [Ephe. 5. d] *ſed videte quo modo cautè ambuletis* ſicut animalia; vnum quodque enim coram facie ſua ambulabat, de virtute in virtutem proficiendo, non poſt tergum ad peccata recurrendo. [Pſal. 118. a] *Beati immaculati in via, qui ambulant in legem Domini:* qui enim cum Deo ambulat, confidenter ambulat. Item, [2. Cor. 9. d] *Omnes qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium: Vos ſic currite vt comprehendatis.* Ego, ait Apoſtolus. *ſic curro, non quaſi in incertum.* [Ibidem.] *Curramus igitur ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* Vt dicamus in fine: *Bonum certamen certaui.* [Hebr. 12. a.] Item, volare qui exuti eſtis mundana ſolicitudine, ſcilicet pennis amoris & deſiderij: de quibus Philoſophus. Sint etenim pennæ volucris mihi, quæ conſcendant celſa poli, vt dicatur: *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & ſicut columbæ ad feneſtras ſuas?* [Iſa. 60.] *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam?* [Pſal. 54. b] à temporali miſeria, ſicut Ioannes in Apoc. de Chriſto. *Audiui*, ait, *vocem vnius Aquilæ volantis per medium cæli & dicentis, Veh veh veh, habitantibus in terra.* [Apoc. 8. d] Primum propter culpam; ſecundum propter tribulationem mundanam; tertium propter æternam pœnam. Et Chriſtus legitur ambulaſſe, cucurriſſe, volaſſe. *Ambulans*, ait, *Ieſus iuxta mare Galileæ:* &, [Pſal. 18. b] *Exultauit vt gigas ad currẽdam viam.* &, *Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit; volauit ſuper pennas ventorum.* [Pſal. 17. b] Ambulemus igitur, quia ambulat nobiſcum, vt in nouitate vitæ ambulemus, curramus quia ipſe currit nobiſcum: vt ad promiſſiones eius ſine offenſione curramus. [Chriſtus quomodo ambulauit, cucurrit, & volauit.] Volemus, quia ipſe volat nobiſcum ad ſuperna gaudia; *vt inter mundanas varietates. ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia.* [Eccleſia.]

De tribus vnguentis ſponſæ, ſub ſpecie triplicis amoris, vbi & Triplex cella. §. XXIX.

HAbet ſponſa vnguenta propria. Primum vnguentum eſt amor verecundus: ſecundum, amor fortis: tertium, amor dulcis. Primum fit ex cordis contritione, ſecundum fit ex oris confeſſione, tertium ex lacrymarum effuſione. De primo: *Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* [Pſal. 50.] De ſecundo: *Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini* [Iacob. 5. d] De tertio: *Deducant oculi tui aquam, & palpebræ tuæ fontem lacrymarum.* [Ierem. 9.] Amor, quando fortis, ex tribus fit: ſpernit timorem, appetit dolorem, non refugit pudorem. Spernit timorem, quia *Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?* [Pſal. 117.] &, *Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me;* [Iob 17. a] [Abac. 3. d] Appetit do-

dolorem; *Vt ingrediatur putredo in oſſi-*
Iob 6. b *bus meis, & ſubter me ſcateat.* & Iob:
Quis mihi tribuat, vt veniat pet:tio mea,
& quod expecto tribuat mihi Deus? Qui
cœpit ipſe me conterat: ſoluat manum
ſuam, & ſuccidat me. Non refugit pu-
Pſal. 43. e dorem; vt, *Tota die verecundia mea con-*
tra me eſt, & confuſio faciei meæ coope-
ruit me. Amor dulcis tres habet ſpecies;
contemptum temporalium, vt Paulus:
Philip. 3. b *Quæ fuerunt mihi lucra, facta ſunt mihi*
detrimenta propter Chriſtum propter quē
omnia detrimentum feci, & arbitror vt
ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. Ha-
Iſa. 26. q bet, & ſpirituale deſiderium, *Domine ante*
te omne deſiderium meum. & *Anima mea*
deſiderauit te in nocte; & ſpiritus meus in
Iſa. 61. d *præcordijs meis.* Habet & celeſte gaudiū,
vt, *Gaudens gaudebo in Domino:* &, *Lætare*
Ieruſalem, & diem feſtum agite omnes, qui
diligitis eam. Gaudete gaudio magno. Pri-
mum fit in cella aquaria, ſecundum in cel
la vinaria, tertium in cella aromatica.
In primo enim peccata abluuntur; in ſe-
cundo tepidi accenduntur; in tertio dul-
ceſcentes ſupernis aromatibus odoran-
tur. In primo dicitur; *Lauamini mundi*
Iſa. 1. d *eſtote*; vnde Petrus: *Domine, non tan-*
Ioan. 13. *tùm pedes meos ſed etiam manus, & ca-*
put: id eſt, non tantum affectus, ſed
opera, & ſenſus, qui in capite vigent.
Luc. 12. f De ſecundo: *Ignem veni mittere in ter-*
ram; & quid volo, niſi vt ardeat? De ter-
Eccli. 35. 8. tio: *Oblatio iuſti impinguat altare, & odor*
ſuauitatis in conſpectu Altiſſimi. Primum
confecit Maria Iacobi; quod dicitur ſup-
plantatio, quia eo peccata lauantur: ſe-
cundum Maria Magdalenæ; quod dici-
Maria Magdalena interpretatur. tur turris, vel fortitudo, quia eo debiles
roborantur: tertium Maria Salome, quod
dicitur pacifica, quia iſto pacificis ſuper-
na dulcedo confertur. Et forſitan Maria Maria Salome interpretatur.
Magdalene his tribus conficiendis inter-
fuit. Primò interfuit, cùm ad pedes Do-
mini verecunda iacebat: ſecundò, cùm
Dominum ſepultum tanta conſtantia
quærebat: tertiò, cùm in ſpecie hortula-
ni reperto dicebat, *Rabboni, quod dici-*
tur Magiſter. Ecce gaudium, quod nun-
tiauit mundo, nuntiauit Eccleſiæ, nun-
tiauit Apoſtolorum Collegio. Mundo,
dum reſurgentis nuntia mundum replet
lætitia: Eccleſiæ, nam mundi illa Impera-
trix, & iſta beata peccatrix lætitiæ primor-
dia ſuderunt in eccleſia: Apoſtolorum Col
legio, ferens Chriſti fratribus, eius morte
triſtibus, expectata gaudia.

Quod tres ſunt lacrymæ.
§. XL.

PRima cella dicitur aquaria, quia ha-
bet lacrymas contritionis: ſecunda
lacrymas compaſſionis: tertia lacrymas
deuotionis. Primæ peccatorem lauant;
ſecundæ miſerum portant; tertiæ deuo-
tum rigant. In horum figura, terter la-
crymatus eſt Chriſtus. Legimus primò, vt
ad ſepulchrum Lazari; ecce contritionis:
ſecundò, *Videns Ciuitatem fleuit ſuper il-*
lam; ecce compaſſionis: tertiò, quando
imminente paſſione iuit ſolus in montem
orare; *& factus eſt ſudor eius ſicut guttæ*
ſanguinis decurrentis in terram. Ibi la-
crymatus eſt ex deuotione futuræ reſurre-
ctionis, vt ait Paſchaſius ſuper illum lo-
cum lamentationis Ieremiæ: *Diuiſiones* Tren. 3. f
aquarum deduxerunt oculi mei, in contri-
tione filiæ populi mei. Sequitur.

Introdùxit me Rex in cellaria ſua.
Cap. VII.

CELLARIA Regis æterni, ſunt interna gaudia patriæ cæleſtis in qua nunc introducta eſt Eccleſia ſancta per fidem, in futuro plenius introducēda per rem. Loquitur autem ad adoleſcentulas ſponſa, id eſt, Eccleſia Chriſti ad animas fideles, ſua videlicet membra nuper in Chriſto renata. Ideoque deprecor ſponſum, vt nos poſt ſe currentes, data ipſe manu ne deficiamus, adiuuet; quia iam dulcedinem Regni cæleſtis prælibaui, iam guſtaui quoniam ſuauis eſt Dominus; iam bona, quæ mihi ſunt parata in cælis, ipſo reuelante cognoui. Dixerat quia eſſet currendum, & in quo currendum: ecce quò currendum: ſcilicet, in cellam vinariam, quò iam introducta eſt. Ibi homines efficiuntur à *fructu frumenti, vini, & olei ſui.*

De frumento, vino, & oleo. §. *XLI.*

REficiuntur frumento doctrinæ eruditiouis; vguntur oleo ſuauis deuotionis; inebriantur vino ſpiritualis feruoris. Primum ſibi, ſecundum Deo, tertium proximo. Primum ſibi, vt, *Panis cor hominis confirmet*: ſecundum Deo, vt *Vinum lætificet cor hominis*; Idem ſeruur lætificet in Deo: tertium proximo, vt ei exterius *exhilaret faciem in oleo*. De primo dicitur: *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis*. De ſecundo: *Gaudete in Domino ſemper: iterum dico, gaudete*. De tertio Paulus: *Hilarem datorem diligit Deus*.

Pſal. 103. 13 — *Pſal. 67.* — *Phil. 4. a* — *2. Cor. 9.*

De Horto, Cellario, Cubiculo. §. *XLII.*

IN hoc opere videmus ſponſam eſſe velle cum ſponſo; ſcilicet in horto, in cellario, in cubiculo: ſit itaque ſimplex hiſtoria, hortus, cellarium, morales ſenſus; cubiculum cōtemplationis ſecretum. In hiſtoria tria ſunt, cæli, & terræ creatio, reconciliatio, reparatio. Creatio eſt, tanquam horti ſatio, vel plantatio: Reconciliatio, quaſi germinatio ſatorum, vel plantatorum: tempore nempe ſuo rorantibus cælis deſuper, & nubibus pluentibus iuſtum, aperta eſt terra, & germinauit ſaluatorem, per quem facta eſt cæli, & terræ reconciliatio. Recuperatio in fine ſeculi erit. In cellario ſunt tres cellæ: Prima diſciplinæ, ſecunda naturæ, tertia gratiæ. In prima, diſcis inferior eſſe: in ſecunda, par: in tertia, ſuperior; id eſt, ſub alio, cum alio, ſuper alium. Vel ſic, ſubeſſe, coeſſe, præeſſe. Primo diſcis eſſe diſcipulus; ſecundo ſocius; tertio Magiſter. Cubiculum Regis eſt arcanum contemplationis; ſed non vnum cubiculum ſolum, quia multæ ſunt Reginæ, & concubinæ. Mulier enim quædam ſecus pedes Domini ſortita eſt locum: altera ad caput deuotionem munit. Thomas in latere: Ioannes in pectore: Petrus in ſinu Patris: Paulus in tertio cælo, huius ſecreti gratiam aſſecuti ſunt. Prima mulier in imo humilitatis; ſecunda in ſolido ſpei; Thomas in ſolido fidei; Ioannes in lato charitatis; Paulus in imo ſapientiæ; Petrus in luce veritatis. Eſt locus apud ſponſum, inde quo ſua iura decernit, & conſilia ſua diſponit in pondere, & menſura, & numero; & eſt locus, in quo ſuper reprobam animam verſatur animaduerſio Iudicis, *terribilis in conſilijs ſuper filios hominum*. Porrò nec in primo, nec in ſecundo, perfecta eſt quies ſpeculanti. In primo enim, Deus apparet tanquam ſolicitus; in ſecundo, tanquam turbatus. Alter eſt auditorium docentis; alter prætorium Iudicis: ſed eſt tertius locus, vbi ſponſus cernitur quietus, non magiſtri, non Iudicis, ſed ſponſi. O verè quietus locus, in quo eſt Deus, non quaſi turbatus ira, nec diſtentus proſpicitur cura, ſed videtur voluntas eius in eo *bona, & beneplacens, & perfecta*. Ecce tria tempora, tria merita, tria præmia: in horto tempora, in cellario merita, in triplici contemplatione cubiculi præmia.

Pſal. 65. a — *Rom. 12.*

In cellario tres ſunt cellæ: In prima tres aquæ. §. *XLIII.*

ISta cellaria tres habent cellas. Prima eſt ſcripturæ, ſecunda animæ, tertia cæleſtis patriæ. In prima ſumitur aqua refectionis: in ſecunda vinum iucunditatis: in tertia oleum ſuauitatis. Aqua primæ triplex eſt: Prima eſt ſecularis prudentia: ſecunda, litteralis ſcientia: tertia, cæleſtis ſapientia. Prima eſt de lacu turbido; ſecunda de riuo fluido; tertia de fonte puriſſimo. Prima de lacu turbido, quia de rebus temporalibus, quæ animam turbant: ſecunda, de riuo fluido, quia de eloquentia, & opinione prophetica, quæ cito quaſi riuus noſtram debet tranſire memoriam: tertia de fonte puriſſimo, quia de cæleſtibus quæ noſtram debent rigare animam. Iſti ſunt tres Putei, quos ſerui Iſaac Iacob foderunt: primum appellauerunt calumnias: ſecundum inimicitias: tertium abundantiam: vel ſeptiforme; quia pro temporalibus nobis calumniantur allophili, id eſt dæmones, qui dicuntur aliena amantes. In litterali quoque ſcientia nos inimicitias inuenimus, niſi retorqueamus ad Theologicæ intelligentiam. In ſeptiformi ſpiritu habemus gratiæ abundantiam. Prima eſt aqua Ierico, corrupta: ſecunda eſt aqua Maræ in deſerto amara: tertia eſt aqua, quam eduxit Moyſes de petra. Prima eſt aqua Iericho, pro qua intelligitur mūdus, id eſt, ſæcularis prudentia, quæ corrupta eſt; ſi aliud tamen quæritur, quàm Dei gratia: Sed Heliſeus, id eſt, Deus meus Dominus, in vaſe nouo, id eſt, corde nuper conuerſo ſal in Dei ſaporem ponit. Benedicit, ponit in aquam; & ſic dicit Heliſeus: *Ecce ſanaui*

Allophili interpretantur.

4.Reg. 2.21 *naui aquas iſtas, & non erit in eis vltra mors, neque corruptio*: & ſic ſecularis prudentia ſeruit Deo, & ſic deſinit eſſe corrupta. (*Pulchra ſimilitudo.*) Mara vero, id eſt, litteralis ſcientia, amara eſt religioſæ vitæ, niſi lignum in ea ponatur; id eſt, crux Chriſti in ea prædicetur, vt Paulus: *Nihil iudicaui me ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum*. (1.Cor. 2. a) Tertia eſt aqua de petra, quam percuſſit Moyſes virga. Petra erat autem Chriſtus, qui io cruce peremptus aquam de latere produxit, & Spiritum ſanctum miſit; Hic eſt fluminis impetus, qui *lætificat ciuitatem Dei*: fons hortorum.

In ſecunda cella triplex eſt vinum
S. XLIV.

IN cella animæ triplex eſt vinum. Primum, quando de prima conuerſatione agitur Deo gratias; (Rom.6. 17.) Vnde Paulus: *Gratias Deo quòd fuiſtis aliquando ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi eſtis*. (2.Cor. 1. c) Secundum eſt de conſcientiæ gloria. Inde idem: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*. (Rom. 5. a) Tertium eſt de infuſione gratiæ lætitiæ; Vnde idem: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*.

In tertia cella ſunt quatuor olei ſpecies. S. XLV.

IN cellario cæleſtis patriæ ſunt quatuor ſuauitates olei: ſcilicet, corporum glorificatio, Angelorum conſociatio, ad dexteram Patris conſeſſio, Dei viſio. Hæc eſt illa Apoſtoli ſupereminens magnitudo. *Deus*, inquit, *det vobis illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis, quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius*. (Epheſ.1. 19.) Corporis glorificatio eminens eſt Angelorũ cõſociatio: peremineus, eſt ad dexterã Patris ſeſſio: ſupereminẽs, eſt Dei viſio facie ad faciẽ

Quomodo Deus poteſt videri.
§. XLVI.

QVi Deum vult videre facie ad faciem, oportet eum eſſe propè, ad ipſum conuerti, & nullum interponatur obſtaculum. Vt itaque eum contemplemur, ſimus propè per ſtudia iuſtitiæ; omne obſtaculum peccati remoueamus à nobis per cuſtodiam innocentiæ; ad ipſum conuertamur deuoto affectu inſatigabilis diligentiæ. Sic Iacob Angelos vidit, ſed priùs vitia ſupplantauit, & quomodo: Videamus. Prius occidit duos hœdos; ſecundo excoriauit; tertio coxit. (*Nota bene.*) Iſti duo hœdi ſunt corpus noſtrum, & anima: hi occidendi ſunt, quia anima eſt occidenda à vita peruerſæ voluntatis, & mortificanda caro ab exercitatione prauę actionis. Sunt excoriandi, quia ipſo ſiniſtræ intentionis affectu anima eſt diuidenda, & à delectatione voluptatis illicitæ, caro expolianda. Sunt & coquendi, vt charitatis feruore placidam refectionem exhibeant: cui offertur & vinum lætitiæ ſpiritualis, quia hilarem datorẽ diligit Deus; itaque per iſta meretur patris benedictionem, ſcilicet: *Det tibi Deus de pinguedine terræ*; (Gen. 27. 28) id eſt, inferiorem compunctionem; *& de rore cæli abundantiam*; id eſt, ſuperiorem compunctionem. Fidelis itaque anima aduertens tales Dei conſolationes ſubiungit.

Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum. Cap. VIII.

QVASI dicerent: Nequaquam ipſi nos de perceptis muneribus extollimus, imò ſemper exultabimus, & lætabimur in miſericordia tua, memores per omnia, quanta nos pietate recreare, qualiter auſteritatem legis gratia fidei euangelicæ mitigare dignatus es. Verè conſolationes. Audite quid fecerit Iacob: cùm occurreret ei frater cum quadringentis viris, id eſt, vitijs ſpiritualibus, ſcilicet, timoris, cupiditatis, gaudij, doloris. Inde Poeta.

Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras
Reſpiciunt, clauſi tenebris, & carcere cæco. (Poeta)

Primo Ancillæ cum filijs ſuis; ſecundo Lya cum liberis ſuis; tertio Rachel, & Ioſeph opponuntur. Per Ancillam Lyæ, ti-

mor praue actionis; per Ancillam Ra-
chel, timor erroris; Per filios earum
bona, quæ de illis procedunt, ſignan-
tur. Per Lyam, vita actiua: per filios
eius, virtutes quæ inde procedunt: per
Rachelem vita contemplatiua: per Io-
ſeph, qui augmentum dicitur, profe-
ctus diuinus ſignatur. propter hoc dicit:
*Exultabimus, & lætabimur in te, memo-
res vberum tuorum ſuper vinum:* Duobus
Cant. modis homo trahitur: ſcilicet, timore,
& conſolatione. In vino timor; in vbe-
ribus blandimentum conſolationis ſignan
tur; vnde plus propter conſolationem
lætabimur, quàm propter timorem. In-
Iſa. 66. 10. de Propheta: *Lætare Ieruſalem, & diem
feſtum agite omnes qui diligitis eam Gau-
dete gaudio magno.* Primo, lætandum eſt
nobis de ereptione calamitatis: ſecundo,
agimus diem feſtum in adeptione alicu-
ius feſti dignitatis: tertio gaudemus gau-
dio magno, pro poſſeſſione fęlicitatis.
Lætitia fuit Populo Iſraelis, cùm Mare
tranſiret: diem feſtum egit, cum legem
accepit, & Tabernaculum Deo conſtituit:
gandio magno gauiſa eſt, cùm terram
promiſſionis in hæreditatem accepit. Pri-
mo, potatur à lacte; ſecundo ſatiatur
vberibus conſolationis eius; tertio, epu-
latur ab introitu gloriæ. Plura ſunt ge-
nera conſolationum.

De conſolatione, quæ eſt quatruplex.
S. XLVII.

Eſt conſolatio in ereptione periculi;
vnde Dauid: *Fac mecum ſignum in
Pſal. 85. 17. bonum, vt videant, qui oderunt me, &
confundantur, quoniam tu Domine adiu-
uiſti me, & conſolatus es me.* Eſt conſola-
tio in conſecutione Dei; vnde Dominus:
Iſa. 52. d *Sicut mater conſolatur filios ſuos; ita &
ego conſolabor vos.* Eſt & cõſolatio in me-
ditatione diuini verbi. Inde Paulus: *Quæ-
cumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctri-
nam ſcripta ſunt; vt per patentiam, &
ad Rõ. ca. 15. conſolationem ſcripturarum, ſpem ha-
bemus.* Eſt & conſolatio in perceptione
Spiritus ſancti; Inde Dominus: *Niſi
ego abiero, Paraclitus non veniet: ſed
cum aſſumptus fuero, mittam eum ad vos.*
Paraclitus enim *Conſolator* interpreta-
tur. Sũt qui Deo inſultant, ſunt qui ſibi ſal
tant, ſunt qui Deo exultant, ſunt qui Deo
reſultãt. Primi ſunt impij, ſecundi tentati,
tertij de ſua conſolatione Deo gratias re-
ferẽdo: quati internã lætitiã diuini amoris
non ſolum voce, ſed geſtu membrorum
foris exprimendo. Inſultantes enim di-
cuntur frequenter ſalientes: Reſultantes
dicuntur quantum ad necem, retro ſalien
tes, id eſt, beneficia accepta à Deo per
gratiarum actionem ei reddentes. Exul-
tantes dicuntur extra ſalientes: ſcilicet,
de lætitia cordis ad geſtum corporis Deo
inſultabant clamantes, *Aue Rex Iudæo-* Marc. 15. 6
rum. Sibi ſaltare docebat Propheta di-
cens: *Egredimini de Babylone, & fugite
à Chaldæis.* Reſultabat ipſe Chriſtus, cùm
diceret: *Gratias, ago tibi Pater quia ſem-* Chriſtus.
per me audis. Exultare docebat Dauid,
cùm diceret: *Omnes gentes plaudite ma-* Pſal. 46. 1
nibus. Hæc omnia oſtendit Paulus in ſe; 1. Ti. 1. 2
Prius, ait *Fui blaſphemus, & perſecutor,
quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei;* Ecce Galat. 1. c
inſultatio. *Continuo non acquieui carni,* Pſal. 4. a
& ſanguini; ecce ſaltatio. *Gratia Dei
ſum id quod ſum;* ecce reſultatio. *Volo* 1. Tim. 2. a
*viros in omni loco orare puras manus le-
uantes;* ecce per manus exaltatio. Inſul- Gal. 1. c
tant Deo per cæcitatem: per vitæ infir-
mitatem: diminuendo eius poteſtatem, 1. Cor. 15. a
Per cæcitatem, dum putant Deum ſua 1. Tim. 2. 8
peccata latere: Per vitæ infirmitatem,
dum credũt ipſũ pro delicto propriè mor-
tem ſuſtinuiſſe: diminuendo eius poteſta-
tem, quia non credunt, quòd ſit ventu-
rus peccata iudicare. De primo: *Dixe-
runt: Non videbit Dominus, nec intelliget
Deus, Iacob:* De ſecundo: *Dixit inſipiens
in corde ſuo: Non eſt Deus.* De tertio Pſal. 93. b
per Prophetam: *Non faciet Dominus quic-
quam bonum, ſiue malum.* Hæc autem in- Pſal. 13. a
ſultatio præfigurata eſt in Sampſonis facta
à Philiſthæis inſultatione: Primò enim
excæcauerunt eum: ſecundò, ad molam
deputauerunt: tertiò, coram ſe ludere
fecerunt. Illa enim cæcatio deſignat cæ-
citatem illam, qua putant ſua Deum igno
rare peccata. Molæ vero deputatio deſi-
gnat Chriſto ab eis impoſitam paſſionem
ex culpa & pœna, cùm tamen culpa ca-
ruerit. Nos verò quaſi granum frumen-
ti trituramur, quaſi inter duas molas
ſcilicet culpam & pœnam. Sampſonem lu-
dere faciunt, dum deludunt eius futurum
iudiciũ. Sic hoc moraliter de ſpiritu, Sam-
pſon eſt ſpiritus humanus, Philiſthæi dæmo
nes: Hunc primo excæcant, auferendo
ei intelligentiæ ſpiritum. Molere faciunt,
dũ laborare faciunt operando peccatum.
Coram ſe ludere faciunt, dum licenter
euagari faciunt, per omne illicitum. De
primo: *Quomodo obtexit caligine in fu-* Tren. 2. 1.
rore ſuo Dominus virginem filiam Sion!
De ſecundò: *Omnes perſecutores eius ap-
prehenderunt eam inter anguſtias.* De
tertio: *Peccatum peccauit Ieruſalem, pro-
pterea inſtabilis facta eſt.*

De

Digitized by Google

De triplici foſſa, vel de duobus viris iuxta ſepulchrum Rachel: & quòd in tentationibus Deo gratias agere debemus. S. *XLVIII.*

SAltant ſibi, qui tranſiliunt foſſam diabolicæ fraudis, foſſam deſperationis, *Matth. 8.* foſſam erroris. De prima: *Vulpes foueas* *Pſal. 7. d* *habent, & volucres cæli nidos.* De ſecunda: *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit.* Lacus eſt mundus: hunc fodiendo aperit, qui eius ſequitur voluptates, donec in profundum malorum veniens contemnit. Cadit in foueam, quando propter magnitudinem peccatorum in deſperationem cadit: hanc *Matth. 15 b* fecit dum peccauit. De tertia dicitur: *Si cæcus cæcum ducat, nonne ambo in foueam cadunt?* De ſaltantibus vltra foueas iſtas dicit Samuel ad Saul: *Inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie, ſalientes foueas magnas.* Iſti duo viri ſunt ſpiritus & corpus: ſpiritus eſt vir, quia viret virtutibus; corpus eſt vir dum obedit ſpiritui in virtutum operibus. Tres iſtas foueas ſaliunt: foſſam diabolicæ fraudis ſaliunt; iuxta ſepulchrũ Rachel. Rachel interpretatur *Ouis, vel Videns principium:* Sepulchrum eius eſt in corde, in quo eſt ouina ſimplicitas & videndi, & diſcernendi morum veritas. Aduerſus fraudes tales, fraudis non obſtat fouea; fouea deſperationis, qui ſunt in finibus Beniamin. Beniamin interpreta- *Beniamin interpretatur.* tur *filius dexteræ*; id eſt, Chriſtus, qui ſedet ad dexteram Patris. Fines eius ſunt ſecundum Humanitatem, principium, & exitus; id eſt, humilitas natiuitatis, & exitus mortis. Sequentes igitur eius humilitatem, confidentes ſaluari per eius paſſionem, foueam deſperationis ſaliunt, quia ſunt in finibus Beniamin: foſſam erroris ſaliunt, qui ſunt in meridie, id eſt, in mera die; ſcilicet, quando habent ſpiritum intelligentiæ, qui non ſinit eos errate; Deo reſultant gratias agentes.

Quòd pro tribus agenda ſunt gratia Deo. S. *XLIX.*

IN tribus agunt gratias Deo: De malis, quæ per Dei gratiam potuerunt fugere: De bonis, quæ Deo auctore poſſunt facere: De gaudijs cæleſtibus, quæ expectant ex eius promiſſione. De his filij Iſrael poſt tranſitum maris rubri gratias agebant Deo, cùm dicerent, *Cantemus Domino, glorioſè enim honorificatus* *Exod. 15. a* *eſt:* Vnde *equum, & aſcenſorem eius deiecit in mare:* ecce primum. *Fortitudo mea* *Pſ. 117. 14.* *& laus mea Dominus;* ecce ſecundum. *Dux fuiſti in miſericordia tua populo,* *Exod. 15. 13* *quem redemiſti: & portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum ſanctum tuum* ecce tertium. De primo: *Eripuiſti ani-* *Pſal. 55 13.* *mam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu;* ecce primum. *Pſal. 12. b* De ſecundo: *Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi.* De tertio. *Placebo Domi-* *Pſal. 114. b* *ne in Regione viuorum.* Item de primo: *Pſal. 102. 3.* *Benedic anima mea Domino* Quare? *Quia propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas.* De ter- *Ibidem 5.* tio: *Renouabitur vt aquila iuuentus tua.* In figura hominum trium, in Leuitico inuenimus, tria genera animalium Domino ſacrificata; ſcilicet, animalia immunda, vt eſt capra, quod luxurioſum eſt animal, & hoc pro primo: Animalia munda, vt os, & ouis; in figura ſecundi: Turtur, & Columba, quæ ſurſum volant; in figura tertij Deo exultant, lætitiam de ſupernis in corde ſuo concipientes. In tribus eſt hæc exultatio: exultans enim debet habere iubilum in ore, pſalmum in corde, tympanum in corpore. Iubilum, ſcilicet, vocem, qua Deum laudat: pſalmum, ſcilicet, ſpiritualem lætitiam, de ſupernis, ſcilicet, quæ deſiderat: Tympanum, ſcilicet, geſtum corporis, in quo vtrumque exprimat, Inde Dauid: *Iu-* *Pſal. 80. a* *bilate Deo Iacob: ſumite pſalmum, & date tympanum, Pſallam ſpiritu; pſallam, & mente,* Ait Apoſtolus de duobus primis. De tertio: *Glorificate, & portate Deum* *1. Cor. 6. d* *in corpore veſtro.* Hæc tria agebat Dauid, cùm adduceret arcam Domini in Ieruſalem. *Deducebat,* inquit, *arcam in iubilo:* hoc de primo; De ſecundo ait. *Domine, vniuerſa hæc tibi lætus obtuli.* De tertio dicitur: quòd vidit Michol filia Saul Dauid ſaltantem coram arca Domini; *& deſpexit eum in corde ſuo.*

Quibus modis exultatur in Domino. §. *L.*

NOtandum, quod exultantium quidam exultant Domino; quidam cum Domino; quidam in Domino. Domino, à peccati tribulationibus liberati: in Domino, iuſti: cum Domino beati. Primi pro liberatione ſua gratias agentes; ſecundi pro ſuis beneficijs Deum laudantes; tertij facie ad faciem Deum videntes. Primi dicunt: *Exultate Deo ad-* *Pſal. 80. a*

iu-

Pſal. 31. 1 *iutori noſtri*. Secundi dicunt: *Exultate*
iuſti in Domino; rectos decet concludatio.
Eccla. De tertijs: *O quam glorioſum eſt Regnum,*
in quorum Chriſto regnant omnes ſan-
cti. In primis, aliquid eſt amaritudinis:
in ſecundis, multum ſuauitatis: in ter-
Act. 5. 8 tijs, totum ſœlicitatis. De primis: *Ibant*
Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij,
quoniam digni habiti ſunt pro nomine
Iſa. 61. d *Ieſu contumeliam pati*. De ſecundis:
Gaudens gaudebo in Domino, & exulta-
bit anima mea in Deo meo, quia induit
Pſal. 149. 5. *me veſtimento ſalutis*. De tertijs: *Exul-*
tabunt ſancti in gloria, lætabuntur in
cubilibus ſuis. Illi ſunt memores vbe-
rum ſponſi, quæ ſunt conſolationes.

Quid de Vberibus elicitur. §. II.

SEd his differenter vtuntur. Inſultan-
tes enim ſanguinem eliciunt: ſaltan-
tes lac ex ijs ſugunt: reſultantes, vinum
exprimunt. Exultantes, odoramentum
percipiunt; ſanguinem nequitiæ; lac do-
ctrinæ; Vinum ſpiritualis feruoris; odo-
ramenta ſupernæ ſuauitatis; ſanguinem,
qui Iuſtum interficiat; lac, quod paruu-
los nutriat; vinum, quod tepidos cale-
faciat; odoramenta, quibus *in pace in* Pſal. 4. 8.
idipſum dormiam & requieſcam. De Prou. 30. d
primo dicitur: *Qui vehementer premit*
vbera, elicit ſanguinem. De ſecundo: Iſa. 66. c.
Vt ſugatis, & repleamini ab vbe-
ribus conſolationis eius. De tertio, in
hoc opere ſequitur: *Et erunt vbera tua*
ſicut botri Vineæ. De quarto iam dictum
eſt in hoc opere: *Meliora ſunt Vbera tua*
vino fragrantia vnguentis optimis. Pri-
mi ſunt memores horum vberum con-
tra vinum; ſecundi infra vinum; tertij
propter vinum; quarti ſuper vinum.

Recti diligunt te. Cap. IX.

IDEO non in nobis ipſis, ſed in te exultabimus, memores donorum tuorum; quia omnes qui recto ſunt corde, te ante omnia, & ſuper omnia diligunt: Nō recti eſſe poſsūt, qui tuo amori aliquid præponunt. Cū vero ſuperius dixerit, *Adoleſcentulæ dilexerunt te*; Adoleſcentiam, cordis rectitudinem dicit. Item, *Recti diligunt te*, quia nulli niſi recti corde Deum poſſunt diligere: quicumque enim rectitudinem iuſtitiæ actu, vel verbo, vel cogitatione violauerit; fruſtra ſe Deum diligere credit. Hæc rectitudo mentis eſt, non corporis; quamuis forte adhoc homo habeat oculos ad cęlum erectos; qui enim quærunt terrena, curui ſunt, Quærite non quæ ſuper terram. Vnde Poeta.

Poeta. *Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram.*
Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri,
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Curuus es, ſi propriam gloriam quæris, florenti inuides, abſenti detrahis, reponis lædenti te,

Obſeruantia rectitudinis: & in quibus rectitudo conſiſtit. §. I I.

REctitudo hæc eſt multis modis ſer-
uanda: ſit quiſque rectus cogitatio-
ne, voluntate, actione, officio. Sit re-
ctus cogitatione, vt deluſoria phantaſ-
mata reſpuat, ſola ſe intelligentia verita-
tis oblectet; Vnde Dauid: *Tu paraſti di-* Pſal. 98. 4.
rectiones, iudicium & iuſtitiam in Iacob,
tu feciſti. Directio itaque ad rationem,
Iudicium ad intellectum, Iuſtitia ad ele-
ctionem voluntatis refertur: Nam Ratio
dirigit, Intellectus iudicat, Voluntas eli-
git. Ad rectitudinem igitur cogitationum
ſpectāt omnes motus cordis ad normam
dirigere rationis, Iudicio veritatis pijs
meditationibus inherere: ſecundò, intel-
lectui Deo placitæ voluntatis, affectus in-
flexibiliter ſociare: Nam, ſicut ait beatus
Auguſtinus, ſpiritualis vir ſicut in cor- Aug.
pore ſolam ſalutem, in cogitatione ſolam
veritatem, ita, & in actione ſolam nititur
patientiam obſeruare. Eſt & rectitudo
officij, cum pro officio ſibi iniuncto, quod
vtile, & honeſtum eſt, exequi contemnit.
Eſt & rectitudo, cùm quis rectitudinem
cordis extendit ad rectitudinem ſermo-
nis. Vnde Apoſtolus: *Vt ſitis*, inquit, Philip. 2. 15
ſimplices filij Dei: ſcilicet, ſinceri in
corde, & ſimplices in ſermone. Eſt & re-
ctitudo, qua mentes in proſperitate poſi-
tæ

cæ Diuinam clementiam laudant, in ad-
uerſitate ſua peccata accuſant. Vnde
Pſal. 72. a David: *Quam bonus Iſrael Deus. his qui*
recto ſunt corde! Eſt & illa rectitudo ſu-
per omnes ſeruanda, quando omne opus
quod agitur, per rectam intentionem ad
cæleſtia dirigitur. Igitur recti diligunt
Deum, qui ſola diuina quærunt, ſola cæ-
leſtia diligunt, ſolis æternis bonis perfrui
concupiſcunt.

In quibus ſit rectitudo. S. *LIII.*

DEbet eſſe rectitudo in corde, in ope-
re, in ſermone. In corde, cogitan-
Pſal. 33. do, quia *iuxta eſt Dominus his qui recto*
ſunt corde. In opere, faciendo bona, quia
Ezech. 1. 2. *pedes eorum pedes recti.* In ſermone, bona
Eccleſia. dicendo; Vnde: *Da ſermonem rectum*
& bene ſonantem in ore meo. De primo
Iob. 1. 1. dicitur de Iob: *Erat vir ſimplex, & re-*
Iob. 8. 6. *ctus.* De ſecundo ad eundem: *Si mundus*
& rectus inceſſeris, ſtatim Dominus euigi-
labit ad te. De tertio dicitur a micis Iob:
Iob 42. 7. 8. *Non eſtis locuti rectum in conſpectu meo,*
ſicut ſeruus meus Iob.

De pondere, numero, & menſura.
S. *LIIII.*

ITem debet eſſe rectitudo in pondere,
& numero, & menſura. In menſura
operum, & ſermonum, nec vltra modum
eant, licet extra remaneant, vel citra. In
numero affectionis, id eſt, in forma ne in-
formia, & incompoſita remaneant. In pon
dere amoris, vt ſciamus quantum quilibet
pẽdere debeat. In menſura operum, vt des
maiori ſubiectionem, pari ſocietatem, inſe
riori protectionem. In menſura ſermo-
num, tibi confeſſionem, & proximo præ-
dicationem; tibi & proximo orationem;
Deo laudem. In numero, timor Dei de-
bet motus ſenſualitatis refrenare: Inten-
tio ad debitum finem ſuſcipere: Ratio mo-
dum ambulandi diſponere: Affectio ſicut
Ratio ordinauerit ambulare. In pondere
amoris, vt videamus quid appetendum
ſit, quid fugiendum, quid præponendum,
Auguſtinus. quid poſtponendum. Ad litteram dicit
Auguſtinus: In menſura, magnitudinis,
ſcilicet, & paruitatis; in numero multi-
tudinis, & paucitatis; in pondere leuita-
tis, & grauitatis. Item Deus eſt menſura
ſine menſura, numerus ſine numero, pon-
dus ſine pondere.

Triplex iuſtitia hominis, pax triplex, &
iuſtitia Dei triplex. S. *LV.*

ITem rectitudo nil aliud eſt, quàm iu-
ſtitia, quæ pacem operatur. Vnde
dictum eſt: *Iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt:* Pſalm 8. 11.
ſcilicet, iuſtitia hominis, & pax Dei. Tri-
plex eſt iuſtitia hominis. Prima eſt natu-
ralis æquitas: ſecunda virtutum ſub cari-
tate ſocietas: Tertia eſt peccati immuni-
tas. Prima excludit iniurioſum, ſecunda
facit religioſum, tertia facit glorioſum.
Primam docebat Chriſtus, cùm diceret:
Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Se- Luc. 23. 38.
cundam ſic: *Niſi abundauerit iuſtitia ve-* Matth. 5. 20.
ſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorũ
non intrabitis in regnum Cælorum. Ter-
tiam ſic: *Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno* Matt. 13. 43.
Patris eorum. Prima declinat à malo, ſe-
cũda facit bonum, tertia meret in gaudio.
Prima vitat culpam, ſecunda recta via
currit ad patriam, tertia recipiet beatitu-
dinis gloriam. De prima Dauid: *Feci iu-* Pſal. 118. 121.
dicium, & iuſtitiam; non tradas me ca-
lumniantibus me. De ſecunda: *Iuſtum* Sap. 10. 10.
deduxit Dominus per vias rectas, & oſte-
dit illi Regnum Dei. De tertia: *Gloriabũ-* Pſal. 5. 13.
tur omnes qui diligunt nomen tuum, quo-
niam tu benedices iuſto.

Tres ſunt paces Dei. S. *LVI.*

ITem tres ſunt paces Dei. Prima ab ho
minum peruerſitate; ſecunda à ten-
tatione; tertia à corruptionis dolore. Has
commemorat Dauid. De prima: *Propter*
fratres meos, & proximos meos loquebar Pſal. 121. 7.
pacem de te. De ſecunda: *Fiat pax in vir-*
tute tua, & abundantia in turribus tuis.
De tertia: *Rogate quæ ad pacem ſunt Ieru* Ibidem.
ſalem. De prima Iob. *Beſtiæ terræ pacifi* Iob. 5. 23.
cæ erunt tibi. De ſecunda idem: *Si dilu-* Iob. 8. 6.
culo ſurrexeris ad Deum & Omnipotentẽ
fueris deprecatus; & ſi mundus & rectus
inceſſeris; ſtatim vigilabit ad te, & paca-
tum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. De
tertia Dauid. *In pace in id ipſum dormiã,* Pſal. 4. 9.
& requieſcam. Prima pax, & prima iuſti- Pſal. 71. 3.
tia, ſe oſculantur; vnde Dauid: *Suſcipiãt*
montes pacem populo, & colles iuſtitiam.
Secunda pax, & ſecunda iuſtitia, ſe oſcu- Ibidem. 7.
lantur; vnde: *Orietur in diebus eius iuſti-*
tia, & abundantia pacis, donec auferatur
Luna. Tertia pax, & tertia iuſtitia ſe oſcu-
lantur; vnde: *Multiplicabitur eius impe-* Iſa. 9. 7.
rium, & pacis non erit finis.

Tri-

Triplex eſt Dei iuſtitia, & triplex pax hominis. §. LVII.

ITem è conuerſo triplex eſt inſtitia Dei, & triplex pax hominis, quæ ſe inuicem oſculantur. Prima igitur inſtitia eſt in rerũ ordinatione; ſecunda in indiciorum ęquitate; tertia in peccati immunitate. Prima omnia diſponuntur in pondere, *Quomodo iuſtitia, & pax ſe oſculantur* numero, & menſura: ſecunda, *reddet vnicuique iuxta opera ſua*: tertia in diuina eſſentia. De prima dicitur: *Creator omniũ Deus, terribilis, & fortis, & iuſtus, & miſe-* *Pſal. 118. 37* *ricors*. De ſecunda: *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum*. De tertia. *In-* *Pſal. 142.* *ſtitia tua iuſtitia in æternum*: Prima ducem habet Sapientiam: ſecunda comitem habet miſericordiam: tertia pertinet ad Potentiam. Sapientiam, quę eſt Filius: Miſericordiam dat Spiritus ſanctus: Potentia eſt Pater æternus. Prima enim per ſapientiam gubernatur: ſecunda per miſericordiam temperatur: tertia per potentiam abſque defectu poſſidetur. De *Pſal. 3. 19.* prima: *Dominus ſapientia fundauit terrã.* De ſecunda: *Exortum eſt in tenebris lu-* *Pſal. 111. 3.* *men rectis corde, miſericors, & miſerator, & iuſtus*. De tertia: *Poteſtas eius pote-* *Dan. 4. 31.* *ſtas æterna, quæ non auferetur; & Regnũ eius, quod non corrumpetur*. Ex his pendent tres paces, quæ eas oſculantur: pax mundi, pax generis humani, pax Dei. Prima eſt in natura; ſecunda ex gratia; tertia erit in gloria. Prima prohibet elemẽtorum occurſum: ſecunda facit odire malum, & diligere Deum, & proximum: in tertia eſt Deus impe[r]turbatus, vt nõ accedat ad eum malum, & flagellum. Prima pax, & prima iuſtitia, ſe ſe oſculantur; ſecunda pax, & ſecunda iuſtitia: tertia pax, & tertia iuſtitia. Prima pax eſt ex prima nata creatione mundi: ſecunda ex timore iudicij: tertia, quia non poteſt eſſe apud Deum turbatio, vbi non eſt macula peccati. Ad hoc recti laborant, vt per primam hic habeant tranquillitatem temporalem; per ſecundam, cordis puritatẽ; per tertiam, ſummam illam beatitudinem.

Aſcenſus ad rectitudinem triplex. §. LVIII.

SEd recti ad rectitudinem triplici gradu aſcendunt. Primo enim corrigũt, ſecundo regunt, tertio dirigunt. Corrigunt iniquitatem; regunt ſuam ſimplicitatem; dirigunt greſſus ſuos ad illam pacis ciuitatem. Corrigũt per ſatisfactionẽ, regunt per doctrinam regularem, dirigũt per interioris cõtemplationis claritatem. Hic eſt perfectio rectitudinis. De primo Dauid: *In quo corrigit adoleſcentior viam* *Pſal. 118. 9.* *ſuas in cuſtodiẽdo ſermones tuos*. quibus nos docet modum ſatisfactionis. De ſecũda ait ille Satyricus,

> *Animum rege, Qui non paret:*
> *Impera tu, hunc frenis: hunc tu contunde flagellis.*

De tertia: *Viſitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra* *Cant. Zac.* *mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis*. Primi diligere incipiunt, ſecundi in dilectione creſcunt, tertij ad ſummum gradum dilectionis perueniunt.

Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem. Cap. X.

POSTQVAM ſancta Eccleſia in cellaria Chriſti perducta eſt, ſcilicet per cognitionem, & ſpem cæleſtium bonorum; poſtquã recto corde diligere, atque in eius ſolum gratiã gaudere & exultare didicit: reſtat oſtendi, quid pro eodẽ amore illius, ac pro acquiſitione bonorũ, quæ guſtauit, certaminis ſubeat; quid afflictionis toleret: hoc ſcilicet, quãdo dicit: *Nigra ſũ ſed formoſa*. *Nigra* aduerſitate preſſurarũ; ſed *formoſa* decore virtutum. Immo tantum in cõſpectu Dei formoſior, quantum amplius inſipientium vexata preſſuris: Filias Ieruſalem, quibus hæc loquitur, animas dicit cęleſtibus ſacramentis imbutas, cæleſtis habitationẽ patriæ ſuſpirantes. Quia dixerat, *Recti diligunt te*; ne forte non recta videretur infirmioribus, quos hic vocat Filias Ieruſalem, propter tribulationes, quas ſuſtinet, ait: Et ſi ſum nigra tribulatione, tamen interius ſum formoſa, charitate: nigra ſum preſſuris; ſed formoſa virtutibus. Nigra ſum ſtudio humilitatis, ſed formo-

ſa

ſa cæleſtibus deſiderijs: Nigra ſum oculis inſipientium, ſed formoſa intellectibus prudentium: Nigra propter memoriam peccatorum, ſed formoſa propter contemplationem cæleſtium: Nigra peruerſe viuentibus, æterna ſupplicia minando; ſed formoſa ſanctè conuerſantibus, æterna gaudia promittendo: Nigra propter corporis vilitatem; formoſa, bona ſempiterna ſperando. Audi formoſam: *Spe* inquit, *gaudentes*. Audi nigram: *In tribulatione patientes*. Niger erat Paulus lapidatus; formoſus ad cælum raptus: niger dicebat, *Tanquam mundi huius purgamenta ſumus, peripſema omnium vſque adhuc*. formoſus dicebat: *Reuelata facie ſpeculamur gloriam Dei*.

Tria affligunt peregrinantes: Viarumque Dei quadriſaria difficultas: §. *LIX*.

TRibulatio præcipua eſt via ad regnũ, quia *omnes qui piè volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur*. Ideo iſta, in peregrinatione hac poſita clamat: *Nigra ſum, ſed formoſa*, tria ſunt quæ peregrinantes affligunt: difficultas viarũ, inſidiæ latronum, grauitas onerum. Quatuor ſunt difficultates viarum: ſunt enim lutoſæ, ſcrupoloſæ, cliuoſæ, ruinoſę. Lutoſæ paludibus voluptatum: ſcrupuloſæ lapidibus ſcandalorum: cliuoſæ proſperitatibus ſucceſſuum: ruinoſæ, defectibus
Eccl. pſ. 40. aduerſitatum. De lutoſis dictum eſt; *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſta*. De ſcrupuloſis; *Ne vnquam offendas ad lapidem pedes tuos*. De ruinoſis, & cliuoſis ſimul, *Aſcedunt vſque ad Cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos*. Debet ergo via eſſe munda, recta, plana, non tenebroſa, non lubrica. Munda ſit à carnali contagio; *Vt Deus meus, impolluta via eius*: Recta, intentione Plana à ſcandalo, odio, ira, inuidia, detractione; vt ſint *praua in directa, & aſpera in vias planas*; vt non ſint tenebroſæ errore nec lubricæ lenitate, & diſſolutione; vt non ſit via illorum tenebræ, & lubricum. Item inſidiæ latronum in via affligunt peregrinos.

De tribus laqueis latronum. §. *LX*.

TEndunt enim laqueos aliquando in principio viæ, aliquando in medio, aliquando in fine. In principio, vt *Praeoccupauerunt me laquei mortis*, In medio, vt, *In via hac, qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi*. De laqueo qui eſt in fine, dicunt ſancti: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*. Primum inuenit Adam: ſecundum decem viri, qui veniebant adorare in Ieruſalem, quos occidit in media via Iſmael de ſanguine regio: vltimum Ionathas filius Saul, quãdo in fine victoriæ comedit fauũ mellis. De primo dicitur: *Facti ſunt hoſtes eius in capite*. De ſecundo: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita*. De tertio: *Mulier conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius*.

De oneribus. §. *LXI*.

ITem grauitas onerum affligit peregrinos. Alij dicunt eſſe onera quinque; alij vndecim, vt Iſaias; alij tria tantum, quæ dicuntur onera onerum. De illis quinque, primum dicitur Lex; vnde: Matt. 11. b
Venite ad me, omnes qui laboratis, & onerati eſtis. Secundum dicitur Iniquitas; vt in Pſal. *Iniquitates meæ ſupergreſſæ sũt* Pſal. 37. a
caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Tertium dicitur temporalis Miſeria; vnde: *Graue iugum ſuper filios Adæ a die exitus de ventre matris eorũ,* Eccl. 40. a
vſque in diem ſepulturæ in matrem omniũ. Quartum dicitur peccatum. Inde Iſaias: Iſa. 58. b
Dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus dirumpe. Quintum dicitur iudicium Dei, vel illa æterna miſeria; vnde: *Vnusquiſque onus ſuum portabit*. Gala. 6. b

Apud Iſaiam vndecim legimus onera, hæc: ſcilicet, onus Babylonis, onus Phili- Iſa. 13. a
ſthijm, onus Moab, onus Damaſci, onus Idem 14. 29.
Ægypti, onus deſerti Maris, onus Duma, Idem 15. a Idem 19. a
onus in Arabia, onus Vallis viſionis, onus Idem 19 a
Tyri, onus iumentorum Auſtri. Hæc ex Idem 21. a
ipſo numero tranſgreſſionem ſignificant Ibidem. c
peccati. Sicut ergo in diuino eloquio di- Ibidem. d
cuntur ſimpliciter Cantica, & Cantica Idem 22. a Idem 23. a
Canticorum; ita, & onera ſimpliciter, & Idem 30. b
onera onerum. Onera ſimpliciter ſunt ſingula crimina, vel ſingula tribulationum genera: onera verò onerum, culparum, vel tribulationum immenſitas nimia.

Onera onerum ſunt tria. §. *LXII*.

TRia igitur ſunt onerum onera, vanitas, iniquitas, calamitas: vanitas mundi, iniquitas animi, calamitas orci. Vanitas cæcat; iniquitas præcipitat; ca-

lamitas cruciat. Vanitas mundi cęleſtium aufert contemplationem; iniquitas animi, Dei, & proximi dilectionem; calamitas tartari affectum boni, & animi deuotionem. Vanitas mundi facit vitioſum; iniquitas animi reddit oneroſum, calamitas orci ſuppliciosum. Vanitas mundi facit inceſtum; iniquitas animi reddit infeſtum; calamitas orci perpetuo mæſtum. Vanitas deprimit, iniquitas cruciat, calamitas frangit. Horum onerum aliud portatur in capite, aliud in brachijs, aliud in humeris. Onus in capite, vanitas in mête: onus in brachijs, iniquitas in opere: onus in humeris, calamitas gehennę. Prima fœdat affectum, ſecunda inhoneſtat actum, tertia mortificat ſubiectum. De his tribus per Oſee dicitur: (Oſee. 10.) *Araſtis impietatem, meſſuiſtis iniquitatem, comediſtis fructum mendacij.* Impietas aratur, quando quis ex ſtudio, mundi vanitatem meditatur: iniquitatem metit, quando ex cogitatione prauum opus colligit: mendacij fructum comedit, quando prout geſſit in corpore, apud inferos recipit. Vanitati alij ſunt ſubditi, alij collaterales, alij ſuperpoſiti. Primi carnales, ſecundi ſpiritnales, tertij intellectuales. Primi ſenſuum curioſitati, ſecundi humanę neceſſitati, tertij contemplandæ ſtudent veritati. In primo ordine, ſenſus ſordulatur, & cogitatio. In ſecundo, ornatur affectus & honeſtatur actio. In tertio, ſublimatur intellectus, & vegetatur ratio. Primi ſe mundo ſubiciunt ſponte; ſecundi nolêtes mundo ſeruiunt; tertij mundum penitus ſpernunt. Primi igitur ſunt bruti; ſecundi actiui; tertij contemplatiui. Sed & de iniquitate ſimilia poſſumus dicere. Quidã namque iniquitatem diligunt, ſed nô prędicant: nonnulli, & diligunt, & prædicant: alij diligunt, prædicant, & defendunt.

Tres ſunt ſpecies Iniquitatis.
§. LXIII.

Tres igitur principales Iniquitas habet ſpeciea, nefas, ſcelus, malitiam. Nefas quantũ ad Deum, ſcelus ad ſeipsũ, malitiam ad proximum. Nefarij ſunt mãdata contemnendo; ſceleſtes, ſeipſos in vitia præcipitando; malitioſi, proximos corrumpendo. Primus ordo eſt, (Sap. 26.) *quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum:* Secundus ordo eſt eorum, qui peccata ſua prædicauerunt, vt Sodoma. Tertius eorum, qui ſanctificati ſunt quaſi ſcuta fuſilia. Primus eorum, qui proiecerunt in terram intima ſua. Secundus eorum, qui dicunt: *Coronemus nos roſis antequàm marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra.* Tertius eorum qui dicunt, *Via Domini non eſt æqua.* Primo igitur peccat in Patrem; Secundo in Filium; Tertio in Spiritum sãctum. In Patrem, agendo contra eius voluntatem: In Filium, contra eius humilitatem: In Spiritum ſanctum, contra illius charitatem.

Tres ſunn ſpecies calamitatis.
§. LXIV.

Calamitas quoque inferni, tres habet ſpecies. Prima eſt amaritudo conſcientiæ: Secunda odium iuſtitiæ: Tertia deſperatio veniæ. Primi miſeri, quia remordet eos conſcientia: Secundi miſeriores, quia diſplicet iuſtitia: Tertij miſerrimi, quia deſperatis de venia nulla reſtat clementia. Cùm itaque onera onerum ſint, alia ſunt, quæ tantum ſunt onera. Iſaiæ ſuperius, vndecim, onera poſuimus quæ vitiorum vndecim ſignificant genera, & vndecim negociorũ exprimunt onera. Demum diſſeremus de negocijs. In onere Babylonis notatur ſuperbia: In Moab, Indignatio, & maxime arrogantia. In Philiſthijm ſigillarim, ſenſuum prauæ curioſitas. In Damaſci, expreſſe rapacitas. In Aegypti, omnino crapula, & ebrietas. In Deſerti maris ſingularitatis præſumptio. In Idumææ ſuperſtitio. In Arabiæ, ficta dilectio. In Vallis viſionis, animi excæcatio. In Tyri iactantia diuitiarum, & elatio. In Iumentorum Auſtri, Religionis exprimitur diſſolutio. Hæc ſunt vitiorum genera: nunc negotiorum ponãtur onera. Horum primum eſt, Mundana potentia, ſecundum, ethnica ſcientia; tertium canina facundia, quartum claritas ſanguinis, quintum venuſtas corporis, ſextum honeſtas coniugis, ſeptimum exêplar ſobolis, octauum fides amicorum: nonum humilium obſequia ſubditorum: decimum bonorum temporalium affluentia, vndecimum omnium præfatorũ poſſeſſio quieta. Vanitas igitur negotijs, iniquitas ſupponitur vitijs, calamitas gehennæ ſupplicijs. Quòd vanitas multos deprimat onere, teſtatur Apoſtolus: *Vanitati*, inquit, *ſubdita eſt creatura nõ volẽs*; In Pſ. de onere iniquitatis: *Iniquitates ſupergreſſæ ſunt caput meũ, & ſicut onus graue grauatæ ſũt ſuper me.* (notentur ſcripturæ loca.) De onere calamitatis ait Saluator: *Torcular calcaui ſolus.* De primo in Eccleſiaſte: *Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas.* De ſecũdo in Zacharia:

Zacch. 5. 7. Pſal. 13. 3. charia: *Super talentũ Plũbi ſedet iniquitas.* De tertio in pſalmo: *Contritio & infelicitas in vijs eorum.*

Tria ſunt onera. §. *LXV.*

SVnt & alia onera, his valde diſſimilia. Eſt etenim primum diſpenſationis, ſecundum Religionis, tertium dilectionis. Primum portant Prælati, ſecundum huic mundo mortificati, tertium in cubito conſummati. Primi ſtatum Eccleſiæ roborant, ſecundi faciem illius ornant, tertij eiuſdem virtutem commendant. Primus dicit: *Solicitudo omnium Eccleſiarum inſtantia mea quotidiana.* 2. Cor. 11. 28. Secundus: *Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea.* Tertius: *Siue Paulus, ſiue Cephas, ſiue Apollo, &c. omnia veſtra ſunt.* Iob 7. 15. 1. Cor. 3. 22. Primus ordo eorum eſt, qui curuãtur ſub Deo, & orbem portant: ſecundus eorum, qui carnem ſuam macerant: tertius eorum, qui per ſingula proximorum incommoda charitate ſe vulnerant.

De Diſpenſatione, & Religione, & Dilectione. §. *LXVI.*

DIſpenſatio tria ſub ſe continet onera. Primum, occupationem exteriorum; ſecundum, ſolicitudinem morum; tertium, tolerantiam incommodorum. Primo, militat ſubditorum neceſſitati; ſecundo prouidet morum caſtitati; tertio, prout expedit ſupplicat aduerſitati. Primum negotium mundi, ſecundum circumſpectio Dei ſui, tertium ſolicitudo proximi. Neceſſarius eſt in primo, honeſtus in ſecundo, vtilis in tertio. Neceſſarius, ne immoderate ſuperflua appetat: honeſtus, ne effeminatè viuendo aliorum mores corrumpat: vtilis, quatenùs ad veniam, ad gratiam, ad gloriam ſubditos præcedat. Neceſſarius igitur vita, honeſtus fama, vtilis doctrina.

De Religione. §. *LXVII.*

REligio quoque in tribus conſtat: In carnis mortificatione, in animi deuotione, in proximi compaſſione. Vnde Saluator de oratione, & ieiunio, & eleemoſyna admonens, Ieiunium retulit ad carnis mortificationem, eleemoſynam ad proximi compaſſionem, orationem ad animi deuotionem. Primum eſt abſtinentia mali, ſecundum fragrantia boni, tertium purificat lætitiam animi.

De Dilectione. §. *LXVIII.*

DIlectionis vero tria ſunt onera: ſi quæritur à nobis, aliud exigitur à proximo, aliud ab Angelo, aliud à Deo. Proximus namque à nobis pietatem, Angelus puritatem, Deus perfectam à nobis exigit charitatem. Proximus exigit humanitatis obſequia, Angelus ſinceritatis deſideria, Deus ſtudia ſuauitate manantia. Proximus deuotum flagitat actum, Angelus ſincerum affectum, Deus puriſſimum exigit intellectum. Ecce, ſuperioribus omnibus dixerat ſponſa: *Nigra ſum;* his dicit, *ſed formoſa*. Sic enim ait ſponſus in eodem cantico: *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Cant. 6. 3 Pulchra mundo, ſuauis proximo, decora cælo: pulchra actu, ſuauis affectu, decora intellectu: pulchra honeſtate famæ, ſuauis vtilitate doctrinæ, decora vitæ ſublimis neceſſitate: pulchra exemplo, ſuauis verbo decora conſilio: pulchra operibus, ſuauis motibus, decora mentis exceſſibus: pulchra proximo, ſuauis Angelo, decora ſponſo. Item de ea dicitur: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Ibidem. Et vere, quia nec honeſtate vincitur, nec mundo corrumpitur, nec proximo ſeducitur, nec carne eliditur, nec mente erigitur. Vere pulchra, quam nec actus corrumpit, nec affectus inficit, nec intellectus impedit: Actus iniquitate, Affectus vanitate, intellectus à cæleſtium claritate. Nulla eſt igitur in ea macula, in qua nec maligni præualet ſuggeſtio; Mundi ſordent minæ, vel promiſſio; carnis iacet titillatio; mentis ſuffocatur elatio.

Quatuor ſunt onera. §. *LXIX.*

ONera igitur conſtat eſſe quadrifaria: alia namque ſunt Dei, alia ſunt animi, alia mundi, alia inferni. Iſta ſuperiùs ſubdiuiſimus: nunc alia videamus. Quædam bona ſunt ad animi ſanitatem, quædam ad firmitatem, quædam ad decorem, alia ad amplificationem. Ad ſanitatem iuſtitia, ad firmitatem fortitudo, ad decorem prudentia, ad amplificationem temperantia: ſiquidem quatuor ſunt, quæ animam erudiunt, ornant, inſtituunt, & roborant; hæc ſcilicet, conſilia,

ſilia, obſequia, ſubſidia, remedia. Ad prudentiam conſilia, ad iuſtitiam obſequia, ad fortitudinem ſubſidia, ad temperantiam pertinent remedia. Conſilia illuminant cæcos, obſequia reddunt deuotos: ſubſidia roborant inualidos, remedia ſanant ægrotos. Conſilia expellunt ignorantiam, obſequia, inuidiam, ſubſidia infirmitatem, remedia cupiditatem. Conſilia ſapientiæ faciunt doctores, obſequia iuſtitiæ amatores, ſubſidia veritatis defenſores, remedia felicitatis dilectores. Hæc ipſe Chriſtus Eccleſiæ ſuæ contulit: ſi quidem conſilia dedit vitæ, obſequia iuſtitiæ, ſubſidia conſtantiæ, remedia pœnitentiæ. Conſilia, homines docendo; obſequia, turbas paſcendo; ſubſidia, viduæ, & pupillorũ cauſas iudicando; remedia pertranſeundo, & omnes oppreſſos à Diabolo ſanando. Conſilia igitur dedit in monte, obſequia iuxta mare, in cænaculo ſubſidia, in cruce remedia. Per conſilia venit ab ignorantia naturali, tanquam à parte orientali: Per obſequia, redit à feruore concupiſcentiæ, tanquam à plaga auſtrali: Per ſubſidia retrahitur à frigore malitiæ, tanquam à climate ſeptentrionali: Per remedia abducitur ob occaſu vitiorum, tanquam à plaga occidentali. In ea ſunt ad ſanitatem mandata; ad firmitatem conſtantia; ad decorem patientia; ad amplificationem pœnitentiæ remedia. Apoſtoli ad ſanitatem, Martyres ad firmitatem, Virgines ad decorem, Confeſſores ad amplificationis odorem. Ad ſanitatem charitas. Ad firmitatem humilitas, ad decorem continentia, ad amplificationem clementia. Talibus ornata dicit, *Nigra ſum, ſed formoſa*.

Item aliam inuenimus diuiſionem mulieris, iuxta illud quod inuenitur in parabolis Salomonis. Tres ſunt mulieres; Duæ fœda ſequuntur carnis ſtudia, tertia morum improbat flagitia: leges explicat honeſtatis: facientibus eas, pacem promittit, & gloriam. Prima eſt dulcedo carnis, ſecunda pompa ſecularis, tertia ſapientia ſpiritualis. Dulcedo carnis tentat per lenitatem, vincit per voluntatem: Pompa ſecularis tentat per gloriam, vincit per excellentiam: ſapientia ſpiritualis inchoat per auſteritatẽ, trahit per iucunditatem. Quælibet ex abundantia cordis loquitur; Prima, turpia; ſecunda, noxia; tertia, medicinalia. Turpia, quæ à Salomone dicitur, *Garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis: nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians*: ait *Prou. 7. b* enim: *Intexui funibus lectum meum, ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto, aſperſi cubile meum myrrha & aloe & cynnamomo.* *Ibidem.* *Via inferni domus eius, penetrantes in inferiora mortis.* *Ibidem.* Secunda dicitur *excellentia mundi*, eſt illa, *quæ ſtulta, & clamoſa ſedens in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco*, *Prou. 9. 13.* ait, & iſta: *Qui eſt paruulus declinet ad me. Et vecordi locuta eſt: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.* *Prou. 9. 17.* Sed audi finem: *Et ignorauit quod gigantes ibi ſunt, & in profundis inferni conuiuæ eius.* Tertia mulier contra vtramq; loquitur, *Prou. 8. 4.* & ab vtriuſque ſocietate reuocat audientes; ſic enim ait: *O viri, ad vos clamito: vox mea ad filios hominum. Beatus homo, qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino: qui autem in me peccauerit, lædet animam ſuam.* Tres ergo ſunt perſonæ, quæ introducuntur: ſcilicet, mulieres tres, ad quas loquuntur. Tria, de quibus loquuntur. Prima mulier loquitur iuueni mollia: altera paruulo ſublimia: tertia viris, & filijs hominum ſalubria. Nos autem, ſi viri ſumus, (Vir enim imago eſt, & gloria Dei) eam, quæ virilia loquitur, audiamus: audiamus, ſed primùm adeamus. Hæc enim eſt mulier fortis, cuius laus in fine parabolarum canitur; cuius facies eſt imago Patris; cuius oculi intelligentiæ claritas; cuius pulchritudo candor eſt lucis; cuius natura ſplendor, & figura ſubſtantiæ Dei. Audiamus igitur eam, ſed primum adeamus: adeamus, ſed primum quæramus. Prima mulier facit viam immundam: ſecunda facit tortuoſam: tertia facit rectam. Cum prima enim ambulant immundi, cum ſecunda elati, cum tertia Beati. Iſta namque de vitijs educit, per virtutes adducit, in patriam inducit.

De Muliere nigra, & formoſa. §. LXX.

MVlier alia eſt non nigra, ſed formoſa: alia nigra, ſed formoſa: alia, nec formoſa, nec nigra: alia non formoſa, ſed nigra. Prima eſt Regina cæli: ſecunda in terra ſponſa agni: tertia vxor mundi: quarta coniux diaboli. *Vxor mundi & ſponſa Diaboli qua.* Prima eſt eorum, qui lætantur cum Chriſto in cælis: ſecunda, fidelium peregrinantium in terris: tertia, eorum, quos mundi abſorbuit vanitas: quarta, eorum, quos pœ-

nis

tis affligit iniquitas, apud inferos cruciat calamitas.

Quatuor ſunt genera ſponſalium.
§. *LXXI.*

QVatuor ſunt genera ſponſalium, quibus deſponſantur præfata genera mulierum: ſcilicet, contemplationis diuinæ lætitiæ; veniæ gratia; mundi concupiſcentia; inferni miſeria. Primo deſponſatur beatorum, Angelorum ſocietas: ſecundo multorum hominum glorioſa vnanimitas: tertio reproborum pernicioſa vanitas; quarto, apud inferos peſſimorum horrenda infelicitas. Primi ſunt in requie, ſecundi in acie, tertij turpiter proſtrati, quarti immiſericorditer carceri mancipati. Primi, qui ſurſum ſunt, eſt Ieruſalem mater noſtra: ſecunda, & tertia in dominica area triticum ſimul & palea; quarta apud inferos torquetur miſeria. In prima omnia gloriæ; ſed nil miſeriæ; in ſecunda multum gloriæ; ſed quiddam miſeriæ: in tertia multum miſeriæ, ſed vix aliquid gratiæ: in quarta nihil omnino gloriæ, ſed omnia miſeriæ. Prima igitur ſurſum lætatur cum Chriſto; ſecunda præparatur ſponſo; tertia fornicatur cum mundo; quarta cruciatur cum diabolo. Secunda, itaque ſic præparetur ſponſa: vt nigra ſit per pœnitentiam; ſed formoſa per obedientiam nigra per humilitatem; ſed formoſa per charitatem: nigra vitiorum pugna; ſed formoſa virtutum conſtantia: nigra martyrio, ſed formoſa deſiderio: nigra exercitio Religionis, ſed formoſa ſinceritate contemplationis: nigra in carnalibus, ſed formoſa in ſpiritualibus: nigra in actiuis, formoſa in contemplatiuis.

De nigredine, & pulchritudine Chriſti. §. *LXXII.*

IPſe Chriſtus niger fuit, tamen pulcher in ſua nigredine. Vide nigrum, *Quomodo Chriſtus niger, et pulcher ſit.* ſcilicet pannis fœdatum, ſputis illitum, plagis liuidum, morte pallidum: & tamen *ſpecioſus forma præ filijs hominum.* Ecce ſpecioſus in ſua negredine, formoſus in transfiguratione, formoſus in reſurrectione, formoſus in Diuinitate. Similiter anima formoſa eſt in nigredine; vnde Paulus: *Hebr. 53.* *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus.* Idem: *2. Cor 12. a* *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus* *Gal 6. d* *meis. Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Pulchra *2. Cor. 1. c* eſt conſcientia, vt illud: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Pulchra in virtutum copia; vnde: *Pſal. 44.* *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus in fimbrijs aureis, circumdata varietate.* Pulcha in contemplatione: vnde: *2. Cor. 3. 18.* *Reuelata facie ſpeculabimur gloriam Dei, vt transformemur in eandem imaginem à claritate in claritatem.* Hæc de nigredine & forma ſponſæ.

Sicut Tabernacula Cedar, & ſicut pelles Salomonis. Cap. XI.

CEDAR fuit filius Iſmael, de quo dictum eſt: *Gen. 16. 12.* *Manus eius contra omnes, manus omnium contra eum.* De quo dictum eſt: *Pſal. 119. b* *Habitaui cum habitantibus Cedar.* Cedar, tenebræ, interpretatur: *Cadar interpretatur.* ab eo deſcendentes populi pacem aliquando habere neſcierunt. Quid eſt ergo, *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar, & ſicut pelles Salomonis?* Ita diſtingues: vt nigra ſit ſicut tabernacula Cedar, formoſa ſicut pelles Salomonis. Sancta quippe Eccleſia ita ſæpè obſcuratur afflictionibus Infidelium, quaſi mundi totius eſſet miniſtra, vnde Dominus: *Eritis odio omnis hominibus propter nomen meum.* *Matth. 10. c* Salomon tentoria faciebat de pellibus mortuorum animalium; ſicut Dominus de his, qui mortificant ſe propter eum, Eccleſiam ſuam conſtituit. Inde ipſe ait: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*; *Matth. 16. b* & Apoſtolus: Mortificate, inquit, *membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*: *Coloſſ. 3. a* Vel ſic: *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar*, in carnalibus & falſis fratribus: formoſa ſicut pelles Salomonis; patet in ſpiritualibus. Vel, *Quomodo Eccleſia vel anima dicatur nigra, & formoſa.* nigra dicitur ſicut tabernacula Cedar, propter Chriſti paſſionem: formoſa ſicut pel-

Digitized by Google

pelles Salomonis, propter glorioſam reſurrectionem.

Quatuor ſunt genera Tabernaculorum, & pellium. §. LXXIII.

QVatuor geuera legimus tabernaculorum: Tabernacula Idumæorum, quod dicitur eduleum: Tabernacula Cedar: Tabernacula Iacob: Tabernacula Domini virtutum. De primo: *Aduerſus te teſtamentum diſpoſuerunt tabernacula Idumaorum, & Iſmaelita*. (*Pſal. 82. b*) De ſecundo in hoc loco. De tertio: *Diligit Dominus Portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob*. (*Pſal. 83 a*) De quatto: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum*. Primum eſt vmbra mundanæ voluptatis, ſecundum afflictio pœnitentialis, tertium delectatio in ſupernis, quartum fœlix habitatio ſupernæ Ciuitatis. In primo ſunt carnis curam facientes in deſiderijs: in ſecundo, *Qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs ſuis*: (*Gal. 5. 6.*) in tertio, *Quorum conuerſatio eſt in cælis*: In quarto, qui iam experimento didicerunt, quòd manſiones multæ ſunt in domo Patris filijs Dei. In primo eſt tabernaculum peccatorum: in ſecundo eſt vmbraculum ab æſtu vitiorum: in tertio ſumus in ſecuritate æterna mundanæ turbationis: in quarto erimus in abſconſione à pluuia fluidæ mortalitatis. Primos *dedit Deus in paſſiones ignominia, & in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt*. (*Rom. 1. d*) Qui in ſecundis ſunt clamant: *Propter te mortificamur tota die*. (*Pſal. 43. b*) Qui ſunt in tertijs, dicunt: *Sicut oculi ancilla in manu domina ſua; ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, &c.* (*Pſal. 122. a*) De his qui ſunt in quartis, dicitur: *Beati qui habitant in domo tua, Domine; in ſæcula ſæculorum laudabunt te*. (*Pſal. 83. a*) Qui in primis ſunt, manent etiam extra atrium tabernaculi Moyſi vagantes per illicita: qui vero in ſecundis, manent in atrio immolantes Deo corporis, & animæ ſacrificia: qui autem in tertijs, manent in primo tabernaculo, quod dicitur ſancta; vbi ſunt ſeptẽ lucernæ candelabri, id eſt, data à Chriſto ſeptem Spiritus ſancti dona: qui vero in quartis ſunt, manent in ſecundo tabernaculo, quod dicitur Sancta ſanctorum, vbi vident Cherubim, & archam deauratam, & propitiatorium; Ibi enim plenam ſcietiam inueniunt, ibi vident carnem Chriſti glorificatam; ibi vident Chriſtum aduocatum pro nobis apud Patrem, vt nobis impetret hic gratiam, ibi gloriam.

Hæc quatuor tabernacula circuiuit Helias. Primum enim vitabat fugiens à facie Iezabel; in ſecundo habitabat, quando obdormiuit ſubter vnam iuniperum, petens animæ ſuæ vt moreretur; ad tertium feſtinabat tendens ad mõtem Dei Oreb; ad quartũ tranſiebat, quando curru igneo, & equis igneis ferebatur in Cælum. Primum diximus Idumæorum, qui ſunt impatientes abſtinentiæ: qui enim in eo ſũt, frangunt patientiam, corrumpunt pudicitatem, euacuant miſericordiam. Primi, quia ſunt murmuroſi: ſecundi luxurioſi: tertij auari. Murmuroſi, non exaudiunt vocem, qua corrigit eos Deus: in luxurioſis non habitat filius Virginis: qui ardent auaritia, præ ceteris præparatus eſt ignis æternus. De primis enim dicitur: *Et murmurauerunt in tabernaculis ſuis, & non exaudierunt vocem Domini*. (*Pſal. 105. d*) De ſecundis Apoſtolus: *Altare habemus, de quo non habent poteſtatem edere, qui tabernaculis deſeruiunt*; (*Hebr. 13. 10.*) id eſt, carnali voluptati; De tertijs Iob: *Ignis deuorauit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt*; (*Iob. 15. d*) Quia verò in hoc tabernaculo libenter nõ habitas; *Domine, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum*. (*Matt. 17. a Quę tabernacula cuperet erigere Petrus.*) Hæc ſunt tria tabernacula à nobis propoſita, abiecto primo.

Horum itaque primum ſit Moyſi, qui dicitur ſaluatus de aquis, quia in illo de aquis peccatorum euadimus: (*Moyſes interpretatur.*) ſecundum Heliæ, qui dicitur Deus meus Dominus, (*Helias interpretatur.*) quia in illo per ſpeculum, & in ænigmate Deum videmus: tertium eſt Ieſu, qui dicitur Saluator, (*Ieſus interpretatur.*) quia per ipſum ſalutem corporis, & animæ ibi recipiemus. In his tribus dedicationes illę faciendę ſunt, quas in veteri Teſtamento legimus. Primam fecit Salomon, dedicãdo templum in Autumno: ſecundam filij Iſrael redeũtes à captiuitate Babylonis ſub Cyro Rege, in Vere: tertiam Iudas Machabeus in Hyeme. Prima dedicatio appellata eſt tabernaculorum: ſecunda cenophegia: tertia encenia. Vltima igitur conuenit primo tabernaculo, ſecunda tertio, prima ſecundo. Dedicare eſt de communi vſu, ad celebre, & diuinum vſum euehere, vel nouiter vſum ſuum reinchoare. In primo itaque horum trium, tria inuenimus. Primum, quòd conſcientia noſtra exonerata quaſi quadam peccatorum ſarcina, à terra ad bene operandum ſubleuatur: ſecundum, quòd in eo tam à violenta, quã fraudolenta tentatione abſconditur, & protegitur: tertium eſt, quòd pro grauamine, quod ſentimus in eo, gemimus, vt incorruptione veſtiamur. De primo Iob: *Si abſtu-*

abſtuleris iniquitatem, quæ in manu tua
eſt. & in tabernaculo tuo non fuerit iniu-
ſtitia; tunc leuare poteris faciem tuam
abſque macula. De ſecundo David: *Quo-*
niam abſcondit me in tabernaculo ſuo, in
die malorum protexit me in abſcondito ta-
2. Cor. 4. *bernaculi ſui*. De tertio Apoſtolus: *Nos,*
qui ſumus in tabernaculo iſto, ingemiſci-
mus grauati, eo quod nolumus expoliari,
ſed ſuperveſtiri. In his ſe abijciunt, qui
primorum habitationē refugiunt; vnde:
Pſal. *Elegi abiectus eſſe in domo Dei magis, quā*
2. Petr. 1. 4. *habitare in tabernaculis peccatorum*. *Ve-*
lox eſt depoſitio tabernaculi huius, ait Apo
ſtolus. Iſta ſunt tabernacula Cedar, quia
ſic pœnitentes reputantur ab hominibus
tenebroſi. Hoc etiam eſt tabernaculum
factum Moyſi.

Secundum horum trium tabernaculo-
rum eſt Heliæ factum: hoc diximus taber-
naculum Iacob, in hoc inuenitur ſancti
Spiritus ſecreta conſolatio, de ſuperno-
rum ſpeculatione pulcritudo, de iuſtitia
ſua, & ſpe ſupernorum bonorum in lau-
dem prorumpens exultatio. De primo
Iob. 29. a Iob: *Quando Deus ſecreto erat in taberna-*
culo meo, & in circuitu meo pueri mei. De
Num. 24. a ſecūdo in libro Numeri ait Balaam: *Quā*
pulchra tabernacula tua Iacob, & tento-
Pſal. 27. b *ria tua ô Iſrael!* De tertio: *Vox exulta-*
tionis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.

Tertium tabernaculum diximus Ieſu,
Hebr. 9. c quia in eo ſalus noſtra. Hoc eſt *non ma-*
nufactum, id eſt, non huius creationis.
Ad hoc triplici gradu aſcenditur, mali vi-
tatione, & boni operatione: ſecundo ora-
tione: tertio ſanguinis effuſione. De pri-
Pſal. 14. a mo: *Domine, quis habitabit in taberna-*
Ibidem *culo tuo?* Reſponſum eſt: *Qui ingreditur*
ſine macula, & operatur iuſtitiā. De ſe-
Pſal. 13. cundo: *Introibimus in tabernaculum eius,*
adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes
Hebr. 9. 12. *eius*. De tertio: *Chriſtus aſſiſtens Ponti-*
fex futurorum bonorum per amplius, &
perfectius tabernaculum nō manufactum;
id eſt, non huius creationis; neque per ſan-
guinem hircorum, aut vitulorum; ſed per
proprium ſanguinem introiuit ſemel in
ſancta, æterna redemptione inuenta.

Chriſti tria tabernacula. Item Chriſtus tria habuit tabernacula iſta.
Primum habuit tabernaculum Cedar in
paſſione, & etiam in tota ſua in mundo
conuerſatione; ſed cum ſanctitate: ſe-
cundum in reſurrectione, & aſcenſione:
tertium in ſinu paternæ gloriæ. Primum
in ſanctitate venerabile; ſecundū clarita-
te ſpectabile; tertium amplitudine gloriæ
Pſal 45. 5. admirabile. De primo: *Sanctificauit ta-*
bernaculum ſuum Altiſſimus. De ſecundo:
Pſal. 18. 2. *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*. De
tertio: *Tranſibo in locum tabernaculi ad-* Pſal. 41. 3.
mirabilis vſque ad domum Dei. Ecce quo-
modo ſponſa nigra ſit, ſicut tabernacula
Cedar; ſequitur quomodo formoſa ſicut
pelles Salomonis.

Quatuor ſunt genera Pellium.
§. LXXIV.

QVatuor ſunt genera Pellium. Sunt
enim pelles terræ Madian: ſunt pel-
les de ſacrificijs: ſunt pelles Adam: ſunt
Pelles Salomonis. Primę ſunt prauæ con-
uerſationis apparentia: ſecundæ, de bonis
operibus quæſita vana gloria: tertia, in
preſſuris patientia: quartæ, ſunt in bonis
operibus honeſtas, & gratia. Primæ di-
cuntur terræ Madian: Madian enim de
iudicio interpretatur: tales enim turban-
tur pro peccatis ſuis, futurum timent iudi-
cium; vnde dicitur: *Turbabuntur pelles* Pſal.
terræ Madian. Secundæ dicuntur Pelles
de ſacrificijs; vnde in Leuitico: *Cùm ob* Leuit. 1. 6.
tuleris ſacrificium de bobus, vel ouibus;
detracta pelle, artus in fruſta concides;
id eſt, vanam gloriam de bonis quæ agis,
detrahes. Tertiæ dicuntur pelles Adam:
fecit enim Dominus ei poſt peccatum Gen. 2. c
ſuum tunicas pelliceas; id eſt, veſtiuit eum
hac tēporali miſeria vt pateretur in mun-
do preſſuras. In hoc loco habentur ſcili-
cet quartæ, quæ dicuntur pelles Salomo-
nis. Primæ ſunt piloſæ, ſecundæ macu-
loſæ, tertiæ rubricatæ, quartæ hyacinthi-
næ. Primæ piloſæ ſunt hœdorum, quos
Iacob patri ſuo præparauit, & ſe vt piloſus
putaretur, eis texit. Hic fuit Chriſtus, Gen. 27. b
qui in ſimilitudinem carnis peccati appa-
ruit. Secundæ maculoſæ dicuntur; vnde
in lege, animal, quod habet maculam, à
Sacramentis prohibetur: maculam enim
habet qui benefaciens inde humanas lau-
des quærit. Tertiæ dicuntur rubricatæ,
propter effuſionem ſanguinis in martyri-
bus, & etiam in alijs, qui parati ſunt effun
dere ſanguinem ſuum pro Chriſto qui, & Exod. 2. c
Circuierunt in melotis, in pellibus capri-
nis. Quartæ dicuntur hyacinthinæ, prop-
ter pulchritudinem vitæ cæleſtis. Inde
ſponſa dicitur hic *Formoſa ſicut pelles Sa-* Cant.
lomonis. De his duabus dicitur quia ſu-
per tabernaculum fœderis erant pelles Exod 26. e
hyacinthinæ, & pelles arietum rubricatę.
Alijs prætermiſſis agamus de pellibus Sa-
lomonis. Iſtę à tribus ſunt commenda-
biles: à fortitudine, à mollitie, à pulchri-
tudine. Primum facit patientia in aduer-
ſis, ſecundum obedientia exhibita magi-
ſtris, tertium varius ornatus virtutis. Pri-

mo igitur pelles iſtę conficiuntur, ſecundo
vnguntur, tertio pinguntur. Conficiuntur
confectione diſciplinæ regularis; vnguntur
vnctione gratiæ ſpiritualis; pinguntur vir-
tutibus varijs. Ad primam nos mittet
Coloſſ. 3. b. Apoſtolus dicen: *Exuentes vos veterem*
hominem cum actibus ſuis, & induentes
Prou. 1. b *nouum hominem*, & Salomon: *Fili audi*
diſciplinam patris tui, & legem matris tuæ
1. Ioan. 2. 6. *ne dimittas*. De ſecundo: *Vos vnctionem*
habetis à Spiritu ſancto, & ipſe docet vos Pſal. 44.
de omnibus. De tertio: *Omnis gloria eius*
filiæ regis ab intus. in fimbrijs aureis, cir-
cumamicta varietate. De primo: *Pellem* Iob. 2. b
pro pelle, & quicquid habet homo det pro
anima ſua. De ſecundo; *Extendens cæ-* Pſal. 103. a
lum ſicut pellem. Hìc tertium commenda-
tur, cùm dicitur ſponſa formoſa, *Sicut*
pelles Salomonis.

Nolite conſiderare quid fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Cap. XII.

QVASI diceret: O animæ Deo deuotæ, nolite
mirari quod hominibus deſpecta ſim, quia tentationum æſtus, quas pro
interna mea pulchritudine ſuſtinere non ceſſo,
foris me reddit obſcuram, quam tamen
gratia cæleſtis interiùs venuſtam eſſe
donauit: Verus enim ſol iuſtitiæ, pro
cuius amore hoc ſuſtineo, eſt in cauſa.
Sicut enim ij, qui domi reſident, artus
ſolent habere candidos; qui vero in agro
laborant, fuſcos ſolent habere: ita Eccle-
ſia in pace candida eſſe videtur: qui verò
ardentiùs ad ſtudia ſpiritualia ſe accin-
git, eò ardentiùs aduerſus eum ſæuit
diaboli tentatio. Quia igitur ſponſa in-
terius fide & virtutibus eſt decora, exte-
rius tribulationibus aduſta, cauſa eſſe
Chriſtum dicit.

Triplex eſt color animæ ſanctæ. §. LXXV.

TRiplex eſt color animæ ſanctæ: pri-
mus ſublimitas, ſecundus voluptas,
Exod. 11. a tertius claritas. Sublimitas: qua *magnus*
coram Domino & hominibus reputatur,
Gen. 2. 6. Voluptas; *Plantauit Dominus paradi-*
ſum voluptatis à principio; &, *Inebria-*
buntur ab vbertate domus tuæ, & torrente
voluptatis tuæ potabis eos; qua ſpiritualiter
in Deo delectatur. Claritas, qua cæle-
ſtia contemplatur. De prima Apoſtolus:
1. Cor. 4. a *Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chri-*
2. Cor. 8. b *ſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei*.
Item: *Prouidentes bona non tantum co-*
ram Deo, ſed etiam coram hominibus. De
ſecunda Dauid: *Memoriam abundantiæ*
ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua
exultabunt. De tertia: *Reuelata facie* Pſal. 144. 4.
ſpeculabimur gloriam Dei. De his dictum
eſt de Abraam: *Ibat Abraam ſuccreſcens*;
hoc eſt primus; *& perfectus*; hic eſt ſe-
cundus; *ad meridiem*; ecce tertius; *do-*
nec magnus effectus eſt. & in Chriſto hos
tres colores inuenimus; ſublimitatem in
miraculorum oſtenſione, voluptatem in
oratione, claritatem in transfiguratione.
De primo dicitur: *Niſi opera feciſſem*, Ioann. 15. d
quæ nemo alius fecit. De ſecundo, ad ſe- Ioann. 11. d
pulchrum Lazari: *Gratias ago tibi Pater,*
quia ſemper me audis. De tertio: *Reſplen-* Matth. 17. a
duit facies eius ſicut ſol, & veſtimenta
eius ſicut nix candida; qualia non po-
teſt facere fullo ſuper terram.

Tres ſunt ſoles. §. LXXVI.

SOl verò cùm multis modis accipiatur,
hic tres inuenimus ſoles, qui ſpon-
ſam hic triplici colore decolorant. Pri-
mus eſt Chriſtus, ſecundus tyrannica
perſecutio, tertius tentatio. De primo: Abac. 3. 11.
Sol & Luna ſteterunt in tabernaculo ſuo
De ſecundo, in euangelio: *Semina, quæ* Matt. 13. g
non habebant radicem, orto ſole aruerunt.
De tertio in lege: *Si quis pollutus fuerit* Deut. 23 b
nocturno ſomnio, maneat extra caſtra,
& lotus aqua poſt ſolis occaſum reuerta-
tur in caſtra. Primus ſol decolorat amo-
re, ſecundus dolore, tertius ſuggeſtio-
ne. Primus ſol decolorat animam, dum
eius amore de ſublimitate deſcendit ad
humilitatem: ſecundus, dum voluptas,
qua delectatur in Domino, minuitur per
tribulationem: tertius, dum claritas, qua
cæleſtia ſpeculatur, obſcuratur per im-
mundam ſuggeſtionem. De primo dat Iob
exemplum Dauid, dum de ſublimitate
regia amore primi Solis, id eſt Chriſti, qua
ſi

Google

ſi ſcutra nudatus deſcendit ad ſaluandum
coram arca Domini. De ſecundo Iob:
hic enim ſecundo ſole, id eſt, Sathanæ
perſecutione vſtus à delectatione, quam
habebat in Deum, ſe queritur diminu-
Iob 30. 31. tum, ſic dicens: *Verſa eſt in luctum ci-
thara mea, & gaudium meum in vocem
flentium.* Tertio ſole decoloratum ſe
queritur Pſalmiſta, dum oſtendit, per
tentationem ſe à ſuperna ſpeculatione
lapſum, dicens: *Cor meum conturbatum*
Pſal. 37. b *eſt, dereliquit me virtus mea; & lumen
oculorum meorum, & ipſum non eſt me-
cum.* Secundo quoque ſole, id eſt, tri-
bulatione, ab his tribus decoloratur ani-
Iob 29. d ma. Indè Iob de primo: *Cùmque ſe-
derem quaſi rex circumſtante exercitu,
eram tamen mœrentium conſolator*; ecce
ſublimitas: *nunc derident me iuniores
tempore*: ecce humilitas, qua decolora-
Iob 29. b bat. De ſecundo: *Lauabam pedes meos
butiro, & petra fundebat mihi riuos olei*;
hæc eſt in Deum exoltatio. *Tædet ani-
Iob 10. a mam meam vitæ meæ*; ecce decoloratio.
Tertio quoque ſole, id eſt tentatione ab
his tribus coloribus decoloratur; vnde
Ierem. Ieremias in lamentationibus, de primo:
Thren. 1. *Princeps Prouinciarum facta eſt ſub tri-
Idem. buto.* De ſecundo: *Qui veſcebantur vo-
Thren. 1. luptuosè, interierunt in vijs: qui nutrie-
bantur in croceis, amplexati ſunt ſterco-
Idem. ra.* De tertio: *Quomodo obtexit caligine
in furore ſuo Dominus virginem filiam
Sion.* Item primus ſol, id eſt, Chriſtus
Eccleſiam colorauit, decolorauit, reco-
lorauit: Colorauit in natiuitate, deco-
lorauit in paſſione, recolorauit in reſur-
rectione. In natiuitate noua claritate;
vnde: *Exortum eſt in tenebris lumen
rectis corde*; &, *Habitantibus in re-
gione vmbræ mortis lux orta eſt eis.* In
Iſa. 9. paſſione, tenebrarum obſcuratione; vn-
de, Tenebræ factæ ſunt ſuper terram,
dum, penderet in cruce: & etiam deſpe-
ratione quorumdam, & timore, & fuga,
quæ contigit diſcipulis in paſſione. In
reſurrectione recolorauit carnis glorifi-
catione, & quando eſt eleuatus in nubi-
bus, & ſpem fecit credentibus, quòd
reformabit corpus humilitatis noſtræ con
figuratum corpori claritatis ſuæ. Iſte
ergo ſol Beatam Virginem colorauit in
conceptione, decolorauit in paſſione, re-
recolorauit in aſſumptione. Coloratio
fuit gratiæ ſuperuenientis, decoloratio
dolor paſſionis, recoloratio gloria im-
Luca 1. mortalitatis. Audi colorē: *Aue Maria gra
tia plena, Dominus tecum* Audi decolora-
Ioann. tionem: *Mulier, ecce filius tuus.* Audi
recolorationem: *Vidi ſpecioſam aſcen-
dentem ſicut columbam deſuper riuos aqua-* *Eccleſia.*
rum. Animam, quoque iſte ſol colorat
prima gratiæ infuſione; decolorauit eiuſ-
dem ſubtractione; recolorat ſubtractio-
nis operatione. Coloratus erat Apoſtolus, *Gal. 1. a.*
cùm diceret: *Cùm autem placuit, qui me
ſegregauit de vtero matris meæ, & voca-
uit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium
ſuum in me.* Decoloratus erat Ezechias, *Iſa. 38.*
cùm diceret: *Præciſa eſt velut à texente
vita mea: dum adhuc ordirer ſuccidit me*,
ſcilicet, gratiam ſubtrahens. Recolorari
volebat Dauid poſt peccatum, cùm dice- *Pſal. 50. e*
ret: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.*
Primus igitur ſol facit animam amore
pallidam, ſecundus labore fuſcam, ter-
tius mœrore humidam: flet enim ob tri-
plicem cauſam. Timet enim per tenta-
tionem incurrere turpitudinem, infirmi-
tatem, mortem. Anima enim tenta-
tioni ſuccumbens, primò fit turpis, ſe-
cundò infirma, tertio mortua. Turpis
in prima cogitatione; vnde non poteſt
dici: *Tota pulchra es amica mea.* Infir-
ma fit in cogitationis delectatione; vnde
clamat: *Sana me Domine, & ſanabor: ſal-* *Ierem. 11 14*
uum me fac, & ſaluus ero. Mortua in
peccati perpetratione; vnde: *Anima
quæ peccauerit, morte morietur.*

De quatuor lacrymis. §. LXXVII.

SCiendum quoque, quòd quælibet ani-
ma deuota quatuor effundit genera
lacrymarum: flet enim pro incolatu mi-
ſeriæ; ſecundò pro triſtitia culpæ; tertiò
pro horrore gehennæ; quartò pro deſi-
derio patriæ. Primæ potant ſitientem
animam, ſecundæ lauant immundam,
tertiæ humectant aridam, quartæ rigant
iam fœcundam. De primis dicitur: *Po-
tum dabit* nobis in lacrymis, *in menſura.*
De ſecundis; *Lauabo per ſingulas noctes* *Pſal. 50.*
*lectum lacrymis meis meum ſtratum meum
rigabo.* De tertio: *Eripuit Dominus ani-
mam meam de morte; oculos meos à lacry-
mis, pedes meos à lapſu.* De quartis: *La-* *Pſal. 55. e*
crymis meis ſtratum meum rigabo. Iſtæ *Pſal. 50.*
ſunt quatuor flumina, quæ exeunt de
paradiſo. Primæ ſunt primus fluuius qui *Lacrimæ*
dicitur Phiſon, qui interpretatur muta- *ſunt quatuor*
tio oris, & circuit terram Euilath, quæ *flumina, quæ*
dicitur parturiens: quia vbi ſunt cum *exeunt de pa*
lacrymis iſtis dolores vt parturientis, poſt *radiſo.*
huius miſeriæ pondere, mutatio oris,
id eſt, corruptio in incorruptionem cir-
cumdabit: vbi etiam naſcitur aurum
optimum; quia de hac terra corruptibili
fiet aurum; id eſt, incorruptibili corpus,

quando omnes plateæ Ieruſalem ſternentur auro mundo. Sunt ſecundus fluuius, qui dicitur Gehon, id eſt, iactus terræ, & circuit terram Æthiopiæ. *Gehon interpretatur.* Æthiopes peccatoribus comparantur, propter nigredinem, quia lacrymæ pro peccatis circumeunt peccatores, vt inducant iactum terræ, id eſt, cordis per confeſſionem. Tertiæ lacrymæ ſunt fluuius tertius, qui dicitur Tigris, propter velocitatem, & vadit contra Aſsyrios. *Aſſyrij interpretantur,* Aſsyrios in multis locis pro aduerſarijs inuenimus: ſciendum hic, quod multum aduerſarij ſunt filij Iſrael. videntes enim peccatores pœnas, quas Aduerſarij iſti præparant malis, prorumpunt velociter in lacrymas, vt ab ijs liberari mereantur; & ſic fluuius iſte vadat contra Aſsyrios. Quartæ lacrymæ ſunt quartus fluuius, qui dicitur Euphrates, & interpretatur *Euphrates interpretatur,* fructifer, quia lacrymæ deuotionis multum fructum habent. Iſte fluuius non dicitur circuire aliam terram, quia deuotionis lacrymæ magis circa proprium cor, quam ad rem alienam ſe diffundunt. *Pſal. 50.* Iſtæ rigant, quia cor hominis quadam pinguedine afficiunt. His ſe lacrymis lauandum gratulatur Dauid dicens: *Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* *1. Mach. 8.* Sol primus, ſcilicet Chriſtus, in paſſione fuit decoloratus: in reſurrectione verò claritate gloriæ recoloratus; vnde, *Cùm refulſit ſol, qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.*

Sol quatuor habet. §. *LXXVIII.*

SOl iſte, id eſt, Chriſtus, qui primò ſe inuoluit in nubem, ſecundò habuit ſplendorem, tertiò emiſit ignis feruorem, quartò fecit admirationē; nubē aſſumptę infirmitatis; ſplendorem glorificatę humanitatis; ignis charitatis; admirationem Diuinæ Maieſtatis. Primū, vt eius exēplo ſuſtineamus paſſiones huius temporis ſecundum, vt ſuſpiremus ad gloriam, quę reuelabitur in nobis; tertium, vt charitas Dei diffuſa ſit in cordibus noſtris; quartum, vt videamus quàm admirabilis ſit Deus in Sanctis ſuis. Iuxta primum, ſol iſte habuit ortum, habuit obſcurum, habuit occaſum: ortum in ſtabulo, obſcurum in nubilo, occaſum in patibulo. Primum, naſcendo de Virgine; ſecundum ex carnis velamine; tertium, paſſionis grauamine. *Pſal. 103. c* De primo: *Ortus eſt ſol. & congregati ſunt.* *Malach. 4. a* *Sed orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ.* *Abac.* De ſtabulo ait Abacuc: *Conſideraui opera tua, & expaui, in medio duorum animalium.* *Exod. 40. d* De ſecundo; *Dum conſummatum eſſet tabernaculum, nubes operuit illud Solem.* *Iſa. 19. a* &, *nube tegam.* &, *aſcendet Dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum.* *Dauid.* De tertio: *Sol cognouit occaſum ſuum.* &, *Occidet Sol in meridie.* In primo apparuit noua gratia: in ſecundo Dei latuit ſapientia: in tertio oſtēſa eſt patria. Primum, ad morum conformationem: ſecundum, ad fidei probationem: tertium ad reſurrectionem. Primum, vt honeſtè viuamus: ſecundum, vt credamus: tertium, vt cum Chriſto viuamus. De primo: *Apparuit gratia Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, pie, & iuſtè viuamus in hoc ſæculo.* *Tit. 2. c* De ſecundo ait Martha: *Ego credidi quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.* *Ioann.* & Petrus: *Tu es Chriſtus filius Dei viui;* *Matt. 16. c* vnde *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.* *Paul.* Velata fuit ſapientia, quando *Verbum caro factum eſt.* *Idem.* De tertio: *Si enim mortui ſumus cū Chriſto, credimus quia viuemus cum ipſo:* *Idem.* *ſi enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.* In primo rigati ſumus; in ſecundo plantati; in tertio complantati: rigati rore gratiæ, plantati fidei radicatione, complantati mortis participatione. In primo, terra cordis noſtri molleſcit: in ſecundo radix fidei coaleſcit: in tertio, humana natura conualeſcit. De primo: *Ero quaſi ros Iſrael Germinabit ſicut liliū* *Oſee. 14. b* & Iſaias: *Quemadmodum imber, & nix* *Iſa. 55.* *deſcendit de Cœlo, & illuc vltra non reuertitur; ſed inebriat terram, & infundit eā & germinare eam facit: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo.* De ſecundo: *Vineam ex Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam.* *Pſal. 79. 9.* Item: *Plantaſti radices eius, & impleuit terram.* *Ibidem.* De tertio: *Si complantati facti ſumus, &c.* & Chriſtus filijs Zebedæi: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* *Chriſtus.*

In tribus huius ſolis varietas.
§. *LXXIX.*

ECce ſol iſte fuit in veſte ſordida, in carne florida, in facie ſplendida: in veſte ſcilicet, noſtræ corruptionis; in carne florida reſurrectionis; in facie ſplēdida paternæ clarificationis. In primo: *Vidimus eum quaſi leproſum, & percuſſū à Domino, & humiliatum.* In ſecundo

Pa-

Pater inoundi͂tatem, & exultationem theſaurizauit ſuper eum. In tertio, eſt Ioan. 1. *Lux vera quæ illuminat omnẽ hominem veniẽtem in hunc mundum.* Audi veſtem forIſa. 63. a didam: *Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimentum tuum ſicut calcantium in torculari?* Item: *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui;* Ibidem. Hic eſt enim Ieſus Sacerdos magnus, qui in Zacharia viſus eſt in ſordidis veſtibus. Gen. Veſtis hæc, eſt tunica Ioſeph, quam fratres tinxerunt ſanguine hœdi: hac veſte ſordida indutus eſt ante reſurrectionem; in reſurrectione vero carne florida; vnde: Pſal. 27. 7. *Et refloruit caro mea. Ecce hyems tranſiit flores apparuerunt in terra noſtra;* Verè flores.

Triplex flos carnis Chriſti.
§. LXXX.

TRibus enim floribus priuilegiatis floruit caro Chriſti. Primus fuit roſa flos campi, ſecundus lilium conuallium, tertius flos amygdali. Primus peccati fuit immunitas, ſecundus de Virgine virginitas: tertius reſurrectionis iucunditas. Primus naſcitur de terra ſpinoſa ſine ſpina, ſecundus de terra inculta ſine macula, tertius de petra ſine duritia. Primus enim de populo Iudaico, ſecundus de Virginis ventro, tertius hodie de ſepulchro. Primus eſt de virga Aaron, quæ floruit: ſecundus de radice Ieſſe proceſſit: tertius de amygdalo, quæ floruit, per quem in domo æternitatis homo redibit. Primus eſt flus campi, id eſt, roſa quę naſcitur de ſpina, neſciens aculeum; quia Chriſtus natus eſt de peccatoribus, qui non fecit peccatum. Secundus eſt naſcens de virenti *Intellige quo. ad deſcendentiam.* ſtipite lilium, quia Virgo virginem Chriſtum peperit, nec virginitas paſſa eſt detrimentum: tertius eſt flos amygdali, quę priùs cæteris arboribus, florem producit, quia Chriſtus reſurrexit primitiæ dormẽEccli. 39. 17 tiũ. Igitur qui mundi à peccatis eſſe quæritis, *quaſi roſa plantata ſuper riuos aquarum fructificate:* Qui virginitati ſtuderis, quaſi lilium odorem ſuauitatis habete: qui ad reſurrectionẽ aſpiratis, reſpicite ad amygdalum, per quam redibit homo ad domum æternitatis ſuæ. Hæc amygdalus habuit folium, habuit florem, habuit fructum: folium, ſcilicet, verbum eruditionis: florem, iucunditatem reſurrectionis: fructum paternæ confeſſionis. Primum in prædicatione, ſecundum in reſurrectione, tertium in aſcenſione. Per primum habebimus cognitionem veritatis: per ſe Sapientia. cundum habebimus ſtolam iucunditatis, qua induit eum Dominus. De tertio: *Cla-* Ioann. *rifica me Pater apud te ipſum claritate, quam habui priuſquam mundus fieret.* Ecce veſtis ſordida, ecce caro florida: ſequitur facies ſplendida.

De hac dicitur: *Splendida facta eſt facies Moyſi, dum reſpexit eum Dominus.* Moyſes iſte Chriſtus eſt, quem reſpexit Dominus, dum ſuſcitauit eum à mortuis vnde: *Deus vero ſuſcitauit Ieſum à mortuis tertia die.* Itaque refulſit Sol, qui priùs erat in nubilo.

Triplex Solis effectus.
§. LXXXI.

SOl enim iſte fulſit, infulſit, refulſit: Fulſit in glorificata carne: infulſit in fideli mente: Refulſit in noſtro corpore. Primò, reſuſcitatæ carnis gloria: ſecundò, deuotione, & intelligentia: tertiò, Apoc. 1. d refulſit ſol in noſtro corpore, opere, & patientia. De primo, vidit Ioannes vi- Eccl. ſia. rum, *& facies eius ſicut ſol fulget in virtute ſua.* De ſecundo, Ambroſius:

Verusque ſol illabere.

Vnde *noua mentis noſtra oculis lux tua* Eccleſia. *claritatis* infulſit. De tertio, *Refulſit ſol* 1. Macc. 6 c *in clypeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis.* Contra primum, ſol iſte latuit in nubilo miſeriæ: contra ſecundum, in nubilo ignorantiæ: contra tertium, in nubilo deformationis noſtræ. De primo: Apoc. 6. b *Factus eſt ſol ſicut ſaccus cilicinus.* De ſecundo: *Sicut cera, quæ fluit auferen-* Pſal. *tur: ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem.* De tertio: *Vnus de ſeptem Angelis,* Apoc. *qui habebat ſeptem phialas plenas iræ Dei, & effudit eas in ſolem.* In ſole enim, Id eſt, Chriſto phiala iræ Dei effunditur, dum peccatis noſtris exigentibus nobis patientia, & forma ſperandi à Chriſto, vel nobis non confertur, vel collata non conſeruatur. Item ſol iſte refulſit in natiuitate, Stellæ, & Angelorum reuelatione: rufulſit in operatione, miraculorum exhibitione: refulſit in transfiguratione, futuræ gloriæ manifeſtatione. In primo moſtrauit, quòd venerit, quem prædixerat prophetia. In ſecundo, quod venerit, ſcilicet Dei virtus, & ſapientia Dei. In tertiò, ad quid venerit; vt transferat nos ad gloriam ab hac miſeria. Malach. 4. a De primo: *Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitia.* De ſecundo: *Sol* Matth. *& luna ſteterunt in ordine ſuo.* De Maccab. tertio: *Reſplenduit facies eius ſicut ſol.*

Ex hoc ſole accenſus eſt ignis magnus. *Nota triplicem ignem.* Ignis iſte triplex eſt. Ignis eſt in Sepulchro fulgens annualiter magnus, & in teſtimonium Chriſti reſurrectionis. Secundus, in Apoſtolorum Collegio fulgens ſemel, & ſingulariter, in ſignum aduenientis Spiritus ſancti. Tertius, in corde humano frequenter, & ſpiritualiter, quem Dominus Ieſus Chriſtus miſit in terram, & voluit vehementer accendi. In primo enim omnes admirantur reſurrectionis Filij veritatem: In ſecundo Patris potentiam, & maieſtatem: In tertio ſancti Spiritus benignitatem. Primum ignem figurauit ignis ille, quem Moyſes vidit in Rubo: Sicut enim ille rubus, qui comburi videbatur, incombuſtibilem demoſtrauit; ſic ignis ille Paſchalis, qui ad ſepulchrum annuatim accenditur, diuinitus, veram Dei reſurrectionem teſtatur. De ſecundo: *apparuerunt Apoſtolis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, &c.* De tertio dixit ipſe ſol, *Ach.* id eſt Chriſtus: *Ignem veni mittere in terram.* Hic ignis, eſt charitas.

Explicet Liber Primus.

I N-

Digitized by Google

INCIPIT
LIBER SECVNDVS
ſuper Canticum Canticorum
SALOMONIS.

Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Cap. Primum.

VOX hæc eſt primitiuæ Eccleſiæ, quæ ab ipſa Synagoga, carnis originem duxit, tribulationum bella ſuſtinuit.

Tres ſunt Euæ filij, & tres contra eos. §. *LXXXII.*

MAter noſtra eſt Eua; hæc tres filios gennit, ſcilicet, motus culpabiles, affectiones pœnales, peruerſos fratres. Ex ea namque, culpa habuit initium, miſeria venit in moodum, natus eſt ex ea genus homanom. Veruntamen, primus pugnat intra nos, ſecundos circa nos, [Rom. 7. d] tertius contra nos. De primo: *Video aliam* [Pſalm. 17. a] *legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* De ſecundo: *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni* [Mat.] *inuenerunt me.* De tertio: *Congregatæ ſunt gentes in multitudine graui, vt dimicent contra nos.* Primi pugnant maculando: ſecondi mortificaodo: tertij murmoraodo. De primis cooqueritur Pſalmiſta: [Pſal. 78. a] *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum.* Geotes iſtæ ſunt turpes motus: [Pſal. 114. a] hæreditas Dei eſt cor noſtrum. De ſecundis: *Circumdederunt me gemitus mortis.* De tertijs: *Quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt.* De his tribus [Pſalm. 9. e] [Pſal. 68 d] rogabit ſe erui, qui dicebat: *Eripe me de luto, vt non infingar*; ecce primum. *Libera me ab his qui oderunt me*; ecce ſecon-[Ibidem.]dum. *Et de profundis aquarum*; ecce [Ibidem 15.] tertium.

Quomodo vincatur. §. *LXXXIII.*

SEd quomodo valeas de his triumphaphare, audi. Circa primum, habeto ante oculos, mortis comminationem, ne primi hoſtes, id eſt, motus illiciti habeaot effectum: contra ſecundum, ſac de neceſſitate virtutem, vt habeas meritum: contra tertiom, in omnibus præbe te ipſum irreprehenſibilem, & ſic confundes aduerſarium. De primo: *Fili* [Eccli. 9. d] *memorare nouiſſima tua, & non peccabis.* [Eccli. 41. a] Vnde Eccleſiaſticus: *O mors quàm amara eſt memoria tua homini iniuſto!* [Matt. 26. b] De ſecundo: *Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte; ſin autem non poteſt, niſi bibam illum; fiat voluntas tua.* *Si ſic neceſſe eſt,* ait Iacob filijs ſuis, *facite quod vultis.* Audi de tertio: *In omnibus te ipſum prebe exemplum bonorum* [Tit. 2. 6.] *operum.* In figura horum trium pognauerunt filij Iſrael tendentes ad terram promiſſiooiſ, cum beſtijs, & ſerpentibus, cum ſpinis, & tribolis deſerti, cum aduerſariis hoſtibus. Illi ſerpeotes, & beſtiæ ſunt motus animæ veoenoſi, & beſtiales.

Motus Animæ ſunt quatuor, ſub figura Aſpidis, Balenæ, Leonis, & Draconis. §. *LXXXIV.*

QVatuor ſunt priocipales motus: ſcilicet, Amor voluptatis: Inuidia, quę eſt odium alienæ felicitatis: Amor ſublimitatis: Ira indomabilis; vnde, *Super aſpidem* [Pſal. 90. c] *& baſiliſcũ ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem.* Aſpis eſt amor voluptatis:

ſicut

ſicut enim blanditur facie, & habet aculeũ in cauda, quo pungit: ſic voluptas blanda eſt, dum in vſu habetur, ſed pungit dum pœnitentia angitur, vel in inferno cruciatur: Vnde voluptas habet pœnam. Item.

Nocet empta dolore voluptas.

Baſiliſcus inuidiam ſignificat. Nam ſicut in viſu ſuo occidit quem videt; ſic inuidus aliena rimat commoda, & ſeipſum potius occidit, quàm alium; Vnde, *Hominem ſtultum occidit inuidia.* Item, iuſtius inuidia nihil eſt, quæ protinus ipsũ actorem rodit, excrucians animum. Leo, qui animalium Rex dicitur, ſignificat amorem ſublimitatis; ſed huic dicitur: *Noli altum ſapere, ſed time.* Propterea,

Qui petit excelſa, debet vitare ruinam.

Qui iacet in terra, non habet vnde cadat.

Draco, qui feruentis naturæ eſt, ſignificat iram immoderatam. Vnde: *Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit concilio.* Christus.

Ira furor breuis eſt, animum rege, qui non paret.

Imperat hunc frenis, hunc tu contunde flagellis.

Ecce primus hoſtis. De his, pugnauerunt filij Iſrael cum ſpinis, & tribulis deſerti, per quæ noſtra deſignatur miſeria. Cum primis pugnauimus mortem remorando: cum his verò pugnandum eſt, de neceſſitate virtutem faciendo; & ſic lucrum nobis faciemus, cùm infirmitatem noſtram recognoſcemus. Vltimus hoſtis, ſcilicet, frater detrahens, ſicut dictũ eſt, per irreprehenſibilitatem vincitur. Vnde, quis ſapiens & diſciplinatus inter vos, oſtendat ex bona conuerſatione operam ſuam, vt faciat obmuteſcere imprudentiam & ignorantiam hominum.

Quatuor filij pugnant. S. LXXXV.

PVgnant contra nos filij Ancillæ, id eſt, motus carnis: filij Nouercæ, id eſt, ſynagogæ Iudæorum vel paganorum: quorum pugna ſatis frequens eſt, & aperta. Filij Sororis, id eſt, Eccleſiæ militantis; id eſt, Tyranni, Heretici, Filij Matris Ieruſalem, ſcilicet, quæ ſurſum eſt mater noſtra; id eſt, Angeli mali, qui ob ſuperbiam receſſerunt ab ea. Prima pugna eſt cum corpore noſtro, in qua fugiendum; vnde: *Fugite fornicationem.* Secunda cum Tyranno, Heretico, in qua patienter ſuſtinendum; vnde: *Beatus vir, qui ſuffert tentationem.* Tertia, cum diabolo, cui viriliter reſiſtendum; vnde: *Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis.* Sed de his in ſequentibus diffuſiùs dicetur.

1. Cor. 6. 6.
Iacob 1.
Iacob 46.

Poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui. Cap. II.

AC ſi diceret: Hoc conſecuta ſum de perſecutione, vt fierem cultos plurium vinearum, id eſt, Eccleſiarum. Non cuſtodire autem vineam, non ad mentem, ſed ad locum referendum eſt. Nam, & ſi maceria deſtructa ſit, tamen integritas fidei permanet. Loquitur ſponſa aliquando in perſona ſubditorum; aliquando in perſona Prælatorum. Vinea eſt Eccleſia, vel anima in fide plantata, in charitate radicata, ſarculo diſciplinæ defoſſa, pœnitentium lacrymis ſtercorata, prædicantium verbis rigata. Et ſic exuberat vino, in quo eſt lætitia, id eſt, deuotio ſancta. Item huius vineæ dicamus fidem, vitem: virtutes, palmites: botrum opus: deuotionem, vinum.

De Vinea. S. LXXXVI.

REligio eſt vinea, cuius Pater eſt agricola, fodiens in confeſſione, & contritione; putans in pœnitentiæ ſanctificatione; ſtercorans in lacrymarum effuſione. Filius vitis, quæ radicibus adheret terræ, quia fundamentum Chriſtus in Religione; vnde: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod Chriſtus Ieſus.* Palmites ſunt iuſti, qui de vitæ Chriſto naſcuntur, & abundant in eius virore, & humore. Ita Pater purgat, vt ſit Religio munda, & immaculata: Filius fundat, vt ſit in charitate radicata & fundata: Palmes humore, id eſt, gratia vitis exuberat, vt à preſſura flammæ, quæ circumdedit eam, non ſit æſtuata. 1. Cor. 3.

Qua-

Quatuor ſunt vineæ. §. *LXXXVII.*

QVatuor ſunt vineæ in peritutis gau-
dijs reproborum ; de quibus Loth,
declinans in montibus duabus filiabus
ſuis, ſcilicet, Gloria, & Cupiditate pro-
pinantibus, inebriatur, & inceſtum ope-
Deut. 32. c ratur. Vnde : *De vinea Sodomorum, vi-
neacorum*. Secunda eſt religioſæ con-
2. Reg. 21. a uerſationis, quam Achab concupiuit,
pro qua moritur Naboth, ne ipſi ab
Achab auferatur. Tertia eſt vinea Ec-
cleſia, de qua Saluator inebriatur, quan-
do factus eſt *tanquam potens crapulatus*
Pſal. 23. 8 *à vino*, vt pro ea moriatur; vnde : *Vi-
neam de Aegypto tranſtuliſti, &c.* Quar-
ta eſt in conſcientijs bonis; quam planta-
Gen. 9. c uit No-, & inebriatus in tabernaculo ſuo
nudatus eſt, & à filio ſuo illuſus.

De Cultura. §. *LXXXVIII.*

AD cuius culturam quatuor maxi-
mè neceſſaria ſunt : ſcilicet, obla-
queatio, putatio, propagatio, foſſio.
Oblaqueare eſt terram circa radicem
aperire, & quaſi lacus facere, per quos
aqua ne ſui nimietate noceat, poſſit ef-
fluere. Putare verò eſt inutilia ſarmen-
ta abſcindere. Propagare eſt flagellum in
terra in longum protendere, quaſi porro
tangere. Fodere eſt, circa radicem in
terram aperiendo vitium exquirere. In Iol. 2.
oblaqueatione remedia confeſſionis ac-
cipimus, vnde : *Scindite corda veſtra, &
non veſtimenta veſtra*. Putatio eſt, per
pœnitentiam, & vitæ mutationem pec-
catorum abſciſſio; vnde in ſequentibus :
Tempus putationis aduenit; & , *Ecce
nunc tempus acceptabile*. Erit & aliud
putationis tempus, quando corruptibile
induet incorruptionem. Propagatio eſt
virtutum conſtantia, quæ humilitate
quaſi vili terræ tegitur ceſpite; vnde :
Bonum autem facientes non deficiamus.
Per foſſionem accipimus quotidianam
cordis noſtri diſcuſſionem : vbi nos opor-
tet primum habere circumſpectionem,
in qua comprehenditur peccatum, præ-
ſens, præteritum, & futurum : ſecundò,
diſcretionem, in qua iudicatur deprehen-
ſum : tertiò deliberationem, per quam
ordinatur quid ſit agendum, vel non
agendum. In primo : *Omni cuſtodia ſer-* Eccli. 8.
ua cor tuum. Item : *Accedens ad ſerui-
tutem Dei, præpara animam tuam ad ten-
tationem, & deprime cor, & ſuſtine*.
De prima, ne in proſperitate te extollat : Pſa. 118 q
ſuſtine, ne in aduerſitate corruat. In
ſecũdo dicitur : *Feci iudicium & iuſtitiam*.
In tertio : *Domine doce me facere volun-* Pſal. 142. c
tatem tuam.

Indica mihi, quem diligit anima mea; vbi Paſchas vbi cubes in meridie. Cap. III.

AC ſi diceret : Idcirco te
tota mente diligo, quia
ſine tua gratia nihil me
virtutis habere poſſe con-
ſpicio. Ipſum etiam pa-
ſtorem bonum eſſe deſi-
gnat, cùm dicit : *Vbi paſcas, vbi cubes
in meridie*.

*Quatuor modis apparet Deus ho-
minibus.* §. *LXXXIX.*

IN exilio quatuor modis apparet Deus
nobis. Primò in rebus creatis. *In-
uiſibilia* enim *Dei* à Creatore mundi *per
ea quæ facta ſunt viſibilia conſpiciun-
tur* : quia in his apparet Dei potentia &
ſapientia. Secundò, ſicut apparuit an-
tiquis; viſibilibus figuris, vt in igne, nu-
be, columna, & in ſpecie angelica, vt
Abrahæ. Tertiò, in carne, in qua viſus
eſt, *& cum hominibus conuerſatus eſt*.
Quartò, ſpiritualiter in contemplatione.
Hoc modo ſponſa videre deſiderat di-
cens : *Indica mihi quem diligit anima
mea*; vt poſtea videat eum in patria ſua
ſicuti eſt; vbi non faſtidiet auiditas, non
ſe ſubtrahet ſuauitas, non fraudabit ve-
ritas, non deficiet æternitas : ſed interim
verbum Dei ſpecialiter ſe manifeſtat in-
tus, quia verbum eſt, non ſonans, ſed
penetrans; non loquax, ſed efficax; non
auribus obſtrepens, ſed affectibus blan-
diens : facies eſt non formata, ſed for-
mans, ſed perſtringens oculos cordis,
ſed faciem cordis lætificans, grata amo-
ris munere, non colore. Hunc dilectum
quæ-

Digitized by Google

quærunt aliquando boni, aliquando mali; ſed ſine differenti: quoniam tantum boni inueniunt Dilectum; mali non inueniunt, quia non conuenienter quærunt.
I.b 28. b *Abyſſus* enim *dicit: Non eſt in me; & mare loquitur: non eſt meum: ſed neque inuenitur in terra ſuauiter viuentium.* Abyſſus enim, profunda curioſitas: mare, tumor ſæculi: terra ſuauiter viuentium, carnalis voluptas. Non eſt hic, *ſed procul, de vltimis finibus pretium eius.*

Quatuor ſunt neceſſaria in via: vbi, & de paſſione Chriſti. §. X C.

QVatuor ſunt, ſine quibus nemo perueniet, ne intrabit in potentias Dei: ſcientia viæ, ne erres: ſumptus, ne deficias: cautela in via contra hoſtes, vt tibi prouideas: dux viæ, qui te deducit, & præbet auxilium. Si ergo rectè quæris vt ſit via ad compendium, ſumptus ad victum, cautela ad documentum; dux ad obſequium; ſi ſecurus incedis, beatus
Chriſtus. accedis, & dicitur tibi: *Intra in gaudium Domini tui*; & erit locus ad gaudium.
Idem. De via: *Ego ſum via veritas, & vita.* De ſumptu: *Quis volens ædificare turrim, non prius ſedens computat ſumptus, qui ne-*
Idem. *ceſſarij ſunt?* De cautela: *Eſtote pru-*
Idem. *dentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* De ducibus: *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.* Vtilis eſt ergo ſcientia viæ, quia *eſt via quæ videtur homini iuſta, nouiſſima autem eius du-*
Prou. 14. 12. *cunt ad mortem*: & cautela, non quidem mundi, quia *prudentia mundi inimica eſt Deo.* ſumptus quoque non *de fermento malitiæ & nequitiæ; ſed de azymis ſinceritatis, & veritatis*: & eſt dux habendus non qui ſe transfigurat in Angelum lucis, cuius ductu *mors intrauit in orbem terrarum*; ſed qui beneuolus ſit, vt gaudeat; prouidus, vt conſulat; inuictus, vt defendat. Ad viæ agnitionem tria concurrunt, via, ſignum, numerus. In via tribuitur compendium, in qua perſonam Redemptoris adoro: Certitudo per ſignum, in quo inſtrumentum ſalutis agnoſco: Myſterij profunditas aperitur per numerum, in quo cauſas myſteriorum intellige: ſenarius enim perſonam deſignat hominis, qui ſexto die conditus
Homo creatur ſexto die & hora ſexta reparatur eſt, eiuſdem diei eſt hora ſexta reparatus. Via ergo, & numerus, & ſignum, ſunt Redemptor, redemptus, & modus redemptionis. Itaque via Chriſtus eſt:
Luc. 2. c Crux viæ ſignum; ſed ſignum, cui contradicebatur; tali via venit ad nos Chriſtus: ſcilicet, aſpera ſubeunda, vt illiceret ſibi nos: ſalutaria dicendo, vt inſtrueret nos: indigna perferendo, vt acquireret nos: pro nobis moriendo vt redimeret nos. Hanc viam nobis reliquit, vt in ea ambulemus, & ſi non vitæ æqualitate, tamen ſimilitudine morum, pietatis cultu, imitatione virtutum. Hunc quia non poteramus in ſua natura videre, homo apparuit in hominibus, radius in nube, lumen in abſconſo, affectus in effectu, verbum in carne, Diuinitas in humanitate. Sequere ergo eum, qui pro te palluit in morte, turbatus eſt in cruce, illitus faciem ſputis, cæſus flagellis, arundine caput percuſſus, in cruce viſcera ſenſus. Si hæc cogitas, ſi loquaris, ſi corripias, ſi horteris, viam incedis. In hac via ſignum eſt, & columna nubis per diem, & columna ignis per noctem: exemplar eſt. Signum eſt eunti, quod fugat fallaciam: vexillum præliandi, quod armat ad pugnam: nubes proficiſcenti præſtans vmbraculum. Ignis, laboranti lucis obſequium: exemplar operanti, virtutum, & operationis ſpectaculum. In hac via tres ſunt manſiones, vt eamus viam triũ dierum in deſerto. Audi: *Ego ſum via, veritas, & vita.* Exod. 3 ſ Hæc tria tribus verbis præmiſſis competunt: nam vita viuimus, in via mouemur, in veritate conſiſtimus.

Triplex manſio. De cogitationibus, & vocibus Spiritus ſancti. §. X C I.

TRes ſunt igitur manſiones. Prima ſit Via; ſecunda Veritas; tertia Vita.

De prima Manſione.

PRima manſio eſt Pœnitentia: hæc tria habet cœnacula. Primũ in abrenuntiatione: ſecundum in parſimonia: tertium in diſciplina. Abrenuntiatio eſt ex imperio, & de peremptorijs; & eſt neceſſitatis: Parſimonia ex iudicio de ſuperfluis; & eſt voluntatis: Diſciplina, ex conſilijs de neceſſarijs; & eſt voluptatis. Ergo diſciplina reſecat licita, & neceſſaria: parſimonia tollit illicita, & ſuperflua: abrenuntiatio, prohibita, & peremptoria. Primo damnatur delictum, ſecundo corrigitur deſiderium, tertio cumulatur maioris gratiæ meritum. Non autem omnes poſſunt aſcendere ſuperius, quia diuerſitates ſunt euntium, & diſtinctiones peruenientium, & gradus aſcendentium. Cui

non

non eſt data facultas in ſecundum, aut
tertium intrare cœnaculum; in primo ſe
Luc. 14. c collocet humiliter, donec audiat : *Amice*
aſcende ſuperius. Si ergo peremptoria
peremiſti; primũ cœnaculum primæ man
ſionis introiſti : ſi reſecaſti ſuperflua ; ſe-
cundum aſcendiſti : ſi conaris etiam ne-
ceſſaria cohibere ; aſſumptus es in tertiũ.

S. XCII.

SEquitur de ſecunda mãſione, & tribus
cœnaculis. Hęc prima eſt rectitudo
operationis ; hęc ſecunda dicitur puritas
meditationis. Non enim ſufficit, purga-
ri quod foris eſt, niſi interiora munden-
Prou. 4. d tur : vnde habes : *Omni cuſtodia ſerua cor*
tuum Hæc coſtodia impugnatur per dul-
cia, dum petita noxia delectatione flecti-
tur : per fallacia, dum errore confunditur:
per aſpera, dum violentia tentationis du-
citur. Contra hæc tria, tria opponuntur:
Dulcedo ſpiritualis alliciens : veritas in-
ſtruens : fortitudo defendens. Dulcedo
generat gaudium, vt ferueas : veritas illu-
minat intellectum, vt diſcutias : fortitudo
miniſtrat ſubſidium, ne diſcumbas. Mul-
ti dulcedinem hanc à Spiritu ſancto acci-
piunt, ſed neſciunt, vnde veniat, aut quò
vadat : quia ſi dulcedine ſuſcepta, diſci-
plina veritatis nõ obſeruatur, pater ingreſ-
ſus errori; & ſic ſpiritu abeunte, tollitur
Sap. 1. b pariter dulcedo. Sic itaque *Spiritus ſan-*
ctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet
ſe à cogitationibus, quæ ſũt ſine intellectu.
Itaque ergo neceſſe eſt dulcedinem lumi-
ne veritatis accendi, vt pariter gaudens,
in dato, & dantis poteſtatem agnoſcas.
Sunt autem qui vtrumque habent, ſed in
tentatione fortes non ſunt. Væ ijs, qui per
Pſal. 77. b diderunt ſubſtinentiam : hi ſunt *Filij*
Ephrem intendentes, & mittentes arcum,
conuerſi ſunt in die belli. Melius eſt ergo
habere veras, quàm dulces cogitationes;
& melius eſt veras, & fortes, quàm dul-
ces, & veras. Vbi autem hæc tria ſunt,
ibi eſt vnctio Spiritus ſancti : vbi non ſunt,
interuenit illecebra, ſeductio, leuitas.
Sit ergo cogitatio dulcis, vt libeat, & ne
exaſperet : ſit vera, ne ſeducat, & ne coin-
quinet : ſit fortis, vt contineat, & remu-
neret : quia nec amabilis poteſt eſſe cogi-
tatio, niſi delectet ; nec laudabilis, niſi
purificet ; nec remunerabilis, niſi perſe-
Sap. 1. ueret. Propter hæc tria Spiritus ſanctus
ſcientiam habet vocis, quia facit illa ha
bere eis quos implet. Tribus enim voci-
bus loquitur Spiritus ſanctus cogitationi
bus ; & qui ſcrutator eſt eius, ſit linguæ
illius auditor. Prima eſt ; accipe quod of-
fertur ; dulce enim eſt. Secunda : intelli-
ge donum, & cauſam doni, quod offer-
tur : altum eſt enim. Tertia : Cuſtodi do-
num, & cauſam doni, quod offertur : al-
tum eſt enim. Tertia : Cuſtodi donum,
& cauſam doni, quod offertur : potiſſimũ
enim eſt. Prima eſt infuſio dulcedinis : ſe-
cunda, inquiſitio veritatis : tertia, vtriuſ-
que horum perſeuerantia in remunera-
tione. Tunc autem anima ſcientiam ha-
bet vocis, cùm in plenitudine vnctionis
lætatur dulciter, dilatatur fideliter, robo-
ratur firmiter : ſic erudita Spiritus audit
loquelam, ſuſcipit præſentiam, ſeruat ſu-
ſceptam ſentiendo, diſcutiendo, cuſto-
diendo. In primo cœnaculo reficimur de
his, quæ apponuntur ; in ſecundo diſcu-
rimus ; in tertio laboramus, vt magis ſit
delectatio, & certa appoſitorum compre-
henſio.

S. XCIII.

SEquitur de tertia manſione, ſcilicet
ſublimitate contemplationis, ad quã
debemus aſcendere. Miniſtrat corpus
exteriora, ordinat anima interiora, con-
templatur ſpiritus ſuperiora : ſic ſaluabitur
in die Domini, ſpiritus, anima, & cor-
pus, ſi ille ſapit cæleſtia. Hæc meditetur
rationabilia ; hæc in ſenſibus ſuis ordinet
inferiora. Sunt autem corporales viſio-
nes, per quas corpora videntur : ſunt phan-
taſticæ, per quas corporum ſimilitudines
inſpiciuntur : ſunt intellectuales earum
rerum, quæ diuinationibus carent. Rerum
intellectualium aliæ ſunt, quæ in ſui na-
tura ſunt ſine augmento, & diminutio-
ne, vt numerus, menſura, pondus : aliæ
ſunt, quæ naturaliter accidunt, & inua-
riabilia ſunt, vt eſt ratio, ingenium, me-
moria. Aliæ, ſi dici poteſt, ſempiterna Dei
virtus, & Diuinitas. Cum primorum,
hæc eſt ratio. In primis inſtituitur diſpo-
ſitio eorum quæ facta ſunt : in ſecun-
dis viſitationis inſpiratio eorum, qui re-
dempti ſunt : in tertijs rationalis cognitio
eorum, quæ naturalia ſunt. In vltimis or-
natur natura, in medio accipitur gratia.
In primis conſideratur omnium naturarũ
vita : in vltimis intelligitur anima hono-
re, quo formata eſt ad Dei imaginem,
qui fecit illam : in medijs veneratur gratiã,
qua reformatur ad ſimilitudinem eius,
qui elegit eam. In primis ſpeculatur exẽ-
plar, ad quod, & per quod, Deus omnia
diſpoſuit, & reformauit illam. Quarta
res eſt, quæ eſt Deus Trinitas, & tres

Digitized by Google

Perſonæ, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Huius ſolius contemplatio tam
Quomodo Deus, & quæ differentia ſit in ſe, & in alijs. pretioſa eſt, quàm rara. Hæc diuiſio tripartita eſt: aliter eſt enim Deus in ſeipſo aliter in imagine, quam fecit ipſe: aliter in cæteris creaturis, quas fecit ipſe. In hac manſione primum cœnaculum eſt viſio diuinæ ſubſtantiæ in naturis: ſecundũ, viſio in imagine: tertium, viſio in ſeipſo: Iuxta primam viſionem videtur, & inuenitur creator: iuxta ſecundam inuenitur amator: iuxta tertiam inuenitur ſaluator.

In quatuor figuris apparet Deus in Carmine. §. XCIV.

IN hoc carmine, ſponſum ſe quatuor faciebus præſentantem aduertimus. Aliquando inſtar ſponſi verecundi, ſanctæ animæ ſecretos petit amplexus & oſculis delectatur. Inde illa clamat: *Oſcu-*
Cant. 1. *letur me oſculo oris ſui*. Nunc vero in oleo, & vnguentis medicum ſe exhibet, propter teneras & infirmas animas; inde
Cant. 1. clamant: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Nunc quaſi viator ſponſæ ſimul, & adoleſcentulis ſe aſſociat, dulcibus confabulationibus à labore viæ releuans, vt alacres dicant: *Trahe nos poſt*
Cant. 1. *te curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Aliquando occurrit prædiues Pater familias, oſtenſurus diuitias ſuas; vn-
Cant. 5. de: *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa*: & ſic introducit ſponſam in ſecretis ſuis: nec mirum: *Confidit in ea cor viri ſui*: quam redemit inopem, probauit fidelem, amplexatur amabilem, in oſculis affectuoſum, & blandum: in oleo atque vnguentis clementem, & effluentem viſceribus pietatis, & compaſſionis: in via hilarem, affabilem, plenum gratiæ,
Pſal. 24. b & ſolatij: in oſtenſione diuitiarum largum ſe remuneratorem demonſtrat. *In-*
Cant. *dica mihi quem diligit anima mea: vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, ait ſponſa. Et alius: *Vias tuas Domine demonſtra*
Pſal. 24. b *mihi*; id eſt, iuſtitiam, vnde alibi: *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ*. Item
Iob 10 a alius: *Indica mihi cur me ita iudices.*

Hæc tria quærit anima. §. XCV.

TRia iſta anima curioſa non ceſſat inquirere: ſcilicet iuſtitiam, iudicium, locum habitationis gloriæ ſponſi, tanquam viam, in qua ambulet; cautelam qua ambulet; manſionem, ad quam ambulet: vt de forma iuſtitiæ ſit formoſa, de iudiciorum notitia cauta, de deſiderio notitiæ ſponſi caſta: quia ſponſam Domini decet eſſe pulchram, eruditam, & caſtam. In meridie ſol eſt altior, feruentior, ſplendidor. In illorum cordibus *Anima qualis eſſe debeat* Dominus cubat, quæ in ſublimi ſanctitatis propoſito manent: in illis paſcitur, qui ardore cæleſtis deſiderij feruent: ab illis diligitur, qui claritate diuinæ ſapientiæ fulgent. Item, cubat in lecto, qui eſt pura conſcientia: paſcitur in cellario cordis, vbi eſt virtutum affluentia: diligitur in horto ſpiritualis affectionis, vbi deuotionibus, quaſi vernantibus floribus iucundatur conſcientia. Item

De Triplici Meridie & de triplici e Theologia eius. §. XCVI.

TRiplex eſt meridies, iuxta huius nominis triplicem interpretationem. Primus eſt claritas contemplatiuorum, qui adhuc laborant in hac peregrinatione. Secundus eſt claritas eorum, qui exuti à corporibus, adhuc ſunt in expectatione corporalis reſurrectionis. Tertius Angelorum, & Sanctorum, qui facie ad faciem Deum vident, iam celebrata reſurrectione. Primus dicitur meridies, quaſi merens dies; quia in eo, & mœremus peccata noſtra, & mœremur virtutum incrementa. Secundus & tertius dicitur merides, quaſi mera dies, quia clarior cæteris.

In tertio meridie, quatuor modis videtur Deus. §. XCVII.

IN primo Abraam, cùm eſſet in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo feruore meridiei, vidit tres Angelos, & pauit eos ſub ilice Mambre; ſcilicet panibus azymis, id eſt, animæ, & corporis caſtitate, & ſobrietate: & lacte, ſcilicet intentionis ſimplicitate: & butyro, ſcilicet deuotionis pinguedine: & vitulo ſaginato, ſcilicet carnis immolatione. In ſecundo, Iacob, in ipſo feruore diei, id eſt,
meridie, oues ſuas adaquabat in canalibus, vbi ponebat virgas populeas, & amygdalinas, & de platanis coram oculis ouium coeuntium, ex parte decorticatas, vt ſimiles fœtus conciperent. Iacob Chriſtus; oues, fideles; aquæ ſunt ſuperna gaudia ſanctorum. Vnde, *Flumi-* Pſal. 45. a
nis impetus lætificat Ciuitatem Dei. Ad illas nos ducit, quotiens ad contemplanda

da

Digitized by Google

da gaudia illa nos erigit. Ibi ponũtur tria genera virgarum, vt ſimiles fœtus faciamus, id eſt, ſanctorum humilitatem, & patientiam, Chriſti charitatem, & Angelorum puritatem. Primum deſignatur per virgas populeas, quia de populo fit vnguentum, per contuſiones, in quo tumores vulnerum reſident: & hęc eſt ſanctorum humilitas, & patientia. Per virgas amygdalinas ſignificatur Chriſti charitas, quia de eis pinguiſſimum exprimitur oleum. Per virgas de platanis, puritas Angelorum, quia platanus fructum non facit. Ex parte ſunt decorticatæ, quia

Paulus. *ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus*. De hoc triplici à meridie reſpondit Dauid ad Achis dicentem: *In*

1. Reg. 27. 10 *quem irruiſti hodie?* Et ille: *Ad meridiem Iudæ, & ad meridiem Ierameel, & ad meridiem Ceni*. Ad meridiem Iudæ prædatur, qui videns peccatum ſuum, à diabolo per confeſſionem ſe eripit. Ad meri-

Ierameel interpretatur. diem Ierameel, qui dicitur miſericordia Dei, prædatur qui per Dei miſericordiã ad requiem de hac miſeria transfertur per opera ſua. Eſt autem miſericordia Dei, qua hic ſoluimur à peccato; ſed & eſt maior miſericordia Dei mei in cælo, qua liberantur animæ ab hoc exilio.

Ceni interpretatur. Ad meridem Ceni prædatur, qui ſic hic operatur, vt in corpore glorificato coram Deo in Regno gratuletur. Ceni enim dicitur *Nidus meus*, vel *ærarium*, *vel*

Pſal. 83. a. *poſſeſſio mea*. De primo: *Paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum*. De ſecun-

Pſal. 26. d do: *Theſaurizate vobis theſauros in cælo*. De tertio. *Credo videre bona Domini in terra viuentium*.

Tertius meridies dicitur *mera dies*, Gen. 18. quia tunc Deus mere videbitur, qui nunc à Religioſis per ſpeculum, & in ænigmate videtur quatuor modis. Primo videmus eius naturam, & noſtram dolemus miſeriam; vnde: *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis, & cinis*. Abraam, Secundo, videmus eius munditiam, & peccatorum noſtrorum erubeſcimus immũditiam. Sic Iſaias: *Væ mihi quia tacui, quia vir pol-* Iſa. 6. b *lutus labijs ego ſum*. & hoc poſtquam vidit Dominum *ſedentem ſuper ſolium ex-* Dan. 9. d *celſum, & eleuatum*. Tertio, videmus eius diuitias, & noſtram gemimus paupertatem. vnde Daniel: *Cùm vidiſſem*, inquit, *Angelum, cecidi in terram; nec remanſit in me ſpiritus, nec habui quicquam virium*. Quarto, videmus cum quaſi facie ad faciem, miſericordem, & de noſtra ſalute ſolicitum. Sic Iacob vidit: *Vidi*, Gen. inquit, *Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea*. Ecce meridies, in quo Ioſeph comeſturus eſt panem cum fratribus ſuis; id eſt, Chriſtus, ſicut promiſit: *Vos*, inquit, *eſtis qui perman-* Luc. 22. c *ſiſtis in tentationibus meis &c.* Ioſeph qui Ioſeph interpretatur, dicitur *augmentatum*, Chriſtus eſt augmentatus in noſtra corruptione, ætate & ſapientia; in reſurrectione, immortalitatis gloria; in aſcenſione, exaltatione in Patris dextera; in generali reſurrectione, cùm ad eum colligetur militans Eccleſia. Talem optat ſponſa videre in hac peregrinatione, quia ſine viſione eius de facili poteſt deuiare. Vnde ſubdit.

Ne incipiam vagari poſt greges ſodalium tuorum. Cap. IV.

Sodales qui? SODALES appellantur Hæretici, Schiſmatici, & cæteri tales, pro eo quod nominis eius confeſſionẽ vel myſteria circumferunt, quorum greges vagando imitatur quiſquis prauis eorum vel dogmatibus vel operibus ſe conformat.

Tria genera ſodalium Chriſti.
§. XCVIII.

TRia autem dicuntur genera ſodalium Chriſti; nomine, non nomine; numero, non merito; corpore, non mente. Primi ſunt hæretici: ſecundi, ſchiſmatici: tertij, male viuentes Catholici.

Palliatio Vitiorum, & Virtutum.
§. XCIX.

SEd quia vitia ſe pallient honeſtate virtutum, hanc timet vagationem. Nam verſutia prudentiam, temeritas fortitudinem, tenacia temperantiam, crudelitas iuſtitiam, remiſſio pietatem, timiditas humilitatem, contumacia li-

bertatem, inquietudo ſtrenuitatem, pi-
gritia morum grauitatem ſimulant. Va-
gatio autem plures habet exitus, ſcilicet,
cogitationis, locutionis, operationis. De
Pſal. 37. b vagatione cogitationis, ait, Dauid. *Cor
meum conturbatum eſt in me, dereliquit
me virtus mea.* De vagatione locutio-
Solomon. nis Solomon ait: *Mors, & vita in mani-
bus linguæ*. De vagatione operationis
Eſa. 35. b Iſaias: *Manus diſſolutas, & genua debi-
lia roborate*. Iſti ſicut Cain vagi ſunt, per
inordinatam concupiſcentiam; profugi,
per peccatricem conſcientiam. Vnde
apte competit eis, quod dictum eſt ad
Gen. Cain: *Quicunque inuenerit me, occidet
me*. Mentem enim diuino deſertam con-
ſilio, quæcunque tentatio impetierit,
ſubuertit.

*Triplex eſt modus vagandi, e Theolo-
gia vagi. §. C.*

ITem Hæretici faciunt vagari greges
ſuos dogmate in fidei errorem: ſchiſ-
matici conſpiratione, in pacis turbatio-
nem: male viuentes Catholici, exemplo
conuerſationis malæ, in morum diſſolu-
tionem. Figuram hæreticorum tenet Iſ-
Gen. mael, qui ſeparatus eſt ab Iſaac fratre
ſuo, eum quo ludebat aliter quam opor-
teret: Dicitur enim, quod eum cogebat
adorare idola ſua. Schiſmaticorum figu-
ram tenet Cain, qui primus pacem turba-
uit, occidendo fratrem ſuum. Male vi-
uentium figuram tenet Dina, quæ egreſ-
Gen. 34. a ſa de caſtris Iſrael, vt videret mulieres
Regionis, rapta eſt à Sichem filio Emor,
& corrupta. Hi tres, vagi dicuntur, ſe-
cundum triplicem huius nominis inter-
pretationem. Primus dicitur vagus, quia
vana agens, ſcilicet corrumpendo vnita-
tem fidei; ſecundus dicitur vagus, id eſt,
Vas agonis, dum Agonibus ſuis turbat
pacem: tertius dicitur vagus, id eſt, *va-
na guſtans*, dum cogitatione, locutio-
ne, operatione guſtat vanitatem mundi.
Item ſcio qui dixerit, dæmones merito
dici ſodales, eo quod transfigurent ſe
in Angelos lucis; quos non ignoramus
ſuis verſutijs homines decipere; & ſic
greges Chriſti in ſuos greges transferre.
Propterea Patres antiqui magno deſide-
rio clamabant vt oriretur eis ſol iuſtitiæ,
Eccleſia. ſic. *O oriens ſplendor lucis æternæ, & Sol
iuſtitiæ, veni & illumina ſedentes in te-
nebris, & vmbra mortis.*

§. CI.

TRes nobis occurrunt lõge diſſimiles:
Diabolus, Adam, Chriſtus. Primus
fuit initium culpæ, ſecundus humanæ mi-
ſeriæ, tertius redemptionis, & gratiæ.
Primus fuit corruens raptor lucis internæ,
accendens Solem malitiæ: ſecundus, pri-
mus moriens, habitator lucis ęternæ, ſen-
tiens Solem tribulationis, & anguſtię: ter-
tius, primus Oriens, ſplẽdor lucis æternæ,
& Sol iuſtitiæ. Primus perdidit claritatẽ
angelicæ cohortis: ſecundus deſcendit in
caliginem miſeriæ ſortis: tertius venit illu-
minare ſedentem in tenebris, & vmbra
mortis. Primus itaque diabolus corruit
tripliciter: cortuit de Cęlo per ſuperbiam:
in mundo per Chriſti victoriam: in infer-
no ardens in gehennam. Hunc triplicem
caſum commemorat Iſaias ſic; *Quomodo* *Iſa. 14. d*
*cecidiſti de cælo Lucifer qui mane orieba-
ris?* ecce primum. *Corruiſti in terram* *Ibidem.*
quaſi vulneratus gladio; ecce ſecundum.
Vſque ad infernum detraheris; ecce tertiũ. *Ibidem.*
In primo nos docet non ſuperbire, ne
peccemus in Deum: in ſecundo, non in-
uidere, ne peccemus in proximum: in
tertio, non eſſe in nobis obſtinatos, ne
deſcendamus in infernum. Iſte fuit ra-
ptor lucis internæ id eſt, rationis illumina-
tæ à Deo triplici radio; ſcilicet ſcientiæ,
qua vſus rerum temporalium diſcernere-
tur: intelligentiæ, qua de inuiſibilibus phi-
loſopharetur: ſapientiæ, qua Deus co-
gnoſceretur, & amaretur. Hæc ſunt tria
luminaria, de quibus dictum eſt: *Fecit* *Gen. 1.*
*Deus duo luminaria, lumen maius, vt præ-
eſſet diei; & lumen minus vt præeſſet no-
cti, & ſtellas*. Sed diabolus hoc rapuit,
quando fecit vt Adam conuerteret vſum
in abuſum, intelligentiam in ignorantiam,
ſapientiam in obliuionem Dei: ecce quo-
modo raptor lucis internæ. Sequitur quo-
modo accendit Solem malitiæ. Iſte Sol,
nimis inflammat per tentationem, graui-
ter exiecat per deuotionem, importunè
illuminat per oſtentationem. Contra pri-
mum: *Per diem Sol non vret te*. De ſe- *Dauid.*
cundo: *Semen, quod orto Sole exiccatum* *Luc. 8. 6.*
eſt, quia non habebat humorem. De ter-
tio: *Si vidi Solem, cùm fulgeret*. Per hunc
Solem ipſe diabolus perdidit claritatem
angelicæ cohortis. Contra enim, quando
peccauit per ſuperbiam in Deum; Chri-
ſtus exinaniuit ſemetipſum, exemplo eius,
ne peccemus in proximum; alioquin
expedit nobis vt mola aſinaria ſuſpenda-
tur in collis noſtris, & demergamur in
profundum maris. Nec ſimus obſtinati;

ſicut

Pſal. ſicut ipſe; quia Deus *Gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum*; vt tales mittat in tenebras exteriores. Sequitur quòd homo fuit primus moriens per diabolum. *Apoc.* vnde in Apoc. *Nomen illi Mors*. Moritur ergo homo temporaliter generali moriendi lege: ſecundo moritur ſpiritualiter, & in vtiliter culpæ; tertio ſpiritualiter, & damnabiliter Iuſtitiæ. Primam Chriſtus ſuſcepit, ſecundā docuit, tertiam damnauit. De prima: Vixit tot annis, & mortuus eſt. De ſecunda: *Coloſ. 3. 3.* *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*. De tertia: *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur*. Diabolus fuit corruens irremediabiliter; homo verò reparabiliter. Ideo venit Chriſtus oriens, non vt ille, ſed vt iſte reuiniſceret miſericorditer. Ille fuit raptor lucis internæ; iſte, habitator lucis æternæ. Propter hoc venit ſplendor lucis æternæ. Lux externa, quam habitat homo, plena eſt miſerijs: habet enim interruptionem, interpolatione noctium: habet tentationem, quia occurrit turba concupiſcibilium: habet deceptionem, quia humanum ſæpe fallitur iudicium. Per primum igitur deficit, per ſecundum inficit, per tertium ad veritatis inquiſitionem non ſufficit. Contra primam,

Lumenque non ſpirat nouum, &c.

Pſal. 17. 29. Contra ſecundam: *Tu illuminas lucernam meam Domine*. Contra tertiam: *Pſal. 42. 3.* *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam*; id eſt, veram lucem, quia noſtra vana eſt. Iſte Sol accendit æſtus carnalium tentationum, trahens ad maculam: moleſtiā perſecutionum, trahens ad impatientiā: vitæ tedium, trahens ad acidiam. De primo: *Deut. 23. b* *Qui pollutus nocte fuerit ſomnijs, non reuertetur ad caſtra vſque ad Solis occaſum*, id eſt, ceſſationem tentationum. In figura ſecundi, Sol exarſit ſuper caput Ionæ; vnde, & impatiens factus eſt. In figura tertij, Sol calefecit caput filij Sunamitis, qui clamabat, *Caput meum, caput meum*. Hæc tria ſenſit Helias, cùm eſſet ſub iunipero: tentationem carnis fugiebat, cùm fugeret à facie Iezabel perſecutionem per aculeos Iuniperi: tædium, cùm peteret animæ ſuæ vt moreretur. In ortu mundus reuiuiſcit, emergente rerum nouitate; in ſplendore refloreſcit, exploſa ſpecierum varietate; apparente Sole recaleſcit, expulſa noctis fragilitate. Eccleſia quippe renouatur in Chriſti incarnatione; refloreſcit in reſurrectione; recaleſcit in aſcenſione. Primo peccatorum indulgentia: ſecundo lætitia: tertio, miſſa ſeptiformis Spiritus ſancti gratia. De primo: *Ecce veniet Propheta magnus, & ipſe renouabit Ieruſalem*. *Eccleſia.* *Ecce noua facio omnia*. *Apoc. 21. 5.* De ſecundo: *Florebit amygdalus*. *Eccleſ. 12. 5* De tertio: *Ignem veni mittere in terram*. *Luc. 12. 49.*

§. CII.

NOtandum, quòd Sol iſte oritur de nobis corporaliter; in nobis ſpiritualiter; pro nobis cauſaliter. Corporaliter; vnde ſuſtinuit mortis defectum: ſpiritualiter, inſpirando ſui amoris affectum; cauſaliter, quia ortus eius fuit cauſa vt conſequeremur ſalutis effectum. De primo, *Oritur Sol, & occidit*. De ſecundo: *Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur*; id eſt, congregabuntur in vnitatem fidei, & collocabuntur in cordium ſuorum cubilibus, *Pſal. 103. e* requieſcentes in bona conſcientia. De tertio: *Orietur vobis timentibus nomen meum, Sol iuſtitiæ*. Idem quoque eſt creator lucis æternæ, ad vſum creaturarum: inſpirator lucis internæ, ad ſalutem *Malach. 4. a* animarum: ſplendor lucis æternæ, ad gloriam beatorum. De primo: *Fiat lux & facta eſt lux*. De ſecundo: *In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ*: *Gen. 1.* Sagittæ iſtæ ſunt varij motus charitatis in corde; lux earum eſt *Abac. 3. c* ſpiritus intelligentiæ. De tertio: *Lux perpetua lucebit Sanctis, Domine*. Primam videmus in vanitate: ſecundam per ſpeculum in ænigmate: tertiam in veritate. *Eccl.* Prima eſt ſub Sole; vnde: *Vidi cuncta ſub Sole: & ecce omnia vanitas*; ſecunda in Sole; vnde: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate*; tertia ſupra Solem; vnde: *Eccl. 1. e* *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. *1. Cor. 13. d* Huius lucis ſplendor eſt Chriſtus; dicitur & Sol iuſtitiæ. Hæc iuſtitia tribuit dona *Ioan. 1.* gratuita, diſtribuit donata, retribuit mētis præmia. De primo: *Deſiderium cordis eius tribuiſti ei*. De ſecundo: *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates* *Pſal. 20. a* *meas*. De tertio: *Retribue ſeruo tuo*: Prima, Deus iuſtificat impium; ſecunda, *1. Cor. 13. b* diuidit ſingulis, prout vult; vtpote genera linguarum, interpretationes ſermonum: tertia, *Reddet Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum*. *Pſal. 118. c* Prima eſt Sol iuſtitiæ, quia lucet in corde religioſo; ſecunda lucet mundo; tertia lucebit in iudicio. *Sap. 10. d* Prima educit hominem de tenebris culpæ: ſecunda, de tenebris ignorantiæ: ter-

tertia, de vmbra mortis mundanæ mi- ſeriæ.

Si ignoras te, ò pulchra inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Cap. V.

AC ſi diceret Dilectus: Si ignoras te accepiſſe à me bona, quæ habes, egredere à meo conſortio, & abi poſt veſtigia gregum tuorum; id eſt, varios errantium motus imitare, & paſce hœdos tuos, hoc eſt, perditos nutri auditores, ſecutos inſipientium doctrinas magiſtrorum. Te nanque meos agnos paſcere iuſſi verbo doctrinæ, & pro eis aduerſa pati, & mori. Si igitur ignoras te hac conditione mihi deſponſatam, tuos hœdos paſce erraticis doctrinis.

Tribus modis nos recognoſcimus. §. CIII.

TRibus modis ad noſtri cognitionem redimus. Primo, quando peccata noſtra recogitamus, & quàm deformes in eis fuimus retractamus; vnde: *Iniquitates* [Pſal. 37. a] *meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum &c.* Secundo, quando miſeriam noſtram recognoſcimus dicentes, *Infelix ego homo, &c.* [Paulus.] Prima nos humiliat ex memoria iniquitatis; iſta nos contriſtat ex conditione præſentis infelicitatis. Iſta ſubmiſſos, hęc ſolicitos reddit. Tertio, cùm dignitatem illam, qua ſumus ad Dei ſimilitudinem & imaginem creati, contemplamur. Ab hac contemplatione animam negligentē longe peregrinātem Propheta arguit ſic: [Baruch. 3. b] *Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es? inueteraſti in terra aliena, commoratus es cum mortuis, deputatus es cum his, qui in inferno ſunt?* [Quæ ſit terra noſtra.] Terra nanque noſtra, memoria eſt noſtri creatoris, in qua ſemina fidei, & morum ſeminanimus, & ex ea fructum contemplationis diuinæ, & æternæ beatitudinis metimur. Aliena terra, quæ inimicorum eſt, obliuio Dei dicitur. In terra ergo inimicorum eſt, qui peccando: Deum obliuiſcitur, inueteraſcit in terra aliena, quando peccatum in conſuetudinem trahitur; commoratur cum mortuis, quando in actu delectatur: cum his, qui in inferno ſunt, deputatur, cùm magnitudine peccati in deſperationem trahitur.

Tria cognoſcere debemus in nobis. §. CIV.

VT autem anima ſui decoris cognitionem habeat, hæc tria ſunt, dignitas, ſcientia, virtus. Dignitas, qua ſe præſtare cęteris animalibus gaudeat: ſciētia, qua eandem dignitatem ſe habere ſciat, vel cognoſcat: virtus, qua Deum, ad cuius imaginem facta eſt, quærere, & inuento adhęrere contendat. Si hęc ignorat anima, non ſe cognoſcit; ſed abit poſt veſtigia gregum, id eſt, cogitationum mundi; vel gregum, id eſt, seductarum animarum; *Iuxta tabernacula paſtorum,* [Cant. 4] ait. Tabernacula ſunt tranſeuntium: domus verò, manentium. Tabernacula igitur ſunt delectationes mundi, quæ tranſeunt: vel corpora noſtra voluptatibus vacantia. Horum Paſtores ſunt qui bene paſcunt ea, vel qui exemplo ſuo ad hoc alios inuitant. Iuxta eos paſcunt hœdi, id eſt, laſciui motus. Vel, Paſtores ſunt hæreſiarchæ, iuxta quorum tabernacula, id eſt, conuenticula, paſcuntur hœdi, [Pſal. 48. 13] id eſt, peccatores. *Homo, cùm in honore eſſet, non intellxit: comparatus eſt iumentis, &c.*

Recedenti à Deo tria ſunt incommoda. §. CV.

DVo ignorant: ſcilicet, ſe eſſe lutum; & in hoc comparantur iumentis: ignorant, & Dei iudicium, quo punietur homo non beſtia. Primum eſt, animæ recedentis à Deo ignorare ſe, ignorare Dei iudicium: ſecundum eſt, egredi de ſpiritu ad carnis vitia, de bonis animi ad ſecularia deſideria; de interna requie mentis ad mundi ſtrepitum, & onera: tertium eſt ire poſt gregum veſtigia, quia qui modo

do

Digitized by Google

dò comparatur in laſciuia iumentis, erit deterior iumento in pœna. Ad hanc ſui *Exod.38. 8* cognitionem pertinet, quòd Moyſes fecit labrom ęneum de ſpecolis mulierum; id eſt, ſanctarum animarum, quæ excubant ad oſtium tabernaculi, id eſt ad cõtemplationem patriæ cæleſtis, quæ eſt tabernaculum Beatorum; vnde: *Introibimus in tabernaculum eius &c.* De ſpeculis earum, id eſt, de contemplationibus fecit labrum æneum; id eſt, aſſluentiam lacrymarum.

Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea. Cap. VI.

ID eſt, dum male operando adhuc eſſes in curribus Pharaonis, ego equitaui meo aſſimilaui te; attendens quod te prædeſtinauerim, & eqois meis te comparauerim.

De tribus curribus Pharaonis. S. *CVI.*

TRes ſunt currus Pharaonis. Primus malitiæ; ſecundus luxuriæ, tertius auaritiæ. Currus malitiæ quatuor habet rotas: ſcilicet ſæuitiam, impatientiam, audaciam, impudicitiam. Velox eſt currus iſte ad effundendum ſanguinem, qui nec innocentia ſiſtitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec pudore inhibetur. Trahitur duobus equis pernicibus, ſcilicet, terrena potentia, & ſeculari pompa. His præſident duo auriga, ſcilicet, tumor, & liuor. Tumor pompam, liuor potentiam agit. Qui in ſe firmiter ſtat, timore compreſſus, grauitate modeſtus, humilitate ſolidus, puritate ſanos; aura huius vanitatis non leuiter rapietur. Luxuriæ verò currus, quatuor habet rotas; ſcilicet ventris ingluuiem, coitus libidinem, veſtium mollitiem, otij, & ſoporis reſolutionem. Trahitur duobus equis; ſcilicet, proſperitate vitæ, & abundantia rerum. *Quibus curribus vehantur homines.* His duo præſident aurigæ; ſcilicet, ignauiæ torpor, & inſida ſecuritas. Hi calcaria non habent, nec flagella, ſed pro his vtuntur conopœo ad faciendum vmbram, & flabello ad citandum ventum. Conopœum eſt diſſimolatio vmbram faciens; & protegens ab æſtu curarum: flabellum effuſio eſt ventum adulationis aſportans. Currus auaritiæ, quatuor rotis vehitur: hæ ſunt, puſillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, obliuio mortis. Iumenta trahentia, tenacitas & rapacitas. His eſt vnus auriga, habendi amor. Hi ſunt currus Pharaonis.

De curribus Dei. S. *CVII.*

SVnt & currus Dei. Eſt enim currus *4. Reg. 2 b* Heliæ, & currus Helias. Currus Helias; *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga eius.* Qui enim patienter portat ſubditos, ſicut Helias, Iſrael, ipſe eſt. Currus iſte, qui dicitur patientiæ, vel paternitatis, quatuor habet rotas. Prima, temporalium adminiſtratio; vnde: *Qui bene miniſtrauerit, gradum bo-* *1. Tim. 3. c* *num ſibi acquirent.* Secunda, infirmitatis operoſa compaſſio; vnde, *Alter alterius onera portate &c.* Tertia, in tentatione conſolatio; vnde: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto &c.* Quarta, de iniuria à ſubditis irrogatio; vnde, *Maledicimur, & benedicimus &c.* Duo equi trahunt hunc currum; ſcilicet, miſericordia cum hilaritate, ſolicitudo de fratris ſalute, & de reddenda ratione. De his Apoſto- *Gal. 6.* lus: *Qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate.* Auriga eſt ipſe doctor, qui inſtruit. Idem enim currus Iſrael, & auriga eius. Currus igneus Heliæ eſt *2. Cor. 11.* currus charitatis. Quatuor enim rotæ ſunt quatuor feruores. Primus eſt zelus Dei, vt honoretur; vnde: *Zelus domus* *Pſal. 68. b* *tuæ comedit me.* Secundus eſt zelus proximi, vt ſaluetur; vnde: *Æmulor enim vos Dei æmulatione.* Pro iſto: *Concaluit* *2. Cor. 11. a* *cor meum intra me.* Pro primo: *In meditatione mea exardeſcet ignis.* Tertius *Pſal. 38. a* eſt feruor macerandæ carnis: qui enim *2. Cor. 11.* ſunt Chriſti, *carnem ſuam crucifixerunt contumelijs, & concupiſcentijs.* Quartus *Pſal. 82. e* eſt deuotionis; vnde: *Inflammatum eſt cor meum &c.* Equi trahunt hunc currum; ſcilicet, amor, & deſiderium. De primo: *Fortis eſt vt mors dilectio.* De *Cant.* ſecundo: *Nonnè cor noſtrum ardens erat in nobis? &c.* Huius auriga eſt contem- *Luc. 24 c*

pla-

Pſal. 42. c platio, quæ dneit equos iſtos; vnde: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam &c.*

Eſt currus Eunuchi Candaciæ Reginæ, ſcilicet pudicitiæ. Eunuchi enim ſunt, qui amore Dei continentur. Iſte quatuor roras habet. Prima eſt contemptus coitus pro contagio carnalis maculæ; vnde: *1. Cor. 6.* *Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Secunda eſt eiuſdem odium, quia vix poteſt eſſe ſine peccati admixtione; vnde fornicator dicitur *propriæ vxoris amator ardentior* à Sexto Pythagorico. Tertia abſtinentia à coitu, quia impeditur vacatio Dei, viri, & fœminæ conſenſu, & prolis educatione. *Apoc.* Vnde, *tribulationem habebunt huiuſmodi.* Quarta eſt abſtinentia propter dignitatem virtutis caſtimoniæ; *Auguſt.* vnde Auguſtinus: *Nulla fœcunditas coniugalis ſanctæ Virginitati poteſt comparari.* Duo equi ſunt duo priuilegiata miracula & ſingularia, ſcilicet in Chriſto, & Maria. In Maria, quia peperit Virginitas: in Chriſto, quia virginem in humanitate vniuit ſibi Diuinitas. Auriga eſt præmium in patria; ſcilicet, quia virginea familiarius cæteris Chriſto adhærebunt; *Apoc.* ſicut ait Auguſtinus. Alij Chriſtum ſequuntur in omnibus, præter quàm, cùm in decore virginitatis incedit. In tali curru ſedet Ruunchus; ſcilicet, quilibet pro Chriſto continens; & *Iſa.* legit in Iſaia: *Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt*; quia tales Chriſti paſſionem digni ſunt prædicare. Sed quia ſola virginitas ad intelligendum non ſufficit: *Philippi nomen explicatur.* Philippus, qui interpretatur *os lampadis*, eodem curru ſedet; vt quod per ſe non poteſt intelligere virgo, auditus ſuppleat Magiſtrorum. Currus luxuriæ perſequitur Iſrael, ne carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs crucifigat. Currus auaritiæ, ne peccata ſua eleemoſynis redimat, & iniquitates ſuas miſerijs pauperum. Currus malitiæ, ne ſimpliciter agat, ſed fratrem ſuum in omni negotio circumueniat. His opponuntur tres alij currus. Currus enim pudicitiæ portat eos vltra aquas voluptatum. Currus patientiæ perducit eos per deſertum. Currus charitatis de Iordane tranſmittit in terram patrum ſuorum. Itaque qui volunt ſugere, aliquando habent mare, id eſt, mundum, ante ſe ad impedimentum: aliquando circa ſe in auxilium: aliquando poſt ſe in firmamentum. Ad impedimentum, ne conuertantur in auxilium, vt tentationibus exercitatus, otioſus non inueniatur: ad firmamentum, vt prorſus abiecta mundi voluptate, Diabolo via tentandi non relinquatur. In primo eſt futurorum periculorum ex puſillanimitate: in ſecundo, labor inſtantium certaminum in virtute patientiæ: in tertio, dolor præteritorum malorum ex compunctione. *Dan.* In curru luxuriæ ſedebant duo Presbyteri quærentes inceſtare Suſannam: in curru auaritiæ ſcio ſediſſe Ananiam, & Saphiram: in curru malitiæ Iezabel perſequentem Heliam. In curru pudicitiæ ſedet Suſanna, dum recuſat ſtuprum: in curru patientiæ, Iob in aduerſitate laudans Deum: in curru charitatis, Maria Magdalene, dum dimiſſa ſunt ei peccata ſua, *quoniam dilexit multum.* *Act. 8. g* In primo ſedens meruit purificari, dicens: *Quis me prohibet baptizari?* *Pſal. 67. b* In ſecundo ſedens Chriſtus eleuatus eſt in cælum, *quia currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium &c.* In tertio ſedens Helias eſt tranſlatus, quia currus igneus, & equi ignei diuiſerunt eum ab Heliſæo.

Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Cap. VII.

CONSVETVDO turturis eſt, amiſſo pari ſuo, deinceps alij non adhærere, ſed ſemper ſolitarius eius gemit abſentiam. Hæc eſt ſancta anima, quæ deſiderio ſponſi gemit, quo carere videtur dum in hoc exilio conuerſatur; & dum quem diligit non inuenit, ab omni alieno amore ſe ſubtrahit; & ſic, quadam verecundia exteriorem genam, ſcilicet ſiniſtram; & dexteram, id eſt, interiorem, quadam verecundia afficiens, pulchritudinem caſtitatis ſplendeſcere facit; ſcilicet exteriùs diſciplinam, interiùs conſeruans caſtimoniam. Verecundiam ſponſæ reuelat laudans eam, à pudore, à caſtitate: facies ſponſæ eſt intentio. Duæ genæ, res & cauſa; id eſt, quid intendat, & propter quid: ex his enim duobus vel decor animæ, vel deformitas

di-

dicatur. Intendere autem non in Deum, ſed in ſæculum, ſecularis animæ eſt, nec habet aliquam genarum pulchram. Intendere autem quaſi in Deum, & non propter Deum, hypocriſis eſt; hic etſi vna facies videtur decora, eam tamen ſimulatio deturpat, ſi in Deum intendat ob vitæ præſentis neceſſitatem, vitio puſillanimitatis, faciem eius dicimus ſuboſcuram: ſi autem in aliud intendat, quàm in Deum, tamen propter Deum, officium implet Marthæ; nec dicimus eam turpem, ſed ad perfectum decoris non peruenit.

De proprietatibus turturis:
§. CVIII.

INter ſublimia ſanctorum exercitia, hæ virtutes præcipuè ſunt, quæ, & Deo caros, & hominibus exhibent reuerendos: ſcilicet, fides, verecundia, pudicitia, frugalitas, humilitas, innocentia, ſimplicitas, & ſublimis in diuina mentis intentio. Hæc fidem in viro ſeruat, dum eo mortuo alteri ſociari recuſat; verecundia ornatur, quæ abſque legitimo iure nullius copulam patitur: pudicitia fulget, quia nihil indecens, nil turbidum in ſuis moribus exhibet: frugalitate decoratur, quæ non carnibus, ſed puro grano veſcitur: humilitatem ſeruat, quæ pro cantu gemitum celebrat; innocentiam ſequitur, quæ nec minimis quidem animalibus læſionem inferre cognoſcitur: ſimplicitate gaudet, quæ non cum doloſis auibus ſoliuaga dolum excreet: montium, atque arborum ſublimia diligit, & ſoliuaga ſingularitate lætatur.

Tria genera verecundiæ.
§. CIX.

TRia ſunt genera verecundiarum. Vnum vituperabile, quo peccata ſua quis dicere erubeſcit. Duplex laudabile, quo pius animus coram Deo, & hominibus bona prouidens, omne quod coram Deo indecens eſt, & ante homines indecorum, & mente cogitare, & lingua proferre, & opere perpetrare penitus erubeſcit. Virtus pudicitiæ apud homines nos reddit venerabiles, Angelis deſiderabiles, atque Deo probabiles, atque amabiles. Hæc conſcientiam mundat, ſeruat affectum, intellectum illuminat, pium in anima propoſitum roborat, amicos attrahit reprimit aduerſos, confundit dæmones: inuitat Angelos, claudit inferos, cælos aperit, cum fiducia ipſi Deo aſſiſtit. In turture commendatur innocentia. Hæc eſt firmitas vitæ, ſuauitas conſcientiæ, tranquillitas animi, ſecuritas cordis, ſedes virtutis, aula ſapientiæ; conſcientia noſtra, facies eſt interioris hominis; vnde: *Oſtende mihi faciem tuam.* Prima genа habet pudorem, qua purificiata erubeſcit pulſata tentationibus; ſecunda, qua erubeſcit de bonis, quæ agit, varijs extolli fauoribus.

Effectus verecundiæ mirabiles.

Cant.

De ſeptem generibus tentationum:
§. CX.

TEntationum ſeptem ſunt genera. Prima eſt importuna, quæ à recordationis noſtræ oculis amoueri vix poteſt; quæ ſæpe amota ſæpe redit, & animum inquietare non deſinit. Secunda eſt dubia, quæ animum ita dubietatis nubilo inuoluit, vt quid certum debeat tenere diſcernere neſciat. Tertia eſt ſubdita, quæ rationis iudicium præuenit, ita vt mens impetu præuenta, eius inſidias præuenire non poſſit, & citius delectatione transfigitur, quàm circumſpectione muniatur. Quarta, occulta, per quam fit ſæpe, vt ibi negligamus, vbi ſoliciti eſſe debemus: ipſa enim facit, vt res noxia in conſideratione non adducatur. Quinta violentia eſt, quæ vix aut nunquam humana induſtria ſuperari poteſt. Sexta fraudulenta, quæ animum ſeducit, ita vt bonum dicat malum, & è conuerſo. Septima perplexa eſt, quæ ſub vno eodemque tempore mentem varijs vitijs impetit, vt videlicet in imo labatur. Eſt igitur importuna, quæ procaciter inſiſtit: dubia, quæ animum dubietatis nubilo inuoluit: ſubita, quæ rationis iudicium præuenit: occulta, quæ iudicium deliberationis ſubterfugit: violenta, quæ vires mentis tranſcendit: fraudulenta, quæ animum ſeducit: perplexa, quæ varijs vitijs impetit. De importuna Iob: *Lapidem excauant aqua, & alluuione paulatim terra conſumitur.* De dubia: *Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens mea in diuerſa rapitur.* De ſubita Ieremiæ: *Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli*; id eſt, ſpeculationibus animi. De occulta: *Quantas habeo iniquitates, ſcelera, & peccata mea, & delicta oſtende mihi.* De violenta: *Quaſi rupto muro, & aperta ianua; ſic irruerunt ſuper me, & ad meas miſe-*

Iob 14. c
Idem 20. a
Ierem. tren. 4. 19.
Iob 13. 23.
Idem 30. 6.

Prou. 14. 12 *vias euolutiſunt.* De fraudulenta: *Eſt via, quæ videtur homini iuſta, nouiſſima autem eius deducunt ad mortem.* De perplexa: *Icb 40. 12.* *Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt.* *David contra ſeptem tentationes, ſeptíes in die laudes Deo dicebat. Pſal. 90. 5. Item.* Contra has dicitur: *Septies in die laudem dixi tibi.* Item: *Scuto circumdabit te veritas eius.* Contra importunam: *A timore nocturno*, dicitur. Contra dubiam: quod enim nocte fit dubium eſt: *A ſagitta volante*, propter ſubitam, quia ſubito vulnerat. Iſta ſagitta aliquando in nocte volat, cum ſubito animum pulſat; & malum quod ſuadet, malum eſſe *Pſal. 10. a* diſſimulat; vnde: *Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra.* Aliquando in die, cum præcipitanter malum ſuggerit, quod malum eſſe non ignorat; vnde: *A ſagitta volante in die.* De occulta: *A negotio perambulante in tenebris:* quia *qui male agit, odit lucem.* De violenta: *Ab incurſu*, quia cõtra violentum hoſtem fortiter cutendum eſt. De fraudulenta: *A dæ-* *Nota mirabilem explicationem.* *monio meridiano.* In meridie ſol ſplendidior eſt, & feruentior: tunc enim venit ad nos diabolus cum ſplendore, & feruore, quando ſe transfigurat in Angelum lucis. De multiplici: *Cadent à latere tuo mille &c.* Miles in ſiniſtra clypeum, in dextera gladium portat. Carnalia quoque vitia, quæ ad ſiniſtram ictu clypei, id eſt, diſciplina corporis. Spiritualia, quæ ad dexteram, ictu gladij, id eſt, diſciplina ſpiritus repellimus. Itaque prima tentatio inquietat; ſecunda exagitat; tertia vulnerat; quarta excæcat; quinta eneruat; ſexta infatuat; ſeptima dilaniat. Ecce pulchra eſt vna gena, cum ſuper ijs verecundatur: pulchra erit & altera, ſi de bonis ſuis vanis fauoribus non extollitur.

De Vanis. §. CVI.

SOlent vani bona ſua opera, & ipſi libenter aſpicere, & alijs oſtendere: ſecundò, cũ ab alijs laudantur, libenter audire: tertiò, in corde ſuo ſeipſos magnificare: quartò, opera ſua ore ſuo prædicare; vnde: Si *vidi ſolem, cùm fulgeret;* *Iob 31. c.* ecce primum: *Et Lunam incedentem clare;* ecce ſecundum: *Si lætatum eſt in abſcondito cor meum;* ecce tertium: *Et deoſculatus ſum manum meam ore meo;* ecce quartum. Solem enim videre, eſt, ſua bona libenter aſpicere, & alijs oſtendere; vnde: *Videte ne iuſtitiam veſtram* *Pſal. 140. b* *&c.* Luna ſplendet, cùm fama verſatur in ore populi, qui ſunt venditores olei; vnde: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Lætantur in abſcondito in corde ſuo, quando his viſis, & auditis, magnos ſe exiſtimant. Sed occurrit Apoſtolus dicens. *Qui ſe exiſtimat aliquid* *Apoſtolus. Gal. 6. 3.* *eſſe, cùm nil ſit ipſe ſe ſeducit.* Manum ſuam ore proprio oſculatur, quando opera ſua ore proprio prædicat, vt ille Phariſæus: *Deus gratias ago tibi, &c.* *Luc. 18. 11* Cum hic erubeſcit ſponſa, pulchra eſt altera gena, & dicitur ei: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.*

Collum tuum ſicut monilia. Cap. VIII.

COLLVM ſponſæ ſunt prædicatores Eccleſiæ. In monilibus gemmæ in auro ponuntur. Per aurum ſapientia, per lapides operta exprimuntur. Eſt ergo collum ſicut monilia, quia prædicator & ſapientia, ſe interiùs induit, & opera exterius exercet, quæ in ſapientia videt. Caput ſpirituale Chri- *Nota membra Christi.* ſtus; collum, intellectus; corpus, mores, & affectus. Igitur per collum iſtud à capite Chriſto in corpus morum, & affectuum, ſpiritualis gratia quaſi cibus transfunditur. Hoc collum non tam ornatur monili, quàm comparatur ei, propter intellectus puritatem à crimine; veritatem in cæleſtium cognitione; lenitatem in morum compoſitione. Item per collum prædicatores deſignantur, per quos verbum prædicationis profertur, & ſecretum cordis aperitur, & ſic corpus Eccleſiæ capiti Chriſto copulatur: Monile vero muliebre ornamentum, quod tegenda velat, exteriora ornat, & corruptores propulſat. In hoc triplex doctorum ſignatur prouidentia.

De reuelandis, & tacendis ſcripturis. §. CXII.

QVædam enim dicenda de ſcripturis verbis reuelat, quædam tacenda velat, & gregem ſibi commiſſum à corruptoribus, hæreticis, ſeruat. Pretioſum monile oſtendit Moyſes, cùm de ſacrifi- *Exod.* cijs quædam ſoli Deo docuit offerenda per-

per ignem: quædam à ſacerdotibus tantũ:
quædam ab ipſis, & filijs eorum: quædam
& à laicis in cibum ſumenda. Prima in-
tantum ſunt occulta, vt ſoli Deo ſint re-
linquenda; vnde: *Si quid reſiduum fuerit,*
igne comburetur. Quæ à ſolo Sacerdote
ſunt comedenda, ea ſunt, quæ ſic ſpiritua-
les capiunt, vt ea poſſint amare, non do-
2. Cor. 12. a — cere; vnde Paulus; *Audiui ineffabilia ver-*
ba quæ non licet homini loqui. Quæ à fi-
lijs Sacerdotum, præcepta perfectionis, &
illa ſublimia fidei myſteria, quæ cum Sa-
cerdotibus contractanda ſunt; deſignan-
tur. Quæ cum laytis communicanda, com
munia vitæ ſalubris inſtituta, quæ à cor-
ruptoribus defendunt, cùm ſe pro domo
Dei murum opponunt. Item caput no-
ſtrum eſt Diuinitas; corpus, Humanitas;
Virgo Maria quomodo dicatur collum. — collũ beata Virgo, in qua Diuinitas Hu-
manitati coniuncta eſt, quæ propter ca-
ſtitatem ineffabile eſt monile. Per collũ
interior aer emittitur, exterior intus at-
trahitur; quia ipſa mediante interior no-
ſtra deuotio Deo præſentatur, & Dei mi-
ſericordia nobis redonatur. Item, per col-
lum ſaliua à capite in corpus traijcitur,
quia per eam gratia à Deo humano ge-
Iob. 12. d — neri impetratur; vnde: *Vſquequo non*
parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam
ſaliuam meam? Item, per collum verbum
emittitur, quia ex ea Verbũ Patris incar-
natũ natum eſt. Verbũ inquã actiui gene-
ris, quia omnia per ipsũ facta sũt. Verbũ
paſſiui generis quia pro nobis paſſus eſt:
verbum deponentis, quod depoſuit in
morte ſuam ſimplam, etiam vetuſtatem,
& noſtram duplam; ſcilicet ſuam pœnam,
& noſtram culpam & pœnam. Depoſuit
culpam, quando *peccata noſtra tulit in*
corpore ſuo ſuper lignum. Deponet pœnã,
quando, *Reformabit corpus humilitatis*
Chriſtus vt verbum omnium verborum fũgitur officio. — *noſtræ &c.* Verbum neutrus generis, quia
nec purus Deus nec purus homo. Ver-
bum communis generis, quia, & homo
eſt, & Deus. Monilia fiunt ex auro, &
lapidibus pretioſis, id eſt, operibus bonis.
Magiſtri debent eſſe vaſa aurea in domo
Dei, condita ſapientia, & lapidibus pre-
Eccli. 50. b — tioſis, id eſt, operibus bonis: vnde ſcri-
ptum eſt: *Simon filius Oniæ, quaſi vas*
auri ſolidum ornatum omni lapide pretio-
ſo: quaſi oliua pullulans, & cypreſſus in
altitudine ſe extollens.

De varijs vaſis: vbi, & de lapidibus pretioſis, & ſtola. §. CXIII.

QVinque ſunt genera vaſorum. Prima
lutea, carnales pleni luto immundi-
tia. Secũda lignea, ſuperbiẽtes pleni
vento ſuperbiæ: Tertia ænea, pœnitentes;
in quibus eſt myrrha, id eſt, amaritudo
pœnitentiæ. Quarta argentea, continen-
tes; in quibus ſunt lilia, id eſt, candor
virginitatis. Quinta aurea, Prælati, ſapiẽ-
tes; in quibus ſunt aromata, id eſt odora-
menta internæ virtutis. De quatuor Apo-
ſtolus: *Non ſolum ſunt in magna domo* — 2. Tim. 2. c
vaſa aurea, & argentea, fictilia, & lignea,
& lutea. Si vas, in quo offertur ſacrifi-
cium fuerit æneum; radetur, & lauabi-
tur aqua, & mundum erit. Audi lutum;
Venite & impleamus nos vino, & vnguẽ- — Sap. 2. 7.
tis pretioſis. Iſti ſunt, quorum Deus vẽ-
ter eſt: ſed Dominus, *tanquam vas figuli* — Pſal. 2. c
confringet eos. Lignum in altum ſuccre-
ſcens deſignat ſuperbiam. Audi ventum:
Vir vanus in ſuperbiam erigitur; ſed Do- — Iob. 11. c
minus oculos ſuperborum humiliabit. De
æneis dictum eſt: *Lauabitur aqua* in con-
feſſione; *defricabitur* ſatisfactione; *erit*
mundus conuerſatione; ecce myrrha. De
primo; *Lauabo per ſingulas noctes lectum* — Pſal.
meum. De ſecundo: *Obſecro vos, vt ex-* — Rom. 12. a
hibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem.
De tertio: *Omnia facite ſine murmuratio-* — Philip. 2. b
nibus, & hæſitationibus. Vaſa argẽtea ſunt
Virgines, *Argentum igne examinatum*, — Pſal.
id eſt, tentatione carnis. Iſti ſunt *pennæ* — Pſal.
columbæ deauratæ; ſcilicet Eccleſiæ, quæ
Virgo eſt: huius caput Chriſtus, pennæ — Apoc.
virgines, quæ altiùs volant; nam *ſequun-*
tur Agnum quocumque ierit. In his ſunt
lilia, in quibus requieſcit Chriſtus, *Qui* — Hymnus.
paſcitur inter lilia. Vaſa aurea, ſapientes,
in quibus ſunt odoramenta virtutum.
Sunt autem vaſa ad ablutionem, quæ nos
Deo reconciliant: ſunt vaſa ad refectio-
nem, quæ proximum erudiunt: ſunt vaſa
ad Dei venerationem, quæ Deũ ad amo-
rem noſtrum inuitant. In figura primo-
rum dicitur: *Tollite de optimis fructibus* — Gen. 43. 11.
terræ in vaſis veſtris. De ſecundis: *Filius* — 4. Reg. 2. 5
matri vaſa afferebat, & illa infundebat.
De tertijs: *Prudentes virgines acceperunt* — Matth. 25. a
oleum in vaſis ſuis. Sunt autem vaſa an-
tea, quæ nunquam habent aromata; ſcili
cet, ſapientes, fulgentes ſcientia abſque
virtute; ſed amittunt in tentatione: ſunt
qui habent, & ea ſeruant illibata; ſcilicet
ſapientes fulgentes ſcientia, & virtute, — Homines vaſa diuerſa.
quam cõſeruant in ſoliditate. De primis:
Calix aureus Babylonis in manu Domini. — Ierem. 51. a
Sunt vaſa aurea templi Ieruſalem, quæ
Nabuzardam Princeps cocorum tranſtu
lit in Babyloniam; vnde Ieremias: *Quo-* — Ierem. 4. a
modo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt
color optimus. Pro tertijs in Apocalypſi: — Apoc. 15. b
Habebant ſinguli citharas, & phialas au-
reas plenas odoramentorum. Illud eſt or-

natum omni lapide pretioſo. Lapides pretioſi ſunt virtutes in habitu: lapides pretioſi ſunt virtutes in actu: lapides pretioſi ſunt Religioſi in conuentu. *Qui ſint, & quot lapides pretioſi, quibus Eccleſia ornatur.* Primi ſunt ornamentum ſpirituum, ſecundi, corporum, tertij, congregationum. Interiùs itaque, ornat iuſtum virtutum connexio; *Ezech.28.13* exteriùs, operum diſtinctio; à latere religioſi conſolatio. De primo: *Omnis lapis pretioſus operimentum tuum.* De ſecundo: *Alij ædificant aurum, alij lapidem* *Tren.4.1.* *pretioſum.* De tertio: *Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearũ.* *Iſaia 54.12.* De his Iſaias: *Sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo in ſapbiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuae in lapides ſculptos.* Saphirus eſt cæleſtis coloris; ſcilicet virtutes: quæ ſunt fundamentum omnis ædificij ſpiritualis: Iaſpis virentis coloris ſunt opera bona, quæ non marceſcunt defectu, & ſunt propugnacula; his enim pugnamus. Sculpti lapides sũt Religioſi, qui ſe afflictionibus aſſiduis ſculpunt, dum corpus caſtigant, & corda obſeruant. Iſti etiam ſunt portæ, quia exẽplo ſuo alios ducunt ad regnũ. Tale vas aureũ fluenta gratiæ portat in patriã.

De triplici gratia. §. CXIV.

TRia ſunt fluenta gratiæ ſcilicet, lacrymoſa pœnitentia, & hęc eſt aqua mundans fœtorem. Secunda, litterarum ſcientia fœcundans in amorem: tertia, cæleſtis ſapientia, infundens ſaporem. De prima: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.* *Pſal. 6 6* De ſecunda. *Ecce declinabo in eos, vt fluuium pacis,* *Iſa 66. d* quod eſt ſuperna charitas; *& vt torrentem inundans gloriam gentium;* *Ibidem.* qui eſt ſapor ſupernus. De primo, fluenta gratię propinauit in populo, vt inuitentur ad pœnitentiam. De ſecundo, fluenta gratiæ propinauit in clero, vt inſtruantur ad fidem catholicam. De tertio, fluenta gratiæ propinauit in clauſtro, vt quæ ſurſum ſunt ſapiant; *non quæ ſuper terram:* & ideo accepit ſtolam gloriæ in conſummatione virtutis. Sed notandũ, quòd primò accipimus ſtolam iuſtitiæ incohatione virtutis: ſecundò, ſtolam ſalutaris lætitiæ, in perfectione virtutis: tertiò, ſtolam gloriæ in conſummatione virtutis. Cum prima accipimus Iuſtitiam: cum ſecunda, quietis lætitiam: cum tertia, incorruptibilem corporis gloriam. De prima: *Cito proferte ſtolam primam.* *Luc. 15. e* De ſecunda: *Data ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ.* *Apoc. 6. c* De tertia: *Amauit eum Dominus, & ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum.* *Eccl. 45. a*

Murænulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Cap. IX.

MVRENVLÆ ſunt catenulæ, quibus monilia collo ligantur; quia ſapientia, & religio prædicatoribus à ſcripturis adiungitur; quia per murenulas ſacra ſcriptura intelligitur. Hę bene aureæ, & vermiculatæ argẽto dicuntur, quia & ſacra ſcriptura, & ſapientia fulget, quæ per aurum, & ſonora pręedicatione, quę per argentum ſignificatur, auditur per mundum.

§. CXV.

QVia pluraliter dicitur, *Faciemus,* credo potiùs hãc eſſe ſodalium vocẽ quàm ſponſi. Murenulas igitur aureas vermiculatas argento offerunt ei, vt fide cognoſcat quid ſit ei credendum; de auro ſcilicet, Diuinitatis ſplendore; & argento, ſcilicet, Chriſti Humanitate. Hæc eſt illa ſpecies electri, de qua Ezechiel *Ezech. 1. a* *De medio eius quaſi ſpecies electri; id eſt, de medio ignis.* Electrum enim ex argento fit, & auro: hoc eſt, ſapientia, & eloquentia.

§. CXVI.

SOlent amatores ſponſis ſuis pretioſa ornamenta pręſtare, vt earum erga ſe amorem feruentiùs accẽdant; ſic Chriſtus Eccleſię. Eam namque baptiſmi lauacro mundat; corporis ſui, & ſanguinis ſui Sacramento confirmat; ſcripturarum teſtimonijs illuminat; ſcilicet, vt diligat ſuum mundatorem, & confirmatorem, illuminatorem. Hę murenulę ſunt ornamenta aurium, ſcilicet catenulis ex auro,

& ar-

Digitized by Google

Terredo id eſt vermis qui in ligno naſcitur.

& argento ſubtiliter in modum vermis intexto: qui dicitur terredo, vel terrebella, eo quod dura ligna perforet. Hæ murænulæ auro cæleſtis ſapientiæ fulgẽt; argento vitalis eloquentiæ ſplendent; & modò per correctiones, modò per conſolationes, modò per blandimenta promiſſionum cæleſtium, modò per minas infernalium pœnarum, dura corda emolliunt.

De tribus ornamentis ſponſæ: & triplex ornamentum ſponſæ. §. CXVII.

TRibus ſpecialiter ornamentis ſponſam in hoc cantico inuenimus ornatam: ſcilicet annulis; vnde: *Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.* Murenulis, vt hic: monilibus; vt *Collum tuum ſicut monilia.* In Annulis cingulum tẽperantiæ, ne manus ad illicita opera diſſoluat. In murænulis ſignum obedientiæ, vt per eloquium diuinum, & ſapientiam diuinam ſapienter obediat. In monilibus ſigillum pudicitiæ, ne turpis motus caſtitatem inficiat. Sigillum monilium tria facit: interiora celat, ne ſi qua turpis cogitatio cõtra propoſitum caſtitatis ſurgit foras erumpat: exteriora ornat, vt verecunda, & modeſtæ grauitatis appareat: manus impudicorum ab illicito tactu refrenat, ne per tactum carnis, alienæ ignis luxuriæ ferueat.

De triplici veſte ſponſæ. §. CXVIII.

TRiplex eſt veſtis ſponſæ, qua ornatur. Prima, religioſæ conuerſationis, qua veſtitur in diebus laboris: ſecunda, corporalis caſtitatis, in diebus ſolemnitatis: tertia innocentiæ, & charitatis, in ſuſceptione Regis. In prima proximus ædificatur; in ſecunda, Angelus de munditia lætatur: in tertia Deus delectatur. De prima: *Stragulatam veſtem fecit ſibi*; quaſi triangulatam: quia in tribus eſt religioſa conuerſatio. In continentia membrorum; vnde: *Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum; iſte in excelſis habitabit.* In obedientia mandatorum; vnde: *Melior eſt obedientia, quàm victima*: In patientia perſecutionum; vnde: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* De ſecunda veſte: *Syndonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo*; Syndonem, ſcilicet candorem caſtitatis. Cingulum

Prou. 31. e
Iſa. 33. 15
Eccli. 4. d
Luc. 21. d
Prou. 31. e
Tunc cingulum facimus cananæo quã-

id eſt, refrenationem commotionis, quod dicitur Chananæus; & caro Chriſti inuoluta eſt in ſyndone. De tertia: *Purpura & byſſus indumentum eius*: purpura charitatis, byſſo innocentiæ. Prima Chriſtus veſtitus eſt in transfiguratione: nam, *facta ſunt veſtimenta eius alba ſicut nix.* Secunda, duo viri in aſcenſione: tertia Angelus in reſurrectione: nam facies eius erat rubea, propter charitatem: Veſtis alba, propter vitam innocentem. In prima eſt odor thuris; vnde: *Odor veſtimentorũ tuorũ ſicut odor thuris.* In ſecunda odor inæſtimabilis; vnde: *Cuius odor inæſtimabilis erat nimis &c.* In tertia odor plenitudinis; vnde: *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni.* Superadditur autem, ad maiorem pulchritudinem ſponſæ, quòd ſit ornata claritate, & florum varietate; vnde: *Sicut dies verni circumdabant eam flores roſarum, & lilia conuallium.*

do refrenamus motus interiores, & ita caro Chriſti inuoluitur in ſyndone munda.
Matth. 17. a
Act. 1. b
Cant. 4. c
Eccleſia.
Gen. 27 d
Eccleſia.

De tribus diebus: de triplici aſcenſu animæ. S. CXIX.

SCiendum quòd ſunt dies hyberni temporales, ſunt dies interni ſpirituales ſunt dies verni cæleſtes. De primis: *Diem hominis non deſideraui, tu ſcis.* De ſecundis: *Noctem verterunt in diẽ.* De tertijs: *Thronus eius ſicut dies cœli.* In primis anima circumdatur calamitate tribulationis in ſecundis ardoribus cæleſtium deſideriorum: in tertijs, floribus roſarum & liliorum.

Ierem. 17. 16
Iob 17. 12.
Pſal. 88. f

De triplici aſcenſu animæ. §. CXV.

HÆc anima ſic illuminata aſcendit. Primo per gradus virtutum; vnde: *Ibunt de virtute in virtutem*: ſecundò, ad cor altum; vnde: *Aſcendit homo ad cor altum*: tertiò, ad æthereum thalamum; vnde: *Maria Virgo aſſumpta eſt ad æthereum thalamum.* In primo aſcendit ſponſa: in ſecundo, pretioſa: in tertio, glorioſa. Nec mirum, aſcendit enim deſuper riuos aquarum. Primò aſcendit de valle lacrymarum mundata: ſecundò, de flueuto gratiarum fœcundata: tertiò, de torrente voluptatis ſatiata. De primo: *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum.* De ſecundo: *Fluminis impetus lætificat.* De tertio: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Pſal. 83. b
Pſal. 63. 8.
Eccleſia.
Aſcenſus animæ ſuper riuos aquarũ fit ex lacrymis.
Pſal. 83. 6.
Pſal. 45. a
Pſal. 35 b

Tri-

Digitized by Google

Triplex eſt thalamus. §. C X X I.

Pſal. 18. b

TRiplex eſt thalamus: virgineus, ſpiritualis, ætheteus. De primo: *Ipſe tanquam ſponſus procedēs de thalamo ſuo.* De ſecundo: *Adorna thalamum tuum Sion.* De tertio: *Maria Virgo aſſumpta eſt ad æthereum thalamum.* In primo noſtram aſſumpſit infirmitatem, *habitus inuentus vt homo.* In ſecundo, ſentit noſtrę deuotionis ſuauitatem, in nobis quieſcens *tanquam paſſer ſolitarius in tecto.* In tertio ſuam oſtendit maieſtatem, *in quo Rex Regum ſtellato ſed et ſolio.* In virginis thalamo fuit, prima Chriſti natiuitas: ſed quaſi ſecunda fuit in baptiſmate: quaſi tertia in reſurrectione,

Eccleſia. Eccleſia.

Intellige propter ſuam incunditatem, & gloriam noſtram.

Et natiuitas, & quadragenarius triplex & triplex probatio. §. C. X X I I.

QVadrageſimo die à natiuitate ſua Dominus in templo eſt præſentatus: à baptiſmate, quadraginta ieiunans diebus à Diabolo eſt tentatus, & ſupra pinnaculum templi poſitus: à reſurrectione quadraginta in cælum aſſumptus. Ecce tres quaſi natiuitates. Prima, carnalis, ſed ſine culpa: ſecunda, ſacramentalis, ſed ſine efficacia, quia peccatum non habuit quod deleret baptiſmus: tertia, cæleſtis, & in gloria. Iſtas tres natiuitates, tres ſequuntur quadragenariæ. In prima latuit, in ſecunda laborauit, in tertia exultauit. Poſt primam ad templum delatus eſt à parente: poſt ſecundam, locatus eſt ſupra templum ab hoſte: poſt tertiam, aſſumptus eſt in cælum à Patre. Itaque primus quadragenarius totus eſt purificationis; ſecundus probationis; tertius contemplationis. In primo caro acquirit caſtitatem, facta mundior; anima ſecuritatem, facta fortior; ſpiritus ſubtilitatem, factus clarior. Hinc eſt, quòd in purificatione, quæ ſequitur primam quadragenariam, tria animalia offerebantur ex præcepto legis. Turtur, qui deſignat carnis caſtitatem, quia coniugia non iterat: Agnus deſignans patientiam, & manſuetudinem animæ, quia percuſſus non repugnat: Columba, ſpiritus ſubtilitatem, quia altius volat. Primam ieiunauit Helias fugiens Iezabel, quæ dicitur fluxus vanus: id eſt, carnis illecebras: ſecundam Chriſtus in deſerto: tertiam Moyſes in monte. Ideo autem in hoc numero ieiunia poſita ſunt, quia Chriſtus tres habet diuiſiones tantum. Prima in duos vicenarios: ſecunda in quatuor denarios: tertia in octauo quinarios. In prima quadragenaria purificationis ieiunamus, quinque ſenſus cohibentes, vt caro noſtra recipiat octauam reſurrectionis. In ſecunda, ſcilicet probationis, ieiunamus quatuor virtutes nobis comparantes, vt recipiat anima denarium, quem pater familias dedit laborantibus operarijs. In tertia, ſcilicet contemplationis, ieiunamus, vt tanquam duos vicenarios recipiamus, ſtolam vtramque glorificationis: In prima igitur, ſcilicet purificationis, purificetur caro ab opere, anima a cogitatione, lingua à ſermone. Sequitur de ſecunda probationis: Ieiunemus enim, vt probemur, & probationem ſuſtinere poſſimus.

Iezabel interpretatur.

Triplex probatio, & contemplatio triplex. §. C X X I I I.

TRiplex eſt probatio. Prima fit ductu rationis philoſophica: ſecunda experientia, & actiua: tertia miracula, & anagogica. Per primam eſt homo diſcretior, quia ratione diſcernit à falſo veritatem: Per ſecundam robuſtior, per tolerantiæ aduerſitatem: Per tertiam deuotior, propter viſam mirabilium nouitatem. De prima: *Omnia probate; quod bonum eſt, tenete.* De ſecunda: *Probet autem ſeipſum homo &c.* Hanc enim volebat fieri per tribulationum experientiam. De tertia: *Probauerunt, & viderunt opera mea,* ſcilicet miracula, quæ feci eis in deſerto. Tertiam quadragenariam ieiunamus, vt ſimus ad contemplandum ſubtiliores: quanto enim caro attenuatur, tanto ſpiritus ſubtiliatur. Tria autem in ſupernis, contemplamur: ſupernæ Ciuitatis opulentiam, qua omnibus bonis replebimur: Ciuium eius lætitiam, qua Deus facie ad faciem videbitur: Regis gloriam, qua omnis creatura Deo ſubijcietur. De opulentia dictum eſt: *Non eſurient, neque ſitient ampliùs.* De lætitia: *Lætitia ſempiterna erit eis.* De Regis gloria: *Glorioſus Deus in ſanctis ſuis &c.* Vide ergo ciuitatis decorem ex claritate; Ciuium amorem ex charitatem; Regis honorem ex maieſtate. Audi decorem ciuitatis: Luce ſplendida fulgebis; charitas ibi nunquam excidit; honor non deficiet. Hic eſt accubitus Regis, de quo ſequitur.

1. Theſ. 5. d
1. Cor. 11. d

Pſal. 94. b

Apoc. 9. d

Pſal. 67. g

Dum

Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Cap. X.

CHRISTVS accubitum intrauit, quando cœlos aſcendit: ibi nardus ſponſæ dedit odorem ſuum, quia virtus Eccleſiæ longe, lateque ſuauem famam ſparſit bonitatis. Ex increpatione ſponſi, ſponſa genas parum ſuffuſa rubore reſpondet ſodalibus, quid de eo ſenſerit. In primo humilitatem, ſcilicet, *Dum eſſet Rex*: in ſecundo, ſcilicet, *Faſciculus myrrhæ*, charitatem: in tertio iucunditatem, ſcilicet, *Botrus Cypri*. Nardus eſt herba calida, & parua, per quam deſignatur humilitas, quæ eſt ex feruenti amore: quod ideo dico, quia eſt humilitas, quam paſcit veritas, & non habet calorem: & eſt humilitas, quam format charitas, & inflammat; & hæc quidem in affectu, illa in cognitione ſubſiſtit. Prima docet non altum ſapere lumine veritatis redargutum: ſecunda, ſponte humilibus conſentire, munere charitatis adiutum. Primum eſt neceſſitatis, ſecundum voluntatis. Hæc ſponſæ humilitas ſpargit bonum odorem ſuum, tanquam nardus amore calens, deuotione vigens, opinione redolens. Hæc humilitas voluntaria eſt, perpetua eſt, fructifera eſt. Accubitus Regis, ſinus eſt Patris, quia ſemper in Patre Filius. Vel, accubitus requies dicitur in gloria poſt aſcenſionem. Regis accubitus tranquillitas corporis, per quam verbum Dei pio recumbit in corde, & ibi nos ad amorem, & humilitatem accendit, quæ deſignantur in feruore, & paruitate nardi.

Qualitates nardi.

De accubitu ſponſi mirabilis expoſitio.

De quatuor cauſis odoris. §. CXXIV.

ODor aliquando erit ex concrematione, aliquando ex ſpiratione, flabilis auræ, aliquando ex ſpecierum contuſione. Cùm igitur aliquis ſuccenſus igne diuini amoris vacat eleemoſynis, & cæteris operibus miſericordiæ, ipſis videntibus ſpargit odorem ex concrematione. Cùm verò aliquem virentum gratia copioſum, vel doctrine ſplendore, miraculorum gloria, laudabilem famam longe dilatare cognoueris; ex diuinis floribus fragrantiam aera replentem cognoſce: quia ſi aliquem morborum incommodis fatigari, ſeu perſecutionum moleſtijs inquietari, aut ſuppliciorum contritionibus, propter Deum deprimi & in omnibus gratias agere conſpexeris; ex contuſione precioſarum ſpecierum glorioſum odorem vſq; ad cælos aſcendiſſe mirare.

Quando exercentur opera miſericordiæ tunc nardus dat odorem ſuum.

De triplici accubitu ſponſi. S. CXXV.

TRiplex eſt accubitus ſponſi. Primus eſt in virginis vtero: ſecundus eſt in ſepulchro: tertius in Patris ſolio. De primo: *Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos.* Iſſachar, qui dicitur, *merces*, eſt, qui ſe pro nobis precium dedit Chriſtus. Accubuit inter medios terminos, quia medius fuit inter Diuinitatem, & Humanitatem. Diuinitas itaque maior extremitas, Humanitas minor; Chriſtus, qui eſt ex ijs duobus, medius terminus. Iumentum itaque fuit ex Humanitate, ſed fortis ex Diuinitate. De ſecundo accubitu dicitur: *Requieſcens accubuiſti, vt leo, & quaſi leæna.* Accubuit enim, quia homo, ſed non vt homo, quia, Deus fortis ſurrexit. De tertio: *Omnes paſcentur viſione Dei*; accubabunt immunes à laboribus, in æterna requie. Nec erit qui exterreat, quia ſecuri erunt Dei protectione. In primo, Nardus dedit odorem humilitatis: in ſecundo, Myrrha deleuit putredinem veſtutatis: in tertio, Botrus emiſit vinum ſpiritualis iucunditatis.

Iſſacar interpretatur.

Geneſ. 49. 15

Gen. 49. 9.

Vt c. c. Theologi.

De tribus gradibus humilitatis. §. CXXVI.

ODor humilitatis tres habet gradus. Eſt enim humilitas, quam parit veritas in corde, ex ſui cognitione: ſecunda, quam exhibet ſanctitas in operis exhibitione ex contemptu mundanæ gloriæ: tertia, quam perficit charitas in ſuſtentatione, armata clypeo patientiæ. De prima: *Ego ſum vermis, & non homo*: ſecundam oſtendit Dauid, cùm ſaltaret coram arca Domini: tertiam, cùm lapidaret

Pſal. 21. 6.

2. Reg. 6. 14.

Digitized by Google

2. Reg. 16.7 ret eum Semei. In ſecundo myrrha delenit putredinem noſtræ vetuſtatis.

De duplici hominis vetuſtate; *§. CXXVII.*

DVplex eſt vetuſtas hominis; ſcilicet, pœnæ, & culpæ. Primam aſſumpſit Chriſtus, quando in ſepulchro iacuit duabus noctibus; ſcilicet, propter noſtram duplam vetuſtatem; & vna die propter ſimplam. Vetuſtatem culpæ deleuit, præterita peccata remittendo; præſentia ab eis homines auertendo; & remittendo futura, qua poſſint vitari gratiam conferendo. Vetuſtatem pœnæ deleuit: æternam, vt pœnitentes non ſentiant, penitus exterminando: purgatoriam, terminum ei ponendo: temporalem, miſeriam non penitus exterminando; ſed tantum debilitando; & ne timeant, faciendo. In tertio accubitu, Botrus, id eſt, Chriſtus emiſit vinum iucunditatis; id eſt, gratiam ſui amoris. Vinum hoc inebriauit Apoſtolos ad mundi contemptum; vnde: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*. Accendit per deſiderium: *Anima mea deſiderauit te in nocte*. Lætificauit in ſpe futurorum bonorum; vnde: *Gaudens gaudebo in Domino &c.* Induet me veſtimento ſapientiæ, quando ad ſimilitudinem dominicæ reſurrectionis, veſtiet me gloria incorruptionis: indumento iuſtitiæ circumdabit me, quando glorificabit animam, faciens eam immunem à peccato, & paſſione; & ſic omnis in terra ſua habebit duplam partem, ſcilicet, gloriam, & corporis, & animæ.

Cur Chriſtus iacuerit in ſepulchro duabus noctibus, & vna die.

Gal. 6. d

Iſa. 26. b

Iſa. 61. d

De triplici conuiuio Animæ: *§. CXXVIII.*

TRia ſunt conuiuia ſponſæ. Primum corporum, ad comparandam nobis fortitudinem; quo vtuntur ſerui. Secundum animarum, ad conſolandam eorum eſuriem; in quo comedunt amici. Tertium Angelorum, ad voluptuoſam ſatietatem; quo inebriantur Chriſtiani. In figura horum legimus Chriſtum tria conuiuia celebrantem. Primum, imminente paſſione, quando Paſcha cum diſcipulis ſuis comedit: ſecundum, in aſcenſione ſimiliter cum diſcipulis: tertium, cùm ſuis militibus promiſit dicens: *Ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater &c.* In primo debemus ſeruum ſuſtinere, diſciplina ornare; operibus onerare: vnde: *Cibaria, & virga, & onus, aſino; & panis, & diſciplina, & opus ſeruo*. In primo, iuſtus antequam comedat ſuſpirat, timens Dei iudicia: in ſecundo, antequam comedat, reſpirat in pura conſcientia: in tertio, antequam comedat, aſpirat ad ſuprema gaudia. In primo itaque obſeruandum, quod comedamus, ne quærantur delitiæ, in ſecundo ne tranſeamus metas indigentiæ in tertio, ne prætermittamus tempus abſtinentiæ. Primum, ne amittatur orationis gratia: ſecundum, vt de reliquis fiat eleemosyna: tertium, vt agatur pœnitentia. Ideo antequam comedamus, tria debemus habere ſuſpiria. Primò enim ſuſpiramus, vt fugiamus infernum: ſecundò, vt deleatur peccatum: tertiò, vt reuertamur ad regnum. De his: *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis quàm theſauros auri recondere. Ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam &, vitam æternam*. Hæc tria ſuſpiria tres habent rugitus.

Tria conuiuia Chriſtus celebrauit.

Luc. 22. c

Adagium.

Tob. 12. 9.

Eleemoſinæ effectus.

Tria ſuſpiria tres habent rugitus. *§. CXXIX.*

ESt enim rugitus comminantis infernum: & eſt rugitus plangentis incommodum: & eſt rugitus deſiderantis regnum. De primo: *Leo rugiet: quis non timebit?* De ſecundo: *Rugiit Eſau clamore magno*. De tertio hic. Primus habet aquas fœcundantes, quæ introducunt ad pacem: ſecundus mundantes, quæ lauant turpitudinem: tertius mundantes, quæ infundunt ſaporem. De primis: *Ecce declino in eos vt fluuius pacis*. De ſecundis: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum*. De tertijs: *Et torrens inundans gloria gentium*. In figura harum lacrymarum, ter lacrymatus eſt Ieſus: ſcilicet ad ſepulchrum Lazari: Item, videns Ciuitatem *fleuit ſuper illam*: Tertio imminente paſſione, quando ſolus orauit in monte. Ibi lacrymatus eſt Ieſus, ſicut ait Paſchaſius ſuper Ieremiam. In ſecundo autem conuiuio, *antequam comedam ſuſpiro*, in pura conſcientia. Non enim quieſcit, qui ſentit vermem Prauæ conſcientiæ, à quo nemo nocens abſoluitur: ſemper enim præſumit ſæua turbata conſcientia.

Amoſ. 1. b

Pſal. 6. b

Iſa. 66. 12.

Pſal. 6. b

Iſa. 66 d

Paſchaſ. ſuper Ierem.

Iob.

De

De bona conſcientia. §. CXXX.

2. Cor. 1. 12.

BOna conſcientia tria habet. Habet enim gloriam; vnde: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Non timet, infamiam; vnde poeta

Conſcia mens recti, famæ mendacia ridet.

Expectat coronam; Vnde:

Præmia digna feret mens, quæ ſibi conſcia recti eſt.

In tertio conuiuio, antequam comedant aſpirant. Ibi gaudebunt de bonis Domini ſibi factis, quia videbunt carnem Chriſti glorificatam. *Vino*, quia experimento cognoſcent Dei Patris charitatem: *& oleo*, quia guſtabunt ſancti Spiritus ſuauitatem. *Eritque anima eorum quaſi hortus irriguus: & vltra non eſurient*, quia ſatiabimur cum apparuerit gloria tua, Domine. Qui ſunt in primo conuiuio, diſcumbunt in nouiſſimo loco per humilitatem, qua ſe indignos reputant: vnde: *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei*. Qui in ſecundo, diſcumbunt in medio, per veritatem, qua ſpernentes vniuerſa terrena ad cæleſtia anhelant. Qui in tertio, diſcumbunt in plenitudine pacis. In primo per dignitatem, qua cum Chriſto regnant. De ſecundis; *Quæ poſteriora ſunt obliuiſcens. &c.* De tertijs: *Gaudent in cælis animæ ſanctorum.*

Iſa. 58. 11.

1. Cor. 15. b

Eccleſia.

Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Cap. XI.

MYRRHA corpora ſeruat à putredine, ſua amaritudine: hanc corporibus adhibemus, ne putreſcãt, cùm corporæ, exemplo Chriſti, per mortificationem carnis à putredine luxuriæ reſtringamus; ne, ſi ea relinquamus ſine condimento, eſca fiant vermibus perpetuis. Qui faſciculus dicitur, quia virtutes in nobis colligatę parum grauediuis diligentibus habent. Inter vbera commoratur, quia in dilectione Dei, & proximi, Chriſto habitatio paratur: ante Rex in accubitu regio, modo Dilectus inter ſponſæ vbera. Magna humilitatis virtus, cui ſe Deitatis Maieſtas tam facilè inclinat Myrrha duram, & aſperam tribulationem ſignificat; quam quia pro Chriſto libenter amplectitur, non faſcem, ſed faſciculum dicit; quia leue ducit quicquid pro eius amore ſuſtinuerit. Bene faſciculus, quia paruulus natura, & nomine. Bene faſciculus, quia *non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis*. Erit aliquando nobis ingens cumulus gloriæ, qui modo eſt faſciculus Myrrhæ: & ne videatur de ſe præſumere, ſed de Dei adiutorio, quem habet in corde dicit: *Inter vbera mea commorabitur*. Vnde ſecure dicere poteſt: *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quia tu mecum es*. Myrrham illam amaram, meritò dixerim contumelias, ſputa, colaphos, clauos, crucem, & cæteras amaritudines, quas pro nobis ſuſtinuit. Non prætermittam myrrham, qua in cruce eſt potatus; nec illam, qua vnctus eſt in ſepulchro. In prima applicuit ſibi noſtrorum amaritudinem peccatorum: in ſecunda futuram incorruptionem mei corporis dedicauit. Memento te, quòd ſponſa portauit in vberum medio, ipſum cogitando: Maria in vtero, ſancta deuotione nutriendo: Simeon in brachiis, eius opera imitando: Ioſeph in humeris, eius paſſiones libenter ſuſtinendo. Myrrha ſeruat corpora à putredine, propter amaritudinem: ſed gratum dedit odorem propter noſtram redemptionem. Vnde Ioannes audit non ſolum homines, ſed Angelos exultantes, & dicentes: *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt accipere virtutem*, de Virgine in natiuitate, qua ſine peccato natus eſt: & Diuinitatem, in baptiſmo, qua voce paterna Filius Dei dilectus cœlitus eſt declaratus: *& ſapientiam*, in prædicatione: *& fortitudinem*, in paſſione: *& honorem*, in reſurrectione: *& gloriam*. in aſcenſione: *& benedictionem*, in electorum ad cœleſtia collectione. Ecce ad quantam Chriſtus venit gloriam per Myrrham, id eſt, igno-

Tribulatio faſciculus Myrrha.

Rom. 8. 18.

Pſal. 22. a

De Myrrha

Triplex Chriſti portatio

Apoc. 5. c

Digitized by Google

miniam paſſionis eius; vt exemplo animati, per paſſionem nos ſperemus pervenire ad eius glorioſam reſurrectionem.

Tria genera paſſionum.
§. CXXXI.

TRia ſunt genera paſſionum. Sunt paſſiones præteriti temporis ſcilicet inflictæ neceſſitatis: ſunt paſſiones huius temporis, ſcilicet, liberæ voluntatis: ſunt paſſiones nullius temporis, ex ſeruitute perpetuæ corruptionis. De primis: *Vanitati creatura omnis ſubiecta eſt, non volens*. (Rom. 8. d) De ſecundis: *Nos primitias ſpiritus habentes, ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri*. (Ibidem.) De tertijs: *Omnis creatura liberabitur à ſæculi corruptione.* (Idem.) Primę excluſerant præteritam gloriam, quę fuit in Paradiſo, ex primi ſtatus temperantia. Secundæ operantur ad præſentem, quæ eſt in corde humano ex pura conſcientia, ſed non ſunt condignæ ad futuram. Tertię non pertinent ad eam, quę futura eſt in regno, quando ceſſabit huius miſerię moleſtia. Prima gloria tranſijt, quia primi parentes *Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*. (Pſal 105. b) De ſecunda dicitur: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*. (2. Cor. 1. 12) Hoc teſtimonium primo habet decorem puritatis, vt non habeat peccatum: ſecundo feruor charitatis, qua diligat Deum: tertio, ſplendor eſt veritatis, qua cognoſcat beatitudinem Angelorum. De his tribus dicitur: *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli*, & Saron. (Iſa. 35. a) Carmelus dicitur ſcientia circumciſionis, quæ ad primum: Saron ſucceſſio, quę ad ſecundum: Libanus dealbatio, quę pertinet ad tertium. (Carmelus, et Saron interpretantur.) Circuncidamur ergo in corde, ab illicita cogitatione: in ore, à ſuperflua locutione: in corpore, a malo opere. Ecce decor Carmeli & Saron, id eſt ſucceſſio.

Triplex ſacrificium.
§. CXXXII.

TRiplex eſt feruor. Primus in Dei dilectione: ſecundus in carnis maceratione: tertius in fratris correctione: hoc eſt, triplex ſacrificium. Primum de Libano; ſcilicet amor Dei: ſecundum, ad craticulam: ſcilicet, afflictio carnis: tertium, de ſartagine; ſcilicet, correctio fratris. De primo: *Lampades eius lampades ignis atque flammarum*. (Cant.) Superfunditur oleum deuotionis, vnde: *Impinguaſti in oleo caput meum*. De ſecundo: *Ingrediatur putredo in oſsibus meis, & ſubter me ſcateat*. (Abac. 3. d) Hic quoque ſuperfunditur oleum hilaritatis, quia *hilarem datorem diligit Deus*. (2 Cor. 9 7.) De tertio Mathathias, *Vt quid natus ſum videre mala gentis meæ?* (1. Mach. 2. a) Hic ſuperfunditur oleum conſolationis, quod Samaritanus ſuperfudit vulnerato à latronibus. Sequitur Libanus, id eſt, dealbatio, quam poſſidens digna eſt, cui dicatur: *Tota pulchra es amica mea*. De feruore: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?* (Luc. 24. e) De ſplendore: *Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei*. (Iſa. 40 b) Tunc manifeſtum erit: *Quod non ſunt condigna paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.
Cap. XII.

IN Cypro maiores vineæ quàm alibi ſunt; Cyprus eſt vniuerſalis Eccleſia, quę multas vineas nutrit dum eccleſijs particularibus, quod lętificet cor hominis, gignit vinum charitatis. Engaddi dicitur fons hędi. (Engaddi interpretatio.) Hędus pro peccatis immolabatur: fons hędi eſt baptiſmus Chriſti, quo dũ corpus mergitur per fidem, qui pro peccatis mortuus eſt, à peccatis lauatur: qui fuit myrrha in morte, botrus eſt in reſurrectione. *Qui enim mortuus eſt propter peccata noſtra, reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus*. (Rom. 4. d) Itaque lugendo peccata, bibiſti myrrhę amaritudinem: ſi autem reſpiraſti in ſpem vitę, bibiſti vinum, quod lætificat cor hominis. Et habent oculum Engaddi, quia vident tentationes venientes. Is eſt Dilectus, botrum effundens, id eſt, lętitiam ſuæ reſurrectionis, quam & ipſi ſperant ſibi, ne abundantiori triſti-

tia

Digitized by Google

Cyprus interpretatur. tia abſorbeantur. Moraliter Cyprus, triſtis, vel mæror dicitur, in qua eſt iſte botrus lętificans, quando in ſtudio piæ compunctionis inuenitur gaudium conſolationis; vnde: *Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur.* (*Matth. 5.*) Primo, Maria Magdalene caput Domini recumbentis, de pretioſo nardi perfudit odore: deinde diſcipuli crucifixum myrrha vnxerunt: deinde botrus Cypri factus eſt, quando reſurrectionis gaudio exhilarauit; vnde, ſurrexit Dominus; (*Matth. 28. g*) *Et occurrit illis dicens: Auete illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.*

Triplex gaudium. §. CXXXIII.

TRia nobis propoſita ſunt diuinæ pietatis ſuauitatem redolétia; ſcilicet, quòd ſurrexit, quòd mulieribus occurrit quòd ſalutauit. In primo ſuam nobis propoſuit gloriam; ad quàm ſuſpitemus per deſideria: in ſecundo dedit confidentiam, per quam aſpiremus ex pura conſcientia: in tertio contulit lætitiam, ſub qua reſpiremus à mæroris anguſtia. Suſpirabat ſpecioſa, cùm diceret: (*Cant.*) *Filiæ Ieruſalem nunciate dilecto, quia amore langueo.* Aſpirabat, cùm diceret: *Surgam, & circuibo per vicos, & plateas; quæram, quem diligit anima mea.* Reſpirabat cùm diceret: *Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* O quam vehementi amplexu, amplexatus eſt me in cruce, in quo (*Nota mirabilem amplexũ Sponſi, & Sponſæ.*) fluxit aqua de latere, manauit ſanguis de corde, anima receſſit à corpore. Diues iſte, inſtitor merces ſuas in ſuo aduentu implicitas attulit; vnde: *Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt.* (*Apoc. 22. e*) In paſſione ſaccus conciſus fuit, in quo *vidimus eum leproſum, & percuſſum à Deo, &c.* vnde: *Conſcidiſti ſaccum meum.* (*Pſal. 29. e*) In reſurrectione purpuram exploſit; vnde: *Coma eius ſicut purpura Regis iuncta canalibus.* Hæc purpura eſt caro Chriſti glorificata: caput ſponſę, Chriſtus: capilli eius, imitatores Chriſti, qui ſunt quaſi regis purpura, (*Chriſti capilli qui.*) quia eis debetur reſurrectionis gloria. Purpura hæc iuncta eſt canalibus, quia iam in cælis ab Angelis honoratur: Fons gratiarum eſt in Cælis; ſed dum per Angelos nobis miniſtratur, quaſi per canales effunditur: cum eis autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculabimur. Gloria iſta triplex eſt, quia triplex reſurrectio. Prima, miraculoſa, de morte temporali ad vitam temporalem: ſecunda, virtuoſa, de morte ſpirituali ad vitã ſpiritualem: tertia, glorioſa, de morte temporali ad vitam incorruptibilem. In prima, Eccleſia coaleſcit: in ſecunda, ſpiritus reuiniſcit: in tertia, humana natura refloreſcit. De prima: *Acceperunt de reſurrectione mortuos ſuos.* (*Heb. c. 11. 35.*) De ſecunda: *Filius meus mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt.* (*Luc. 15.*) De tertia: *Chriſtus reſurrexit, primitiæ dormientium.* (*1. Cor. 15. i*) Item: *Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum.* Prima ergo facta eſt in Lazaro, ſecunda in prodigo filio, tertia in Chriſto. Prima facta eſt à Chriſto, quando tres mortuos ſuſcitauit, (*Eccleſia*) ſecunda; *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite* (*Coloſſ. 3.*) Tertia in Chriſto; vnde: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* (*1. Cor. 15. 8.*) Sic occurrit mulieribus, vt daret confidentiam, qua aſpiremus: occurrit Dominus infirmis, vt eos confirmet patientia: occurrit deſolatis, vt conſortet in lætitia: occurrit Sanctis, vt ſatiet eorum deſiderium glorificatæ carnis præſentia. Iuxta primum, vidit ſibi Petrus Chriſtum occurrere. Iuxta ſecundum, occurrit mulieribus. Iuxta tertium Angelis in aſcenſione. In figura primi venit Iſaac in occurſum Rebeccæ, quæ dicitur ſapientia, (*Gen. 24. Rebecca interpretatio.*) & ipſa deſcendit de camelo. In figura ſecundi, occurrit pater prodigo filio; In figura tertij, Melchiſedech occurrit cum pane, & vino Abraam reuertenti de prælio. Ecce dedit fiduciam, vt aſpiremus.

De triplici ſalutatione. §. CXXXIV.

TRes inuenimus ſalutationes Dei plenas deuotione. Primam attulit Raphael ad Tobiam, ſecundam Gabriel ad Mariam, tertiam hodie Dominus ad mulierem. Primam miſit, & diſtulit: ſecundam mandauit, & attulit: tertiam quæ tulit, & attulit. De prima: *Qui mandas ſalutem Iacob.* De ſecunda: *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo* De tertia: *Salus noſtra in manu tua Domine.* In prima fuit affectus tardior; vnde cum ait Angelus, *Gaudium tibi ſit ſemper;* (*Tobia. 5.*) ait Tobias. *Quod gaudium erit mihi, qui lumen Cæli non video?* In ſecunda diſcretior; vnde ait Maria: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* In tertia feruentior; vnde: *Acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius.* Ille qui ſalutat, in amore tenetur auidiùs, in memoria validiùs, in ſpe ſalubriùs; vnde iuxta hæc tria verba ſalutationis legimus in ſcripturis. Iuxta

Aue explicatur, & diuiditur. primum dicitur, *Auete*, quaſi auide tenete. Iſtud *Aue*, quarter legimus dictũ. Primum artulit Angelus ad Mariam commonitorium: ſecundum Chriſto diſcipulus deceptorium: tertiũ crucifixo Iudæus illuſorium: quartum mulieribus Chriſtus conſolatorium. Primum ſecurus eſt fructus virgineæ fœcunditatis; ſecundum incurrit crimen læſæ maieſtatis; tertium, peccatum ingratitudinis; quartum concepit ſecuritatem tam dominicæ, quam noſtræ reſurrectionis. In primo nouam laudamus gratiam: contra ſecundum quæramus cautelam: contra tertium patientiam: in quarto concipimus lætitiam. Iuxta ſecundum dicitur, *Valete* quaſi valide tenete. Iuxta tertium, *Saluete*, id eſt, ſalutem veſtram tenete. Ecce lætitia, ſub qua reſpiramus, de hac ſcilicet ſalutatione. Tunc acceſſerunt, ex fiducia ſalutationis. Primùm, debemus recedere, peccatum fugiendo: ſecundò, accedere, Chriſtum imitando: tertiò, excedere, ſuperna gaudia contemplando. In primo ſumus expeditiores; in ſecundo ſecuriores; in tertio iucundiores. De primo: *Exite de Babylone*. De ſecundo: *Accedite ad eũ, & illuminamini* De tertio: *Ego dixi in exceſſu mentis meæ*.

Ierem. 50. b *Pſal. 33. a* *Pſal. 30. g*

§. CXXXV.

NOtandum autem, quòd quidam tenent pedes eius; ſcilicet, qui affectũ habent circa Humanitatem Chriſti: quidam pectus, qui Diuinitatis & Humanitatis admirantur vnionem: quidam caput, qui contemplantur maieſtatem. Primi præſumunt de miſericordia, & veritate: ſecundi feruent charitate: tertij ſplendent claritate. Primi tenuerunt pedes dicentes: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum &c.* Secundi admirantes dicunt: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Tertij dicunt: *Reuelata facie gloriam Dei ſpeculamur*. Pedes tenuit Maria Magdalene, quando lacrymis perfudit: pectus Ioannes, quando ſuper illud in cœna recubuit: caput illa mulier, quæ nardum ſuper caput ipſius recumbentis effudit. Qui tenent pectus cum Ioſeph nobili decurione, ſepeliunt eum in corde: ſicut enim Ioſeph condiuit aromatibus deſiderij, & amoris, ſyndone munda inuoluit puritatis; lapide claudunt fortitudinis. Per lapidem verò aliquando duritia deſignatur. Itaque propter fortitudinem, amoris lapide claudendus eſt: ſed ne ad erogandum bonum, quod in nobis latet, duri ſimus, ab Angelo magni conſilij reuoluendus lapis eſt, id eſt, duritia remouenda.

Alij pedes, alij pectus, alij caput Chriſti tenent. *1. Petr. 2. d* *Ioann. 1.* *Paulus.*

Triplex duritia: §. CXXXVI.

TRiplex eſt hæc duritia. Prima obſtinati peccatoris: ſecunda auari ſapientis: tertia ſeueræ fortitudinis. Primus eſt lapis, ſub quo putreſcebat Lazarus: ſecundus lapis, ſub quo tegebatur puteus: tertius lapis, in quo ſepultus erat Dominus. Primũ reuoluit Iudæus, vnde: *Tollite lapidem*. Iudæus confitens interpretatur; quia confeſſio aufert duritiam obſtinationis. Secundum, Iacob, qui dicitur ſupplantator; id eſt, qui ſupplantat peccata, agit vt ſcientiam, quam in ſe abſcondit, alijs eroget. Tertium magni conſilij *Angelus Domini accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum*: id eſt, Chriſtus ſua viſitatione efficit vt qui fortes ſunt in amore, reiecta ſeueritatis auſteritate ad proximos, incipiant dulceſcere.

Iudæi interpretatio. *Iacob interpretatio.* *Matth. 28. a*

Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. Cap. XIII.

QVIS dicit pulchram, cui dat dilectionem Dei, & proximi, & duplicem pulchritudinem inſerit, qua delectatur, cuius oculi dicuntur columbarum, quia dum in temporalibus gemit, ad æterna deſideria rapitur, in ſimplicitate ſuos cuſtodit ſenſus; columba pro cantu gemit. Hæc eſt ſancta anima, quæ cùm videt in amore mundi reprobos garrientes, ipſa in cælesti deſiderio atteritur, ti-

mens

menſ ne amittat quod diligendum differtur. Vel, oculi columbæ ſunt Prædicatores, qui ſimplicitatem, quam prædicant, ſeruant, & viſibilia contemnentes, ad æterna gemitibus multis anhelant. Ex amore ſponſæ præſentario, ex amore ſponſi indignatio: quod ratio exitus probat. Eſt enim conſecuta præſumptionem correctio, correctionem emendatio, emendationem remuneratio: iam cedit faſtus, vbi inualeſcit affectus. Inde eſt quod emendatam Dilectus vocat amicam. Replicat pulchram, quia duplex eſt decor animæ; ſcilicet, humilitas, & innocentia, vnde: *Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor*: id eſt, humilitate, quæ per herbam paruam deſignatur.
Pſal. 50. b Sequitur, *Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor*; quia lotus à te innocens ero.

§. CXXXVII.

Laudauerat ſponſa recubitum ſponſi, quod eam ad exhibendam ſancti ſuauitatem amoris accenderat: laudat paſſionem, qua eam ad patientiam, quæ virtutum eſt nutrix, informauerat: magnificat reſurrectionis gloriam, qua eam ad ſpem beatæ immortalitatis erexerat; exaltat ſancti Spiritus gratiam, qua eam in omnem veritatem induxerat. Ecce ſponſi pietas, eius officioſiſſimã fedelitatem gratanter aſpicit, clementer ſuſcipit, & ſic decorem eius prædicando oſtendit dicens: *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum*. Pulchra in operibus mundi, ſobriè, & caſtè, & piè viuendo: pulchra ſimplicitate cordis, pro ſola æternitatis intẽtione, bonis actibus inſiſtendo: pulchra vita, pulchra doctrina, pulchra in legis obſeruantia, iuſtè diſpenſans temporalia: pulchra in euangelica perfectione, propter Deum relinquens omnia: pulchra in corpore voluptates carnis viriliter ſuperando: pulchra in animo, cupiditates mundi defusè funditus extirpando: pulchra in ſilentio, pulchra in verbo. Nunc qualiter iſta pulchritudo formetur in nobis, exemplo videamus.
Similitudo. Qui facturus eſt pulchram imaginem, primò de naturali radice lignum præcidit: deindè abſciſſis ramis, in loco optimo ad id faciendum collocat: poſtmodum imaginem format, deinde dealbat; poſteà pulchra colorum varietate depingit. Cogitemus itaque aliquem vitijs inhærentem, quaſi arborem terræ: arbor enim homo; vnde: *Arbor bona fructus bonos facit*. Primo itaque hominem ſepararemus à mundanis, ſicut radicem à terra; deinde rami vitiorum in apto loco ponuntur, cum in Religione locatur: cui forma imprimitur, cùm ad imaginem Dei formatur. Dealbatur innocentia: Varietas colorum eſt pulchritudo virtutum: Campus colorum eſt humanum cor purum.

De varietate cogitationum. §. CXXXVIII.

Cogitationum aliæ diſſipant, vt iracundæ: aliæ inflant, vt ſuperbæ: aliæ diſtendunt, vt ambitioſæ: aliæ contrahunt, vt tumidæ: aliæ inquinant, vt luxurioſæ: aliæ perturbant, vt vanæ. De his Iſaias: *Ibi cubabunt beſtiæ, & dracones requieſcẽt ibi. Ibi habitabunt ſtruthiones, & piloſi* Iſa. 13. d
ſaltabunt ibi. Ibi reſpondebunt ſibi inuicem Vlulæ, & Syrenes in delubris voluptatis. Beſtiæ diſſipant, dracones inflant, ſtruthiones diſtendunt, piloſi turbant, vlulæ contrahunt, ſyrenes inquinãt.

De oculis ſponſæ. §. CXXXIX.

Oculi, inquit, *tui columbarum*. Vt oculus verè ſit ſimplex, debet habere in intentione charitatem, & in electione veritatem; vnde: *Eſtote pruden-* Chriſtus.
ter ſicut ſerpentes; & ſimplices ſicut columbæ. Habeat ergo pietatem, vt fallere nolit; & cautelam, vt falli non poſſit. Item oculorum alius bonus, alius melior, alius malus, alius peior. Eſt enim qui bonum diligit, & malum neſcius agit: hic eſt bonus, non tamen ſimplex, ſed multiplex: & eſt qui bonum agit, & prudenter intelligit; hic eſt ſimplex: & eſt qui bonum intelligit & malum agit; hic eſt peruerſus: & eſt qui bonum neſcius agit, & non diligit; hic eſt nequam. De primo:
Ephraim columba ſeducta non habens cor. Oſee 7. c
De ſecundo; *Eſtote prudentes ſicut ſer-* Matth. 10.b
pentes. De tertio, quod ſint *prudentes* Luc. 16. b
filij lucis in generatione ſua. De quarto: Rom. 1. c
Obſcuratum eſt inſipientis cor.

De proprietate columbæ. §. CXL.

Columba aliquando Spiritum ſanctum ſignificat; vt, *Deſcendit Spiri-*
tus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba Luc. 3. 22.
in ipſum. Aliquando fatuitatem ſtultorum; vt, *Ephraim columba ſeducta non* Oſee 7. 11.
ba-

habens cor. Aliquando ſimplicem ſan-
Iſa. 60. 8. ctorum intentionem; vnde, *Quaſi colum-
ba ad feneſtras ſuas*. Columba veſcitur
puro grano, gemitum pro cantu edit, in
aquis volatum accipitris ex vmbra per-
Colũba proprietates. cipit, in petra nidificat, ſine felle eſt, gre-
gatim volat, omnia ſimpliciter intuetur.
Hæc omnia ſponſæ ſpecialiter congruunt.
Puritate enim vitæ, qui puro grano dele-
ctatur: pia cordis intentione lætatur: in
ſacris Scripturis dæmonum inſidias de-
prehendit, & canet: in vulneribus paſſio-
nis Chriſti dulce ſibi reclinatorium con-
ſtituit: ſine amaritudine malitiæ contra
delinquentum peccata ſæuit: fraternam
concordiam diligit: quæcumque ſine cu-
piditate cernit, ſine ambitione conſide-
rat. Dicatur ergo: *Ecce tu pulchra es, ami-
ca mea, ecce tu pulchra es: oculi tui co-
lumbarum*.

De quatuor pulchritudinibus ſponſæ. §. CXLI.

QVatuor ſunt pulchritudines animæ.
Sap. 4. a In caſtitate; vnde: *O quam pulchra
eſt caſta generatio cum claritate*. In con-
Pſal. 44. c ſcientiæ puritate; vnde: *Obliuiſcere po-
pulum tuum & domum patris tui*. In
exteriori conuerſatione; vnde: *Fortitudo,
& decor indumentum eius*. In contem-
Prou. 31. b platione; vnde: *Veniens à Libano quam
Eccleſia. pulchra facta es*. De his quatuor dicitur:
*Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicun-
diores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores*.
Candor niuis deſignat munditiam cor-
porum, frigus corporis refrigerium: &
hoc in caſtitate. Candor lactis deſignat
innocentiam, quod eſt cibus paruulorum,
& ſimplicitatem: & hoc de conſcientia.
Ebur ex dente robuſti animalis fit, cuius
oſſa candida, proceſſu temporis rubo-
rem contrahunt; quia bene conuerſantes,
oportet eſſe robuſtos in exercitio virtu-
tum; candidos propter nitorem exempli
ad proximum; rubeos propter feruorem
iſtorum: hæc de conuerſatione. Saphi-
rus cœli habet colorem, propter contem-
platiuos, qui cœleſtia conſiderant. Iu-
dith caſtitatem deſignat, in cuius ſpecie
Iudit abſciſſio capitis Holofernis. captus eſt Holofernes, cuius caput abſci-
dit, ne corrumperet eam. Pulchritudi-
nem conſcientiæ deſignat Abiſac Suna-
mitis, quæ formoſa iuuencula fouebat pe-
des Dauid ſenis, id eſt, affectus noſtros.
In ſpecie Saræ ſpecies conuerſationis,
quam Pharao rapiens, propter ſpeciem
ſuam, nec potuit eam corrumpere, Deo
protegente, & reuerſa eſt ad virum ſuum
cum muneribus. Species Rachel eſt ſpe-
cies contemplationis. Prima ſpecies eſt
contra ſpiritum fornicationis; vnde: *Fu-* *1. Cor. 6 b*
gite fornicationem. Secunda contra ſpi-
ritum inſidæ ſecuritatis; vnde: *Beatus ho-
mo qui ſemper eſt paratus*. Tertia con-
tra ſpiritum puſillanimitatis, & diſſolu-
tionis; vnde: *Corripite inquietos &c.* *1. Tim. 5. g*
Quarta contra ſpiritum cæcitatis; vnde:
*Perſecutus eſt inimicus animam meam,
humiliauit in terra vitam meam, collocauit
me in obſcuris*. Iſti ſunt quatuor Angeli *Pſal. 142. a*
mali, quos vidit Ioannes.

De quatuor ventis, & quatuor Angelis, §. CXLII.

VIdi, ait, *quatuor Angelos ſtantes ſu-
per quatuor angulos terræ; & tene-
bant quatuor ventos ne flarent*: id eſt,
quatuor flatus Spiritus ſancti, qui has
pulchritudines operantur. Primus ven-
tus æſtum libidinis refrigerat: ſecundus
aream conſcientiæ à paleis peruerſarum
cogitationum mundat: tertius ſua ſere-
nitate inordinatum rigorem hyemis, id
eſt, diſſolutionem & puſillanimitatem
eliminat: quartus trabem mundanæ ſoli-
citudinis expellit, vt liberiùs in contem-
platione cœlum appareat. Hos tenent
quatuor iſti ſpiritus, ne ſponſam pulchram
faciant. Sunt oculi milui; vnde: *Oculi
ſtultorum in fines terræ*. Sunt oculi co- *Eccli. 2. 6.*
lumbarum; vnde: *Oculi ſapientis in ca-
pite eius*. Terra dicuntur terreni, aman-
tes terrena.

Tres ſunt fines terræ, & tres oculi ſtultorum. §. CXLIII.

TRes ſunt fines huius terræ, ſcilicet,
Voluptas, Vanitas, Malignitas.
Item tres ſunt oculi ſtultorum: Laſciuus;
vnde: *Impudicus oculus impudici men-
tis eſt nuntius*. Elatus; vnde: *Generatio* *Prou. 30. b*
*cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius
in alta ſurrecta*. Nequam; vnde: *Si o-* *Matth. 20. b*
culus tuus nequam fuerit, &c. Laſciuus
in fines voluptatis, elatus in fines vani-
tatis, nequam in fines malignitatis diri-
gitur. Laſciuum habuit Adam, quando *Gen. 3. a*
vidit *Lignum pulchrum viſu, & ad ve-
ſcendum ſuaue*. Elatum habuit Iona-
thas quando poſt peractam victoriam
comedit modicum mellis, et illuminati ſunt *1. Reg. 14 b*
oculi eius. Nequam habuit Balaam,
quando dedit conſilium Balac, quo filij
Iſrael deciperentur. Inde dicitur: *Vir cu-* *Num. 24. a*
ius

ius obturatus eſt oculus, &c. qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius.

De tribus capitibus, & tribus oculis columbæ. §. *CXLIV.*

TRia ſunt capita: ſpiritus noſter, Chriſtus, Deus. Inde Apoſtolus: *Caput mulieris vir; caput viri Chriſtus; caput Chriſti Deus*. Vir eſt Spiritus, mulier caro. Item tres ſunt oculi columbæ. Primus circumſpectionis, ad excluſionem vitiorum, & cuſtodiam virtutum: ſecundus piæ curioſitatis, ad memoriam Chriſti beneficiorum: tertius contemplationis, ad cõtemplationem cæleſtium. De primo conqueritur Dauid: *Lumen oculorum meorum non eſt meum*. Psal. 37. b De ſecundo: *Putas, oculi iſti videbunt, per quem oculi cordis reuelabuntur?* De tertio: *Ad te leuaui oculos meos*. Psal. 122. a Primus dirigitur in caput, quod eſt Spiritus; ſecundus in caput, quod eſt Chriſtus; tertius in caput, quod eſt Deus.

Ecce tu pulcher es, Dilecte mi, & decorus. Cap. XIV.

QVIA in excelſo ſtat, & in ſublime mentis verticem extulit, quæ oculis vider Regẽ in decore ſuo. Quod dicit, pulcher, & addit decorum, hoc eſt ſecundum vtramque naturam. Pulcher, & decorus dicitur Dilectus, quia diligenti ſe, & in Humanitate, & in Diuinitate ſine macula aſpicitur reprehenſionis: quem dum humana anima ſequitur deſiderio, terrena obliuiſcitur, & pulchrior efficitur. Pulcher, omnia creando; decorus, perdita redimendo. Pulcher in æqualitate Patria Verbum, Deus apud Deum: decorus in virginitate matris; *Verbum caro factum eſt*. Pulcher, iuſtis beatam gloriam conferendo: decorus pœnitentibus indulgentiam tribuendo. Eſt etiam pulcher non ſolum in ſe, ſed & in Eccleſia, quæ eſt corpus ſuum, quam pulchram fecit in creatione, & decoram in redemtione; vt ſit ſponſo amabilis, Angelis deſiderabilis, bonis omnibus venerabilis.

Quatuor ſunt Dilecti pulchritudines. §. *CXLV.*

QVatuor ſunt ſponſi pulchritudines. Prima in mortali corpore, qua fuit *ſpecioſus forma præ filijs hominum*. Secunda transfiguratione; vnde: *Facies eius ſicut ſol, veſtimenta eius alba ſicut nix*. Math. 17. a Tertia in glorificata Humanitate; vnde: *Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis de veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola*, Isa. 63. a ſcilicet, in Diuinitate; vnde: *Regem in decore ſuo videbunt oculi eius*. Isa. 33. e In prima noſtram honorauit infirmitatem: in ſecunda oſtendit futuræ beatitudinis qualitatem: in tertia futuræ incorruptionis veritatem: in quarta perditam in Adam reformabilis imaginem, & ſimilitudinem, quando illa ſpecie participabunt membra, & iam in præſenti decorantur non habilitate corporum, ſed commendatione virtutum. Vt autem vnum de pluribus trahamus in exemplum: Talis erat Ioannes Baptiſta, qui de talis pulchritudine commendatus eſt in Euangelio ſic: *Puer iſte magnus erit coram Domino: vinum, & ſiceram non bibet & omne immundum non manducabit, & multi in natiuitate eius gaudebunt*. Luc. 1. 15. Ecce hoc inuenitur in tribus de pulchritudine cõmendabile. Eſt enim commendabilis apud Deum præeminentia ſanctitatis: diſtrictus apud ſeipſum continentia voluptatis: gratioſus apud proximum gaudio natiuitatis. Per primum ſtudemus Deo placere: per ſecundum, nos cuſtodire: per tertium, proximum allicere.

De quatuor magnitudinibus. §. *CXLVI.*

EST magnus coram ſeipſo ex conſcientia alicuius gratiæ: eſt magnus coram ſæculo, diuitijs, dignitate: eſt magnus coram religioſo, ex bona conuerſatione: eſt magnus coram Domino ex charitatis perfectione. Primus deformatur cum diabolo, ſecundus conformatur huic ſæculo, tertius reformatur à Chriſto, quartus informatur à Spiritu ſancto. Apud ſe fuit magnus diabolus, cùm diceret:

Aſcen-

Iſa. 14. *Aſcendã ſuper altitudinem nubium, ſimi-
lis ero Altiſſimo*. Vnde & Simon magus
putabat ſe aliquem magnum eſſe. De ſe-
cundo: *Hoc dicit Rex Magnus, Rex Aſ-
ſyriorum*. Pro tertio: *Erat vir ille ma-
gnus inter omnes orientales*. De quarto:
Gen. 16. c *Ibat Iſaac ſucereſcens & proficiens, do-
Iſaac interpretatur. nec magnus effectus eſt*. Primo ſucereſcit
Iſaac, id eſt, gaudens, à peccato rece-
dendo: proficit de virtute in virtutem
aſcendendo: magnus efficitur, alijs pro-
ficiendo: vehementer magnus, in cælo
conuerſando. Inde dicitur: *Filius ac-
creſcens Ioſeph, filius accreſcens, & de-
corus aſpectu*. In primo eſt *Filius ac-
creſcens*. In ſecundo *Ioſeph*. In tertio
item *filius accreſcens*. In quarto *deco-
Gen. 49. d rus aſpectu*. Vnde benedixit eum pa-
Figura de benedictionibus Ioannis Baptiſtæ. ter ſic. *Omnipotens benedicat tibi bene-
dictionibus cæli deſuper, benedictionibus
abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus
vberum, & vuluæ*. Benedictionem abyſſi
iacentis deorſum habuit Ioannes, quan-
do viſitauit eum Ieſus in limbo: Cæli de-
ſuper, quando aſcendit in Cęlum cum
illo: vberum, collata ei gratia, qua lac
doctrinæ præbuit proximo: vuluæ, per mi-
racula, quæ de ipſo facta ſunt in vtero. In
ventre enim conceptus eſt, ab Angelo nũ-
ciatus: in ventre ſanctificatus eſt: in ven-
tre nouus Propheta factus eſt, dum Chri-
Ioan. 5. ſtus ab eo eſt agnitus. *Ipſe eſt enim lucer-
na ardens*, vehementer diligendo; & *lu-
cens*, Chriſtum digito demonſtrando. Pri-
mus magnus apud ſe fuit diabolus; vnde:
*Aquila grandis magnarum alarum longo
Ezech. 17. membrorum ductu habens plumas, & va-
rietates multas, venit ad Libanum, & tulit
medullam cedri, & tranſportauit eam in
terram Sennaar*. De his dicit Apoſtolus:
Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe &c. Apud ſe
Ad Gal. 6. magnus erat Phariſæus: coram populo Na
Ioan. 1. buchodonoſor ſed Ioannes nec coram ſe;
Daniel. vnde: *Qui poſt me venit, ante me factus
eſt*. Dignitate magni erant Prælati, à
quibus egreſſa eſt iniquitas, qui videban-
tur regere populum. Hi conformabantur
diabolo, & ſęculo. Nos autem reforma-
mur in nouitate ſenſus noſtri, vt ſimus ma
gni coram Deo. Sequitur, quomodo di-
Luc. 1. ſtrictus apud ſe ipſum: *Vinum, & ſicerã
non bibet, & omne immundum non man-
ducabit*. In vino intelligitur inepta lætitia:
in ſicera abundans triſtitia: in immundo,
carnis petulantia. Contra primum locu-
ſtas deuorabat, contra ſecundum mel co-
medebat, contra tertium, pilis camelo-
rum ſe veſtiebat. Vinum eſt de vinea Sodo
morum: ſicera enim generali nomine di-
citur omnis potus, qui inebriare poteſt;
hic ſpiritualiter dicitur quod fit de ſucco
pomorum, & eſt auſterum. Immundum
dicitur quicquid ad comedendum eſt illi-
citum: *Omnia munda mundis*, Apoſtolus; Sim. 1.
mũdis vtitur quia æquanimitatem habet
tolerando indigentiam: temperantiam
ne ſe corrumpat per abundantiam: cha-
ritatem, ne ipſe ſumendo ſcandalizet al-
terius conſcientiam; vel ne ſcandalizetur
in alterum propter ciborum differentiam Phil. 4. a.
De duobus primis Apoſtolus: *Scio eſurire
& ſatiari, & abundare, & penuriam pati.
Omnia poſſum in eo qui me confortat*. Audi
quomodo gratioſus apud proximum; *Et
multi in natiuitate eius gaudebunt*.

Tres natiuitates. §. CLXIIV.

TRes celebramus natiuitates: Ioan-
nis, Beatæ Virginis, Saluatoris. Pri-
ma fuit inter gratiam, & legem: ſecunda
inter filium Virginis, & peccatorem, quaſi
fulgens aurora: tertia inter Deum, & ho-
minem, quaſi Sol fulgens ab orientali
plaga. Ioannes lucem id eſt Chriſtum prę
nunciauit: Maria pronuntiatum protulit:
Chriſtus prolatus de vtero mundum illu-
minauit.

Item tres natiuitates. §. CXLVIII.

NOſtra quoque triplex eſt natiuitas:
Prima temporalis, qua naſcimur
mundo: ſecunda ſpiritualis ex Deo: tertia
immortalis, qua erimus cum Deo. De Io. 16
prima: *Cum parit mulier, triſtitiam ha- 1. Io. 5.
bet*. De ſecunda: *Omne quod natum eſt
ex Deo, vincit mundum*. Propter tria, na-
talia ſanctorum celebrantur in Eccleſia.
In prima, quæ tendit ad defectum, gau- Propter tria natalia ſanctorum celebrantur ab Eccleſia.
dent terreni. In ſecunda, quæ habet pro-
fectum, iuſti. In tertia, quæ conſummat
effectum, ſancti. Primi tenent tympanum,
& citharam, & gaudent ad ſonitum or-
gani blandiẽtis. Secundi *hauriunt aquas* Iſa. 12.
de fontibus Saluatoris. Tertijs dicitur:
Gaudete, & exultate quia merces veſtra Matth. 5.
multa eſt in cælis.

Tres fontes. §. CXLIX.

TRes ſunt fontes, qui effundunt nobis
aquam de cælo: fons miſericordię
fons gratiæ, fons gloriæ. Primus fons hœ-
dorum, lauans immundum: ſecundus
fons hortorum, rigans arida: tertius fons
bonorum potans ſitibundum. De primo:

Fons

Fons patens Domus Dauid, in ablutionem
Zach. 13. 1. *peccatoris, & menſtruatæ*. De ſecundo:
Cant. 4. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium*. De tertio Boetius:

> *Da pater anguſtam mentis conſcendere ſedem,*
> *Da fontem luſtrare bonum,*

Iſa. 12. 3. Luc. 15. De primo: *Hauriemus aquas in gaudio*, dum gaudemus de peccato remiſſo; vnde: *Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*. De ſecundo haurimus aquas, quando naſcitur in nobis gratia vnde gaudemus. Vnde *mulier, quæ peperit*, id eſt, anima, quæ pœnitentiam agit, *iam non meminit preſſuræ præ gaudio*. Hæc eſt natiuitas Ioannis, qui dicitur *gratia Domini*, in qua multi gaudent cum ſuſcipiunt eam. De tertio hauriunt qui gaudia ſuperna concipiunt, & præ gaudio ſuſtinent tribulationes. Vnde: *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, &c.*

Ioannes interpretatio.

Act. 5. 8

Triplex gaudium. §. CL.

De primo propinat Filius, peccata remittendo: de ſecundo Spiritus ſanctus gratiam in fundendo: de tertio, Pater gaudia ſua nobis proponendo. De quibus dicitur: *Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in tentationes varias incideritis*. Temporale enim gaudium eſt nullum, ſpirituale aliquod gaudium, æternum vero eſt omne gaudium. Vnde dicitur *Mardocheus*, qui dicitur Myrrha munda *egrediens de palatio, & de conſpectu Regis*, Id eſt Christus, qui eſt myrrha propter amaritudinem paſſionis, munda, quia ſine peccatis veniens de ſecreto Patris ad transferendos electos, fulgebat *veſtibus regijs hyacinthinis, &* aureis, id eſt, ſanctis Angelis cum Deo deſurſum venientibus ad iudicium qui ſunt hyacinthus & ſanctis mundi huius, qui ſunt aerini coloris, qui non dum de cælo; tamen quaſi ſint in aere, à terrenis ſuſpenſi. *Coronam auream portans in capite*, ſcilicet ſignum regiæ dignitatis: *amictus pallio ſerico*, id eſt, carne glorificata, propter ſericam, quæ de vermibus naſcitur: *& purpureo* propter paſſionem: *& omnis ciuitas exultauit & læta eſt*, id eſt, Eccleſia triumphans ab eo ſuſcepta eſt. *Iudæis quoque*, id eſt, vere confitentibus, *noua lux oriri cæpit*, quia cæleſte eſt gaudium depoſita corruptione: *& honor ex* Dei vocatione, *& tripudium* ex corporum agilitate. Tunc enim Aſſuerus, qui dicitur beatitudo eorum, vel atrium eius, id eſt, Chriſtus, Eſther quæ dicitur abſcondita, id eſt, Eccleſia, quæ adhuc latet in caligine huius miſeriæ, aſſumet, vt transferat in Regnum claritatis ſuæ.

Iacob 1.

Nomen Mardochei interpretatur. Eſth. 8. 16.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Aſſuerus interpretatur.
Heſter interpretatur.

Explicit Liber Secundus.

INCIPIT LIBER TERTIVS ſuper Canticum Canticorum SALOMONIS.

Lectulus noſter floridus. Cap. I.

LECTVLVS animæ quies eſt, quia dum ſponſum ſingulariter amat, à perturbatione mundi quantum poteſt ſe alienat, & virtutes, quibus ei placeat, congregat; & dum temporalia ſpernit, lectulum tranquillitatis ei ſternit, qui virtutum floribus iucundatur.

De ſtatu Eccleſiæ. §. CLI.

SPonſa opportunitate inuenta, ornatum nuntiat thalamum, digito demonſtrans; inuitat Dilectum ad requiem. In hoc capitulo, & duobus ſequentibus aptè ſtatus Eccleſiæ demonſtratur: ſcilicet auctoritas Prælatorum, Cleri decus, Monachorum quies, populi diſciplina. Lectus, in quo quieſcitur, clauſtra ſunt, & monaſteria, in quibus vacamus à curis ſæcularibus. Hic lectus floridus eſt, inſtitutis Patrum, & exemplis, quibus, quaſi floribus reſperſa eſt fratrum conuerſatio. Domus eſt popularis conuentus Chriſtianorum, quos tigna in ſublimi poſita, id eſt, Principes Eccleſiarum, protegunt. Laquearia, quæ ſunt ad ornatum, mores ſunt cleri bene compoſiti. Quod autem tigna cedrina, & laquearia dicuntur, hoc eſt, quod Prælati, & clerus, bonum odorem alijs dare debeant, & in ſe incorruptibiles ne vitijs corrumpantur, debent perſiſtere. Iſte lectulus eſt humilitatis & manſuetudinis; vnde: *Super quem requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum? &c.*

De vtilitate florum. §. CLII.

NOtandum, quòd flos præbet in aſpectu venuſtatem, in tactu lenitatem, in odore ſuauitatem. Itaque in decore contemplatio eſt, quæ deſiderabiliter inuitat, ſuauiter trahit, ardenter accendit: in lenitate patientia, quæ odientibus charitatem rependit: in odore dulcem Deo ſanctorum famam accipe; vnde: *Chriſti bonus odor ſumus Deo.* Flos iſte ſpem de- 2. Cor. 2.
ſignat, & ſanctorum patientiam, quia lenitate refouet, aſpectu oblectat, odore demulcet. Sic patiens iracundos manſuetudine, tumidos humilitate, contentioſos pio ſilentio ſuperare contendit. Ergo lectulus ſpiritualis copulæ merito floridus dicitur, quia illis cordibus Chriſtus quieſcit, in quibus pulchritudo ſapientiæ, tranquillitas patientiæ, ſuauis odor ſpei regnat ſupernæ.

De quatuor lectulis. §. CLIII.

QVatuor lectuli ſunt. Primus ſordidus fornicatorum, fœtore luxuriæ: ſecundus ſolidus, coniugatorum, maritalis fidei conſeruatione: tertius candidus, continentium, vitæ præteritæ tanquam de nigredine in candorem mutatione: quartus floridus virginum, virgineæ iucunditatis amœnitate. De primo: *Non* Rom. 13.
in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, &c. Aliquando autem ſordes illæ veniunt ex mala Poeta.
conſuetudine; vnde poeta:

Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati,
Sponſæ Penelopes nebulones, Alcinoique,

Cui

Cui pulchrum fuit in medios dormire dies &c.

Ad ſtrepitum cithara ceſſant deducere curas.

Aliquando ex diuitiis:

Diuitia turpi fregerunt ſacula luxu,

Diuitijs alitur luxurioſus amor,

Matth. 19. De ſecundo ſolido: *Quos Deus coniunxit homo non ſeparet*. Hunc excuſant à peccato, fides, qua alieno coniuges non miſcentur: ſpes prolis, quæ cultui diuino mancipietur: Sacramentum, quia in eis Chriſtus & Eccleſia figurantur. In tribus in hoc lectulo coniugati debent habere puritatem: debent enim ſibi in carnali commercio pariter obedire. Hic eſt lectulus Abrahæ, qui dicitur Pater excelſus ad regendum; & Saræ quæ, dicitur Princeps: quia à viro in debito ſoluendo eſt ei obediendum. Secundum figurat lectus Iſaac, qui eſt gaudium; & Rebeccæ, id eſt, patientiæ, eo quod pariter ſit eis gaudendum, & ſuſtinendum. Tertium figurat lectus Iacob, qui dicitur ſupplantator & Rachel, quæ dicitur videns principium, quia pariter ſunt eis vitia ſupplantanda, & gaudia ſuperna quærenda. Ita aliquando videtur vt ſibi obediant, propter fidei firmitatem, vnde: *Vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier*; & è conuerſo. Aliquando perſuadetur vt à complexibus abſtineant propter orationem; vnde: *Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu, vt vacetis orationi*. Aliquando indulgetur, vt ad complexus reuertantur, propter infirmitatem; vnde: *Reuertimini in id ipſum, ne tentet vos ſathanas propter incontinentiam veſtram*. Qui iacent in hoc lectulo, non poſſunt contemplationi vacare, propter ſolicitudinem eorum, quæ pertinent ad matrimonium; & qui in tenebris ſunt; vnde: *In tenebris ſtraui lectum meum*. Vnde ſponſa in hoc ſtatu poſita ait: *In lectulo meo quæſiui quem diligit anima mea*. De tertio: *Paululum cum pertranſiſſem inueni quem diligit anima mea Tenui illum, nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ*. Nota ordinem verborum. Tranſit, primos amplexus relinquendo: inuenit, priorem intellectum cognoſcendo: tenet, viriliter, & conſtanti propoſito ei adhærendo: inducit in cubiculum matris ſuæ, qui eſt continentium, in caſto corde, & corpore dulci deuotione attrahendo. Iſti dicitur: *Cùm oraueris, intra in cubiculum tuum & clauſo oſtio ora Patrem*. Et inquietantibus reſpondet: *Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſunt ſurgere & dare tibi*: id eſt, bona opera in caſto corde. Ille candidus eſt, quia lotus lacrymis pœnitentiæ; vnde: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum*. In iſto Iudith vidua occidit Holofernem, id eſt, motum carnis. Sequitur quartus, qui eſt virginalis. Tres ſunt flores priuilegiati, quibus floridus dicitur. Primus Chriſtus, ſecundus Virgo Maria, tertius Ioannes Euangeliſta. Chriſtus enim eſt flos campi: in figura Beatæ Virginis virga Aaron floruit: ex merito virginitatis in ſepulchro Ioannis inuentum eſt manna pro corpore. Sed & moraliter. Iſti ſunt tres flores: ſcilicet Lilium virginitatis, Viola humilitatis, Roſa charitatis; quia ſine his tribus minus perfecta eſt Virginitas. In hoc cubat ſponſus. Inutilitas ergo primi, eſt à Deo elongatio: vtilitas ſecundi, humani generis propagatio: vtilitas tertij, Deo vacatio: vtilitas quarti, cognitio Angelorum.

Margin notes: *Tria excuſant hominẽ à peccato.* — *Abraam interpretatur* — *Sara interpretatur.* — *Iſaac interpretatur.* — *Rebecca interpretatur.* — *Iacob interpretatur.* — *Rachel interpretatur.* — 1. Cor. 7. 4. — 1. Cor. 7. 5. — *Ibidem.* — Iob 17. 13. — Cant. 3. 1 — Cant. 3. 4. — Matth 6. 6. — Luc. 11. 7. — Pſal. 6. 7. — *Quid ſit occidere Holoferne.*

Tigna domorum noſtrarum cedrina. Cap. II.

TIGNA cedrina Prædicatores accipimus. Sicut enim cedrus lignum eſt imputribile, & altum; ſic Prædicatores pii ſlecti non debent à iuſtitia, & quæ ſurſum ſunt, debent quærere. Tectum ſpes eſt cæleſtium, quæ dum ab appetitu temporalium nos retrahit, à tempeſtate temporalium nos conſeruat. Quæ patientia loco tignorum eſt, quia quicquid ſpes cæleſtis exercet, velud tecti tabulas ſuſtinent; quæ cedrina ſunt, quia patientia proximis bonum dat odorem, nec ſinunt ſubiectum ſibi putreſcere per vitia. De cuſtodia huius domus ſcriptum eſt in libro numeri ſub Nomine tabernaculi ſic. Num. 2. 3.

Animæ profectus quatuor. Vnuſquiſque triplex ſub nominibus duodecim tribuum deſignatis.

§. CLIV.

A*D orientem Iudas figet tentorium.* Tabernaculũ iſtud eſt cor noſtrum.
Circa ipſum iubetur, vt Iudas, id eſt,
confitens, figat tentorium ad orientem,
Ruben ad meridiem, Ephraim ad occidentem, Dan ad Aquilonem. Oriens, eſt
gratiæ illuminatio: Meridies, charitatis
inflammatio: Occidens, temporalium
adminiſtratio; Aquilo, tentationis inquietatio. Ad orientem excubat homo
ſolicitus, vt ſuos videat exceſſus, & corrigat: ad meridiem, vt ſuperna diligat,
& ad ea cor erigat: ad occidentem, vt
dum temporalia miniſtrat mundum ſibi
ſubigat: ad Aquilonem, vt tentationes
Zac. 41. a præuideat & abigat. De primo: *Quis
ſuſcitauit ab orien te iuſtum?* Ab oriente iuſtus ſuſcitatur, dum per illuminationem gratiæ de peccatore iuſtus efficitur.
Gen. 13. 1. De ſecundo: *Aſcendit Abraham à meridie in Bethel,* quæ domus Dei dicitur, dum
feruore dilectionis in cælo conuerſatur.
Pſal. 103. 19 De tertio: *Sol cognouit occaſum ſuum.*
Sol occaſum cognoſcit, dum contemplatiuus ſine ſui detrimento ad adminiſtrandum
Ezech. 1. 4. dum redit. De quarto: *Ventus turbinis
venit ab Aquilone,* quod fit tunc, cùm
tentatio inſpiratur à dæmone: ſed in medio eſt ſpecies electri, dum in ea ſentimus
adiutoriũ Chriſti. Ad orientem cubat ſponſa; vnde, *Quæ eſt iſta quæ progreditur, qua-
Cant. 6. c ſi aurora conſurgens &c.* Ad meridiem
volebat cubare, cùm diceret: *Indica mihi vbi paſcas greges, vbi cubes in meri-
Cant. 1. 6. die.* Ad occidentem formidabat deſcendere, cùm diceret: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Ad Aquilonem cu-
Cant. 4. d babat, cum diceret: *Surge Aquilo, & veni Auſter.*

Primus triplex. **§. CLV.**

A D orientem ergo figit tentorium Iudas, id eſt, confeſſio: Iſſachar, id
eſt, merces: Zabulon, id eſt, habitaculum fortitudinis. Primum enim oportet
vt homo confiteatur, & ſuam reuelet conſcientiam: merces agnoſcatur, vt ſciat
propter quid ſuam exercet malitiam:
fortitudo habeatur, vt ſufficiat ad agendam pœnitentiam. Excubat ergo Iudas,
ne confeſſionem impediat verecundia:

Iſſachar interpretatur.
Zabulon interpretatur.

Iſſachar, ne langueat mercedis ignorantia: Zabulon, ne puſillanimitate ceſſet
laboris experientia. De primo: *Confitemini alterutrum peccata veſtra;* &, *Ora-
te ad inuicem vt ſaluemini.* De ſecundo: Iac. 5. d
Qui vicerit dabo ei coronam. De tertio: Iac. 5 d
Puſillanimes confortamini &c. Hæc tria Iſai. 35. 6.
Iſſachar, *Aſinus fortis, accubans in
terminos vidit requiem quod eſſet bona;* Gen. 49. 14.
& terram, quod eſſet optima, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum. Requies bona, ceſſatio à peccato: terra
optima, regnum quod dabitur in præmio: ſupponit humerum ad portandum
viriliter, laborando. Hæc tria in Dauid
figurata ſunt. Primo enim confeſſus eſt
infirmitatem ſuam, dicens: *Non poſſum* 1. Reg. 17. e
ſic armatus incedere. Secundo filiam Saul
expectauit in præmium. Tertio fortis fuit
ſternendo aduerſarium. Ecce ad orientem Iudas, Iſſachar, & Zabulon.

Secundus triplex. **§. CLVI.**

S Equitur ad meridiem Ruben, id eſt *Ruben interpretatur.*
obediens: Gad, id eſt, accinctus. Qui *Gad interpretatur.*
enim amoris inflammationem vult cuſtodire, oportet vt priùs videat peritus ad cõtemplationem gloriæ: ſecundò obediat ſubiectus Dei iuſtitiæ: tertio ſe accingat expeditus ad viam patriæ. De primo: *In* Pſal. 72. c
flammatũ eſt cor meum &c. De ſecundo: Pſal. 72. d
Vt iumentum factus ſum apud te. De tertio: *Tenuiſti manum dexteram meam. &* Pſal. 72. d
*in voluntate tua deduxiſti me, & cum
gloria ſuſcepiſti me.* Per primum eſt deſiderabilior; vnde ſponſa: *Guttur illius ſua-* Cant. 5. d
uiſſimum, & totus deſiderabilis. Per ſecundum clementior; vnde Ezechias: 4. Reg. 20. a
*Memento Domine quomodo ambulauerim
coram te:* ſcilicet obediendo; quia enim
obediuit, vitam ei Dominus prolongauit. Cant. 3. a
Per tertium propinquior; vnde: *Inueni
quem diligit anima mea.* Sic ergo Ruben
fixit tentoria ad meridiem, vt ſit oculus
apertus, ne turbetur ſolicitudine mundana: Simeon, vt ſit promptus animus ne
incuruetur voluntate propria: Gad, vt
ſit greſſus rectus, ne impediant peccatorũ
pondera. Primum, ne Ruben fiat Tobias
hirundinis ſtercore excæcatus: ſecundum,
ne Simeon ſit Chore pro inobedientia
igne deuoratus: tertium, ne Gad ſit ſicut
filij Iſrael, luto, & latere oneratus. De duobus primis, in lege habebant filij Iſrael in
quatuor cornibus palliorum ſuorum, quatuor fimbrias, ne *ſequantur cogitationes
ſuas, & oculos per res varias fornicantes.* Num. 15. 38.
Pallium eſt conuerſatio noſtra, quod qua-

dri-

Digitized by Google

dricorne eſt, quia debet reſpicere Deum,
vt ei faciat honorem: nos vt decorem;
proximum, vt amorem: inimicum, vt timorem. Fimbriæ ſunt Dei mandata quatuor ſpiritualia, dilectio Dei, ſui, proximi, inimici. Vitta hyacinthina, quæ habet cęli colorem, eſt memoria patriæ cæleſtis, quam aſſiduè tenere debemus. Dicat er-
Pſal. 122. a go Ruben: *Ad te leuaui oculos meos*. Sy-
Pſal. 84. b meon: *Audiam quid loquatur in me Do-*
Iſa. 2. a *minus Deus*; & Gad: *Venite aſcendamus ad montem Dei*.

Tertius triplex. §. CLVII.

AD occidentem tentoria figere, eſt à contemplatione ad actiuæ deceſſum cuſtodiam adhibere. Tales enim tractant de vitijs ſubditorum, de vſu temporalium, de ordinatione dignitatum. In primo, ſępe fructus virtutum minuitur, amor
Nota bene. Dei extenuatur, amor mundi memoriæ infigitur: vix enim poteſt homo de vitijs tractare, & maculam non incurrere. De his propheta: *Expectaui vineam, vt fa-*
Iſa. 5. a *ceret vuas, & fecit labruſcas*. In ſecundo, vix contingit tractare temporalia, & minus non amare cæleſtia; vnde: *Cum*
Gen. *operatus fueris terram, non dabit fructum ſuum*. In tertio, vix poteſt de dignitatibus ordinari, & earum ambitionibus non morderi; vnde: *Ipſi regnauerunt, & non*
Oſe. 8. a *ex me: Principes fuerunt, & non cognoui eos*. Figant ergo tentoria ad occidentem, Ephraim, Beniamin, & Manaſſe. Ephraim occurrat eis, qui peccata exterminant: Beniamin his qui de temporalibus tractant: Manaſſes his qui dignitates ordinant. Primus ergo inuitetur ad fructuum vbertatē
Eccli 39. b ſic: *Quaſi roſa plantata ſuper riuos aquarum*: ſecundus ad amoris ſuauitatem,
Epheſ. 5. a ſic: *Ambulate in dilectione, ſicut filij cariſsimi*: tertius ad fugiendam ambitionis
Pſal. 44. c vanitatem, ſic: *Obliuiſcere populum tuũ, & domum patris tui*.

Quartus triplex. §. CLVIII.

TRanſeamus ad Aquilonem. Sunt tẽtati, qui verum à falſo non diſcernunt: ſunt incircumſpecti, qui non habẽt ſpiritum diſcretionis: ſunt qui in mundo ſalutem ſuam conſtituunt, illecti amore mundanæ dilectionis: ſunt, qui deſperãt decepti ignorantia diuinæ miſerationis.
Christus. Primis dicitur: *Veh his qui dicunt, malum bonum*, & è conuerſo. Secundi dicunt:
Sap. 2. b *Nullum ſit pratum, quod non tranſeat lu-xuria noſtra*, quia hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. Tertij: *Maior eſt ini-* Gen. 4. b
quitas noſtra, quàm vt veniam mereamur. Vt ergo cuſtodiãtur illi, figant tentorium ad Aquilonem. Dan, qui dicitur iudiciũ, Dan interpretatur.
vt inuitet ad iudicium veritatis: Aſer qui dicitur fęlicitas, ad amorẽ ſupernæ felicitatis. Aſer interpretatur.
Nephthalim, qui dicitur, dilatatio ad ſpẽ diuinæ miſerationis. Dan dicat: *Iuſte* Nephthalĩ interpretatur
iudicate filij hominum. Aſer: *O quam* Pſal. 57. a
glorioſum eſt Regnũ &c. Nephthalim: *Spe-* Pſal. 61. b
rate in eo omnis congregatio populi effundite coram illo corda veſtra.

De doctrina, miſericordia, obedientia: vbi de nuntijs Dauid barba raſis, & veſtibus decurtatis. §. CLIX.

IN terminis iſtis tria inuenio: Magiſtri doctrinam: in deſolatis miſericordiam: in diſcipulo obedientiam. Ipſa enim portant regulas, qui ſuſtinentes ſubditos, & regulæ ſe applicant illis, tanquã formã accipiẽtes à Magiſtro. In Magiſtro inuenimus doctrinam verborum, morum, & operum: in deſolatis miſericordiam conſolationum: in diſcipulis obedientiam in executione mandatorum. Hæc adimpleuit Chriſtus in ſuſcitatione defuncti.
Verbo erudiuit dicens: *Adoleſcens tibi di-* Luc. 7. c
co, ſurge. Acceſſit moribus. Loculum tetigit operibus: miſericordiam in deſolatis, quando vidit Dominus flentes, miſericordia motus eſt. Obedientia, quando ad eius imperium reſedit qui erat mortuus. Verba doctrinæ debet habere doctor; vnde: *La-* Mal. cb. 2. b
bia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam &c. Debet enim verbis attrahere, moribus al-
licere, operibus inuitare; vnde: *In omni-* Tim. 2. b
bus præbe te ipſum exemplum bonorum operum. In doctrina verborum, in grauitate morum, in integritate operum. Non ſolum morum grauitate, ſed ſuauitate;
vnde: *Cum omni humilitate, & manſue-* Eph. 4. a
tudine, cum patientia ſupportantes inuicẽ in charitate. Quales enim ſunt magiſtri, tales diſcipulos faciant: cùm enim ambularent animalia, ambulabant & rotæ pariter iuxta ea. Iſtis dicitur: *Luceat lux* Matth. 5. b
veſtra coram hominibus. Alioquin, erunt nuntij, quos miſit Dauid ad Hanon qui remiſit eos, raſitque dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit veſtes eo- 2. Reg. 10.
rum medias vſque ad nates, vt apparerent eorum poſteriora. Doctores, nuntij ſunt Dauid, dum peccatoribus mandata Dei annuntiant, capillos habent, qui caput ornant; id eſt ornamentum animæ,
ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet bonos morea in corde. Barbam habent, ſcilicet ſignum virilitatis, vt ſint fortes in aduèrſitate. Veſtibus ornantut, Hanon interpetratur. ſcilleet honeſtate, conuerſatione. Hanon dicitue dolor eorum, figurat peccatotes quorum dolores dum debent magiſtri ſaoate, ſæpe corrumpunt eorum peruerſitate: qui dimidium capillorum radunt, dum bonos morea doctorum ſuo exemplo ex parte diminuunt: dimidium barbæ radunt, dum eos debiliotes efficiunt: veſtes decurtant, dum in conuerſatione bona ſolito negligentiores reddunt, dum imminuta bona conuerſatione apparent eorum peccata. Ecce magiſtri doctrina, ſequitur in deſolatis miſericordia.

Triplex miſericordia; vbi & triplex obedientia, & de quatuor adoleſcentem portantibus in ſpecie grandis Aquilæ figuratis. S. CLX.

SEd notandum, quòd eſt miſericordia propria ad ſe ipſum per conteitionem vnde: *Miſerere animæ tuæ placens Deo.* Eccli. 30. Eſt miſericordia fraterna ad proximum per compaſſionem; vnde Samaritanus Luc. 10. miſericordia motus inſudit oleum, & vinum, vulnerato à latronibus: eſt miſericordia paterna patria ad filium, pee correctionem. Paterna miſericordia dimittit reatum, corrigit reum, conſolatur amaricatum. De ptimo dicitur: Luc. 15. e *Bonus ille pater à longe videns prodigum filium reuertentem, miſericordia motus occurrit ei.* De ſecundo: Abac. 3. a *Cum iratus fueris, miſericordia recordaberis.* De tett o: *Vidit Ieſus viduã flentem, & turbam copioſam*, & miſericordia motus eſt Sequitur dè obedientia: hanc exhibuit adoleſcens mortuua, qui ad imperium Domini reſedit, qui erat mortuus.

Sciendom quoque, quod triplex eſt obedientia. Prima exhibetur maiori, quæ eſt neceſſitatis: ſecuoda pari, quæ eſt benignitatia: tertia inferiori, quæ eſt humilitatis. Peima ſoluit debitum: ſecunda parat obſequium: tertia eſt prodigom. Primam Chriſtus impleuit, Phil. 2. b *Factus obediens vſque ad mortem.* De hac: Ephe. 6 a *Filij obedite parentibus.* De ſecunda: Rom. 12. a *Honore inuicem præuenientes.* De tertia: 1. Pet. 2. c *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum.*

Notandum autem, quòd quidam moriuntut in anima interiùs, quidam in coepore exterius, quidam obſtinari in ambobus. Primi ſimpliciter moriuntur, ſecundi duplicitee, tertij & moriuntur, & ſepeliuntut. De primo: *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur.* Ezech. 18. De ſecundo: *Qui fecerit hoc vel illud, morte moriatur.* De tertio: *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno.* Luc. 16. c Sed anima priùs fit turpis, ſecundò, infirmatur, tertiò, moritur. In primo non poteſt dici: *Tota pulchra es amica mea.* Cant. 4. b De ſecundo: *Sana me Domine & ſanabor.* Hier. 17. b De tertio: *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur.* Ezech. 18. a Cor enim tentatum ſic eſt amphora, quam vidit Zacharias, in Zach. 5. 7. cuius medio ſedet impietas, & duę mulieres deportant eam in terram Sennaar, Sennaar interpetratur. quod dicitur fœtor eorum: ſed Angelus maſſam plumbeam proiecit in os amphoræ, ne impietas exeat: id eſt, difficultatem Chriſtua obijcit conceptæ iniquitati, ne ad actum perueniat.

Quatuor baiuli, qui adoleſcentem defunctum portant, ſunt guloſitas, otium, luxuria, mollities, cultus. De hoc Ezechiel Ezech. 17. a *Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu habens plumas, & varietatem venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. & ſummitatem frondium eius auellit, & tranſportauit eam in terram Chanaam.* Magnarum dicitur alarum, propter tentandi velocitatem: longo membrorum ductu, propter permiſſã ſibi à Deo poteſtatem: plomas, propter Libani interpetratio. leuitatem: varietates, propter multiſarias varietates. Venit ad Libanum, quod dicitur candidatio, id eſt eccleſiam; & tulit medullam cedri, id eſt deuotionem cordis prius odoriferi, & alti: ſummitatem frondium eius auellit, id eſt, verborum vtilitatem, iuxta illud: *Melior eſt finis orationis, quàm principium.* Eccli. 7. b Tranſportauit io terram, videlicet Chanaam, quod Chanaam interpretatur dicitur commotio; ſcilicet à bonis operibus, primæ conuerſationis commouendo. De illo quatriduano dicitur in Propheta: *Quid eſt Iſrael quod in terra inimicorum es? inueteraſti in terra aliena, conquinatus es cum mortuis, deputatus es cum deſcẽdentibus in infernum?* Baruc. 3. 11. In terra inimicorum eſt peccator per malã operationem inueteraſcit io terra aliena per conſuetudioem: deputatus eſt cum deſcendentibus in ioſernum per deſperationem.

Laqua-

Laquearia noſtra cypreſſina. Cap. III.

LAQVEARIA domũ implent, & ornant: Cedrus, & cypreſſus, quæ ſunt imputribilia, electos figurant qui contemnentes temporalia, æterni ſunt deſideratores æternæ.

In tribus perſonis adornatur Eccleſia. §. CLXI.

AD ornatum, vt dictum eſt, ſunt laquearia. In tribus autem perſonis ornatur Eccleſia. Eſt enim ornatus Principum in iuſtitia, in qua eſt terribilis: Eſt ornatus Prælatorum in ſapientia, ſcientia, tolerantia, in quibus eſt Prælatus venerabilis: Eſt ornatus ſubditorum in diſciplina obedientiata, in qua eſt ſubditus amabilis. Propter hæc tria in baſibus templi erant ſculpta, leones & boues, & cherubin. *Figura.* Leones Principes: cherubin plenitudo ſcientiæ, Prælati: boues, qui iugum portant, ſubditi. In primo erat Aſſuetus terribilis, quando ſedens in throno tenebat ſceptrum aureum, quem cum vidiſſet Eſther Regina, pené præ timore corruit in terram. *Eſth. 15. c* Vna autem famularum ſuſtinebat caput eius, ne caderet in terram: pallium eius ſuſtinebat altera. Prima famula eſt conſcientia interioris innocentiæ, quæ ſuſtinet caput, id eſt, rationem, ne poſſit deuiare. Altera famula eſt confidentia de bonis operibus, quæ ſuſtinet pallium, id eſt, bonam conuerſationem, ne cadat in puluere, id eſt, ne aliqua nota turpitudinis coram Iudice, quiſquam valeat eam deprauare. In figura ſecundi, Aaron in deſignatione ſcientiæ portabat logion, id eſt, rationale in pectore: in ſignum tolerantiæ, in humeris ſuperhumerale: laminam verò auream in fronte, in ſignificatione ſapientiæ. Scientiam habere debet, qua ſciat Eccleſiam ordinare: tolerantiam, qua debet infirmorum onera portare. Hinc eſt quod logion iſtud, & ſuperhumerale, in quo deſignantur onera, catenulis aureis, id eſt, mutuis operibus charitatis erant connexa. Debet habere Prælatus audaciam ad tyrannidem, vt corripiat: ſcientiam ad ſubditum, vt erudiat: teſtimoniam ad ſeipſum, vt irreprehenſibilis appareat. Iſta ſunt tria, quæ bene gradiuntur. Primum: *Leo, qui ad nullius pauebit occurſum,* *Prou. 30. a* quia, *iuſtus vt leo confidit*. Secundum, Aries dux ouium, vt ſit aries, qui immolatur pro Iſaac, qui *pro ouibus ſuis poſuit animam ſuam*. Tertius eſt Gallus ſuccinctus lumbos ſuos: *Hymn.* hic eſt Gallus, qui *iacentes excitat & ſomnolentos increpat*; Cui dicitur: *ſint lumbi veſtri præcincti*. In figura tertij, filij Aaron accedentes ad Altare erant veſtiti linea ſtricta. Linea veſtis mollis eſt, & quaſi plicas recipit; quod ſpectat ad obedientiam, quæ præparata eſt ad omnia. Quòd ſtricta eſt, refertur ad diſciplinam, quæ ſtringit diſſoluta. Primus ornatus, ſcilicet iuſtitiæ, quatuor habet. Debet eſſe Iudex diſcretus, vt conſoletur miſerum: inquirat diligenter, ſi quid occurrit dubium: ſecundum modum culpæ puniat Reum: miſericorditer liberet oppreſſum. *Iob. 29. d* De his Iob: *Cùmque ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator.* *Iob. 29. c* De ſecundo: *Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam.* *Ibidem.* De tertio: *Conterebam molas iniqui.* De quarto: *Et dentibus eius auferebam prædam.* *Eph. 4. a* De ſubditis: *Obſecro vos, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis.* In quatuor debent ſubditi proficere. Primò, ſpiritualibus lucris inhiare, vnde viuant poſtmodum: ſecundo, collegia Religioſorum congregare, vt ſit iter ſecurum: tertio, de tribulationibus ſuis confugere ad Chriſtum: quarto, corpore laborare, ſpiritu conuerſare in cælum. Iſta ſunt quatuor minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus. Primum formica, quæ laborat in æſtate, *Prou. 6.* vnde viuat in hyeme; vnde: *Vade ad formicam, ò piger & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam*; vnde: *Ecce nunc tempus acceptabile &c.* *2. Cor. 6. a* Secundum, eſt *locuſta, quæ regem non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas*: *Prou. 30. d* ſubditi enim ad Religionem ſe conferentes, Regem non habent in hoc mundo, ſed ſimul habitant, propter illud, *Væ ſoli &c.* Tertium eſt, lepuſculus, plebs inualida, qui ponit cubiculum ſuum in petra: *Petra autem erat Chriſtus.* *1. Cor. 10. 6* Ad hanc petram confugiunt peccatis irretiti, vt conuertantur; tentationibus grauati, vt liberentur; virtutibus præditi, vt in eis gratia augeatur. De primo: *Petra refugium herinaceis*; *Pſal. 103. e* In quibus ſpinæ deſignant peccata. De ſecun- *Prou. 30. d*

Digitized by Google

do: *Lepuſculus plebs inualida, qui collo-*
Ibidem. *cat in petra cubile*. De tertio: *Veni ſpon-*
ſa mea columba mea, in foraminibus pe-
træ. Quartum eſt ſtellio, qui manibus
graditur, & in domo Regis habitat.

Ornatus iuſtitiæ quatuor habet.
§. C L X I I.

OMnibus enim debemus laborare,
& ſpiritu in cælum habitare; quod
eſt, in domo Regis eſſe. Laquearia iſta,
Eccliſ. 14. c ſi talia inueniantur, cypreſſina ſunt, & di-
cetur de eis: *Beatus vir, qui in ſapien-*
tia morabitur; pro prælatis; *Et qui in*
iuſtitia meditabitur; pro Principibus; *Et in*
ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei; pro
ſubditis. Veruntamen, ſi vitium inue-
niatur à latere, non erunt cedrina laquea-
ria: Verbi gratia; ſi Principem faciendo
iuſtitiam corrumpat præmium vel gra-
tia; ſi Prælato de ſcientia, vel ſapientia
adhæreat ambitio, vel ſuperbia: ſi in ſub-
dito de diſciplina vel obedientia ſit hy-
pocriſis, vel vanagloria. De Principibus
Iſ. 1. f Iſaias: *Principes tui infideles, ſuum ne-*
gligentes officium, ſocij furum. abſcon-
dentes verum: omnes diligunt munera,
ſequentes retributiones. Ideo non abhor-
rent iudicare falſum. De prælatis idem:
Aurum tuum eruginatum eſt, argentum
Iſa. 1. 22. *tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum*
mixtum eſt aqua. Aurum eſt ſapientia,
hæc eruginatur, dum ſuperbia admiſce-
tur; argentum in ſcoriam vertitur, dum
prædicatoris eloquentia propter vitæ ſuę
inhoneſtatem vilipenditur: vinum miſce-
Apoc. 26. tur, dum charitas refrigeſcit; vnde: *Ha-*
beo aliquid aduerſus te, quia primam
Tren. 4. a *charitatem dereliquiſti*. Item: *Filij Sion*
inclyti & amicti auro primo, quomodo re-
putati ſunt in vaſa teſtea opus manuum
figuli! Aurum dicti ſunt, quando ſapien-
tes erant; modò ſunt vaſa lutea, quia lu-
toſi per culpam. De ſubditis: *Qui veſce-*
bantur voluptuosè, interierunt in vijs; &
qui nutriebantur in croceis, amplexati
ſunt ſtercora. Voluptuosè paſcuntur, qui
dulci doctrina Magiſtri reficiuntur; ſed
interierunt in vijs, quibus Regnum cæ-
lorum quæritur, dum negligentes doctri-
nam errant in propoſito ſuo, & ſic in
anima moriuntur. Crocus bonum dat
odorem, & ſplendidum habet colorem.
In croceis itaque nutriuntur, qui bono
odore famæ proximi ſui, & claritati appa-
rentium operum conformantur; ſed am-
plexantur ſtercora, dum peccatis ſe
implicant, relinquentes proximum, &
opera.

De ornatu triplici moraliter.
§. C L X I I I.

EſT ergo moralis ornatus, ſcilicet in
corpore exterior, ſed nullus ornatus
in anima interior, & aliquis ornatus: in
vtroque eſt omnis ornatus. De primo:
Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt Pſal. 14. c
ſimilitudo templi: non enim verè ſunt tem
plum Dei, ſed tamen habent ſimilitudi-
nem templi. De ornatu interiori dictum
eſt: *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus*. Pſal. 44. c
De vtroque dictum eſt in libro Macha- 1. Mac. 4. e
bæorum: *Ornauerunt faciem templi coro-*
nis aureis & dedicauerunt altare Domino
Templum Dei ſanctum, eſt quod eſtis vos;
facies eius, exterior conuerſatio, per
quam cognoſcitur homo, qui per faciem,
vtrum reputetur bonus, an malus. Ita-
que facies iſta ornatur coronis aureis,
dum conuerſatione exteriori eius ſapien
tia percipitur; qui ſic viuendo coronam
meretur, qui interiùs qualiter exteriùs
conuerſetur ſe informat; vnde ſequitur:
Et dedicauerunt altare Domino: id eſt, Ibidem.
cor ſuum, quod eſt altare, dum gemen- Nota bene.
do in eo peccata ſua deplorant, & ſic Deo
ipſum interius tractando dedicant. Sic
igitur *perfecti ſunt cæli, & terra, & om-* Gen. 2. a
nis ornatus eorum. Cælum enim dicitur
anima: hæc ornatur, cùm anima virtuti-
bus decoratur. Corpus autem dicitur
terra, quia de terra factum eſt: hoc or-
natur, quando bona conuerſatio exte-
rius agitur. Primi ſunt Bel, Deus Acca-
ron, interiùs luteus, exteriùs æneus:
ſecundi, templum Salomonis, exteriùs
lapideum, interiùs aureum: tertij, *Arca* Exod. 37. a
Domini deaurata intus, & extra auro pu-
riſſimo. Itaque laquearia iſta ſunt cypreſ-
ſina, ſi bono propoſito in talibus confir-
mata, ita vt non poſſint corrumpi aliqua
dæmonis, vel mundi, vel carnis phanta-
ſia, ſicut Apoſtolus ait: *Quis nos ſepara-*
bit à charitate Chriſti &c. Hæc forſitan Rom. 8. f
audierat.

De ornatu lecti, & thalami domus.
§. C L X I V.

A*Dorna thalamum tuum Sion, & ſu-* Eccleſia.
ſcipe Regem Chriſtum. Ecce vehe-
menti ſpiritu affecta dicit ſe ornaſſe non
ſolum thalamum, ſed & lectum, & do-
mum; habemus enim domum carnis no-
ſtræ, thalamum cordis, lectulum con-
ſcientiæ. In domo fit publicorum nego-

tiorum adminiſtratio: in thalamo adminiſtrandorum ſecreta deliberatio: in lectulo dijudicatio. Membris enim noſtris tria bona facimus, tria mala. Mala, ſcilicet, ſcelus in nos; iniquitatem in proximum; impietatem in Deum. Bona, ſcilicet, opera pœnitentiæ in nos; miſericordiæ in proximum; pietatis in Deum. In thalamo deliberamus facienda, & eorum circumſtantias: hæc ſcilicet.

Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando.

In conſcientia, dijudicamus vtrum deliberata, vel facta vera ſint an falſa, bona an mala, commoda an incommoda. Sed quia omnis ornatus inanis eſt, niſi ornanda prius mundentur, conſcientiã contritione mundetur, thalamus cordis confeſſione, domus corporis pœnitentiæ ſatisfactione. Vera eſt contritio, ſi de peccato doleat; vnde: *Dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Si dicat; vnde: Pſal. 118. *Iniquitatem meam annuntiabo.* Si abhominetur; vnde: *Iniquitatem odio habui, & abhominatus ſum.*

Quatuor impedimenta confeſſionis.
§. CLXV.

Confeſſionem quatuor impediunt. Sunt enim qui partem peccati ſui abſcondunt, ſicut Ananias, & Saphirã, partem pecuniæ: ſunt qui omnia confitentur, ſed modum tacent, quem quærebat Dauid cùm diceret: 2. Reg. 1. e *Quomodo ceciderunt fortes in prælio?* In modo comprehendo omnes circumſtantias prædictas: id eſt, *Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs &c.* Sunt qui totum dicunt, & modũ confitentur, ſed excuſant; ſicut Adam. Sunt qui verbis fallacibus dicunt, vt peccatum minus videatur: hæc ſunt perizomata de folijs arborum facta, quibus primi parentes texerunt pudenda ſuã. Nam folia, verba ſignificant.

Folia quibus primi parentes operti erant pudēda ſunt Quid?

De triplici pœnitentia. §. CLXVI.

Pvrgatur domus corporis pœnitentia: quia aut fit in vita, quæ eſt voluntaria, & terminabilis: aut in purgatorio, quæ eſt neceſſaria, & terminabitur: aut in gehenna, quæ eſt neceſſaria, & interminabilis. 2. Reg. 24. Has propoſuit Dominus Dauid per Gad videntem, quando peccauit in numerando populo: ſcilicet, aut peſtilentiam in terra tua, quæ eſt prima: aut famem in terra, quæ eſt ſecunda: aut comprehendi ab hoſtibus, quæ eſt tertia. Et data eſt ei leuior, id eſt, prima, quia diuinæ diſpoſitioni totum reliquit. Ornatur domus corporis bona conuerſatione.

Triplex conuerſatio. §. CLXVII.

Conuerſatio autem triplex eſt. Debemus enim conuerſari in clauſtro cum fratribus religioſis, nos in diſciplina eis conformando: conuerſari in mundo cum peruerſis, eorum contumelias ſuſtinendo: conuerſari in cælo cum Angelis, in cæleſtibus cogitando. De primo: *Certamen magnum paſſionum ſuſtinuiſtis.* Heb. 10. f De ſecundo: *Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos, vt abſtineatis à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam; conuerſationem veſtram habentes bonam inter gentes &c.* 1. Petr. 2. b De tertio: *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* Phil. 3. d Inde eſt, quòd ſuper tabernaculum Moyſi erant ſaga cilicina, & pelles arietum rubricatæ, & pelles hyacinthinæ. Exod. 26. e Saga, quæ vilia ſunt, deſignant conuerſationem clauſtralium, qui viles ſe, & abiectos reputant. Pelles rubricatæ pertinent ad patientiam peruerſos ſuſtinentium. Pelles vero hyacinthinæ, quia cæli colorem habent, pertinent ad contemplationem Angelorum. Ornatur thalamus, Dei & proximi dilectione.

Quadruplex amor Dei.
§. CLXVIII.

Eſt amor verecundus, fortis, ſuauis, patiens. In templo Salomonis primò erat paries de cemento, & lapide: ſecundò ligna odorifera: tertiò aurum. In cemento, quod luteum eſt, & latet inter ſaxa, amor verecundus: per lapides, fortis: per ligna odorifera, ſuauis: per aurum, ſapiens.

In tribus eſt verecundia.
§. CLXIX.

Verecundus in tribus eſt: in fidei læſione, in furto, in traditione. Erubeſcit enim quòd fidem læſit peccando, quam vouerat in baptiſmo: erubeſcit quoque, quòd furtum fecit, peccata occultando: erubeſcit etiam, quòd traditionem fecit, cor ſuum, & membra ſua, quæ erant Dei habitaculum, dæmoni tradendo. De primo: *Fidem irritam* 1. Tim. 5. b

Iob 31. d *primam fecerunt*. De ſecundo: *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum & celaui in ſinu meo iniquitatem meam.* De
1. Cor. 6, 6. tertio: *Tollens membra Chriſti faciens membra meretricis.*

Fortis amor in tribus. §. CLXX.

Psal. 26. a FOrtis amor in tribus eſt. Spernit timorem; vnde: *Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo?* Appetit dolorem; vnde: *Ingrediatur putredo in oſſibus meis &c.* Non refugit pudorem; vnde: *Quoniam propter te ſuſtinuit opprobrium, &c.* Iſti ſunt tres fortes, qui attulerunt Dauid de fonte, qui eſt in Porta Bethleem; ſcilicet, Eleazar, Semeias, & Iesbaam. Eleazar dicitur Dei mei adiutorium; hic aſſignatur primo. Semeias dicitur obediens Domini, & ſecundo. Iesbaam dicitur deſipiſcens, & conuenit tertiò. Fons ille eſt dulcis memoria cæleſtis patriæ, quia per iſtam triplicem fortitudinem venitur ad illam dulcedinem & ſuauitatem, quæ per odorem ligni cypreſſini ſignificatur.

Abac. 3. d
Psal. 68. b
Eleazar interpretatur.
Semeias interpretatur.
Iesbaam interpretatur.

Amor ſuauis in tribus. §. CLXXI.

AMor Dei ſuauis eſt in tribus. In miſericordia, per remiſſionem peccatorum; vnde: *Suauis Dominus vniuerſis inuocantibus eum.* In gratia, pro infuſione ſpiritualium bonorum; vnde: *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitiam tuam loquentur.* In
Psal. 33. b gloria, pro expectatione ſupernorum gaudiorum; vnde: *Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus &c.*

Sapiens Amor in tribus. §. CLXXII.

SApiens eſt amor, aſtutias diaboli vitando, amoris principium, & finem conſiderando, in aſſenſu de vno ad alium
Sap. 8. a affectus ſuos ordinando, vnde: *Sapientia vincit malitiam, attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*: Scilicet affectus in aſcendendo. Sequitur lectulus conſcientiæ.

Conſcientia triplex. §. CLXXIII.

SCiendum autem, quòd conſcientiarum alia eſt cauteriata; vnde: *Cauteriatam habentes conſcientiam.* Alia 1. Tim. 4. a
bona; vnde: *De corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta.* Alia florida; 1. Tim. 1. 5.
vnde: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Cauteriata eſt 2. Cor. 1. c
obnoxia culpæ: bona, ſine crimine: florida, multa ornata virtute, & ſpiritualiter viola, lilio, roſa, vt ſit conſcientia Chriſti humilitatis, caſtitatis, charitatis. Pro his enim ſubſequitur ſponſus, *Ego* Cant. 2. 6.
flos campi, & lilium conuallium.

De domo Morali. §. CLXXIV.

DOmus Dei, anima iuſti. Ibi fundamentum eſt timor Dei, quia *initium ſapientiæ timor Domini.* Inde ſur- Psal. 110.
gunt duo parietes, ſcilicet, innocentia, & miſericordia: In his enim omnis ſtru- Iac. 1. d
ctura ſolidatur; vnde: *Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem, hæc eſt; viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum &c.* Primum refertur ad miſericordiam, ſecundum ad innocentiam. Ecce quomodo de fundamento timoris ſurgit paries innocentiæ. Timor Domini ſurgit, generat ſui diſcuſſionem; diſcuſſio cognitionem, cognitio pœnitentiam, pœnitentia dolorem, dolor confeſſionem, confeſſio emendationem, emẽdatio purgationem, purgatio puritatem, puritas parat innocentiam. Ecce ex alia parte quomodo paries miſericordiæ ſurgit ex timore: Timor miſerorum generat conſiderationem, conſideratio compaſſionem, compaſſio affectum ſubuentionis: affectus ſubueniendi iuxta virium facultatem, plenam miſericordiæ exercet virtutem. Ad hos nos Dauid inuitat dicens: *Declina à malo & fac bonum.* Te- Psal. 30. c
ctum, ſpes eſt cæleſtium; hæc dum ab appetitu temporalium nos retrahit, à tempeſtate temporalium per patientiam nos conſeruat. Nam & ipſa patientia loco tignorum eſt.

De ædificio huius domus. §. CLXXV.

FVndamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, 1. Cor. 3. c
Chriſtus Ieſus, ait Apoſtolus. Volentes ædi-

ædificare debent conſiderare fundum, fundamentum, & fundatum. Fundus eſt cordis locus, fundamentum Chriſtus, fundatum, opus bonum, tam interius quàm exterius. Primum habeat puritatem, ne habeat limum peccatorum: ſecundum ſtabilitatem, ne ſit inſtabile propoſitum: tertium rectam ordinationem, ne quid
Rom. 6. ſiat inordinatum. De primo: *Emundemus nos ab omni iniquitate carnis, ac ſpi-*
Rom. 8. g *ritus*. De ſecundo: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti &c.* De tertio: *Ordinau it in me charitatem: Preparate corda*
Eccleſia. *veſtra*; ecce fundus: *Domino*; ecce fundamentum: *& ſeruite illi ſoli*; ecce fundatum. Sic ædificata erit domus illa, de qua dicitur:

Turbo quam nullus quatit, aut vagantes
Diruunt venti, penetrantque nimbi.

Non enim penetrant fundum nimbi carnalis voluptatis: fundamentum non quatit turbo aduerſitatis: fundatum non diruunt venti vanitatis. Locum mundabat
Pſal. 131. a Dauid dicens: *Si dedero ſomnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem &c.* Si enim fuerit limoſus fundus, non ſuperponetur fundamentum Chriſtus, ſed clama-
Pſal. 68. d bit: *Eripe me de luto vt non infigat*. Si
Pſal. 68. a autem forte intrauerit, clamabit: *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia*. Cùm egreſſus fuerit, gratias aget
Pſal. 39. a ſic: Pater *eduxiſti me de lacu miſeriæ, & de luto fecis*.

Tria ædificia peccatorum ſunt fundamentum Chriſti. §. CLXXVI.

SVper hoc fundant peccatores tria ædificia. Ponunt enim fundamentum temporalia bona, ſuperædificant ſuperbiam: Item ponunt fundamentum concupiſcentiam carnis, ſuperædificant laſciuiam: Item ponunt fundamentum garrulitatẽ, ſuper ædificant blaſphemiã, murmurationem, contumeliam. Primum ædificium eſt turris Babylonis: facta eſt de lateribus, id eſt, bonis temporalibus. Lateres crudi ſunt temporalia bona, male quæſita, & luxurioſè expenſa; vnde
Gen. 11. dicitur: *lateribus crudis ædificabimus*. Lateres cocti ſunt bona temporalia, hæc coquuntur, dũ male retinendo in his homo
Exod. 16. obſtinatur. Inde eſt quòd filij Iſrael in Ægypto Pharaoni lateres coquebant; & Iſaias: *Venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris*. Duo alia ſunt Phyton, & Ramaſſes, quæ ædificauerunt filij Iſrael in Ægypto Regi Pharaoni. Secundum igitur ædificium eſt, Rama quod interpre- Rama interpretatur.
tatur commotio tineæ, ſcilicet carnalis cupiditatis. Tertium ædificium eſt Phy- Phiton interpretantur.
ton, quod dicitur os hians, ſcilicet inutilis loquacitas. In tali fundo ſunt reptilia, *quorum non eſt numerus*: oportet ergo in tali fundo fodere prius, ſicut ait Ezechiel; *Fili hominis fode parietem*. Ezech. 8. c
Et fodit, & inuenit imagines, quadrupedia, & reptilia, & volucres. Quadrupedia ſunt qui manibus quaſi pedibus quibuſdam, tangendo terram, vltra modum tractant temporalia. Reptilia ſunt voluptuoſi, qui reptant ore, pectore, ventre, & cauda: ore, laſciua loquendo: pectore, cogitando: ventre, effectui mancipando: cauda, in his perſeuerando. Volucres vero ſunt ſuperbi. Itaque iſta purgentur, vt domus ædificetur; vnde: Pſal. 126. a
Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam; 1. Cor. 3. c
in qua *fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus*. Hic ergo tanquam lapis ponitur in fundamento, de quo dicitur.

De lapide in fundamento, quem erexit Iacob in titulum. §. CLXXVII.

ERexit Iacob lapidem in titulum, fundens oleum deſuper. Gen. 28. 18.
Hunc lapidem quidam dimittunt in imo, quidam ſuſpendunt in medio, quidam erigunt in ſummo. Primi ſunt carnales, qui fidem habent, nec operantur: ſecundi mediocriter viuentes, qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: tertij, Deo vacantes, qui in cælo conuerſantur. De pri- Iacob 2. b
mis: *Fides ſine operibus mortua eſt*. De 1. Io. 3. c
ſecundis: *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi &c.* Iſtis dicitur: *Nolite dili* 1. Io. 2. b
gere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. De tertijs: *Quæ fuerunt mihi lu-* Phil. 3. b
cra, facta ſunt mihi detrimentum propter Chriſtum. Primi itaque dimittunt in imo, in periculum damnationis: ſecundi librant in medio, in ſpeculum ſuæ cognitionis: tertij erigunt in ſummo, in titulo diuinæ laudis. Primi cum cognouiſ-
ſent Deum, *non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis*. De ſecun- Rom. 1. 21.
dis: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia* Cant. 1. e
gregum tuorum. Tertij dicunt: *Laudabo Deum meum in vita mea*. Primi fun- Pſal. 33.
dunt mel carnalis voluptatis: ſecundi vinum auſteritatis pœnitentialis: tertij oleũ de-

deuotionis. Mel iſtud à ſacrificio prohibetur: vinum & oleum vulnerato à latronibus per Samaritanum infunditur: ecce de fundamento.

Ligna, fenum, ſtipula. §. CLXXVIII.

SVper hoc fundamentum quidam ædificant ligna, fenum, ſtipulam; id eſt, quoſdam motus venialium, vt eſt vanitas. De operibus, quæ ſunt ligna: de gratia corporum, quæ eſt fenum; quia *Omnis caro fænum*: de ſplendore ſermonum, quæ ſunt ſtipula, quæ cantare conſueuerunt antiqui. In figura primi, Paulus cùm accenderet ſarmenta, de eis exiliit vipera, quæ intus latebat, & adhæſit manui eius, qui viriliter excuſſit eam. In figura ſecundi, Abſalon ſedit ſuper mulam, id eſt, carnem ſuam: & capillos eius, id eſt, cogitationes cordis, ventus elationis tulit in altum: & in quercum adhæſerunt, id eſt, in duritia obſtinationis. Superuenit Ioab, id eſt, diabolus, & tribus lanceis confixit cor illius, quæ ſunt hæc: ſuperbus enim crudelis eſt inferiori: indignatur de pari: inuidet ſuperiori. Contra primum iuxta Poetam debeo:

Act. 28. 3.

Quid per mulam Abſalon & per quercū cui capillis adhæſerit ſignificetur.

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

De ſecundo alius,

Nec quemquam iam ferre poteſt Cæſarue priorem,
Pompeiusue parem,

In figura tertij, vidit Ioannes in apocalypſi tres ſpiritus immundos in modum ranarum exeuntes de ore draconis. *Apoc. 16.*

Aurum, argentum, lapides pretioſi. §. CLXXIX.

FIlij ſuperædificant aurum, argentum, lapides pretioſos. Aurum ſapientiæ, & charitatis; argentum innocentiæ, & caſtitatis; lapides pretioſos interioris, & exterioris hominis. In figura primi erant duo Cherubin aurea in tabernaculo: in figura ſecundi duas tabulas argenteas, & ductiles habuit Moyſes, quibus conuocabatur populus in deſerto: in figura tertij, dicitur de animalibus Ezechielis, Sub pennis eorum manus hominis, in quatuor partibus. Exteriora ſunt in quatuor partibus, quia primò operatur ſibi homo opera pœnitentiæ, ſecundò proximo, opera miſericordiæ: tertiò inimico opera perfectionis: quartò, fiunt in Deum opera pietatis. Sed hæc de ædificatione domus ſpiritualis.

figura pulcherrima.

Ego flos campi, & lilium conuallium. Cap. IV.

BENE Chriſtus ſe florem appellat, quia dum ſpinas peccatorum exterminat, mentem ſponſæ, & pulchritudinem iuſtitiæ exornat: & dum naribus cordis cæleſte deſiderium applicat, interiora animi quaſi odore refocillat. Quod in campo eſt, patet omnibus: ſcilicet, viola humanitatis, quæ ſubſternit ſe omnibus; & roſa charitatis, quæ ſe diffundit, benefaciendo etiam in male agentibus. In conuallibus ſolent horti claudi, quia pinguis locus eſt: ibi eſt lilium caſtitatis, quæ gaudet ſemper clauſura teneri. Quòd verò hic ornatus non a ſponſa, ſed à ſponſo eſt, inſinuat ſponſus cùm ait: *Ego flos campi, & lilium conuallium*. Flos aliquando in thalamo, aliquando in campo, aliquando in horto. Thalamus eſt conſcientia floribus bonorum operum referta: flos in thalamo non naſcitur, ſed aliunde affertur, quia opera bona non ex nobis, ſed ex Dei ſunt gratia: Campus, qui floret ſine cultu humano, Beata Virgo eſt: Flos, filius eius. Item, hortus eſt cor hominis: ibi flos charitatis humano cultu naſcitur, id eſt, Chriſti: eſt enim illud magis diuinum quam humanum: item, flos virginitas, flos martyrium, flos actio bona. In horto virginitas, in campo martyrium, bonum opus in thalamo. Bene in horto virginitas, cui ſolitudo ſemper eſt amica: congruè in campo martyres, quia ludibrio omnium exponuntur: meritò etiam in thalamo actio bona, quæ conſcientiam & quietam facit, & tutam reddit. Dominus ergo flos horti: virgo virgine virga natus; ideo flos eſt campi: martyr martyrum corona, martyrij forma. Denique foras ciuitatem eſt ductus, extra caſtra paſſus, in ligno ſuſpenſus; & ſic multifariè Chriſtus flori eſt comparatus.

Cant. 2. b

Propter tria & in tribus locis, Chriſtus dicitur flos.

De flore. §. CLXXX.

NAturaliter flos lenis, lætus eſt: eſt enim aſpectu iucundus, dulcis afflatu, tactu ſuauis. Vt ergo beatitudinem ſuæ viſionis noſtrum deſiderium excitet, per decorem floris ſuam pulchritudinem nobis proponit: Vt ad guſtum internæ ſuauitatis noſtros accendat affectus, per odorem floris ſuam nobis dulcedinem ad memoriam reducit: Vt ad gaudium beatæ ſocietatis ſuæ noſtrum inuitet amorē, per ſuauitatem floris ineffabile ſuæ præſentiæ delectationem nobis promittit. In campo latitudo conſideratur, in valle profunditas cernitur. In his ergo, qui ſe dilatant charitate, ſunt flos campi: in his, qui ſe ſubſternunt humilitate, eſt flos conuallium. Item in lilio tria conſiderantur: viror in folijs, candor in floribus, aureus color in granis. In virore igitur, qui prodeſt oculis, Fides accipitur: in flore autem candido, quia inde procedit fructus, Spes nobis inſinuatur: in aureis autem granis, tum pretio tum colore, Charitas nobis proponitur. *Ego flos campi, & lilium conuallium*: ac ſi diceret: Ego ſum qui charitate dilatatos glorifico, qui humiles exalto, qui credentes illumino, ſperātes confirmo, amantes accendo.

De ſignificationibus floris. §. CLXXXI.

NOtandum quod flos, aliquando dicitur vanitas, aliquando autem virtutum gratia, & ſuauitas, aliquando ſpes fructus, aliquando ſupernorum iucunditas deſignatur; & hoc iuxta quatuor huius nominis etymologias. Secundùm primam acceptionem dicitur flos, quaſi ſeui labens honor ſeorſum. Secundùm ſecundam ſignificationem dicitur flos, fundens late odorem ſuum. Iuxta tertiā ſignificationem dicitur flos, ſcilicet, fructus Libani opem ſequentis. Secundum quartam acceptionem dicitur flos, ſcilicet faciens lętum odorem ſuauitatis. Pro flore vanitatis dictū inuenimus in Iſaia:
Iſa. 40. b *Omnis caro fænum, &c.* Iuxta ſecundam acceptationem, ſcilicet pro virtutum gratia, & ſuauitate inuenitur dictum:
Cant. 7. d *Florete flores quaſi lilia. & frondete in gratia.* In tertia ſignificatione pro ſpe dicitur.
Eccli. 2. b *Videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt.* Secundum quartam acceptationem, de iucunditate ſupernorum legimus: *Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum.* *Pſal. 91.*

Tres ſpecies vanitatis. §. CLXXXII.

APud Salomonem tres inuenimus ſpecies vanitatis, quamuis inuolutas, ſub hoc ſermone: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, dicit Eccleſiaſtes.* *Eccl. 1. a* Ex his enim habemus, quod vanitatum alia eſt mutabilitatis, alia cupiditatis, alia pœnalitatis. Prima eſt in caducis rebus, ex earum conditione: ſecunda in corde, ex inordinata rerum dilectione: tertia in corpore, ex mortalitate. Prima eſt naturalis, & congrua: ſecunda eſt culpabilis, quia peruerſa: tertia eſt pœnalis, & miſera. Prima eſt cauſa peccati: ſecunda eſt peccatum: tertia eſt pœna peccati. Prima arguit ſecundam, tertia punit eam. Prima eſt vanitas, quia oſtendit ſe habere quod non habet, & non poteſt permanere in eo, quod habet: ſecunda eſt *Concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* *1. Io: 2. c* In tertia vero eſt attritio, & diſſolutio: attritio eſt, qua homo per temporalem miſeriam quotidie affligitur: diſſolutio vero, qua anima à corpore in morte ſeparatur. Itaque totus homo vanitas, quamdiu conuerſatur in hoc miſerabili exilio. *Totus homo eſt vanitas.* Florem etiam inuenimus dici ornatum virtutum.

Tres ornatus virtutis. §. CLXXXIII.

TRes ſunt ornatus. Primus eſt ſolius exterioris conuerſationis, ſecundus verò, exterioris conuerſationis ſimul, & interioris morum compoſitionis: tertius eſt futuræ incorruptionis. Primum exprimit Iſaias Propheta cùm dicit: *Auferet Dominus ornamentā à vobis, & lunulas, & ſpecula de calceamentis veſtris.* *Iſa. 3. d* De ſecundo inuenimus in libro Machabæorum: *Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerunt altare Domino.* *1. Mac. 4. g* De tertio: *Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem deſcendentē de cælo à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* *Apoc. 21. a* Primus eſt hypocritarum, ſecundus Religioſorum, tertius Beatorum. Primus eſt boni ſimulatio, ſecundus boni ordinatio, tertius boni conſummatio,

De

Digitized by Google

De ſpe triplici, §. CLXXXIV.

SPes etiam triplex eſt. Prima, ſpes ve-
niæ: ſecunda, ſpes gratiæ: tertia ſpes
Pſal. 21. b gloriæ. De prima: *In te ſperauerunt pa-*
Pſal. 21. b *tres noſtri; ſperauerunt, & liberaſti eos*;
id eſt à peccatis. De ſecunda: *In te ſpe-*
rauerunt, & non ſunt confuſi, ſed gratia
inſuſi. De tertio Iob: *Videbo Dominum*
Iob. 19. c *Saluatorem meum*, & addidit: *Reposita*
eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Triplex iucunditas. §. CLXXXV.

TRiplex eſt iucũditas, ſuperna ſcilicet:
corporum incorruptio, ſocietas An-
gelorum, Dei viſio. Ad primam nos vo-
Zach. 9. cat Propheta ſic: *Iucundare filia Sion*.
Pſal. 132. a Secunda: *Ecce bonum, & iucundum habe-*
Eccli. 15. b *re fratres in vnum*. De tertia: *Iucũditatẽ*
& exultationem theſaurizauit ſuper eum.
Item, Dilectus dicitur *Flos campi, & lilium*
conuallium. Quod in campo eſt, omnibus
patet. Flos campi eſt roſa, quæ eſt ignei
coloris, ad deſignandum Spiritum ſan-
ctum, qui in igne apparuit. Lilium natu-
ra candidũ, eſt Chriſtus de peccatoribus
natus tanquam de terra, tamen nullum
habens peccatum. In vallibus nebulę per-
ſeuerantiùs ſunt, & protegunt lilia ab ar-
doris inclementia. Itaque in campo eſt
conuerſationis Chriſti euidentia: in igneo
Quid lilium colore roſæ ſancti Spiritus: in eo chari-
& roſa in tas, & illuminatio, id eſt, intelligentia:
campis in- in nube protectio in omni tentatione,
nuant. cuius in Chriſto non habuit locum ſæui-
tia.

Tria expellunt Spiritum ſanctum à corde. §. CXXXVI.

IN his enim tribus probatur in eo fuiſſe
ſancti Spiritus plenitudo, & abundan-
Sap. 1. b tia. Contra primum dicitur: *Spiritus ſã-*
ctus diſciplinæ effugiet fictum. Contra ſe-
Sap. 1. b cundum: *Et auferet ſe à cogitationibus,*
quæ ſunt in terra. Contra tertium: *Et*
Ibidem. *corripietur à ſuperueniente iniquitate*.
Hæc enim tria Spiritum ſanctum expellẽt
à corde hominis. Primum eſt duplicitas,
ſecundum obſcuritas, tertium iniquitas.
Duplicitas, qua hypocrita cùm ſit inte-
riùs malus, exteriùs religionem prætẽ-
dit: obſcuritas, qua nec ſe, nec Deum
cognoſcit: iniquitas, qua proximum of-
fendit. In primo eſt terra inanis, quia
religio ſine fundamento non habet firmi-
tatem. In tertio terra eſt vacua, quia
iniquitas expellit charitatem. In ſecũdo,
Tenebræ factæ ſunt ſuper faciem abyſſi,
quia nec ſe cognoſcit, nec creatorem:
ſed, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas* Gen. 1. a
expectans quaſi Accipiter peccatoris re-
uocationem. Notandum autem, quia ini-
quitas venit, peruenit, ſuperuenit. Ve-
nit, cùm primò inuadit: peruenit, quan-
do tentatus conſentit: ſuperuenit, quando
ad actum deducere diſponit. In primo
enim ſtudium ſanctę meditationis elique-
ſcit: in ſecundo bona voluntas euaneſcit:
in tertio charitas refrigeſcit. Ecce terra
vacua. Sed contra primum ſic reuocatur.
Veni ſancte Spiritus. Contra ſecundum:
Reple tuorum corda fidelium. Contra ter-
tium: *Et tui amoris in eis ignem accende*.

Spiritus ſanctus in tribus figuris apparuit. §. CLXXXVII.

AT contra hæc tria legimus in tribus
figuris apparuiſſe. Contra duplici-
tatem in columbæ ſpecie; ecce in campo:
contra obſcuritatem in igne; ecce roſa
colore igneo: contra iniquitatem in nu-
be; ecce lilium in valle neſciens Solis ar-
dorem, interpoſito nebulę matutinæ ſo-
latio. Primum, vt duplicitatem reſim-
plet: ſecundum, vt obſcuritatem illumi-
net: tertium, vt æſtum tentationis ini-
quitatis ſtillanti rore reſtrigeret.

Tres duplicitates. §. CLXXXVIII.

TRes ſunt duplicitates: Prima mali-
tiæ: ſecunda vanagloriæ: tertia pro-
priæ voluntatis & inconſtantiæ. Prima
enim eſt, qua ſe quis aliquem fingit dili-
gere, contra quem malum machinatur:
ſecunda, qua ſe fingit hypocrita, vt laus
habeatur humana: tertia, qua homo in-
conſtans cùm ſub regula viuat, aliter de-
bere fieri iudicat: hic ſibi cæteris ſapien-
tior eſſe videtur. De prima, *Duæ in agro*.
Iſte eſt enim ager, in quo Abel à Cain figura pul-
occiditur. De ſecunda, *Duæ in lecto*, in chra.
quo Dilectus nocte quæritur, & non in-
uenitur. De tertia, *Duæ in mola*, in qua
captiua cum primogenitis Ægypti occi-
ditur. Primi ſunt *qui loquuntur pacem* Pſal. 27. a
cum proximo in cordibus ſuis, malum au-
tem in cordibus eorum. De ſecundis: *At-* Matth. 13.
tendite à falſis prophetis &c. De tertijs:
Væ vobis, qui Sapientes eſtis in omnibus Iſa. 5. e
vijs, &c. Prima: *in corde, & corde locuti* Pſal. 11. a
ſunt

Digitized by Google

Eccli. 2. e *Iac. 1. a* *ſunt*. De ſecundis: *Væ qui duplices corde eſtis*. De tertijs: *Homo duplex inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis*.

Triplex Vnitas Spiritus. §. CLXXXIX.

COntra has tres duplicitates inuenitur triplex vnitas Spiritus ſanctl. Contra primam, vnitas cordis ad fratrem: contra ſecundam, vnitas cordis, ad extrinſecam operationem: contra tertiam, vnitas cordis ad obſeruantiam regularem. Inde de ſponſa dicitur in canticis: *Cant. 6. d* *Vna eſt columba mea, perfecta mea vna eſt matris ſuæ electa*. Ecce triplex vnitas. De prima: *Act. 5. f* *Vnus ſpiritus & vna fides erat in eis. & multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna*; &c. *Pſal. 132. a* *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum*. In figura ſecundi: *Ioann. 5. a* *Angelus Domini deſcendit in piſcinam, & mouebatur aqua, & ſanabatur vnus*. In figura tertij: *Luc. 17. e* *Decem leproſi mundati ſunt, & non eſt reuerſus niſi vnus, qui daret gloriam Deo*. Propter primum dicetur: *Duæ in agro; vna aſſumetur*; ſcilicet anima, quæ eſt in prima vnitate; *Altera relinquetur*, ſcilicet, anima, quæ eſt in Alteritate. Propter ſecundum; *Matth. 24. 41* *Duo in lecto; vna aſſumetur, & altera relinquetur*. Propter tertium; *Duæ molentes in mola; vna aſſumetur, & altera relinquetur*.

Columba triplex. §. CXC.

PRopter has tres vnitates triplicem legimus columbam Spiritum ſanctum figurantem. Prima in arca fuit ſub diluuio: *Gen. 8. b* ſecundam Moyſes præcepit offerri in ſacrificio: tertia ſuper Dominum apparuit in baptiſmo. Prima enim ramum oliuæ attulit ad arcam, id eſt, pacem: ſecunda offertur retorto capite ad pennulas, id eſt, ad exteriorem virtutum operationem: tertia manſit ſuper Dominum, vt duplicitatem inconſtantiæ reuocet ad ſtabilitatem, id eſt, contra propriam voluntatem. *Tribus vicibus Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ.* Vnde Dominus dicit in euangelio: *Ioann. 4. d* *Non veni facere voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me Patris*. Ecce amplius: *Sap. 1. 6.* *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum*; quia duplicitas reſimplata eſt per Spiritum ſanctum; *ſed corripitur à ſuperueniente iniquitate*; id eſt, ab æſtu tentationis, quæ peccatum inducit. Contra hanc Spiritus ſanctus apparuit in nube rorem ſtillantem refrigerij. De hoc rore in quinto libro poteris inuenire. In igne quoque apparuit Spiritus ſanctus, vt illuminet cor obſcurum.

Tria peccata in Spiritum ſanctum. §. CXCI.

TRia enim ſunt peccata in Spiritum ſanctum, quæ obſcurant humanum cor. Primum eſt peccatum deſperationis: ſecundum eſt præſumptionis: tertium eſt inuidentia fraternæ charitatis. De primo ait Cain: *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear*. *Gen. 4. 6.* De ſecundo dicit Ioannes in Apocalypſi: *Sedeo regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo*. *Apoc. 18. 6.* De tertio ait Ioannes in epiſtola canonica: *Eſt peccatum ad mortem: pro eo non dico vt quis oret*, vt igni illuminet. *1. Ioann. 5. d* Contra hæc apparet Spiritus ſanctus in igne, imo etiam vt conſumat, vt accendat, vt illuminet: vt conſumat peccatũ vt accendat ad opera virtutum, vt illuminet ad reuelationem ſupernorum.

Tres Ignis proprietates. §. CXCII.

VNde Philoſophi dicunt: Ignis eſt acutus, mobilis, ſubtilis. Ignis itaque Spiritus ſancti acutus eſt, quia pungendum contritione cor peccatoris penetrat: mobilis eſt, dum ad operandum pigrum excitat: ſubtilis eſt, dum ſuperna reuelat. In primo pungit, in ſecundo iungit, in tertio vngit. Pungit crimina, iungit fœdera, vngit viſcera. Crimina pungit amaritudine contritionis, fœdera iungit pignore ſpiritus infuſionis, viſcera vngit ſuauitate dilectionis. In primo, ſicut habemus in actibus Apoſtolorum, *factus eſt repente de cælo ſonus*, qui pungendo quaſi increpatione peccatum conſumat: in ſecundo, *Aduenit ſpiritus vehemens*, qui accendat: in tertio, *repleuit totam domum, vbi erant diſcipuli ſedentes*, *Act. 2. 2.* dum eos ad videnda ſuperna illuminat. In primo eſt vehemens, quaſi væ ad mens: in ſecundo dicitur vehemens, quaſi vehens mentẽ: in tertio dicitur vehemens quaſi vehens à mente. *Spiritus ſanctus cur vehemens.* Audi acutum, pungentem, & conſumentem peccata. *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittentur eis &c.* *Ioann. 20. f* & Iob. *Cum me præſente tranſiret ſpiritus, inhorruerunt pili carnis meæ*: id eſt, peccata. *Iob 4. c* *Quid pili carnis ſignificent.* Inde dicitur in Ezechiele. Veni ſpiritus à quatuor ventis, & inſuffla ſuper interfectos iſto, & reuiuiſcant. *Ezech. 39. 9*

De

De quatuor ventis. §.CXCIII.

Figura.

SAnctus enim Spiritus venit, & adducit ſpiritum diuinæ inſpirationis ab Occidente, dum lapſum peccatoris reparat. Vnde venit ab Aquilone, vnde panditur omne malum, quando diaboli in nobis tentationem expugnat. Venit à Meridie, quando ad diligendum cor noſtrum inflammat. Venit ab Oriente, quando ad cognoſcenda ſuperna illuminat. De his in Apocalypſi legitur: *Quatuor Angeli tenebant quatuor ventos, ne flarent.* Audi mobilem, & accendentem ad opera: *Vbi erat ſpiritus, illuc gradiebantur.* Item: *Quocunque ibat ſpiritus, illuceunte ſpiritu, & rota pariter eleuabantur, ſequentes eum.* Et in euangelio, Dominus Ieſus *ductus in deſertum eſt à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo. Luſtrans enim vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, et in circulos ſuos reuertitur*, ait Salomon. Luſtrat, dum ſcrutatur cor propter peccata cogitationis; deinde membra, propter peccata operationis; poſtmodum linguam, propter peccata locutionis. *Quoniam renum*, inquit, *illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & lingua eius auditor.* In circulos ſuos reuertitur, quando iterum redit ad cor, vt accendat ad diligendum: ad membra, vt excitet ad operandum: ad linguam, vt excitet ad confitendum, & laudandum Deum. *Spiritus enim Domini repleuit Orbem terrarum*; quem Animam mundi Philoſophi dicunt; vnde Virgilius.

Spiritus ſanctus quomodo à quatuor mundi partibus venit.
Apoc. 7. a 1
Ezechiel c. 1. 12.
Ibidem c 20.
Matth. c. 4.
Eccleſiaſtes c. 1. b 6.
Sap. c. 1.
Ad quos circulos reuertatur Spiritus ſanctus.
Sap. c. 1.

Principio cælum, ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemque Globum lunæ Titanique aſtra,
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet,

Ait autem Apoſtolus: *Quoniam qui ſpiritu Dei aguntur hi Filij Dei ſunt. Non enim accepiſtis Spiritum ſanctum iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum.* Audi ſubtilem, & illuminantem. *Spiritus*, ait Paulus, *omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.* Item quoque ait: *Nobis autem Deus reuelauit per Spiritum ſanctum*: qui enim ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt ſentiunt; qui vero ſecundum carnem, quæ carnis ſunt ſapiunt. *Duxit me*, ait Ezechiel, *in montem magnum, & altum, et oſtendit mihi ædificium ciuitatis vergentis ad Auſtrum.* Hæc eſt cæleſtis patria, ad quam ſuſpiramus, quam expectamus, pro qua laboramus, vt ad eam perueniamus, ipſo Spiritu ſancto duce, deſideria noſtra inflammante & conſolante labores noſtros, ſicut ait Poeta.

Paul. ad Rom. c. 8.
1. Cor. 2. 10.
Ezechiel. c. 40. 2.

His olim forſan meminiſſe iuuabit.
Durate, & vos met rebus ſeruate ſecudis.
O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem.
Per varios caſus per tot diſcrimina rerum,
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas.
Oſtendunt

Virgilius.

Quæramus ergo cum multis, & puris deſiderijs vt primò Spiritus ſanctus infundatur, ſecundo diffundatur, tertiò effundatur. In primo, vt *ſancti Spiritus corda noſtra mundet infuſio &c. Vt Spiritus ſanctus adueniens paratam ſibi in nobis inueniat manſionem.* In ſecundo, vt illo nos igne Spiritus ſanctus inflammet, quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit in terram, & voluit vehementer accendi; vt dicamus: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* In tertio, vt effundatur in nos, & adimpleatur illud Iohelis Prophetæ: *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem; & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ.* Ita enim Spiritus ſanctus, qui eſt ſpiritus dulcis, ſcilicet ſuauis, *Qui à Chriſto procedit, mentes noſtras illuminet, & nos inducat in omnem, ſicut tuus promiſit illius veritatem. Cuius eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Eccleſia.
Rom. c. 5.
Ioel. c. 2.
Eccleſia.

Sicut lilium inter ſpinas, ſic anima mea inter filias. Cap. V.

BENE ſponſa dicitur ſicut lilium inter ſpinas, quia, cùm in Eccleſia Chriſtĩ multi verbo confitentur, nõ operibus, ſed mundi ſolicitudines ſequuntur, ſola illa anima lilij digna eſt dignitate, quæ ad cæleſtem pulchritudinem ſe erigens, & candorem munditiæ cordis, & corporis ſibi ipſi cuſtodit, & proximos odore bonæ operationis reficit, & odorem bonæ opinionis inter homines ad bene conuerſandum accendit.

Tres modi virginitatis. §. CXCIV.

EST lilium infra ſpinas, eſt lilium inter ſpinas, eſt lilium ſuper ſpinas. Lilium eſt caſtitas: hoc eſt lilium infra ſpinas, quando habetur virginitas cum crimine, quia & crimen eſt ſpina, & tentatio ſpina; vnde: *Conuerſus ſum in ærumna, dum cõfigitur ſpina*. Inter ſpinas eſt lilium, quando virginitas multa impugnatur tentatione. Super ſpinas eſt lilium, ſuperata tentationum impugnatione. Primis comminatur Deus per Prophetam: *Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor; iuuenem ſimul ac virginem, lactentem cum homine ſene*. De ſecundis ait Ieremias: *Sacerdotes eius gementes virgines eius ſqualidæ et ipſa oppreſſa amaritudine*. De tertiis: *Virgines enĩ ſunt, et ſequuntur agnum quocũque ierit*. Primum repræſentãt fatuæ virgines, quæ fulgentea lampades virginitatis habuerũt ſed oleum charitatis intus nõ acceperũt. Secundum ſapientes virgines, quæ, cum lampadibus virginitatis, & charitatis oleum accepiſſent, fatigatæ tentationibus dormitauerunt omnes, & dormierunt. Tertium repreſentauerunt, quando depoſita omni ſolicitudine, cum ſponſo ad nuptias intrauerunt. Prima virginitas fuit Puellæ ſaltantis, id eſt, filiæ Herodiadis, quæ filia erat peccati: ſecunda fuit Beatæ Agnetis, quæ paſſionem ſuſtinuit, ne ſeruiret copulæ coniugali: tertia fuit Beatæ Mariæ Virginis, quæ nullum ſenſit aculeum libidinis, obumbrata gratia Spiritus ſancti.

Pſal. 31. — Deut. 32.25 — Tren. 1. — Apoc.

Notandum autem, quòd in ſcriptura ſacra aliquando virginitas lilio comparatur, in ſexu fœminino, quandoque in maſculino; aliquando Chriſtus virgo ipſi lilio comparatur. De primo vt hic: *Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias*. (Cant. 2.) De ſecũdo: *Iuſtus germinabit ſicut lilium*. De tertio: *Ego flos campi, et lilium conuallium*. (Ibidem.) Ecce triplex virginitas. Prima eſt verecundior, quia conſcia culpæ, per quam hominem ſeduxit: ſecunda fortior robore, & diſcretione, qua ſe & mulierem regit: tertia perfectior, quia Chriſtũ carnis aculeus non momordit. De primo dictum eſt, quia mulier debet velare faciem ſuam, & *Mulier ſub poteſtate viri eſt*. Propter ſecundum dicitur: *Vir gloria Dei eſt*. (1. Cor. 15. 9.) quia ab eo creatus: *Mulier verò gloria viri*, à quo gubernatur. De tertio dicitur: *Chriſtus peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*. (1. Petr. 2.) Chriſti itaque perfectio eſt, quæ Prælatis in exemplum proponitur: ſed vt perfectam habeat prælatus, hæc concurrant. In corde habeat, vnde proficiat proximo, condimentum ſapientiæ, & charitatis: in exteriore homine ad exemplum formam religioſæ conuerſationis: interiùs & exteriùs, ad refrenandam luxuriam, munditiã caſtitatis. (Exod. 37.) Inde enim eſt, quod in tabernaculo erat candelabrum, in quo erant ciſi, & ſperulę, & lilia. Ciſi ad propinandam ſubiectis ſapientiam, & charitatem: ſperulæ, quæ argumento tornaturæ læuigantur ab omni ſcrupulo, per fratrũ conuerſationem: lilia, iucunditatis caſtitatẽ.

In tribus locis lilia inueniuntur. §. CXCV.

NOtandum quoque, quòd in tribus locis lilia inueniri ſcriptura cõmemorat. In conuallio: in ſpineto: in agro. De primo dicitur hic: *Ego flos campi et lilium conuallium*. (Cant. 2.) De ſecundo: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic anima mea inter filias*. De tertio, Dominus in Euangelio: *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt. Amen dico vobis quia nec Salomon ſic veſtitus in omni gloria ſua, ſicut vnum ex iſtis*. (Matth. 6.) In valle igitur eſt lilium; ſcilicet virginitas in humanitate fundata, qua dixit: *Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ*. (Luc. 1.) In Beata Agnete fuit patientia probata, quæ potiùs elegit occidi quam corrumpi, In illis eſt fructu centeſimo cumulata, qui meri-

Digitized by Google

Sap. 4. to ſequuntur Agnum quocumque ierit, & in euidenti: *Quam pulchra eſt caſta generatio cum caritate.* Item, quia laudauerat eam ſponſus, ne nimia forte ſecuritate decipiatur, dicit animam in hac vita non poſſe viuere ſine tentationibus; ipſam comparans lilio, ſpinas tentationibus, vel

Spinæ ſunt mulieres. tentatoribus, quos hic filias appellat, propter infirmitatem. Non bonæ filiæ, quæ pungunt, & ideo ab his timendum. Spina culpa eſt, ſpina pœna eſt, ſpina falſus frater, ſpina vicinus malus; ſpinæ in terra

Nota quodà ſpinis cauendum eſt. ſunt, in aere ſunt, in carne tua ſunt. In his conuerſari, & non lædi, diuinæ eſt potentiæ, non virtutis humanæ: opus eſt virtutis, inter malos bene viuere, & inter malignantes innocentiam retinere; & maius, cum his, qui oderunt pacem pacifici eſſe; & perfectius, eos diligere, & eis bene facere. Lilium amari ſaporis eſt, & ſua-

Quomodo Chriſtus liliũ uis odoris. Ipſe eſt Chriſtus, qui per guſtũ amaræ paſſionis nobis fragrantiam effudit æternæ ſalutis.

De impedimentis Animæ. §. CXCVI.

Meditatione, & oratione mens ſananda eſt, & componenda, ne ſit ventoſa per vanam gloriam; ne ſit tumida per ſuperbiam; putrida per inuidiam, deiecta per inutilem triſtitiam, polluta per libidinem, vana per curioſitatem, diſſoluta per ineptam lætitiam, contracta per inanem timorem, ſciſſa per iracundiam, cœca per auaritiam, catenata per ingluuiem. Audi ventum vanæ gloriæ.

Iob. 1. *Venit ventus à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus &c.* Audi mẽtem

Prou. 14.30 putridam per inuidiam. Salomon: *Vita carnium, ſanitas cordis putredo oſſium, inuidia.*

1. Mac. 6.10. De inutili triſtitia: *Et decidi, & corrui corde præ ſolicitudine. Triſtitia ſæculi mortem operatur.* Audi de inepta lætitia, quòmodo mentem diſſoluat: *Sedit Populus manducare, & bibere, & ſurre-*

1. Cor. 10. 7. *xerunt ludere*, & etiam idola adorauerunt. De inani timore audi Salomonem.

Prou. 204. *Piger propter frigus arare noluit: mendicabit ergo æſtate, et non dabitur ei.* Audi quomodo iracundia mentem ſcindit. Cogitationes iracundi, viperæ ſunt generationes, mentem comedunt matrem ſuam. Audi quomodo auaritia mentem excæcat: munera excæcant etiam ſapientes. Per ingluuiem mens catenatur, quia mens ligata per eam per vniuerſa ducitur, libido laſciuientes polluit, quod in euidenti eſt. Quòd curioſitas cor diſtendat, Dynus ſuo docet exemplo.

De forma. §. CXCVII.

Lilium in radice fidem ſignificat, quæ latet in terra, quia fides eſt de occultis: haſtile, quod in altum ſurgit, Spem: flos Caſtitatem: Grana intus aurea, Charitatem: Claua in medio, Timorem. Radix pallida eſt, per quod ſignificatur pœnitentia fidelium. *Lilium quatuor habet.*

Pœnitentia triplex. §. CXCVIII.

Hæc triplex eſt ſcilicet in tribus cõſiſtit in abſtinentia; vnde Dominus: *Matth. 6.* *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes.* Secunda in eleemoſynarum largitione; vnde illud: *Cùm facis eleemo-* *Ibidem.* *ſynam, noli tuba canere ante te.* Tertia lacrymabili oratione, inde dicitur: *Cùm* *Ibidem 6.* *oras, intra in cubiculum tuum &c.* Haſtile virentia habet folia.

Quatuor Virtutes Cardinales. §. CXCIX.

Spes enim quatuor virtutibus cardinalibus viret: ſpes enim iuſta eſt, ſi tribuit vnicuique quod ſuum eſt. Prudens ſit, vt caueat dæmonum, & falſorum fratrum ſuggeſtiones; vnde: *Eſtote pru-* *Matt. 10.25* *dentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Sit fortis contra violentam tentationem, & aduerſitatem. Sit temperatus homo in verbo, in opere, in cogitatione, & in alimentis corporis habeat ſobrietatem. In cogitatione dicitur: *Sol* *Eph. 4.25.* *non occidat ſuper iracundiam veſtram.* De opere: *Qui furabatur, iam non fure-* *Eph. 4 28.* *tur: magis autem laboret, manibus ſuis operando quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.* In verbo: *Omnis ſermo malus de ore veſtro non pro-* *Rom. 13.23.* *deat.* De ſobrietate: *Non in commeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs.*

Sex conſeruant caſtitatem. §. CC.

Flos, qui caſtitatem ſignificat, ſex candida habet folia; quia ſex ſunt, quæ conſeruant caſtitatem incorruptam: hæc ſcilicet, ſobrietas, operatio, aſperitas cultus, inhibitio ſenſuum, raritas ſermonum cum honeſtate, deuitatio opportunitatis, & perſonæ, & loci, & temporis. De

pri-

Rom. 13. 13. primo, ſicut iam dictum eſt, *non in comeſſationibus &c.* Huius exemplum eſt
Gen. Loth, qui inebriatus perpetrauit inceſtum. Guloſitas fit quinque modis. Naturali ardore appetitus; ſicut Eſau lenticulam appetiuit. Pretioſiori cibo, vt filij Iſrael, qui recurrebant animo ad ollas carnium Ægypti. Accuratiori apparatu, vt filij Heli, qui crudas à filijs Iſrael exigebant carnes, vt accuratius pararent ſibi. Plus ſumendo, vt Sodomitæ; ſicut ſcriptum eſt: *Iniquitas Sodomorum*
Eccli. 33. 29. *otioſitas fuit, & ſaturitas panis:* Præueniendo horam neceſſitatis, vt Ionathas filius Saul, dum comedit fauum mellis poſt victoriam. De ſecundo dicitur:
Ouid. *Malitiam docuit otioſitas.* Inde Poeta.

> *Otioſa ſi tollas, periere Cupidinis arcus.*

Item.

> *Otia corpus alunt, animus quoque paſcitur illis.*

Huius exemplum ſunt Sodomitæ, ſicut dictum eſt. De tertio: *Non in veſte pre-*
1. Tim. 2. 9. *tioſa, non in tortis crinibus aut auro, aut margaritis.* Huius examplum ſunt Moabitidæ mulieres, quæ ſe ornauerunt vt facerent in ſe peccare filios Iſrael. De
Ierem. 9. 21. quarto dicit Propheta: *Ingreſſa eſt mors per feneſtras noſtras, & ingreſſa eſt domum noſtram diſperdere ibi paruulos noſtros:* ſicut dictum eſt de Dyna filia Iacob. De quinto: *In manibus linguæ mors,*
Prou. 19. 21 *et vita.* Item, *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Vt vxor Putipharis ad Ioſeph, Dormi mecum, ait. De ſexto ait
ad Timoth. Paulus ad Timotheum: *Adoleſcentulas iuniores deuita.* Vnde Thamar filia Dauid corrupta eſt à fratre ſuo Ammon, quia ſola cum ſolo intrauit thalamum. Intra florem ſunt ſex aurea grana, ſcilicet, Charitas.

Sex modi diligendi Deum.
S. C C I.

TRibus enim modis diligitur Deus, & tribus de cauſis. Diligitur enim dulciter, fortiter, ſapienter. Ecce tres modi hic. Dulciter diligebat qui dicebat: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ,*
Pſal. 3. 20. *Domine, quam abſcondiſti timentibus te.* Scilicet, timore, qui comitatur amorem. Fortiter volebat diligere, qui dicebat: *Fideles in dilectione acquieſcent illi.* Tri-
Sap. 3. 9. bus de cauſis diligitur: ſcilicet, propter temporalia bona, propter ſpiritualia in via, propter æterna in patria. Propter
Pſal. 32. 10.
temporalia, *quoniam non eſt inopia timentibus eum.* Propter ſpiritualia; vnde Ioan. 14. 23.
Chriſtus: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit &c.* Item propter æterna 1. Cor. 2. 9.
quia *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* In medio lilij eſt claua, ſcilicet timor Dei: ſed claua iſta tricornis eſt, quia præter naturalem timorem tres ſunt timores. Primus ſeruilis, ſecundus initialis, tertius filialis. Seruilis timor eſt, quo timetur pęna, & nõ amatur iuſtitia. Iſte timor non eſt in charitate. De quo ait Poeta Poeta.

> *Oderunt peccare mali formidine pœna.*
> *Tu nil amittes in te virtutis amore.*

Initialis eſt timor, quo partim timetur 110. 10.
pœna peccati, partim amatur iuſtitia; vnde Dauid: *Initium ſapientiæ timor Domini.* Filialis timor eſt, quo ſic ama- Pſal. 18. 19.
tur iuſtitia, vt non timeatur pœna; vnde: *Timor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi.* Pallor pœnitentiæ peccatum compeſcit, vt fides ſit firma: viror virtutum mores componit, ne ſit ſpes vana: ſenarius numerus foliorum caſtitatem cuſtodit, ne ſit corrupta.

De ſpinis tentationis. **§. CCII.**

CVm hoc lilium ita ſit ordinatum, tamen ſentit tentationum ſpinas, Habet enim ſpinas ſub ſe, habet circa ſe, habet iuxta ſe. Habet ſub ſe ſpinas diuitiarum; vnde dicitur: *Semen cecidit inter ſpinas.* Habet circa ſe ſpinas falſo- Naum. 1. 10.
rum fratrum; vnde Propheta: *ſicut ſpinæ complectentes ſe inuicem epulantes, & potantes ſimul conſumentur.* Subditi enim contra Magiſtros ſuos ſe ſe inuicem complectuntur, per conſpirationem. Habet iuxta ſe ſpinas, ſcilicet carnales voluptates. Vnde Dominus cum malediceret Gen. 3. 18.
Adam, *Cùm operatus fueris terram, non dabit fructum ſuum; ſed ſpinas, & tribulos germinabit tibi:* Intra ſe habet ſpi- Prou. 24. 29.
nas ſtultarum cogitationum; vnde Salomon: *Tranſiui per agrum hominis pigri, & per vineam viri ſtulti.* Ager ille cor humanum eſt, habet ſuper ſe ſpinas dæ- Pſal. 31. 4.
mones, qui ſunt in aere. Item Dauid: *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Spinæ tres configun- Spinæ tres, tres Lanceas
tur in corde hominis; hæ ſunt tres lanceæ Abſalon ſigni-
quas Ioab fixit in corde Abſalon. Primo ficant.
enim impedit diabolus ne fiat bonum: ſecundò, extinguit perpetratum: tertiò,

ducit in obſtinationem, ne de his quærat peccator à Deo pœnitentiæ remedium.
Eſt ſpina peſſima, quæ pungit interius, ſci-
Pſal. 4. 5. Eph. 4. 25. licet ira: hanc docebat cauendam eſſe,
qui ait: *Iraſcimini, & nolite peccare*, & Apoſtolus: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: Nolite locum dare diabolo.*

Triplex ira. §. CCIII.

TRiplex eſt ira. Eſt enim ira peccatoris, quæ habet peccatum: eſt ira fratris, quæ neſcit peccatum: eſt ira doctoris, quæ fugit peccatum. Prima, impatientia feruet, & habet defectum: ſecunda, de peccato dolet, & habet affectum:
Iob 1. 20. tertia, peccatum remouet, habens effectum. De prima dicitur: *Ira viri iuſtitiam Dei non operatur*. De ſecunda Da-
Abac. 32. uid & Apoſtolus, ſicut dictum eſt: *Iraſcimini, & nolite peccare*. De tertia Aba-
Boetius. cuc Propheta dicit: *Cùm iratus fueris miſericordia recordaberis.*
De prima Poeta.

Ira furor breuis eſt animum rege, qui niſi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catenis.

Item: qui non moderabitur iræ infectum
Carm. lib. 2. volet eſſe dolor quod ſuaſerit, & mens.
Od. 2. Item. Et Horatius.

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm ſi libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Matth. 5. 22. *Seruiat vni.*

Item: *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.* Iram non perficere, ait Beatus
Ierem. 1. 13. Benedictus. De hac ait Ieremias Propheta: *Ollam ſuccenſam ego video & facies eius à facie Aquilonis.* Olla ſuccenſa eſt eorum cor inflammatum ira: cuius facies, id eſt, intentio, eſt conuerſa ad Aquilonem; Diabolum, qui flando, id eſt, amplius inſpirando, iram magis ac
Ezech. magis accendit. In figura ſecundi vidit Ezechiel hominem ab vmbilico, & ſuperiùs quaſi flammam ignis: quod deſignat ardorem iræ in corde, ſcilicet, iræ: quo iraſcitur frater in corde ſuo contra pec-
Pſal. 118. catum ſuum; vnde Dauid: *Vidi præuaricantes, & tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt.* Item: *Tabeſcere me fecit zelus tuus &c.* & illud: *Zelus do-*
Pſal. 139. *mus tuæ comedit me.* Hæc eſt ſimila oleo conſperſa, frixa in ſartagine. Tertia ira peccantem corripit, nunc verbo, nunc opere. Verbo ſic: *Et ſcintilla quaſi aſpe-*
Ezech. *ctus æris candentis.* Inde Paulus: *Corripite inquietos &c.* Idem: *Argue, obſecra,* 1. Theſ. 5. 14.
increpa. Idem: *O inſenſati Galatæ &c.* 2. Tim. 4.
De opere inuenitur: *Lex ignea in manu eius.* Inde Apoſtolus: *Quid vultis? in* 1. Cor. 4. 21.
virga veniam ad vos: an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? Hac ira feruebat Phinees, qui arrepto pugione Iſraelitam coeuntem cum Madianitide muliere transfixit in locis genitalibus. Similiter Mathatias, dum contremuerunt renes eius: videns vnum de Iſraelitis immolantem idolis: ait, *Veh mihi vt quid natus ſum videre mala gentis meæ?* & ibi 1. Mach. 27.
trucidauit eum. Iacobus Apoſtolus: *Si* Iacob. 5. 19.
quis errauerit & conuerterit quis eum, ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Ecce tres iræ. Super primam ſol occidit; auferendo claritatem: ad ſecundam accedit conferendo puritatem: tertiam accendit inflammando charitatem.

Tribus modis ſol occidit. §. CCIV.

NOtandum autem, quòd ſol occidit aliquando ſuper iracundiam, ſcilicet, quando ira obſcurat temporalium ſcientiam: aliquando in iracundiam, ſcilicet, quando ira obſcurat ſpiritualium intelligentiam: aliquando ſuper iracundiam, ſcilicet, quando ira obſcurat cæleſtium ſapientiam. quia ſicut ait quidam:

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

In primo enim: *Factus ſol ſicut ſaccus* Ezech. 32. 7.
cilicinus. Propter ſecundum dicitur: *Solem nube tegam.* Propter tertium: *Occidit ſol in meridie.* In prima itaque ira ſol eſt in occaſu veſpertino; vnde: *Occi-*
dit ſol in meridie. In ſecunda eſt in ortu Malac. 4. 2.
matutino, vnde: *Orietur vobis timenti* Cant.
bus nomen meum ſol iuſtitiæ. In tertia eſt in centro meridiano; vnde: *Nolite* Cant.
conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Ad ſecundam accedit ſol; vnde dicitur: *Acceſſit Ieſus, & tetigit lo-*
culum adoleſcentis defuncti, ſcilicet conſcientiæ ſcrupuloſæ, vt viuat, charitatiuè Luc. 12. 49. Quid ſit tangere loculum defuncti.
dolendo de peccato proximi. Tertiam accendit; vnde: *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi vt accendatur?* Epheſ. 4.
Sequitur: *Nolite locum dare diabolo.* Primò enim homo dat diabolo locum dum fallacijs eius inuiſibiliter ſeducitur. Secundò, facit dum violenta tentatione in-

incenditur. In tertio fouet locum, dum in vtraque obſtinatua effi itur. De primo
1. Ioan. 4. 1. dicitur: *Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint.* Angelus enim Satanæ aliquando transfotmat ſe in Angelum lucis. De ſecundo: *Aduerſarius veſter diabolus circuit quærens quem deuoret.* De tertio: *Vulpes foueam habent &c.* Item de lilio.

Vbi ſpina pungit lilium.
§. CCV.

SPina aliquando pungit lilium in radice; ſcilicet, dum pœnitentiam irridet, dicens hypocriſim eſſe, vel indiſcretionem. Aliquando pungit in ſtipite, dum virtuoſæ conuerſationi inuidet, quia ad eius aſcendere non poteſt æſtimationem. Aliquando in flore, dum caſtitati inſidiatur, vt impleat carnis ſuæ paſſionem, pollutionem. Aliquando pungit grana, dum charitati aduerſatur, vt ſeminet inter fratres diſſenſionem. Aliquando pungit in claua, dum timorem abhominatur, aſſerens puſillanimitatis eſſe illuſionem. In radice pungebat vxor Tobiæ, cùm diceret: *Nunc apparent eleemoſynæ tuæ, & orationes.* & vxor Iob dicens ei: *Adhuc tu permanes in ſimpli-*
Iob. 2. 9. *citate tua? benedic Domino, & morere.* Sed ijs dicetur in iudicio. *Non ne hi ſunt*
Sap. 5. 3. *quos habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij? Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei.* In ſtipite pungebat Cain, quando inuidebat fratri ſuo, & Ioſeph inuidentes fratres ſui, & Saul Dauid: ſemper enim.

Inuidus alterius rebus marceſcit opimis.

Vnde Apoſtolus: *Ne ſitis inuicem inuidentes, inuicem prouocantes.* Inuidia Galat. 5. 26.
enim ſupernæ gratiæ eſt, peccare in Spiritum ſanctum. Iſtud de primitiuis eſt vitijs. Vnde ſicut ſcriptura dicit, *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Sap. 2. 24.
In flore pungit mulier, dum compellaret Ioſeph de ſtupro, & ſacerdotes Suſannam, & Amnon Thamar ſororem ſuã. Vnde Salomon: *Mulier ſtulta blande apprehendit virum, & deoſculatur, in-* Prou. 9. 13.
ducens in domum ſuam. Ille autem ſequitur eam quaſi bos ductus ad victimam, neſciens quò vadat. In granis aureis pungebant Dathan, & Abiron, & Chore, perturbantes populum. De talibus dicit Apoſtolus: *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant.* Et Dominus oſten- Gal. 5. 12.
dit quid mereatur qui ſcandalizat nos de propria ſalute: *Cum intraueris terram, quam Dominus daturus eſt tibi & ædi-* Deut. 26. 1.
ficabis ibi Altare Domino de lapidibus quos Deut. 27. 5.
ferrum non tetigit. Terra eſt Religio, Exod 20. 25.
quam intramus: Altare eſt vnitas fra- Ioſue 8. 31.
trum; lapides ſunt corda noſtra, ex quibus fit hæc vnitas. Hos lapides non de- Quid ſit ingredi terram promiſſionis?
bet tangere ferrum diſcordiæ. In claua timoris pungebat diabolus dicens Euæ; *Quare præcepit vobis Dominus ne comederetis de ligno ſcientiæ boni, & mali?* Gen.
Et illa: *Ne forte moriamur:* id eſt, eum timemus ne forte non occidat. Et ille: *Nolite timere: Nequaquam moriemini.* Ait latro ad latronem: *Neque tu times* Matth.
Deum, quod in eadem damnatione es?

Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic Dilectus meus inter filios. Cap. VI.

LAVDAT eum laudata ab eo. Parua laus, quoniam parui eſt laus. Hic non
Pſal. 47. 2. laudatur *Magnus Dominus, et laudabilis nimis;* ſed paruus dominus, & amabilis nimis; paruulus ille ſcilicet, qui natus eſt nobis. Non hic attollitur maieſtas, ſed commendatur humilitas: hic hominum fortitudini, & ſapientiæ antefertur, qui ſunt ligna ſyluarum infructuoſa, ipſe vero faciẽs fructum. Quia ergo ſponſa id dulcius quod ſe meminit ſapit, libentius attollit gratiam, præfert miſericordiam, ſtupet dignationẽ. Tales cum ſint ſteriles, tamen filios vocat, quos proprio ſanguine ſponſus filios fecit patri ſuo. Hæc malus eſt, de cuius vmbra, & fructu in ſequentibus ſponſam ſe lætam exhibet hoc modo: *Sub vmbra illius, quẽ* Cant. 2. 3.
deſiderauerat ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Merito eius deſiderat vmbram, vnde refrigerium, & refectionem pariter erat acceptura. Cętera, etſi habent vmbram ſolarij, fructum vitæ non præſtant: ſed Chriſtus refrigerat ab æſtu

vitio-

Digitized by Google

vitiorum, & paſcit delectatione virtutū.
Vmbra eius, caro eius, vel fides eius: Ma-
riæ obumbrauit illa, mihi obumbrauit iſta
Nos Chriſti martyrum carne paſcamur,
myſteria veneremur, exempla ſectemur,
fidem ſeruemus, & ſic in vmbra eius vi-
uemus. Sed non dixit ſponſa, Viuemus;
ſed, Sedi, quod maius eſt, quia quieſcen-
tis eſt, & hæc quies eſt in contemplatione
qua deguſtat ſuperna gaudia; vnde ait:
Cant. 2. 3. *Fructus eius dulcis gutturi meo*: ſed iſtud
Quid ſit ſedere ſub vmbra in vmbra, quia per ſpeculum, & in enigma-
te, ſed poſtea facie ad faciem.

De aptatione Chriſti, & mali. §. CCVI.

Dilectus bene malo cōparatur, cuius
ſpecies & hominum, & Angelorum
ſuperat ſpeciem, vnde: *Speciosus forma*
Pſal. 44. *præ filijs hominum*: & de Angelis: *In*
Heb. 13. 2. *quem deſiderant Angeli proſpicere*. Odor
Cant. 4. 30. ſuauitatem: vnde: *Odor eius ſuper omnia*
Pſal. 24. 8. *aromata*. Sapor dulcedinem; vnde: *Dul-*
Sap. 16. 20. *cis, & rectus Dominus*, & illud: *Panem*
de Cœlo dedit eis manducare, habentem
omnem ſaporem. Et, ſi eum in eo quod
eſt ſapientia Patris, conſideremus, vide-
mus pulcritudinem inæſtimabilem, odo-
rem ineffabilem, ſaporem incomparabi-
Cant. lem. De ſpecie: *Candor eſt lucis æternæ*.
De odore: *Balſamum non mixtum odor*
meus. Balſamum, quo chriſma conficitur,
ſignificat hic Eccleſiæ ſacramenta, per
quæ cum gratiæ diuinæ aſpiratione, ſuſci-
piens ea, ſapientia purificat, exaltat, illu-
minat. Purificat fide diuinorum myſte-
riorum: exaltat ſpe cæleſtium præmio-
rum: illuminat claritate contemplationis
& diuini amoris. De ſapore ſcriptum eſt:
Eccli. 24. *Spiritus meus ſuper mel dulcis, & hæredi-*
tas mea ſuper mel, & fauum: memoria mea
in generatione ſæculorum. In verbis etiā
Chriſtus. Domini hæc tria inuenimus, vbi dicit:
Ego ſum via, veritas, & vita. Via eius,
Prou. 3. 17. præcepta eius ſunt; inde dictum eſt: *Via*
eius via pulchra &c. Veritas odori com-
paratur, quia ſicut odor trahitur de occul-
Pſal. 4. tis. Vita quoque ſapor eſt in patria: *In*
pace in idipſum dormiam, et requieſcam.
Eſt etiam ſpes eius in conſilijs, odor in
promiſſis, ſapor in præmijs. Similiter nos
ſumus innocentia pulcri, obedientia odo-
riferi, contemplatione ſaporoſi.

Varietas florum. §. CCVII.

Item malorum flores; alij ſunt albi, alij
purpurei, alij roſei. Candidus fuit Di-
lectus, ſine peccato de virgine naſcendo:
purpureus, per paſſionem de diabolo
triumphando: decore roſeus, reſurrectio-
nis gloriam manifeſtando. Malus in hye-
me ceteris arboribus eſt abiectior; in æſta-
te cūctis eſt pulchrior. Tales ſunt iuſti, qui
ſunt modo abiecti, in patria præ cæteris
florebunt. *Nunc enim filij Dei ſumus*. &, 1. Ioan. 3. 2.
non dum apparuit quid erimus. Scimus au-
tem, quòd cùm apparuerit, ſimiles ei eri-
mus; quoniam videbimus eum ſicuti eſt.
Cum enim apparuerit Chriſtus, vita ve-
ſtra, tunc, & vos apparebitis cum ipſo in
gloria. Huius arboris vmbra eſt diuina *Arboris vmbra diuina protectio.*
protectio, ad quam confugimus quoties
grauamur tentationibus: fructus eſt ſpi-
ritualis intelligentia legis, quem habent in
ore, qui ſapientes volunt videri; in gut-
ture, qui in corde Deum amant.

De arbore Nabuchdonoſor. CCVIII.

Forſitā hęc eſt Arbor Nabuchdonoſor Daniel. 4. 7.
quā vidit in ſomnis quæ *erat magna*
in medio terræ, et altitudo eius nimia.
Nota: hæc arbor magna fuit, alta fuit, in
medio terræ fuit. Ad multa, & magna ſe
dilatabat per virtutem, ad alta ſe erigebat
per ſublimitatem, & in imis ſtabat per in-
tentionem: ad fortia ſe extendebat, ad
ſumma ſe erigebat, & in intimis fixa ma-
nebat. In magnis fuit per exercitium, in
ſummis per ſtudium, in infimis per deſi-
derium. Quia ergo fortia agebat, magna
erat: quia intima bona deſiderabat, in
medio terræ erat: quia de ſublimibus ſub-
tiliter ſentiebat, altitudo eius magna
erat. *Magna erat*, inquit, *& fortis, &* Ibidem.
proceritas eius tangens Cœlum. Magna
erat ad bona agenda, fortis ad mala
toleranda, procera, ad ſublimia contem-
planda: magna in actionibus, fortis in
tentationibus, in inueſtigationibus pro-
cera. Adhuc dicitur de ea: *Folia eius* Ibidem.
pulcherrima, & fructus eius nimius, et eſca
vniuerſorum in ea. In folijs verba, in fru-
ctu ſcientia, in eſca doctrina. Folia pul-
chra ſunt, verba diſerta, fructus copioſus
ſenſus eruditus, multiplex intellectus: eſt
vniuerſorum, eſt plena eruditio omnium,
diſerta admonitio ſingulorum. *Subter eā* Ibidem. 9.
habitabant animalia, & beſtiæ, et in ra-
mis

mis eius conuerſabantur volucres cæli. Animalia ſunt homines temporalia tractantes: viciniùs, quaſi in ramis eius, adhærent ſpirituales: ij tamen, quando à
Eccleſiaſtes. 1. 5. contemplatione deſcendunt; vnde: *Oritur Sol, et occidit, et ad locum ſuum reuertitur*. Oritur ſol intellectus ad contemplationem: occidit, per ſuperni luminis reuerberationem: ad locum ſuum reuer-
Quid ſit Sol oriri & occidere. titur per ſui circumſpectionem, vel cognitionem; ibique renaſcens, ſe cognito, ad contemplandum: gyrat per meridiem ſupernæ claritatis, & flectitur ad Aquilonem per contemplationem infernalis infelicitatis.

De tribus arboribus, vel obedientia Paradiſi. §. CCIX.

TRes arbores fuerunt in Paradiſo. Prima ſcientiæ boni, & mali, qua hominis patientia probaretur, in qua & lapſus eſt in culpam. Secunda, qua homo aleretur, à qua ſeparatus perdidit alimoniam. Tertia vitæ, qua vita conſeruaretur & ea priuatus perdidit incorruptionis gloriam; ideoque, vt hoc triplex damnum reſtituatur, Chriſtus malo comparatur. Hæc malus in hyeme eſt rugoſa, frigoris aſperitate: in autumno fructuoſa, pomorum vbertate; in æſtate ſpecioſa, florum amœnitate. Primum habuit Chriſtus in
Iſa. 53. 4. paſſione; vnde: *Non eſt ſpecies ei, neque decor*, & *Vidimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum*. Secundum habuit in prædicatione, vel Spiritus
Matt. 11. 28. ſancti miſſione; vnde: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis &c.* &, *Accipite Spiritum ſanctum*. Tertium habuit
Iſa. 63. 1 in reſurrectione: vnde: *Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? iſte formoſus in ſtola ſua*. In primo primæ arboris deleuit peccatum: in ſecundo ſecundæ arboris reſtituit ſpiritualiter alimentum: in tertio tertiæ arboris vitam, ſcilicet gloriam corporum. Item hæc malus fecit tres vmbras: ſcilicet, vmbram mortis, quæ venit pro peccatis: vmbram refrigerij, iuſtis: vmbram ſecuræ quietis, beatis.

Quatuor vmbræ mortis. §. CCX.

QVatuor ſunt vmbræ mortis. Prima
Pſal. 22. mundus; vnde: *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, &c.* Secunda, afflictio temporalis; vnde: *Humiliaſti*
Pſal. 43. 11. *nos in loco afflictionis &c.* Tertia, quam ſuſtinebant iuſti apud inferos ante aduentum Chriſti; vnde: *Veni, educ vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris, & vmbra mortis*. Quarta eſt abſconſio peccati; vnde Iob: *Non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem*. Eccleſia. Iob. 40.

Triplex vmbra refrigerij. § CCXI.

TRiplex eſt vmbra refrigerij. Eſt prima à culpa; vnde Iob: *Sicut ceruus deſiderat vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui; ita ego habui menſes vacuos*. Secunda à tentatione; vnde Iob. 7.
Angelus ad Mariam: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te &c.* Tertia à tribulatione; Luc. 1. Pſal. 16. 8.
vnde: *Sub vmbra alarum tuarum protege me*. Vmbra ſecuræ quietis erit in Regno quando tabernaculũ corporis Chriſti glorificatum erit. *Vmbraculum diei ab æſtu*, Iſa. 25. 4.
id eſt, iuſti ab æſtu tentationum, à turbine tribulationum, à pluuia peccatorum. Sub vmbra mali quidam ſuſpirant graui onere: quidam reſpirant, mitigato languore: quidam aſpirant, vt careant omni dolore. Huius mali quibuſdã fructus eſt ad infirmitatem, vt infidelibus: quibuſdam, ad ſanitatem, vt pœnitentibus: quibuſdam, ad iucunditatem, ſcilicet amatoribus. Infidelibus ad infirmitatem, Marc. 8. 33
quia non ſapit eis; vnde: *Vade retro ſathanas, non ſapis ea quæ Dei ſunt*. Pœnitentibus ad ſanitatem, quibus eſt amarus,
ſed vtilis; vnde: *Licet is qui foris eſt homo noſter corrumpitur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem* Amatoribus ad 2. Cor. 4. 16.
iucunditatem; vnde: *Fructus eius dulcis gutturi meo*. &, *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*. & illud, *Epulabuntur ab introitu gloriæ eius*. Cant. 2. 3. Pſal. 34. 9.

De tribus filijs. §. CCXII.

ITem ſunt filij, reprobi, ſunt filij probi, ſunt filij probati. Primi ſunt mali ad mortem præſciti, qui ſunt ſcelerati; vnde
Iſaias: *Væ genti peccatrici, & populo graui iniquitate, filiis ſceleratis*. Secundi ſunt Pſal. 81. 6.
boni ad vitam prædeſtinati, & virtutibus ſublimati; vnde: *Fratres nunc filii Dei ſumus*, & Dauid: *ego dixi; Dii eſtis*. Ter- Ioa. 1. b Pſal.
tij ſunt Angeli iam beati; vnde Iob: *Cũ aſsiſterent filii Dei coram Domino, aſtitit inter eos Sathan*. Idem *Quis dimiſit lapidem angularem, cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filii Dei?* Iob. 1. 6. Iob. 38. 7.

Digitized by Google

Matth 7. 18. *Dei?* id eſt, Angeli. Inter primos eſt Di-
lectus quaſi malus inter ligna ſiluarum
Idem. ſterilitatis; vnde: *Non poteſt arbor mala
fructus bonos facere. Omnis enim arbor
&c.* Inter ſecundos quaſi amygdalus in-
ter ligna hortorum fœcunditatis; vnde:
*Non poteſt arbor bona fructus malos face-
re.* Erit enim folium eius viride &c. Inter
tertios, quaſi lignum vitæ inter arbores
paradiſi voluptatis; vnde: *Plantauerat*
Gen. 2. *Dominus Paradiſum voluptatis à princi-
pio.* Sed ille cæleſtis delectabilior eſt, in
Matt. 18. 10. quo vt legitur, *Angeli eorum ſemper vi-
dent faciem Patris.* Primi in peius de-
Ioan. 1. ficiunt; vnde: *In propria venit, & ſui
eum non receperunt.* Iſti enim ſunt li-
gna ſiluæ, quæ ſicut legitur, cùm
quærerent ſibi Regem ſuis conformem
moribus, reprobara ſunt ab oliua, à ficu,
à vite, & elegerunt ſibi rhamnũ in Regem;
id eſt, diabolum. Secundi in melius pro-
Cant. 6. 10. ficiunt; vnde dicitur in hoc cantico ab
ipſa Dilecto: *Deſcendi in hortum meum,
vt viderem poma conuallium &c.* Tertij
iam gloriam recipiunt, vnde Ezechiel:
Ezech. 47. 6. *Cùm me vertiſſem, ecce in ripa torrentis
ligna multa nimis ex vtraque parte.* Tor-
rens ille eſt ſuperna beatitudo; de quo, ſi-
Auguſt. cut ait Beatus Auguſtinus, *aliquæ ſtillæ
ad nos defluunt per deuotionem*; vnde: *Flu-
minis impetus lætificat ciuitatem Dei* Li-
Pſal. 45. 5. gna, id eſt, Angeli, ſunt ex vtraque par-
te: quidam enim ad nos deſcendunt no-
bis miniſtraturi: alij Deo ſemper aſſiſtunt,
eum laudantes.

Similitudo Chriſti, & mali.
§. CCXIII.

SEd primo videamus, quomodo fue-
rit inter ligna ſiluarum malus. Inter
arbores ſublimiores eſt exiguus; inter le-
nes ſcabroſa; inter planas quaſi ſpinoſa.
Sic Chriſtus inter ſuperbos humillimus;
inter delicatè viuentes plenus doloribus;
inter ſeipſos iuſtificantes peccator repu-
Pſal. 21. 13. tatus. Vide ſuperbos Iudæos: *Circum-
dederunt me ait vituli multi: tauri pingues
Philipp. 27. obſederunt me.* Vide humilem; *Exina-
niuit ſemetipſum factus obediens* Reſpice
paruum in præſepio, paruum oblatum in
templo, paruum fugientem in Ægypto.
Vide lenes, molliter viuendo: Iacobus
Iacob. 5. 5. ait: *Epulati eſtis ſuper terram, & enu-
triſtis in luxurijs corda veſtra.* E contra
inde doloribus plenum; ſcilicet, *Virum
Luc. 11. 41. dolorum, & ſcientem infirmitatem.* Au-
di plarios, id eſt, iuſtificantes ſeipſos.
Hypocritæ, ait Dominus, *decimatisru-
tam, & omne olus, iuſtificantes voſmet
ipſos.* E contra de Chriſto dicitur cœco
nato: *Nos ſcimus quia homo peccator eſt.* Io. 9. 24.
Apparuit enim *in ſimilitudinem carnis
peccati.* Item miraculoſum videtur, quòd
ligna ſiluarum de terra matre in ſeipſis
creſcant ſine alterius roboris inſertione;
Malus verò de terra matre truncum pro-
ducens ſurculum alium aſſumptum per
inſitationem recipit. Sic Chriſtus de Similitudo.
matre Virgine carnem quaſi truncum
aſſumens, Diuinitatem quaſi ſurculum
non de matre, ſed de cælis venientem in
vnitate perſonæ habuit: vnde licet excla-
mare cum Eccleſia: *Videte miraculum
matris Domini*; ſed vt diligentiùs inſpi-
ciamus, videte oraculum propheticæ ve-
ritatis, ſignaculum integerrimæ Virgi-
nitatis, Miraculum virgineæ fœcundita-
tis. Ad primum euigilauerunt patres
antiqui quaſi de graui ſomno. Secun-
dum eſt ſignum, quòd reſurgemus cor-
pore incorrupto. Nouitas miraculi no-
uitatem corporis & animæ promittit no-
bis in Regno. De primo euigilans Iacob Gen. 28. 16.
quaſi de graui ſomno ait: *Vere Dominus
eſt in loco iſto, & ego neſciebam*: ſcilicet,
quòd aduentus eius ita appropinquaret.
Hæc euigilatio fuit pro natiuitate: fuit &
alia pro reſurrectione. Inde dicitur:
Nuntiauerunt Iacob, Filius tuus viuit. Ibid. 45. 26.
*Quo audito euigilans quaſi de graui ſomno
tamen non credebat ei.* De ſecundo: *Cor-* 1. Cor. 15. 53.
*ruptibile hoc induet incorruptionem. Mor-
tale hoc induet immortalitatem.* Pro ter-
tio: *Faciet Dominus nouum ſignum ſu-
per terram: Mulier circumdabit virum*; Ierem. 31. 22.
& ita *veniet Propheta magnus, & ipſe re-
nouabit Ieruſalem, quoniam renouabitur,* Pſal. 102. 5.
vt Aquilæ iuuentus tua.

Triplex oraculum. §. CCXIV.

ORaculum triplex datũ eſt de eo. O-
raculum prophetię, quo nuntiatum
eſt quod eſſet venturus, quod eſt: *Deus
ab auſtro veniet, & ſanctus de monte* Habac. 3. 3.
Pharan. Oraculum annuntiationis ange-
licæ, quo nuntiatum eſt, quis de qua eſ-
ſet naſciturus; vt eſt: *Quod naſcetur ex* Luc. 1.
te ſanctum, vocabitur Filius Dei. Ora-
culum Annæ viduæ, quo nuntiatum eſt, Luc. 2. 34.
quid eſſet facturus; vt eſt: *Ecce poſitus
eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem
multorum in Iſrael, & in ſignum, cui
contradicetur.* In ruinam idolorum, in
Ægyptum fugiendo: in reſurrectionem
mortuorum, quando multa corpora ſur-
rexerunt cum Chriſto: in ſignum im-

ta-

raculorum, mortuos ſuſcitando, morbidos ſanando. De primo: *Ingreditur Dominus Aegyptum, & commouebuntur* Iſa. 19. 1. *ſimulachra Aegypti à facie eius*. De ſecundo: *Multa corpora ſanctorum, qui* Matt. 27. 52 *dormierant, ſurrexerunt*. De tertio: Matt. 12. *Generatio praua & peruerſa ſignum quærit*. Item in ruinam per lapſum: in culpam quia in eo multi ſũt ſcandalizati: in reſurrectione; in reparatione per veniam, quia multi ſunt in eo à Deo viſitati: in ſignum, propter crucis ignominiam, Chriſti morte reparati. Ecce de triplici oraculo.

Triplex ſignaculum. S. CCXV.

AVdi de triplici ſignaculo. Eſt enim ſignaculum ſimilitudinis, quod eſt ſimilitudinis expreſſio, quod per diabolum ſolutum eſt in cælo; vnde: *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, &* Ezech. 28. 12 *perfectus decore*. Eſt ſignaculum tam virtutum cæterarum, quàm caſtitatis, quod per inobedientiam hominis ſolutum eſt in Paradiſo; vnde: *Qui claudit ſtellas ſub ſignaculo*, virtutes conſeruat Iob. 9. 7. Dominus. Eſt ſignaculum occultationis, quod eſt ſecreti inumbratio, quod ſolutum eſt per Chriſti aduentum in mundo; vnde: *Dignus es Domine accipere librum & aperire ſignacula eius*. Audi & mira- Apoc. 5. 9. culum matris Dei. Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo permanſit; hoc mediante miraculo natus eſt ille omnium miraculorum conditor. In tribus fecit miracula. In elementorum motionibus in quibus oſtenſus eſt mundi creator. In brutis animalibus, in quo oſtenſus eſt naturæ imperator. In hominibus, in quo oſtenſus eſt hominis creator. In primo mare ſe præbuit calcabile, noua ſtella nata eſt, ſol obſcuratus eſt in paſſione. In ſecundo malignos ſpiritus eiacit, Aſina Balaam locuta eſt. In tertio languidos ſanauit, mortuos ſuſcitauit, ad vltimum ab omni corruptione liberauit. Accipe in hoc malo oraculum in frondibus, quæ ad auram ſuſurrant; in floribus, qui redolent, & iucundant Virginitatis ſignaculum; in fructibus, qui naſcuntur ex floribus, occulta ratione, miraculum. De his tribus: *Porro ad me dictus eſt ſermo* Iob 4. 5. *abſconditus, & furtiuas venas ſuſurri audiuit auris mea*: Ecce voces oraculi, ſcilicet prophetiæ occultæ, & ſubſequitur. *Et cùm me præſente tranſiret ſpiritus, inhorruerunt pili carnis meæ*: Spiritus ſanctus, quando Virgini obumbrauit, quando tranſitum fecit; datus autem Apoſtolis non tranſijt, ſed nobiſcum permanſit. vnde reſpicientes ad Virginis ſignaculum ſancto Spiritu conſeruatum, meritò horrent pili carnis noſtræ; id eſt, carnalia timemus peccata. Ecce de ſignaculo. Et *Pulchra figura de Annunciatione Vir.* ſequitur: *Stetit quidam, cuius non agnoſcebam vultum, imago coram oculis meis*. Ecce miraculum, quia Chriſtus per obumbrationem apparet: ecce malus inter ligna ſiluarum. Eſt etiam inter ligna hortorum quaſi amygdalus. Amygdalus præ Idem 4. 16. cæteris floreſcit, oleo pingueſcit, per fructum eius, quia ſanus eſt, infirmitas non *Chriſtus præ cæteris martyribus, & iuſtis floruit.* inualeſcit. Sed Chriſtus præ cæteris martyribus floruit ſanguine, præ cęteris iuſtis virtute, præ cæteris ſanctis miraculis; inde Cant. 2. 1. dicitur: *Ego flos campi, & liliũ conuallium*. Præ cæteris oleo charitatis abundauit: per ipſum enim *Charitas Dei diffuſa eſt* Rom. 5. 5. *in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Ipſe eſt cibus ſanatiuus; inde Ezechiel: *Erit fructus eius ad* Ezech. 47. 12 *ſanitatem & folia eius ad medicinam*. De his tribus Salomon: *Florebit Amygdalus*; Eccleſ. 12. 5 ecce primum: *Impinguabitur locuſta*; ecce ſecundum: *& diſſipabitur caparis*; Ibidem. ecce tertium. Caparis enim eſt herba Ibidem. corruptiua, quia corruptio noſtra ceſſabit. Ibidem. Sequitur: *Et redibit homo in domum æternitatis ſuæ* Ibi erit dilectus ſicut lignum vitæ inter ligna Paradiſi, ſcilicet inter Angelos, & Sanctos.

Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius gutturi meo dulcis. Cap. VII.

IN hac arbore dicit ſponſa tria ſe inueniſſe: ſcilicet, vmbram deſideratam, in quo intelligimus refrigerationẽ: in vmbra ſeſſionẽ, in quo intelligimus repauſationem: fructus dulcedinem, in quo intelligimus ſpiritualem refectionem: refrigerationem ab æſtu vitiorum, quo vita homo diaboli laqueum, & in quo eſt *quaſi lignum, quod transplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas & nõ timebit cũ venerit æſtus*: Ier. 17. repauſationem ab incommo-

do inquietationum, quo Deo parat ob-
ſequium: vnde Iob: *Vſquequo non par-*
Iob 7.19. *cis mihi, nec dimittis me vt glutiam ſali-*
uam meam? Idem: *recede paululum ab*
Iob 14.6 *eo, vt quieſcat donec optata veniat ſicut*
mercenarij dies eius. Idem: *non concedit*
Iob 9.18. *requieſcere ſpiritum meum.* Refectionem
ex gratia ſupernorum gaudiorum, quo ſpi
rituale accendit deſiderium; vnde, *Ciba-*
Eccli. 15. *uit illum pane vitæ, & intellectus & aqua*
ſapientiæ ſalutaris potauit illum.

Triplex æſtus. §. CCXVI.

PRimus, qui quærit eſſe in vmbra,
triplicem patitur æſtum: æſtum ex
feruore ſolis, qui eſt ſupra ſe: æſtum ma-
terialis ignis, qui eſt iuxta ſe: æſtum vi-
tiati pulmonis, qui eſt intra ſe. A ſole ve-
niens æſtus, Dei eſt ira, qua peccatori
gratia ſubtrahitur; vnde dictum eſt: *Exar-*
Pſal. 89. 45. *deſcet ſicut ignis ira tua.* Ab igne veniens
æſtus, eſt rerum mundanarum concupi-
ſcentia, qua carnale deſiderium accendi-
tur; vnde Paulus: *Exarſerunt in deſiderijs*
Rom. 1. 27. *ſuis in inuicem maſculi in maſculos turpitu-*
dinem operantes. A pulmone veniens æſtus,
eſt malitia; vnde: *Ollam ſuccenſam ego*
Ierem. 1. *video, & facies eius à facie Aquilonis,*
ait Ieremias. Hæc enim olla eſt cor huma
num ſuccenſum malitia; Aquilo verò eſt
diabolus, flatu malæ inſpirationis accen-
dens malitiam. Contra hunc triplicem
æſtum ad triplicem vmbram eſt fugien-
dum. Contra primum eſt vmbra miſeri-
cordiæ, qua manus Domini in ira tempe-
ratur. Contra ſecundum, vmbra paſſio-
nis dominicæ, cuius imitatione concupi-
ſcentia refrenatur. Contra tertium, vm-
bra ſapientiæ, qua malitia vincitur. De
primo Abacuc: *Cùm iratus fueris, miſe-*
Abac. 3. 2. *ricordiæ recordaberis.* Et Dauid: *Et abun-*
dauit vt auerteret iram ſuam, & non ac-
Pſal. 77. 38. *cendit omnem iram ſuam.* Hic poteſt di-
cere cum Ieremia: *In vmbra manus ſuæ*
protexit me; ita vt filius Dei dicatur ma-
nus Dei, ſicut dextera, per quam omnia
operatur. Iſti dicitur: *Per diem ſol*
non vret te, neque luna per noctem.
Iſa. 48. 2. De ſecundo, id eſt, de vmbra paſſio-
nis dominicæ, ait Petrus: *Christo igi-*
1. Petr. 3. 21. *tur paſſo in carne, & vos eadem cogi-*
tatione armamini. Qui enim paſſus eſt
in carne, deſijt à peccatis, vt non iam
deſiderijs, ſed Dei voluntatem quod reli-
quum eſt in carne viuat temporis: ac ſi di-
ceret: Cogitatione dominicæ paſſio-
nis erunt nobis arma contra deſideria
ſæcularia: ſed & ſi patimini cum ipſo, ceſ-
ſabunt peccata veſtra. Iſtis dicitur: *Sca-*
pulis ſuis obumbrabit tibi. Itaque, cùm Pſal. 90.
ambulaueris per ignem non vreris, & flam
ma non ardebit in te. De tertio: *Sapien-*
tia vincit malitiam quæ in te pugnat con Sap. 7.30.
tra innocentiam, vt dicas: *Obumbraſti*
ſuper caput meum in die belli. In figura Pſal. 139. 8.
primi, Ionas fuit obumbratus ſub hede-
ra, quia Chriſtus fuit hedera incarnatio-
ne: ſicut enim hedera vilem truncum ha- Similitudo
bet, tamen perpetuo viret folijs; ſic Chri- de Chriſto
ſtus in carne vilis, & abiectus apparuit,
tamen perpetuis virtutibus viruit, vel in
corruptione Diuinitatis. Audi vilem
truncum: *Non eſt ſpecies ei, neque decor.*
Audi virorem: *Vnxit te Deus Deus tuus* Pſal. 44.
oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Qui igitur
ſub vmbra eius eſt, non ſentit æſtum vi-
tiorum: ipſe enim venit tollere peccata
noſtra; *Aduocatum enim habemus apud*
Patrem Ieſum Chriſtum, iuſtum, qui fa- 1. Io. 2. 1.
ctus eſt propitiatio pro peccatis noſtris. In
figura ſecundi fuit Helias obumbratus ſub
iunipero, & Chriſtus iuniperus fuit in Hym.
paſſione. Audi aculeos eius. *Hic Acetum,*
fel arundo, ſputo, claui, lancea: ſed & alios
audi pungentes. *Qui vult venire poſt me,*
abneget ſemetipſum, & tollat crucem Matt. 16. 24.
ſuam, & ſequatur me. Audi virorem iſto-
rum aculeorum: *Licet is qui foris eſt ho-*
mo noſter corrumpitur; tamen is qui in-
tus eſt, renouatur de die in diem. Sed in
his omnibus conſolatur eum Dominus.
Angelus enim attulit Heliæ ſub hac iuni- 2. Cor. 4. 16.
pero panem, & aquam. Audi conſola-
tionem: Licet paſſiones abundent in no-
bis pro Chriſto, abundant & conſolatio-
nes per Chriſtum, *Benedictus Deus, &*
Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater
miſericordiarum & Deus totius conſola-
tionis qui conſolatur nos in omni tribula-
tione noſtra. In figura tertij Nathanael,
qui fuit obumbratus ſub ficu, & Chri- 2. Cor. 1.
ſtus fuit in reſurrectione: ſub iſtius igitur
ficus vmbra qui fuerit, non timebit æſtum
malitiæ, ſed dicetur ei quod dictum eſt
Nathanaeli: *Ecce vere Iſraelita, in quo* Ioh 1. 47.
dolus non eſt; quia dum meditatur ſapiens
gaudium reſurrectionis, guſtat ficus dul-
cedinem. *Paſcha noſtrum immolatus*
eſt Chriſtus. Epulemur non in fermento
veteri neque in fermento malitiæ, & ne-
quitiæ; ſed in azymis ſinceritatis, & veri-
tatis. Ecce ille iam in vmbra refrigera- 1. Cor 5. 8.
tionem habet ab æſtu vitiorum. Sequi-
tur pauſatio ab incommodo inquietudi-
num, vt tertiò viuamus ad refectionem
cæleſtium gaudiorum. In figura horum
trium tria contulit Dominus Iſraelitis in
deſerto. Propter primum, nubem ad re-
frige-

frigerium : propter ſecundum, ſolemnitates ad repauſandum : propter tertium, dedit manna dulciſſimum.

Ad quinque ſedentes ſedemus.
§. CCXVII.

SEcundus ſedet ſub vmbra. Ad quin-
Marc. 12.41 que quæritur hæc pauſatio ſeſſionis.
Sedemus enim, vt nos ipſos iudicemus:
propter quod *ſedit Ieſus contra gazophy-*
latium, de muliere, quæ plus omnibus ob-
Daniel. 7. 10 tulit, faciens iudicium; vnde dictum eſt
in Daniele: *Iudicium ſedit, & libri aper-*
Pſal. 118.23 *ti ſunt*; id eſt, conſcientiæ, non ſicut il-
Cur Ieſus ſuper Aſinam ſederit. li, de quibus Dauid: *Sederunt Principes,*
& aduerſus me loquebantur. Sedemus
vt nos humiliemus: propter quod ſedit
Pſal. 126. 2 Ieſus ſuper aſinam, & inter Doctores au-
diens, & interrogans illos; vnde: *Sur-*
gite poſtquam ſederitis, qui manducatis
Qui per Capillos Abſolon innuatur. *panem doloris*. Non ſicut Abſalon ſedens
ſuper mulam fatuitatis; cuius capillos, id
Io. 46. eſt, cogitationes ſubſtulit ventus elatio-
Cur Ieſus ſuper fontem ſedit. nis, & ſic perijt. Sedemus, vt infirmita-
tem noſtram releuemus: propter quod ſe-
dit Ieſus ſuper fontem laxatus ex itinere.
Vnde dictum eſt Apoſtolis ex tædio do-
minicæ paſſionis fatigaris: *Sedete in ciui-*
Luc. 24. 49. *tate quoad vſque induamini virtute ex al-*
to. Non ſicut Populus, *qui ſedit mandu-*
care, & bibere, & ſurrexerunt ludere.
1. Cor. 7.10 Sedemus vt alios erudiamus: propter
quod ſedens Ieſus in monte docebat; vn-
de Iob: *Si quando venirē ad eos, ſedebā pri-*
mus: cùmque ſederē quaſi Rex circūſtante
exercitu, eram tamen mærentium conſo-
Iob 29. 25. *lator*. Non ſicut *ſuper cathedrā Moyſi ſe-*
Matth. 23.2. *derunt Scribæ & Phariſæi*. Sedemus vt re-
gnemus: propter quod ſedet Chriſtus à dex-
teris Dei; vnde: *Vos qui ſecuti eſtis me, ſe-*
debitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duo-
Matth. 23.2 *decim tribus Iſrael*. Vnde non continget
amplius cadere, ſicut cecidit ille qui dixit:
Matt. 19.28 *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus*
Aquilonis. Ecce iſte prius in vmbra, qua
Iſa. 14. 13. refrigeraretur ab æſtu vitiorum: ecce iam
ſedet in ea quieſcens à tumultu, & inten-
tus ſtudio ſanctarum meditationum. Re-
ſtat vt in hac vmbra reficiatur guſtu ſu-
pernorum gaudiorum vt poſſit dicere: *Et*
fructus eius gutturi meo dulcis. Iſte fru- Pſ. 118. 103.
ctus dulcis eſt in ore, id eſt, in ſermone,
quo prædicatur, vel laudatur; vnde: *Quam*
dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper Iſa. 26. 8.
mel ori meo! Dulcior in palato, ſcilicet
frequenti meditatione; vnde: *Nomen*
tuum, & memoriale tuum in deſiderio ani- Cant. 5. 1.
mæ. Dulciſſimus eſt in gutture, ſcilicet,
diſcreta delectatione, qua guſtatur; vnde
ſponſa: *Comedi fauum cum melle meo, &*
bibi vinum cum lacte meo. Huius cibi mul-
tiplex eſt vſus: diſſolutum amaricat per Ruth. 2. 14.
compunctionem; vnde dixit Booz ad
Ruth: *Comede panem tuum cum puellis*
noſtris, & intinge buccellam tuam in
aceto. Ecce amaritudo. Amaricatum 4. Reg. 4. 40
dulcorat per conſolationem; vnde clama-
uerunt Prophetæ ad Heliſeum: *Vir Dei.*
Mors in olla, & ille farinam impoſuit, &
dulcoratus eſt cibus. Debilem roborat 3. Reg. 19 8.
per patientiam; vnde legitur quòd Heliæ
iacenti ſub iunipero obtulit Angelus ci-
bum, *& ambulauit in fortitudine cibi il-*
lius vſque ad montem Dei Oreb. Ecce
fortitudo. Deuotum iucundat, quia iam
adepta prima ſtola, fiducialiter expectat
ſecundam. Vnde legitur quod bonus il-
le Pater reuertenti filio ſuo prodigo vi-
tulum occiderit ſaginatum, & parauerit
conuiuium & præcepit afferri ſtolam pri-
mam, & primogenito ait: *Fili gaudere* Luc. 15. 32.
oportet. Ecce quia filius meus mortuus
erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.
Hoc cibo edent pauperes, & ſaturabun-
tur. In hac vmbra eſſe deſiderant ſerui,
quia oderunt peccare, ne pœnas luant; Iob 7. 2.
vnde Iob: *Sicut ſeruus deſiderat vmbram*
& ſicut mercenarius præſtolatur finem Cant. 2. 2.
operis ſui. Sedere deſiderant amici, vt
in ea pauſantes meditationibus intendāt.
Vnde hic, *Sub vmbra illius, quem deſide-* Thren. 4. 20
rauerant, ſedi. Epulari deſiderant cæle-
ſtium ſecretorum conſcij, vt iam cum
ſanctis viuant; vnde Ieremias: *Sub vm-*
bra eius viuemus inter gentes.

Explicit Liber Tertius.

INCIPIT LIBER QVARTVS in Canticum Canticorum SALOMONIS.

Introduxit me Rex in cellam vinariam, Cap. I.

HABITO pro votis dulci admodum familiari colloquio cũ Dilecto, illo abeũte ſpõſa regreditur ad adoleſcentulas, aſpectu ita ipſius, & affatu refecta, & accenſa, vt ebriæ ſimilis appareat; & quaſi illis ſtupentibus nouitatem, & quærentibus cauſam, reſpondit ſe merito vino æſtuare, quia in cellam vinariam intrauit. In hac cella duo ſunt exceſſus contemplationis: vnus in intellectu, qui eſt in lumine, vel in imaginatione: alter in affectu, qui eſt in feruore, vel in deuotione. Qui igitur his accenditur, bene in cella vinaria fuiſſe perhibetur.

De ordine charitatis, §. CCXVIII.

VBi vehemens eſt æmulatio, ibi neceſſaria eſt diſcretio, quę eſt ordinatio charitatis: quo digitur zelus feruentior, ſpiritus vehementior, charitas profuſior, eò magis eſt ordo neceſſarius, qui & zelum ſupprimat, ſpiritum temperet, charitatem ordinet. Eſt charitas in actu,
Rom. 12. 20 ſecundum quam operamur; de qua dicitur: *Si ſitit inimicus, potum da illi.* Et eſt charitas in affectu, ſecundum quam amamus; de qua dicitur: *Si diligitis me, ſermonem meum ſeruate.* Eſt autem affectio,
Io. 14. 23. quam caro gignit, quam dicit Apoſtolus legi Dei ſubiectam non eſſe. Et eſt affectio, quam ratio regit, quæ conſentit legi Dei, quoniam bona eſt: & eſt affectio, quam ſapientia condit, quæ guſtat & ſapit quoniã magnus eſt Dominus. Hęc primã eliminat; ſecundã remunerat. Prima eſt dulcis, ſed turpis; ſecunda ſicca, ſed fortis; tertia pinguis, & ſuauis. Tam actualis, quam affectuoſa, ordinata eſt; ſed ordine præpoſtero. Nam actualis inferiora præfert, affectuoſa ſuperiora quia in affectu Dei dilectio præfertur hominibus, & in hominibus perfectiores infirmioribus, Cælum terræ, æternitas tempori, anima carni. In actuali vero eſt ordo præpoſterus, ſed neceſſarius, qui incipit à nouiſſimis ſed vt ſit acceptrix perſonarũ nec pretia conſideret rerum, ſed neceſſitates hominum; ſed affectuoſa ſapientia, qua pluris ſint ſentit, minora minus, minima minime. Et illam quidam ordinem facit veritas charitatis; hunc autem vendicat ſibi charitas veritatis. Nam in hoc vera eſt charitas, vt qui indigent amplius, accipiant plus: & in eo cara eſt veritas, ſi ordinem tenemus affectus, quoniam illa ratione tunc dicere poterimus, *Ordinauit in me charitatem.*

Arboris vtilitas, §. CCXIX.

INtelligimus in arbore ſublimitatem virtutis, in fructu dulcedinem amoris in vmbra ſecuritatem protectionis. Inde liberius vacat ſponſa ad videnda ſuperna gaudia. Inde ſequitur:

Quid nos ducit ad gaudia, §. CCXX.

I*Ntroduxit me Rex in cellam vinariam*, hoc eſt, in cognitionem ſupernorum gaudiorum. Ad hæc introducimur aliquas.

quando per ſeruos, aliquando per amicos, aliquando per ipſum Regem. Quidam enim per timorem ad ea contemplanda ſe conuertunt; quidam deſiderio præmij; quidam amore conditoris. Primos pœnitentia, ſecundos obedientia, tertios charitas perducit. Sic quem primo timore ſeruum, poſt obedientia amicum, deinde charitas ſibi fecit filium.

De ſcripturis. §. CCXXI.

Nota bene totum iſtud capitulum.

VEl in cellam ducit, id eſt, ſacram Scripturam. Primò, potans eam ſenſu hiſtorico: ſecundò, morali: tertiò, allegorico: quartò, anagogico. Felix ordo, vbi charitas trahit ad patriam feſtinantes, adiuuat currentes, ſuſcipit peruenientes. Amor fons intus duos habet riuulos. Alius eſt amor mundi, ſcilicet cupiditas: hic eſt Iordanis, qui ad tranſitum filiorum Iſrael in duo ſe diuiſit, inferior pars defluxit, defecit quæ in mare mortuum deuenit. In amore mundi per illicita defluimus, à bonis deficimus. In mundo mortem meremur; ſuperior pars ſtetit, creuit in montem magnum, redundauit vſque ad Sartan, quod interpretatur tribulatio eorum. Per amorem enim ſtamus à peccatis ceſſando, creſcimus in montem virtutes accumulando, redimus vſque ad Sartan paſſiones pro amore Dei ſuſtinendo.

Quid diuiſio Iordanis annuat.

Sartan interpretatur.

Tria poſſunt amari. §. CCXXII.

TRia ſunt, quæ bene poſſunt amari: Deus, proximus, mundus. Deus ſupra nos, proximus iuxta nos, mundus ſubter nos. Tria Deus, duo proximus, mundus vnum. Mundus habeat in curſu deſiderij noſtri; & ſic eſt ordinata charitas. Amor de Deo currit quando de ipſo accepit, vnde eum diligit: cum Deo currit, quando voluntati eius in nullo contradicit: in Deum currit, quando in ipſo requieſcere appetit. Duo ſunt proximi: poteſt enim deſiderium de proximo, & cum proximo currere, ſed non in proximum. De proximo, vt de eius ſalute gaudeamus: cum proximo, vt eum in via Dei comitē habere poſſimus: ſed non in proximum, vt in eum ſpem, & fiduciam ponamus. De mundo tantum deſiderium currit, quoniam inſpectis in ipſo Dei operibus, ad laudem ipſius ardentiùs ſe conuertit, non cum mundo, nec in mundum. Item

Quemodo ambulandum ſit cum Deo, proximo, & mūdo.

Duplex ordo charitatis. §. CCXXIII.

DVos habet charitas ordines; vnum in ſe creſcendo: alterum, perſonas diſcernendo. In ſe primo concipitur, ſecundo naſcitur, tertio nutritur, quarto roboratur, quinto perficitur. Concipitur in bona voluntate, quæ concordat cum Dei voluntate; vnde, *Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui*. Naſcitur in miſericordia cum operatione; vnde Iob: *Oculus fui cæco, & pes claudo*. Nutritur in gratia cum deuotione; vnde, *Memor fui Dei, & delectatus ſum, &c.* Roboratur in patientia, præmij expectatione; vnde, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti &c.* Perficitur in ſapientia, & contemplatione; vnde, *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.* Videte contemplationē, guſtate ſapientiam. In primo eſt ſpiritus timoris, in ſecundo ſcientiæ, in tertio pietatis, in quarto fortitudinis, & conſilij; in quinto, ſapientiæ, & intellectus.

Pſal. 39. 9
Iob. 29. 15.
Pſal. 76. 4.
Rom. 8. 35.
Pſal 33. 9

Ordo ſecundus. §. CCXXIV.

VNde diſcernendo perſonas ſic; primo Deus, ſecundo ipſe homo, tertio proximus. Inter proximos, primo parentes, ſecondo domeſtici, tertio inimici: & hæc omnia plus diligenda ſunt quo ad animam, quàm corpus noſtrum. Ecce quod vnicuique debetur: Deum debemus diligere ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, iuxta tres proprietates animæ: eſt enim animalitas, quæ corpus vegetat, & ſenſibus vires miniſtrat: Ratio, quæ diſcernit: affectus, qui appetit. Diligimus ex toto corde, ſi affectus noſter totus in Deo intendat: tota anima, ſi quod animalitas agit, in Dei laudem perficiat: tota mente, ſi cogitatio, memoria, ratiocinatio. Deo inueſtigando, & inueniēdo deſeruiat. Animę verò debemus parare auxilium, eius ſequi conſilium, exhibere obſequium; auxilium in bello, ſcilicet opera pœnitentiæ, quia caro *concupiſcit aduerſus ſpiritum*. Conſilium in via, vt diſcretionem habeamus in via virtutum. *Vbi enim erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur*. Obſequium in lecto, aditus thalami, id eſt, ſenſus cuſtodiendo, ne ſolicitudo temporalium irruat, & turbet cōtemplationis cubiculum. Corpori cibaria, & virgam & onus aſino. Cibaria ne deficiat: virgam, vt diſciplinam teneat: onus, ne

Galat. 5. 17.
Ezech 1. 12
Adagium.

ne omnino laſciuiat. Proximo debemus donare, vt reficiantur egentes: conuertere, ne moriantur peccatores: condonare in nos peccantibus. Ne ſimus immiſericordes, & non fratres.

De effectu olei. §. CCXXV.

IN hac cella non ſolum ſponſam credimus inebriatam vino lætitiæ, ſed inde accepiſſe oleum, non quo proximum ſeduceret, ſed quo filios vngeret conſolatione, mulceret amoris affectione, illuminaret charitatiui operis ſplendore. Sũt enim filij olei ſeductionis, quod aſſumitur in vſus hominum, quo qui inunguntur, reſiſtent Dominatori vniuerſæ terræ, quæ ſunt ſuper terram ſapientes. Et ſunt filij olei cõſolationis quod infudit mulier in vaſa miniſtrata per filium, quo qui inunguntur, ſubſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ, alter alterius onera portantes. Et ſunt filij amoris olei, quod aſſumunt ſapientes virgines in aduentu ſponſi: quo qui inunguntur, inſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ, currentes ad propoſitum ſibi certamen, quia nunquam eſt in eis amor Dei otioſus. Et ſunt filij olei ſplendoris, quod eſt de monte Oliueti; quo qui inunguntur, aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ, quia circa creatorem, & creaturam ſpeculantur curioſiùs. Primi in tribus ſeducunt. Seducunt enim hæretici ſuauitate verborum ſimpliciores; amatores gloriæ, adulatores ſeipſos, corporis ſui cultores. [*Quatuor ſūt filij olei.*]

[*Prou. 5. 3.*] De primo Salomon: *Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius &c.* De ſecundo. [*Pſal. 140. 5.*] *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Contra tertium Dominus in lege dicit: *Caro hominis non inungetur ex eo.* Hoc triplex oleum aſſumitur in vſus hominum, non Dei, & ſic reſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ. Iſtos deſignant tres amici Iob, qui oleum offerunt, dum quaſi ad conſolandum veniunt. Primus eſt Elyphaz Temanites, qui dicitur Dei mei contemptus: ſecundus eſt Baldad Suites, qui ſonat inueterata loquacitas. [*Eliphaz, & Baldad interpretantur.*] Vetus eſt lingua Adulatoris; vnde: [*1. Reg. 2. 3.*] *Recedant vetera de ore veſtro;* Noua vera decoris; Inde: [*Marc.*] *Linguis loquentur nouis*: ſcilicet hoc quærebant fatuæ Virgines dicentes: [*Matth. 25. 8*] *Date nobis de oleo veſtro*, quibus dicitur: *Ite potius ad vendentes, & emite vobis.* [*Ibidem.*] Inde Iſaias: [*Iſ. 3. 12.*] *Populus meus, qui te dicunt Beatum, ipſi decipiunt te, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* [*1. Teſſ. 2. 5.*] & Apoſtolus: *Neque fuimus aliquando vobis in ſermone adulationis: Deus ſcit.* & ille Gentilis:

> *Sermones blandos bleſoſque cauere memento.*

Inde,

> *Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.*

Hoc oleo ſeducuntur frequenter potentes; vnde Poeta: [*Poeta.*]

> *Nihil eſt quod credere de te non poſſit Dijs æqua poteſtas.*

Tertius eſt Sophar Naamatites, id eſt, diſſipans ſpeculum decoris. [*Sophar interpretatur.*] Decorum enim eſt ſpeculum, cæleſtium contemplatio: ſed hic diſſipat voluptuoſa carnis curatio. Vnde dictum eſt de presbyteris, qui in Suſannam carnis voluptatem implere quærebant: *Subuerterunt ſenſum*, ne viderent, ſcilicet; [*Daniel.*] vnde Boetius,

> *Diſijce terrena nebulas, & pondera molis;*
> *Atque tuo ſplendore mica.*

Hoc oleo dicitur Iſraeliticus Populus incraſſatus, impinguatus, dilatatus: incraſſatus exteriori carnis cura: impinguatus, cogitatione ſuperflua: dilatatus, dum gaudet de culpa diffamata. Secundi ſunt filij olei conſolationis: hi ſubſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ, dum pro eius amore conſolando, aliorum onera ferunt. Ibi vulnerato à latronibus infuſum eſt priùs vinum, id eſt, abſtinẽtiæ, pœnitẽtiæ: ſed adhuc dolor manet in vulnere, niſi tollatur olei infuſione.

Dolor triplex. §. CCXXVI.

TRiplex eſt hic dolor. Primò enim aliquando, dum de peccatis dolet abundantiori triſtitia abſorbetur: ſecundò ſub onere ſatisfactionis fatigatur: tertiò, in tẽtatione terretur. Nã ſicut ait Iſaias, *Vulnus & liuor et plaga tumens non eſt curata medicamine nec fota oleo.* [*Iſa. 1. 6.*] Sed iſti filij infundunt oleũ, contra primũ, prædicãdo largam Dei eſſe miſericordiam. Contra ſecundum, per hoc eua lere inferni miſeriam. Contra tertium, ſic meteri gloriæ coronam. Primo dicit: *Vbi abundauit delictum &c.* [*Rom. 5. 20.*] &, *Si auerterit ſe impius &c.* [*Ezech. 18. 8.*] Secundo dicit: *Non iudicabit Deus bis in id ipſum*, quia hic facta pœnitentia non ſentitur inferni miſeria, & ſic non ſurget duplex tribulatio. Tertio dicit: *Non coronabitur niſi qui legitime certauerit.* [*2. Thim. 2. 5.*] &, *Bonum certamen certaui &c.* Per primum exhilaratur facies in oleo, id eſt, conſcientia: per ſecundum computreſcet iugum à facie olei: per tertium

plaga

Digitized by Google

plaga tumoris eſt fota oleo. Cõtra hęc tria puer in tribus locis inungitur in Baptiſmo: oleo in pectore cõtra triſtitiã, oleo inter ſcapulas, vt ſit fortis contra tentationum moleſtiam: chryſmate in capite, quod fit balſamo, & oleo, vt diſcretionẽ habeat, & ſenſus, qui abundant in capite vt cuſtodiat, & ſic contra tentationem habeat audaciam. In figura horum trium, Iacob erexit lapidẽ in titulũ fundens oleũ deſuper. Erigit lapidẽ in titulum, dũ dura corda conuertit ad Domini honorem; ad pœnitentiam fundens oleũ deſuper, hanc triplicem exhibens conſolationem.

Cur puer vngitur in tribus locis in baptiſmo.

Triplex aleum amoris. §. CCXXVII.

OLeum amoris triplicem habet ſuauitatem. Primò enim delectatur amãs adueniẽte ſponſo in amplexibus, & oſculis: quod fit, quando per dulcem meditationem adeſt dilecti preſentia; vnde:

Cant. 1. 1.

Oſculetur me oſculo oris ſui. Secundò, in ſaginatione refectionis, quod fit quando ſurſum cor habens ſapit cæleſtia; Vnde: *Introduxit me Rex in cellam vinariam.*

Cant.

Tertiò, ſi poſſit exhibere opus ſtrenuitatis, quod fit quando pro eo delectatur ſuſtinere, & aſpera, & dura; vnde: *Fortis eſt vt mors dilectio.* De primo Dauid: *Renuit conſolari anima mea.* De ſecundo idem:

Pſal. 76. 3.

Inhabita terram, & paſceris in delitijs eius Delectare in Domino & dabit tibi petitiones cordis tui. De tertio. *In tribulatione gaudentes &c.* Hoc oleo vngitur tabernaculum, id eſt tabernaculum cordis, in quo Deus ſuſcipiatur: ſecundò, vaſa eius in quibus cum anima epuletur: tertiò, Aaron in ſacerdotium, vt ſortis in paſtoribus delectetur. *Hilarem enim datarem*

2. Cor. 9. 7.

diligit Deus. Vt exhilaret, inquit *faciem eius in oleo.* De primo: *Iacta cogitatum tuum in Domino.* De ſecundo: *Et ipſe te*

Pſal. 54. 13.

enutriet. De tertio: *Et non dabit in æternum fluctuationem iuſto.* Hoc triplex

Ibidem.

oleum attulit Dilectus nobis. Primum effuſionis in natiuitate, ſecundum exultationis in reſurrectione, tertium ſanctificationis in paſſione. Primum diligitur, quia ſe incarnando exinaniuit; vnde:

Cant.

Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. Secundò diligitur quia oſtendendo nobis reſurrectionis gloriam, nos lætificauit; vnde: *Vnxit te Deus &c.* Tertiò, diligitur, quia per paſſionem ſuam nos ſanctificans roborauit; vnde: *Inueni Dauid ſeruum meum &c.* Chriſtus enim, vt per ſanguinem ſuum ſanctificaret populum, *extra portam paſſus eſt.* Hoc oleo vncti inſiliunt dominatori vniuerſæ terræ. Trahit enim eos in tantum ſuauitas, vt dicant. *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Quartum oleum eſt de Monte Oliueti, qui dicitur mons trium luminum. Eſt enim in eo lumen cæli in

Cur Chriſtus extra portam paſſus fuerit.

ipſo naſcentis, quo illuminatur homo naturali ratione. Lumen lucernæ de templo reſplendentis, quo illuminatur homo ijs quæ cœpit Ieſus facere, & docere; id eſt doctrina, & operatione. Lumen Solis à latere orientis, quo illuminatur homo miraculis, & ſpirituali reuelatione. Primo habetur cognitio de creaturis, ſecundo agnoſcitur via ſalutis, tertio mera beatitudinis. Primo diſcernimus naturas rerum, ſecundo inter virtutem, & vitium, tertio inter requiem, & exilium. Primo

Nota de monte Oliueti.

Ioan. 1.

Deus illuminat omnes homines venientes in hunc mundum. De ſecundo dicitur: *Ego ſũ lux mundi.* De tertio: *Lux in tenebris lucet.* Hoc oleo erant vncti duo filij ſplendoris. Primò Petrus, quando inter piſcem & piſcem diſcernere ſciebat: ſecundò, quando poſt negationem amarè flebat: tertiò, quando apparente ei Angelo in carcere dicebat: *Nunc ſcio vere quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis.* Item primò Paulus, cùm diceret: *Inuiſibilia Dei à creatura per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Secundò, cum diceret: *Cùm autem placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ; continuo non acquieui &c.* Tertiò, quando raptus vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Iſti ſunt duo explorantes Iericho, qui dicitur Luna, propter mutabilitatem, quo mundus figuratur; & vncti primo oleo latent in domo Raab meretricis: ſecundo gradiuntur per plana: tertiò condeſcendunt ad montana. Ad hæc montana condeſcendimus, dum exploramus fratrum ignorantiam, propriam conſcientiam, dæmonis aſtutiam, patriæ gloriam; pro noſtra indigentia, quæ in tribus eſt.

Ibidem.

Act. 12. 6.

Rom. 1. 20.

Gal. 1. 15

Triplex indigentia. §. CCXXVIII.

EST enim indigentia pauperum, qui indigent bonis temporalibus; vnde *Peccata tua eleemoſynis redime*: & eſt indigentia peccatorum, qui indigent bonis ſpiritualibus; vnde: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis.* Eſt & indigentia defunctorum, qui indigent ſuffragijs, & orationi-

Daniel. 4. 24.

Gal. 6. 1.

Marc. 12. b nibus; vnde: *Vir fortiſſimus Iudas collatione facta duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis*
Ibidem. *tis mortuorum ſacrificum.* Item: *Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare.* Iſti explorant fratrum indigentiam.

In tribus exploratur conſcientia.
§. CCXXIX.

IN tribus ſuam explorant conſcientiam. Ne ſit infirma ad reſiſtendum
Pſal. 30.e ne forte dicat: *Infirmata eſt in paupertate virtus mea* Ne ſit turpis per peccatum; vnde: *Egreſſus eſt à filia Sion omnis de-*
Tren. 1 *cor eius.* Ne ſit pigra ad bonum; vnde:
Prou. 6.g *Vſquequo piger dormies?* Primum caueat ne cadat in prælio, ne dicatur de eo:
Ierem. Thre. 1. a *Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.* Secundum caueat ne diſpliceat Dilecto, ne dicatur: *Omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt eam, quia viderunt ignominiam eius.* Item:
Denigrata eſt ſuper carbones facies eo-
Thren. 4. 6. *rum. & non ſunt cogniti in plateis.* Tertium caueat, ne careat præmio; vnde:
Prou. 20. a *Piger propter frigus arare noluit; mendicabit in æſtate, & non dabitur ei.*

In tribus Dæmonis exploratur aſtutia. §. CCXXX.

IN tribus dæmonis exploratur ergo aſtutia. Decipit enim per egeſtatem, vt ad blaſphemandum vel rapiendum impellat. Decipit per vbertatem, vt per illicitas voluptates diſſoluat. Contra hæc
Prou. 30 a duo Salomon: *Diuitias, & paupertates ne dederis mihi.* Decipit per boni ſpem, ne quod ſuggerit peccatum appareat;
Sap. 9. a vnde: *Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, vt mecum ſit, & mecum laboret.* Ob hoc enim diabolus abſtulit Iob bona temporalia, vt blaſphemaret, vel raperet: & ab Ægyptijs ſubtractę paleę filijs Iſrael. Rapiunt ſæpe plures homines propter paupertatis verecundiam. Vnde ſatyricus ille.

Nil habet infelix paupertas durius in ſe. Horatius.
Quam quod ridiculos homines facit.

Per diuitias, diuitem euangelicum traxit diabolus ad voluptatem, & ſic ad mortem: de iſtis etiam Ieſum tentauit dicens: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me &c.* Matth. Hæ namque mores diſſoluunt; vnde Poeta.

Diuitiæ turpi fregerunt ſæcula luxu, Diuitiarum effectus.
Diuitijs alter luxurioſus amor,

Per boni ſpem decepit primos Parentes dicens: *Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum.* Gen. 7. c Vnde Propheta: *Ephraim columba ſeducta es non habens cor.* Oſee 7. c *Comederunt alieni robur eius & ipſe neſciuit.* Inde.

Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes.

Explorant quoque patriæ gloriam. Iſti filij olei ſplendoris; illius olei, de quo in Exodo dicitur filijs Iſrael, vt afferant Exod. 27. 20 ei oleum de arboribus oliuarum, purum piloque contuſum, Hoc oleum eſt de- Figura notabilis. uotio: oliua, quæ eſt ſignum pacis, deſignat tranquillitatem cordis: puritas, vt ſit ſine admixtione criminis: pilo tuſum, vt ſit probatum anguſtijs aduerſitatis. Huic imponet ignem Aaron, qui di- Nomen Aaron interpretatur. citur mons fortitudinis; id eſt, Chriſtus, qui deuotioni noſtræ apponit ignem gratiæ ſuæ, qua accendimur, & illuminamur. Hæc lucerna erit extra velum, id eſt, in ſancta; vt per medium veli, id eſt, cæli, quaſi per ſpeculum, & in ænigmate, videamus ea quæ ſunt in Sancta Sanctorum, id eſt, in Regno cælorum. Ibi enim eſt arca deaurata intus & foris; id eſt, ho- Arca deaurata intus, & foris. Quid? mo glorificatus in corpore & in anima. In ſupremo Cherubin gloriæ obumbrantis propitiatorium, id eſt, Chriſtum: hæc eſt Angelica natura laudans Deum. In medio eorum eſt propitiatorium, id eſt, Chriſtus, coniungens ima ſummis, homines Angelis, humana diuinis. Huic aſſiſtunt duo filij olei ſplendoris, priùs per ſpeculationem, modò per veritatem, & Dei viſionem, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ful-

Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Cap. II.

SPONSA, eius, quem deſiderauerat, vmbra refrigerata, fructu cibata, calice potata, ipſo diſcente ſe præ amore eius languere oſtendit: vnde & remedia quærit, ſcilicet, florem, & fructum. In flore oſtenditur incipientium conuerſatio: in fructu, proficientium fortitudo: in vſu eorum, deuotio. Item flos eſt fides in anima, fructus opus in manu, vſus eorum præmium in patria.

Triplex languor Amoris. §. CCXXXI.

TRiplex eſt languor amoris in anima. Languet enim vilitate, quia timet impuritatem, ne ſponſus receſſerit propter peccata. Languet anxietate, quia ſuam cauſatur paupertatem, ne indignetur redire propter inopiam virtutum. Languet inſtabilitate, quia ſuſpectam habet ſuam longanimitatem, ne feruor eius tepeſcat propter tædium. Contra hæc tria triplex quærit remedium. Contra primum, florum iucunditatem: contra ſecundum, fructuum vbertatem: contra tertium, læuam ſponſi ad ſuſtentationem ſub capite; dexteram ſuper, ad protectionem. De primo, tria ſunt, quæ ſolent amantea repellere: fœtor luxuriæ; vnde: *Rom. 13. 6.* *Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs.* Turpitudo auaritiæ; vnde idem: *1. Tim. 3. 6.* *Non turpe lucrum ſectantes, & non turpis lucri gratia.* Aſperitas odij, murmurationis, & inuidiæ; vnde: *Rom. 3. 6.* *Non in contentione, & æmulatione.* De his iterum dicitur: *Iſa. 16.* *Omne caput languidum, & omne cor mærens. Vulnus & liuor & plaga tumens.* Per plagam ſenſualitas, quæ tangit terrena: per cor, ratio: per caput, affectio. In ſenſualitate vulnus luxuriæ, per quam ſenſualitas inquinatur: in corde liuor auaritiæ, per quam ratio obcæcatur: in capite plaga tumens ſuperbiæ, per quam deuotio extinguitur. *Tria ſunt in flore.* Prima non eſt circumligata faſcijs caſtitatis: ſecunda non curata medicamento charitatis: tertia non eſt fota oleo humilitatis. Contra hæc tria flos tria habet in remedium eorum: in odore ſuauitatem, aſpectu iucunditatem; in tactu lenitatem. Odor eſt caſtitatis: aſpectus opera charitatis: lenis tactus innocentiæ, & manſuetudinis. De primo: *Cant. 1. 4.* *Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* De ſecundo: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* De tertio: *Ibidem.* *Sicut lilium inter ſpinas; ſic amica mea inter filias Adæ.* Ecce fulta eſt floribus; ſtipanda eſt malorum fructu.

Quatuor ſunt fructus. §. CCXXXII.

QVatuor ſunt fructus. Primus pœnitentiæ; inde: *Luc. 3. b* *Pænitentiam agite, appropinquauit in vos Regnum cælorum. &, Facite fructus dignos pænitentiæ.* Secundus iuſtitiæ; vnde Apoſtolus: *Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur.* Tertius contemplationis; vnde: *Ioann. 15. a* *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* In Deo manemus, quantum datur humanæ infirmitati, in contemplatione perſeuerando: ipſe in nos, gratiam ſuam in nos ad hoc largiendo. Quartus eſt fœlicitatis; inde: *Vt eatis, & fructum afferatis, vt fructus veſter maneat.* Primus trigeſimus, ſecundus ſexageſimus, tertius centeſimus, quartus infinibus. *Nota quid ſit fodere circa radicem.* Primus eſt de illa arbore, in qua Dominus non inueniens fructum, voluit eam ſuccidere: ſed cultor ſodit circa radicem, vilitatem vitij peccatorum aperiendo; mittit ſtercora, peccata ei ſua rememorando; & ſic naſcitur fructus pœnitentię. Secundus eſt de oliua: *Fructificaui ſicut oliua in domo Dei;* inde Paulus: *Gal. 5. 22.* *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas.* Tertius de arbore pulcherrima. In Leuitico: *Leu. 3. 40.* *Sumetis fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente; & lætabimini coram Domino.* Pulchra arbor eſt in pœnitentia, pulchrior in iuſtitia, pulcherrima in contemplatione; & in benedictione non ſolum pulcherrima, ſed perpetuo vberrima. Quartus de ligno vitæ; vnde: *Apoc. 2. 6.* *Qui vicerit, dabo ei edere de ligno vitæ.* Sponſa fulta his floribus iam non cauſabitur ſuam paupertatem.

Quatuor viæ Ieruſalem.
§. CCXXXIII.

AD illam ſupernam ſolemnitatem languor iſte amoris cor ſponſæ ſubleuabat: ſed & dolore langnebat eo quod vias ducentes ad illam rarus viator arripiebat; vnde per Ieremiam ſic plangit; *Ierem. 1. a* *Viæ Sion lugent, eo quod non ſit qui veniat ad ſolemnitatem.* Viæ Sion ſunt quatuor. Prima humilitatis & obedientiæ; vnde: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.* Secunda prudentiæ; *Sap.* vnde: *O ſapientia veni ad docendum nos viam prudentiæ.* Tertia iuſtitiæ; *Eccli. 36, 18* vnde: *Secundum benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam iuſtitiæ.* *Prou. 3, 17* Quarta ſapientiæ; vnde: *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ.* Per primam vadunt ſui contemptores, per ſecundam bellatores, per tertiam amatores, per quartam exploratores. Primi accurrunt, ſecundi diſcurrunt, tertij concurrunt, quarti præcurrunt: omnes Chriſto occurrunt; Occurrunt, ait, turbæ cum folijs oliuarum, & palmis. Primi offerunt Domino ſapientem ſtultitiam; ſecundi de inimicis victoriam: tertij charitatis abundantiam: quarti iucunditatem, & lætitiam. Propter primum, veniente Domino in Ieruſalem; *Eccleſia,* *Plurima autem turba veſtimenta proſternebat in via:* propter ſecundum, ferebat ramos palmarum: propter tertium, ramos oliuarum: propter quartum, flores. Hæc figurata ſunt in via Domini. Primò venit de Bethania, *Bethania interpretatur,* quod eſt domus obedientiæ; ſecundo venit Betphage, *Betphage interpretatur,* quod dicitur domus comeſtionis, in qua reficiantur, & roborentur bellatores: tertiò venit ad montem Oliueti; inde ſignatur charitas: quarto venit Ieruſalem, *Ieruſalem interpretatur,* quod eſt viſio pacis, quam quærunt exploratores. Pro primo, animalia Ezechielis, cùm fieret vox ſuper firmamentum, ſtabant & ſubmittebant alas ſuas. Pro ſecundo, cùm ambularent animalia, quaſi ſonus caſtrorum erat, & vt ſonus multitudinis. Pro tertio: *Ezech. 1. c 25* *Audiui vocem alarum percutientium alteram ad alteram.* Pro quarto: *Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur.* *Idem.* Item: *Facies eorum & pennæ eorum extentæ deſuper.* *Idem. Rom. 6. c* Primis dicitur: *Obediſtis ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi eſtis.* Secundi tentationes ſuas dicunt: *Pſal. 141. a* *In via hac, qua ambulabam abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.* *Cant. 8. c* Tertij confidentes dicunt: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.*

Tres ſunt aquæ contra charitatem.
§. CCXXXIV.

TRes ſunt aquæ, quæ charitatem extinguunt. Prima voluptatis, quæ eſt aqua diluuij, quam euadimus in paſſione ligni crucis imitatione, ſicut Noe in arca lignea. Secunda Ægypti, quam euadimus in humilitate, ſicut Moyſes in fiſcella cyrpea. Tertia maris falſi, quam euadimus frequenter ex grauis lapſus occaſione, ſicut Ionas in ventre ceti portatus ad litora. Quidam enim minora crimina perpetrantes, ſecuti nimis, quaſi in aquis paruis, nunquam pœnitent: cùm vero grauiſſimum faciūt aliquod crimen, quaſi abſorti ſunt in ventre ceti, id eſt, in corpore diaboli: & quia vident ſe grauiter cecidiſſe, ardenter currunt ad pœnitentiam. Arca enim de lignis facta, eſt, lignum Crucis. *Arca eſt lignum Crucis* Fiſcella Moyſi de paruo papyrione, virtus humilitatis, quæ vtraque bituminata eſt glutine charitatis. Quarti dicunt cum Dydimo Rege Bracmanorum: Nos incolæ mundi huius non ſumus, ſed aduenæ. Ecce primi veſtem ſuam ſternebant in via, deuotione ſua honeſta, coram Deo ſe humiliant: ſecundi palmas proferunt, id eſt, gratias referunt Domino, quia ipſo donante, de inimicis triumphauerunt: tertij ramos gerunt oliuarum, vt oſtendant ſe diligere Deum, & proximum: quarti prætendunt flores, *Quatuor viæ lugent propter peccatorem.* id eſt, deuotiones, dum contemplantur in cælo, violoſos Confeſſores, roſeos Martyres, lilioſos Virgines. Itaque pro quatuor dicit: *Cant.* *Fulcite me floribus:* id eſt, roborate deſiderio Sanctorum exemplis. Pro tertio: *Stipate me malis;* vt ſim circumdata operibus charitatis. *Quid ſit læua ſponſi, ſub capite ſponſæ.* Pro quarto: *Læua eius ſub capite meo;* id eſt, miſericordia eius me ſuſtineat, ne cadam in bello. Pro primo: *Cant.* *Et dextera illius amplexabitur me;* id eſt, gratia eius me proteget à vanitate, & ſuperbia, quæ deſuper tanquam venti procelloſi ingruunt obedienti, & humiliato. *Iſa. 33. b* Sed væ vobis, *quia diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſitus per ſemitam:* *Ier. tren. 1.* *& ideo viæ Sion lugent eo quod non ſint, qui veniant ad ſolemnitatem.* *Prou.* Primam enim luget pro his, quibus exprobrat Dominus per Prophetam dicens: *Ierem.* *Vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret &c.* Secunda propter eos, quibus *Iſa. 1.* dictum eſt: *Periit populus meus, eo quod non haberet ſcientiam:* ſcilicet, qua prudens eſſet in bello: *Tren. 1.* ideo *Omnes inimici*

eius

tiüs apprehenderunt eaminter anguſtiis. Nam filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli. Tertia, propter eos, quibus dicitur: *Hi ſunt qui dereliquerunt iter rectum, & ambulant in vias tenebroſas; qui lætantur cum male fecerint & exultant in rebus peſſimis*. Quarta, pro his qui deberent quæ ſurſum ſunt quærere, quæ ſurſum ſunt ſapere; & terrena ſapiunt; vnde dictum eſt: *Humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter*. Inde eſt ille dolor, quem Dominus per Prophetam ſe ſuſtinere dicit ſic.

Pſal. 77. b — *Prou. 2. 13.* — *Pſal. 43. 25.*

Triplex dolor. S. CCXXXV.

Ieremi. tren. 1

O *Vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus*. Doluit enim in anima, in corpore, in ſpiritu. Doluit in anima; id eſt in animalitate, quæ eſt inferior vis animæ. Doluit in timore futuræ paſſionis, in tædio longe afflictionis; de quibus duobus dicitur: *Cœpit pauere, & tædere*. Doluit triſtitia, ſeparatione animæ, & corporis; vnde: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*. In corpore doluit afflictione paſſionis. Reſpice ergo clauis confixum, lancea perforatum, ſpinis coronatum, flagellis cæſum, ſputis illitum, ſudore fluidum, ſanguine rubeum: & aduertes dolorem corporeum. Doluit, & in ſpiritu, qui eſt ſuperior vis animæ ex compaſſione. Inde eſt quod ad ſepulchrum Lazari infremuit ſpiritu, & in cruce inclinato capite emiſit ſpiritum: ecce iam vident omnes qui tranſeunt per viam quòd non eſt dolor ſicut dolor eius: ſed quæritur eo quod non ſit qui veniat ad ſolemnitatem illam ſupernam non infimam.

Quare Chriſtus in Lazari reſurrectione infremuit ſpiritu, & ſimiliter in Cruce inclinato capite tradidit ſpiritum.

Triplex ſolemnitas. S. CCXXXVI.

Nota de ſolemnitate mira.

E St enim triplex ſolemnitas. Solemnitas peccatorum, quam celebrat caro exterius, & tendit ad mortem; quæ dicitur ſolemnitas, id eſt, ſola mundanitas. Solemnitas iuſtorum, quam celebrat ſpiritus, & aſcendit per charitatem, & hæc dicitur ſolemnitas, quaſi ſolacij vnitas. Solemnitas Beatorum, quam celebrat Angelus & homo glorificatus, & poſſidet beatitudinem; quæ dicitur ſolemnitas, quaſi ſolis lenitas: tunc enim ſol noſter, id eſt, Chriſtus, non habebit feruorem punientis, ſed ſplendorem illuminantis; vt per diem ſol non vrat te, neque luna per noctem. De prima ſolemnitate ait Dominus per Prophetam: *Kalendas veſtras & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea*. De ſecunda: *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis*; &, *Canite tuba in Sion*. De tertia: *Quartadecima die ad veſperum paſcha Domini eſt: & in quintadecima ſolemnitatem celebrabitis altiſſimo Domino*. Quatuordecim dies sũt, ſeptem dona ſpiritus ſancti, & ſeptem virtutes; & tunc Paſcha Domini eſt, & tranſitus: his enim bene conſummatis cum Chriſto, tranſibimus de hoc mundo; tunc inueniemus diem; & decimaquinta, completo ſeptenario huius temporis, & octaua reſurrectionis fruemur; quia ex octo & ſeptem conſiſtit XV. Ibi celebrabimus ſolemnitatẽ Domino, videndo ſolemnitatem ſolemnitatum.

Solemnitatis Ethimologia. — *Iſa. 1. 14* — *Pſal.* — *Exod. 23.*

Quadruplex via. S. CCXXXVII.

E St via mandatorũ Dei; vnde: *Viã mandatorum tuorum cucurri*. Eſt via iuſtificationum; vnde: *Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me, & exercebor in mandatis tuis*. Eſt via veritatis; vnde: *Viam veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus*. Eſt via charitatis; vnde Apoſtolus: *Adhuc excellentiorem viam vobis oſtendo*. Et loquens de charitate. Prima via ducit per campum obedientiæ, & eſt dura; vnde: *Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui*, Audi duritiam: *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras*, Secunda via inducit in domum conſcientiæ, & eſt ſecura, quæ nos inducit *in omnem ſicut promiſit Filius, veritatem*. Audi ſecuritatem: *Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es*. Item *Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te*. Via mandatorum eſt via deſerti, per quam ierunt filij Iſrael ad terram promiſſionis: hæc vero ſcilicet via iuſtitiæ, eſt, qua Tobias iuit in Rages, comitatus cane, qui præuideret latronum inſidias, & Angelo, qui prouideret ei nuptias. Tertia via, ſcilicet veritatis, adducit ad gazophylacium ſapiẽtiæ, & eſt ſplendida; vnde: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam*; & hæc eſt ſemita iuſtorum, quæ quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem. Hac ibat Iſaac ad meridiem, donec magnus vehementer effectus eſt: hac volebat ire qui dicebat, *Indica mihi quẽ diligit anima mea*; Quarta via, ſcilicet chari-

Pſal. 118. 32 — *Ibidem. 27.* — *Ibidem 30.* — *1. Cor. 12. 31* — *Pſal. 16. 4.* — *Eccleſia.* — *Pſal.* — *Iſai. 43. 2.* — *Qua de cauſa Tobias Angelo, & cane comitatus.* — *Pſal. 42. 3.* — *Cant.*

Digitized by Google

ritatis perducit ad patriam gloriæ, & excelſa eſt. vnde, *& perduxit eos tanquam gregem in deſerto*, in quo nonaginta nouē oues deſeruit. Hæc eſt excelſa; vnde: *Adhuc excelſa, & grandis tibi reſtat via.* Hæc eſt via, qua *aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem*: qua vaccæ trahebant arcam Domini contra Bethſames, quod dicitur: Domus ſolis: qua Ionathas reptans manibus, & pedibus aſcēdit in montē, & vicit ſtationes Philiſthijm: qua in templo Salomonis ad ſuperius cœnaculum per cochleas aſcendebatur.

Pſal. 79. 52. — *Bethſames interpretatur.*

Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cap. III.

QVIA viderat eam ſponſus tam fidelem in ſua abſentia, & tam feruentem; non ſuſtinens ampliùs eius languorem, redit. Vnde ipſa in gratiarum actione erumpit dicens: *Læua eius ſub capite meo &c.* Læua enim comminatio ſupplicij eſt, quæ ſub capite eſt, non ſuper quam non timore ſeruit, ſed amore: vnde læta de promiſſione regni, quæ eſt dextera, vult fulciri; exēplo ſanctorum, qui bene vixerūt, vt eorum accenſa ſtudijs frigus ſui temporis erubeſcat; erubeſcendo horreat; horrendo expugnet; expugnando propellat, & eorum exemplo ſe totam in diuini amoris dulcedinem accenſam vehementer refundat.

Quatuor ſunt fines terræ. §. CCXXXVIII.

MErito gloriatur ſponſa, inter manus ſponſi ſe quietem inueniſſe; quia *in manu eius ſunt omnes fines terræ.* *Pſal. 94.*
Quatuor ſunt fines terræ, qui ſunt in manu eius. Primus eſt creatio; vnde: *O ſapientia attingens à fine vſque ad finem*, à fine, id eſt, à principio: vſque ad finem vltimæ reſolutionis. Secundus, creaturæ miſera conſummatio; vnde Propheta: *Venit finis, finis venit*, & alibi, *Finis vniuerſæ carnis venit*: id eſt, carnaliter viuentium. Tertius eſt hominis incipiens creatio; vnde quidam Philoſophus: *Cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt.* Quartus, eiuſdem hominis in gloria reparatio; vnde, *Delectationes in dextera tua vſque in finem.* Iuxta duos primos fines dici poteſt læua, & dextera; vt ſit læua, miſeria infernalis. vnde dicet Iudex his, qui à ſiniſtris erunt, *Ite maledicti in ignem æternum*: ibi enim ſtatuet hœdos à ſiniſtris.

Eccleſia. — *Ezech. 7. 6. Geneſ.* — *Philoſophus* — *Pſal. 15. 11*

Dextera verò eſt potentia creantis, & punientis vel temporaliter vel æternaliter: æternaliter, *In manu dextera eius ignea lex*; quia qui eam non cuſtodierunt, igne æterno punientur. Temporaliter: *tetendit arcum ſuum* quaſi inimicus, & parauit illum, quaſi hoſtis. Item: *Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine &c.* Si ergo conſidero infernum ſub me cruciantem, læua eius ſub capite meo: ſi ſuper me creatorem punientem, dextera amplexatur me.

Deut. 33. 2. Cur in manu Dei ſit ignea lex. — *Exod. 15. 6*

Homo triplex. CCXXXIX.

NOtandum autem, quod eſt homo ſenſualis, & eſt homo rationalis, & eſt homo ſpiritualis: quilibet horum habet ſuam læuam, & dexteram, à quibus amplexum accepit. Primus voluptatibus ſe implicans, læuam habet aduerſitatem, dexteram voluptuoſam proſperitatem. Vnde Abraham ad Loth: *Si ad ſiniſtram ieris ego dexteram tenebo.* Per Abraam, qui dicitur Pater excelſus, ratio; per Loth qui interpretatur Declinans, ſenſualitas intelligitur. Secundus, ſcilicet rationalis, naturas rerum conſiderans, læuam habet ſub ſe, pœnam inferni, quam fugit; dexteram ſuper ſe, potentiam punientis, ad quam fugit; vnde: *Si tu dexteram tenebis ego ad ſiniſtram pergam.* Tertius, videlicet ſpiritualis, læuam habet ſub capite, ſpiritualia bona, in quibus caput ſuum, id eſt animam reclinat; dexteram ſuper, id eſt, æterna bona, quæ deſurſum expectat; vnde *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

Gen. 13. 9. Abraam interpretatur. Loth interpretatur. — *Ibidem.* — *Cant.*

Læua Dei tribus ſupponitur.
S. CCXL.

1. Reg. 2. 8. LÆua manus Dei ſupponitur lapſo, vt erigat de ſteriore; vnde: *Suſcitans de puluere egenum, & de ſtercore eleuans*. Supponitur iuſto, ne deficiat in labore; Galat. 6. 9. vnde: *Bene autem facientes nō deficiamus; tempore enim ſuo metemus, non deficiētes*. Supponitur deuoto; vt, *in pace in idipſum* Pſal. 4. 9. *dormiat, & requieſcat*, in ſupernorum cognitione; vnde: *Ego dormiui, & ſopo-* Pſal. 3. 6. *ratus ſum, & exurrexi, quia Dominus* Pſal. 36. 24. *ſuſcepit me*. Primus eſt: *Cùm ceciderit nō collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam*. ſecundùm iſtum dicitur læua quaſi leuans manus, vel læſis valens. Secundus Pſal. 141. 7. dicit: *Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis*; ſecundum quæ dicitur læua, quaſi leoies cadē- Iſa. 49. 2. tes. Tertius dicit: *In vmbra manus ſuæ protexit me*; ſecundum quod dicitur læua quaſi læta vacantibus.

Dextera Dei tria facit.
S. CCXLI.

DExtera verò, quæ ſuperponitur, tria facit; tangit, ſtringit, vnit. Tangit, vt ſuper omnia diligat Deum, propter quod dicitur de vinea, quam tranſtulit de Ægypto; *Perfice eam quam plantauit dex-* Pſal. 16. 5. *tera tua*. Stringit, vt inſeparabiliter Deo adhæreat, & vnus efficiatur cum eo ſpiritus. Vnit, vt in regno cum ipſo pariter gaudeat, & vnum fiat caput, & corpus; ſcilicet homo, & Deus. Primus dicit: Rom. 5. 5. *Diffuſa eſt gratia in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Secundus dicit: *Adhæſit anima mea poſt te*. Tertius: *Erit Deus omnia in omnibus*. Anima itaque, quæ ſic ſuſpenſa eſt inter hanc læuam, & dexteram, merito dicit cum ſponſa: *Læua eius ſub capite meo*. Cōtingit autem aliquando, vt aliquis illuminatus intelligentia ſupernorum, ex vehementia amoris minus habeat diſcretionis, quin ad dexteram ſe erigat, & in ſiniſtra remaneat. Intellectus enim aliquādo oblitus inferiorum, pietatis opera poſt ponit, ſupernorum illectus iucunditate: aliquando autem pijs operibus intentus ſupernorum obliuiſcitur. Intellectus iſte eſt Ioſeph, qui dicitur Augmentum, pri- *Ioſeph interpretatio.* mogenitum filium ſuum poſuit ad dexteram patris; ſcilicet, Manaſſem, qui dici- *Manaſſem interpretatur.* tur obliuio: Ephraim vero ad ſiniſtram, qui dicitur fructificatio: ſed Iacob manus *Ephraym interpretatur.* ſuas cancellauit, ponens dexteram ſuper Ephraim, ſiniſtram ſuper Manaſſem.

Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, per capreas, ceruoſque camporum, vt non excitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Cap. IV.

PRohibentur adoleſcentulæ, quas filias Ieruſalem dicit, ne inquietent ſponſam, quæ inter læuam, & dexteram ſponſi dormierat. Ipſæ enim, licet infirmæ, ei adhærent ſpe proficiēdi, & proficiſcendi in Ieruſalem: & quia per ſe hic nō poſſūt, eius egent ope; ſed prohibentur, vt non hāc excitent, niſi *De proprietate capreæ, & cerui.* ad eius voluntatē. Dormitio illa contemplationis eſt: cerui, & capreæ, per quas adiurantur, creduntur Beatorum animæ, & Angeli, propter leues ſaltus. Item caprea acutè videt, locis ſublimibus delectatur, & remotis; velociter currit fuga celeri, humanos declinat aſpectus. Acute videbat qui dixit: *Nos autem reuelata* 2. Cor. 3. 18. *facie ſpeculabimur gloriam Dei &c.* In ſu- Pſal. 101. 8. blimi erat qui dixit: *Factus ſum ſicut paſſer. ſolitarius in tecto* Velociter currebat Dauid dicens: *Viam mandatorum tuorum cucurri, dum dilataſti cor meum*. Ad ſecreta fugerat loca, qui dicebat. *Ecce* Pſal. 54. 8 *elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*. Cerui ſimul gradiuntur, portantes alter *Quare Cerui ſimul gradiantur.* alterius onera: hi ſunt qui inuicem ſibi ſunt ſolatio, vt ait Apoſtolus; *Alter alte-* Gal. 6. 2. *rius onera portate*. Oculis caligantes ſerpentes occidunt; vt Dauid: *In matutino* Pſal. 100. 8.

inter-

Digitized by Google

interficiebam omnes peccatores terræ. Ad
fontes ſitientes currunt, & ſic lumen re-
Pſal. 35. 10. cipiunt; vnde: *Apud te eſt fons vitæ, & in*
Matth. 19. 27 *lumine tuo videbimus lumen.* Vetuſtatem
deponunt dicentes: *Ecce nos reliquimus*
omnia, & ſecuti ſumus te. Item hic duo
genera ſpeculationum oſtenduntur: ſci-
licet, propriæ circumſpectionis, per cer-
uum, qui ſerpentes deuorat, & viſum
recipit: hæc fit in campis conuerſationis.
Differentia inter ceruum & capram. Sed capra aſcendit montes, acute videt:
hæc eſt anima, quæ in altum quaſi ſolium
ſcandit, contemplando Deum; in quo
erat Iſaias, cùm diceret: *Vidi Dominum.*

De triplici ſolio. §. CCXLII.

Nota bene. TRiplex eſt hoc ſolium. Primum eſt
excelſum, quod eſt conſideratio ma-
chinæ mundialis, in quo Deus videtur
Pſal. laudabilis propter opera; vnde: *Laudate*
eum Sol, & Luna. Secundum eſt excelsũ
quod eſt ſpeculatio cæleſtis patriæ, in quo
1. Cor. 2. 9. videtur Deus amabilis; vnde: *Nec ocu-*
lus non vidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus
diligentibus ſe Tertium eſt eleuatio, quod
eſt contemplatio diuinæ maieſtatis, in
quo eſt Deus admirabilis incomparabili
Pſal. 67. 36. potentia; vnde: *Mirabilis Deus in ſanctis*
ſuis, ipſe dabit virtutem, & fortitudi-
nem.

Præmium triplex. Primum.
§. *CCXLIII.*

IN primo eſt creatio cuiuſlibet exiſten-
tis; vnde, *In principio creauit Deus*
Gen. 1. 1. *cælum, & terram.* In ſecundo creatio
peccatoris; vnde, *Ecce agnus Dei, ecce*
qui tollit peccata mundi. In tertio, repa-
Phil. 3. 21. ratio corruptionis; vnde: *Reformabit cor*
pus humanitatis noſtræ, configuratum
corpori claritatis ſuæ.

Secundum, triplex. CCXLIV.

IN ſecundo ſolio, id eſt, excelſo ſunt
tria, vnde eſt amabilis. Regni claritas;
Apoc. 21. 23 vnde: *Ciuitas illa non indiget Sole, neque*
Luna, vt luceant in ea, quia claritas Dei
illuminat eam, & agnus erit lucerna eius.
Gal. 6. 10. Angelorum ſocietas; vnde: *Non erimus*
hoſpites, et aduenæ, ſed erimus ciues ſan-
ctorum, et domeſtici Dei. Habitantium
Iſa. 19. 2. ſocietas; vnde: *Omnes paſcuntur, et ac-*
cubabunt, et non erit qui exterreat.

Tertium, quadruplum.
§. *CCXLV.*

IN tertio ſolio, ſcilicet eleuato, ſunt
quatuor conſideranda. In primo vide-
mus eius naturam incorruptibilem, &
noſtram dolemus infirmitatem. vnde
Abraam, *Loquar ad Dominum meum,* Gen. 18. 27.
cùm ſim puluis, et cinis. Secundò videmus
eius munditiam, & noſtram erubeſcimus
culpam; vnde Iſaias: *Væ mihi, quia vir* Iſa. 6. 5.
pollutus labijs ego ſum, et Dominum vidi
oculis meis. & Iob: *Auditu auris audiui* Iob. 42. 5.
te; nunc autem oculus meus videt te: Id
circo me reprehendo, et ago pœnitentiam in
fauilla, et cinere. Tertiò, videmus eius
diuitias, & noſtram gemimus pauperta-
tem. Vnde Angelum Daniel videns: *Ce-* Dan. 10. 8.
cidi, inquit, *in terram, et non remanſit in*
me ſpiritus, nec habui quicquam virium.
Quarto, videmus eius gloriam, & no-
ſtram videmus in eo ſalutem. Vnde Iacob
viaens eum ait: *Vidi Dominum facie ad* Gen. 32. 30
faciem, et ſalua facta eſt anima mea. Inde
deuote canit Eccleſia, videns, & deſide-
rans ſalutem; in qua ſunt gaudia ſancto-
rum, dicens.

Gaudium triplex. §. *CCXLVI.*

G*Audent in cælis animæ ſanctorum,* Eccleſia.
qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti.
Gaudeant gaudio non temporali, non
iam ſpirituali, ſed cæleſti. Eſt gaudium
temporale, eſt ſpirituale, eſt cæleſte. Pri-
mò gaudent in terris animæ malorum, Diuerſitas gaudij malorum, & ſanctorum.
& mundi fallacia ſunt ſeducti: & quia
pro eius amore laborauerunt, ideo cum
diabolo cruciabuntur in æternum. Secun-
dò gaudent in donis animę iuſtorum, &
Dei gratia ſunt imbuti: & quia mundi Re-
gnum deſpiciunt, ideo merentur ſempi-
ternum. Tertiò, *Gaudent in cælis animæ* Eccleſia.
ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſe-
quuti, & quia pro eius amore ſanguinem
ſuum fuderunt: ideo cum Chriſto regna-
bunt in æternum.

Primum triplex. §. CCXLVII.

PRimo gaudio tripartito gaudent ma-
li. Primò, quia abutuntur bonis
temporalibus: ſecundò, in gloria nomi-
nis: tertiò, quia *lætantur cùm male fe-* Prou. 2. 14.
cerint, & exultant in rebus peſſimis. Iſta
ſunt tria difficilia Salomonis; *Via nauis* Prou. 36. 19.
in

Digitized by Google

in mari: via Aquilæ in cælo: via colubri
ſuper petram. Primi confidunt in virtu-
tes ſuas, *& in multitudine diuitiarum*
Pſal. 48. 7 *ſuarum gloriantur*; vnde Poeta.

Diuitiæ turpi fregerunt ſæcula luxu,
Poeta. *Diuitijs alitur luxurioſus amor.*

Tales dicunt: *Venite & fruamur bonis*
vino pretioſo, & vnguentis nos implea-
Sap. 2. 7. *mus; non ſit pratum, quod non pertran-*
ſeat luxuria noſtra. Sed quod peritura
ſint oſtendit Iob: *Tenent tympanum,*
& citharam; gaudent ad ſonitum organi,
Iob 21. 12. *ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad*
inferna deſcendunt: ſicut ille diues, *qui epu-*
Luc. 16. 19. *labatur quotidie ſplendide*, ſepultus eſt in
Pſal. 48. 12. inferno. Secundi, *Vocauerunt nomina*
Iac. 4. 16. *ſua in terris ſuis*; inde Iacob: *Nunc exul-*
tatis in ſuperbijs veſtris. Omnis exulta-
tio talis, maligna eſt. Et Dominus: *In*
hoc nolite gaudere, quòd Dæmones ſubij-
Luc. 10. 20. *ciuntur vobis*. Sed & finem habent; vn-
Iob 20. 5. de: *Hoc ſcio ab initio, quia laus impio-*
rum breuis eſt, & gaudium ipſorum ad
Dan. 4. 27. *inſtar puncti*, & Nabuchodonoſor: *Non-*
ne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædi-
ficaui in domum regni, in robore fortitu-
dinis meæ & in gloria decoris mei? & au-
diuit: *Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex,*
Ibidem. *Regnum transferetur à te*. Tertijs dicitur:
Quid gloriaris in malitia, qui potens es in
iniquitate? Hi *lætantur cùm male fece-*
Pſal. 51. 3. *rint, & exultant in rebus peſſimis*. Inde
Poeta.

Poeta. *Ergo non aliter poterit dormire;*
quibuſdam,
Somnum rixa facit,

Iob 31. 29. Et Iob: *Si gauiſum eſt in abſcondito cor*
meum, & lætatus ſum, ad ruinam eius,
qui oderat me. Inde ſcriptum eſt: *Et in*
malitia ſua lætificauerunt Regem.
Talis fuit Nero, & Herodes. De omni-
Luc. 6. 25. bus dicitur. *Væ vobis, qui ridetis nunc,*
quia plorabitis, & flebitis vos. Et Salo-
Prou. 14. 13. mon: *Riſus dolore miſcebitur &c.* Item:
Eccl. 2. 2. *Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi:*
Tob. 5. 11. *Quid fruſtra decipieris?* & Tobias: *Qua-*
le gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, &
Matth. 5. 5. *lumen cæli non video* contra: *Beati qui lu-*
gent, quoniam ipſi conſolabuntur. Sed
iſti cum diabolo cruciabuntur in infer-
Iacob 4. 9. num. & Iacob: *Riſus veſter vertetur in*
luctum, & gaudium veſtrum in voces
flentium.

Gaudium ſpirituale triplex. §. CCXLVIII.

Gaudium ſpirituale tripertitum eſt. Primo enim gaudemus de vitatio-
ne incommodi; vnde: *Lætamini cum Ie-*
ruſalem. Secundò, de adeptione com-
modi; vnde, *& diem feſtum agite omnes*
qui diligitis eam. Tertiò de ſpe futuri Iſa. 66. 10.
Regni; vnde: *Gaudete vniuerſi omnes*
qui lugetis ſuper eam. Primum eſt noui-
tiorum, qui pſallunt in cithara, quæ ſonat
ab inferiori: ſecundum virtuoſorum, qui
pſallunt in pſalterio, quod ſonat à ſupe-
riori: tertium eſt perfectorum, qui ſer-
uiunt amori. De primo lætatur homo;
vnde Paulus: *Qui priùs fui blaſphemus,* 1. Tim 1. 13
nunc miſericordiam ſum aſſequutus. Læ-
tatur proximus; vnde bonus ille Pater: Luc. 15. 32.
Fili gaudere oportebat, & lætari, quia
filius meus mortuus fuit, & reuixit; pe-
rierat, & inuentus eſt. Lætatur Ange-
lus; vnde: *Gaudium eſt Angelis Dei ſu-* Ibidem.
per vno peccatore pœnitentiam agente.
Omnis diſciplina videtur in præſenti non
eſſe gaudij, ſed mœroris. Item: *Mu-* Io. 13. 21.
lier cum parit &c. De adeptione com-
modi, id eſt, virtutum: dicit Apoſtolus: Rom. 14. 17.
Non eſt Regnum Dei eſca & potus, ſed
iuſtitia, & pax, & gratia in ſæcula ſæculo-
rum. Item: *Gaudete in Domino ſemper;* Io. 14. 28.
iterum dico, gaudete. Gaudete in Domi-
no ſemper corde. *Iterum dico, Gaude-*
te, operis exhibitione. *Si diligeretis me,*
ait, *gauderetis, vtique*. Item: *Veniam* Ibidem.
ad vos, & gaudebit cor veſtrum: ſed pro-
pter dona Spiritus ſancti. Et Zacchæus
ſuſcepit Dominum gaudens in domum
ſuam; id eſt, in ſuſceptione donorum.
De ſpe Regni gaudent, ſicut ait Iob, qui
effodientes theſaurum & gaudent vehe-
menter cùm inuenerint ſepulchrum.
Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei; quia
ſicut lætantium omnium habitatio eſt in Pſal. 86. 3.
te. Ideoque *lætatus ſum in his, quæ di-*
cta ſunt mihi: In domum Domini ibimus. Pſal. 121.
Primi potantur à lacte: ſecundi ſatiantur
ab vberibus conſolationis eius: tertij epu-
lantur ab introitu gloriæ genitum. His
dicitur: *Gaudete & exultate, quoniam* Luc. 6. 23.
merces veſtra copioſa eſt in cælis. Nam
gaudebunt de bonis, ſcilicet viſione, frui-
tione & tentione. Tanto gaudio gau-
dent in cælis animæ ſanctorum, qui Chri-
ſti veſtigia ſunt ſecuti.

In tribus Chriſti veſtigia ſequuntur. §. CCXLIX.

In tribus enim Chriſti veſtigia ſunt ſe-
cuti: ſcilicet, in religioſa conuerſa-
tione: in caſtitatis puritate: in martyrij
perpeſſione. Hæc tria figurata ſunt in
tabernaculo Moyſi. Propter conuerſa-
tio-

tionem erant ibi ſaga cilicina; propter
caſtitatis puritatem, pelles hyacinthinæ;
propter martyrii perpeſſionem, pelles arie-
Hebr. 11.37 tum rubricatæ. In conuerſatione; *cir-*
cuierunt in melotis, in pellibus caprinis,
egentes, anguſtiati &c. De his in fine di-
Sap. 5. 3. cturi ſunt reprobi: *Nonne iſti ſunt, quos*
aliquando habuimus in deriſum &c: Nos
Ibidem. *inſenſati putabamus vitam illorum inſa-*
niam, & finem illorum ſine honore. Ecce
quomodo computati ſunt inter filios Dei.

Hymn. *Hi ſunt quos retinens mundus in-*
horruit:
Ipſum nam ſterili flore per aridum
Spreuere penitus, teque ſecuti ſunt,
Rex Chriſte bone cælitus.

Hebr. 11. Martyres quoque, Chriſti veſtigia ſunt
ſecuti: nam *lapidati ſunt, ſecti ſunt, ten-*
tati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt.

Hi namque furias, atque ferocia
Calcarunt hominum, ſæuaque ver-
bera:
Ceſſit his lacerans fortiter vngula,
Nec carpſit penetralia.
Caduntur gladijs more bidentium;
Non murmur reſonat, non queri-
monia:
Sed corde tacito mens bene conſcia
Conſeruat patientiam.

Sed audi præmium:

Quæ vox quæ poterit lingua retexere
Quæ tu martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido ſanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.

Iacob 1. Item his dicitur: *Omne gaudium exiſti-*
mate, cum in tentationes varias incide-
Io. 16. 20. *ritis mundus autem gaudebit, vos autem*
contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra
Hebr. 12. 2. *vertetur in gaudium* Iſti reſpiciunt *in au-*
ctorem fidei, & conſummatorem Ieſum,
qui propoſito gaudio crucem ſuſtinuit,
confuſione contempta: & nunc *in dextera*
Dei ſedet. Primi ſunt ſaga cilicina: iſti
verò pelles arietum rubricatæ: tertij verò
pelles hyacinthinæ, quæ cæli colorem
habent. Caſtitas enim, cæleſtis eſt vita:
nam præter carnem in carne viuere, non
humana ſed angelica eſt vita. Primi ab-
negant ſemetipſos: ſecundi tollunt cru-
cem ſuam: tertij ſequuntur Chriſtum: nam
Apoc. Virgines *amicti ſtolis albis ſequuntur*
agnum quocumque ierit. Nam in alijs
omnibus confeſſores, martyres, ſequun-
tur Chriſtum; præter quam eùm in deco-
re virginitatis incedit. In his enim de-
Hymn. lectatur ſponſus, *qui paſcitur inter lilia,*
ſeptus choreis virginum. Primi ſugien-
tes Iezabel, & fluxum vanum mundi hu-
ius, cum Helia tendunt ad montem Dei
Oreb, recubantes ſub vmbra iuniperi. Se-
cundi venerunt cum Stephano *ex magna* Apoc.
tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in
ſanguine agni. Tertij cum ſapientibus
virginibus ſuas purificant lampades; qui-
bus accenſis præſtolantur aduentū ſpon-
ſi. Iſti omnes ſeminauerunt in lacrymis,
& ideo in gaudio metent. Nam *euntes* Pſal. 125. 6
ibant, & flebant mittentes ſemina ſua:
venientes autem venient cum exultatione, Iſa. 9. 3.
portantes manipulos, ſuos. Lætabuntur,
ait, *coram te ſicut lætantur in meſſe, ſi-*
cut exultant victores capta præda. quando Pſal. 149. 5.
exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur
in cubilibus ſuis. Ecce *gaudent in cælis* Ecclaſia.
animæ ſanctorum, qui Chriſti veſtigia
ſunt ſecuti. Primum gaudium inſultat Eccl. 22.
ex mundi errore; vnde: *Riſum reputaui*
errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra
deciperis? Secundum gaudium exultat
Dei amore; vnde: *Si diligeretis me, gau-* Io. 14. 28.
deretis vtique &c. Tertium gaudium
exultat in Regni honore; vnde: *Qui pro*
Chriſti amore ſanguinem ſuum fuderunt,
ideo cum Chriſto regnant in æternum. Re-
gnantis eſt conculcare aduerſitates; gau-
dentia, delectari propter adeptas bene-
dictiones. Regnabunt itaque, quià
calcarunt laqueos culpæ, corruptionem
huius miſeriæ, pœnam gehennæ. Vnde
Dauid: *Exaltabo te Domine, quoniam* Pſal. 29. 2.
ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos
ſuper me; vt me caperent culpæ laqueis.
Domine Deus meus clamaui ad te, & ſa- Pſal. 29. 3.
naſti me: à miſeria corruptionis. *Domi-* Idem 4.
ne eduxiſti ab inferis animam meam, ſal-
uaſti me à deſcendentibus in lacum; ne
crucier gehennæ ignis.

De tribus gaudent Sancti.
S. CCXL.

Ecce iſti cruciant, ſed & gaudent in
tribus: ſcilicet, quia ſocios habent
Angelos, quos hic Patronos habuerunt;
vnde: *Neque nubent, neque nubentur,* Marc. 12. 25.
ſed erunt ſicut Angeli Dei. Quòd Dei
ſecreta intelligunt, quæ hic obſcurè au-
dierunt; vnde: *Erunt omnes docibiles Dei.* Io. 6. 45.
Quòd Deum videbunt facie ad faciem,
quem hic deſiderando amauerunt; vnde: Luc. 3. 6.
Reuelabitur gloria Domini, & videbit om-
nis caro ſalutare Dei. & Iob: *Et in carne* Iob 19. 26.
mea videbo Deum Saluatorem meum, cui
eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.
Amen.

Terra ſunt quinque S. CCLI.

Luc. 2. 4. TErra dicitur mundus; Vnde: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Et cor humanum, vnde: *Terra noſtra deſerta*. Et vterus Beatæ Virginis;
Iſa. 62. 4.
Pſal. 84. 2. inde: *Et terra tua inhabitabitur*. Et Eccleſia: *Benedixiſti Domine terram tuam*.
Pſal. 26. 13. Et patria Cæleſtis; inde: *Credo videre bona Domini in terra viuentium*. Prima plena eſt maieſtate eius, per operum varietatem: ſecunda conditi ſumus ad imaginem eius, & ſimilitudinem: tertia, per incarnationem: quarta, per miraculorum operationem: vltima, per gloriæ plenitudinem. In prima Maieſtatis reſulget ſapientia: in ſecunda, beneuolentia: in tertia, gratia: in quarta, potentia: in quinta, altiſſima Dei magnalia. Seraphim, quæ ſtabant ſuper ſolium illud, dicuntur duabus alis velare pedes eius, id eſt, Humanitatem noſtram: ipſæ, ſunt temporalia bona, quibus regimur, id eſt, protegimur; & ſapientia, qua nos in his temperamus. Et duabus dicuntur velare faciem eius: ipſæ ſunt amor æternorum bonorum, & dulcedo amoris eius; quia quanto plus amoris æternitatem inueſtigamus, tanto incomprehenſibiliorem inuenimus; vnde: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*. Sic, Pſal. 63. 7. & de dulcedide; quia quanto plus amatur, tanto amabilior inuenitur. Et duabus volabant: ſcilicet, ſpiritualibus bonis, & fortitudine: ſpiritualibus enim ſubleuamur, fortitudine ſuſtentamur, ne cadamus. De his dictum eſt diffuſiùs ſuperiùs.

Vox dilecti mei. Cap. V

VIDENS ſponſa adoleſcentularum verecundiam, & timorem, quia arcentur à quiete eius ſolicitanda, aſſerit hoc factum Dei diſpenſatione, quaſi excuſans ſe;
Cant. 2. 8. vnde dicit; *Vox Dilecti mei* præcipientis hoc; Dilecti dico, qui poſt vocem venturus eſt in proximo; vnde ſequitur: *Ecce iſte veniet ſaliens in montibus*.
Ibidem.

Ex quatuor cauſis vocem Dei colligimus. S. CCLII.

QVatuor ex cauſis vocem Dei læti colligimus. Ex ratione, qua voluntaria eius arcana penetramus: ex interna gratia, qua cum eius cognitione ad amorem eius compungimur: ex cognitione ſcripturarum, qua eius voluntatem largiùs contemplamur: ex electorum exemplo, quo ad virtutis inſtantiam, noſtram confortat ignauiam.

Vox triplex. S. CCLIII.

NE autem hanc Dilecti vocem inteiùs audiamus, audientes ſequamur, ſequentes aſſequamur, multa impediunt, & maxime tria: Vox carnis, vox mundi, vox diaboli. Vox carnis, per deſideria voluptatum: vox mundi, per appetentiam dignitatum, honorum, gloriæ, diuitiarum: vox diaboli, per inuidentiam fraternorum profectuum. Caro itaque luxurioſa, mundus pompoſa, diabolus venenoſa ſuggerit. Caro per voluptatiam fluidos: mundus per ambitioſa, inflatos: Diabolus per venenoſa reddit tepidos. Hæc vero eſt vox Dilecti ad æterna gaudia prouocantis, ad ardua innitantis, ad ſolida humilitatis exhortantis, oleum charitatis infundentis.

Triplex effectus vocis. S. CCLIV.

QVi verò dilectus eſt, increpat errantem, confortat pugnantem, laudat triumphantem. Eſt enim vox comminantis, & eſt vox commonentis, & eſt vox conuocantis. Prima arguit erroneum: ſecunda confortat obedientia ſubiectum: tertia demulcet deuotum. Primum, vt reſipiſcat; vnde: *Vox Domini* Pſal. 28. 3.
ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit.
Secundum, vt conualeſcat; vnde: *Vox* Ibidem 4.
Domini in virtute. Tertium, vt *in pace* Pſal. 4. 9.
in idipſum dormiam, & requieſcam: vnde: *Vox Domini in magnificentia*. Super Pſal. 28. 4.
aquas, vt peccator conuertatur: in virtute, vt operans roboretur: in magnifi-

centia, vt deuótus accendatur. Prima,
Ibidem. *Confringentis cedros*, id eſt, ſuperbos, vt
Ibidem. agatur pœnitentia. Secunda, *intercidentis flammam ignis*, vt interrumpatur tentatio luxurioſa: *& concutientis deſertum*,
vt debilitetur tribulationis anguſtia.
Ibidem. Tertia, *præparantis ceruos*, vt ſpineta
ſolicitudinum, florentia quærant paſcua,
& vbertima. De prima: *Intonuit de*
Pſal. 17. 14. *cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem*
ſuam. Vocem tuam, Domine, ait Adam,
Pſal. 94. 8. *audiui in Paradiſo, & timui*. Propterea,
hodie ſi vocem eius audieritis, nolite ob-
Io. 10. 10. *durare corda veſtra*. De ſecunda: *Oues*
meæ vocem meam audiunt. De tertia:
Io. 3. 29. *Amicus ſponſi ſtat, & audit, & gaudet gaudio propter vocem ſponſi*.

Triplex vox Dilecti; §. CCLV.

TRiplex eſt vox ad Dilectum pertinens, Vox Prophetica prophetarum ad populum non credentem, quæ
Chriſtum longe ante nunciauit venturũ;
Iſa. 19. a vnde: *Aſcendet Deus ſuper nubem leuem,*
& ingredietur Aegyptum. Vox angelica
Gabrielis ad Virginem, quæ Chriſtum
nuntiauit iam proximum; vnde: *Ecce*
Luc. 1. B *concipies in vtero, & paries filium*. Vox
Quaſi vox dilecti. euangelica, quæ docuit iuſtum, quid eſ-
ſet petendum; & hæc eſt vox Dilecti ad
Matt. 6. b. rudem populum, propter fidei nouitatem; vnde: *Sic orabitis. Pater noſter,*
qui es in cælis &c. Quid vero nobis petendum ſit, docebat iuſtus ille, cùm popu-
2. Mach. 1. a lum ſuum inſtrueret, ſic: *Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis*. Ecce tria, quæ petenda ſunt
iuſto: ſcilicet, apertio cordis, compoſitio pacis, conſolatio peregrinationis.
Primam, ad ſuſcipiendam charitatis infuſionem, vt diligamus ardentiùs; vnde:
Rom. 5. a *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, &c.* Secundam, ad vitæ tranquillitatem, vt vacemus Deo liberiùs; vnde:
Cant. *Ego dormio, & cor meum vigilat*. Tertiam, ad viæ ſecuritatem, vt ambulemus
ſecuriùs; vnde: *Si ambulauero in medio*
Pſalm. *vmbræ mortis, non timebo mala, quoniã*
tu mecum es. &, *Libera me, & pone me*
Iob. *iuxta te &c.* De primo ſponſa: *Oleum*
effuſum nomen tuum. De ſecundo: *Le-*
Cant. *ctulus noſter floridus*. De tertio: *Tenui*
illum, nec dimittam &c.

De cordis varietate. §. CCLVI.

NOtandum, quòd cor peccatoris;
Primò perit, ſi eum anima moritur
intus, nec habet Dei memoriam. vnde:
Periit memoria eorum cum ſonitu. Secun- Pſal. 9. 6.
dò, diſperit, id eſt, in diuerſas partes perit, cùm corpore operatur conceptam
intus nequitiam; vnde: *Diſperierunt in*
Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ. En- Pſal. 82. a
dor enim fons generationis dicitur, hoc Endor interpretatur.
eſt, corpus, quod generat, & generatur. Facti ſunt itaque vt ſtercus terræ,
ſcilicet fœtidi. Tertio, diabolus operit,
ſcilicet, cùm perducit ad obſtinationis
duritiam; vnde: *Operti ſunt iniquitate,* Pſal. 72. a
& impietate ſua. Quarto, Dominus aperit, cùm dat faciendi gratiam; vnde:
Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege 2. Machab. 1. a.
ſua. Primi ſunt puella mortua in thalamo matris, id eſt, anima interiùs; hoc
eſt, amphora, in qua ſedet impietas, quam
portant duæ mulieres in terram Sennaar.
Secundi ſunt adoleſcens defunctus iam
extra portam ciuitatis. Inde Ezechiel:
Aquila prægrandis magnarum alarum, Ezech. 17. a
longo membrorũ ductu habens plumas, &
varietate multas ad Libanum, & tulit medullam cedri, & tranſiuit in terram Sennaar. Tertij ſunt Lazarus quatriduanus
in ſepulchro. His dicitur per Prophetam:
Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum Baruch. 3. b
es? &c. Quarti ſunt, quibus aperit Dominus ſepulchrum, & ſuſcitat cum Lazaro.

Cor tribus aperitur. §. CCLVII.

NOtandum, quòd & nos aperimus,
& Dominus aperit tribus modis.
Primò, magiſtro per confeſſionem: ſecundo, Deo per deuotionem: tertio, proximo per ædificationem. Primum tibi confert puritatem: ſecundum, in Domino
voluntatem: tertium, proximo ſanitatem. De primo Dominus: *Ephpheta, quod*
eſt, adaperire. De ſecundo: *Aperi mihi*
ſoror mea. Item: ego ſto ad oſtium, &
pulſo; &, *Qui aperuerit mihi ianuam,*
intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. De Apoc. 3. 20.
tertio: *Aperi Libane ſaltus tuos*. Liba- Zach. 11. a
nus candidatio dicitur: eius ſaltus aperiunt, qui flores virtutum proximo oſtẽdunt: & fortis illa mulier *manum ſuam*
aperuit inopi.

Tri-

Digitized by Google

Tripliciter aperit Deus cor noſtrum.
§. CCLVIII.

TRes ſunt apeitiones Domini. Ape-
rit enim coe noſtrum ad intelligen-
tiam mandatorum, & charit atis infuſio-
nem. Aperit ſuum ſcerctum in admita-
tionem. Aperit Regnum ſuum ad glo-
2. Macc. 1. 1 rioſam ſuſceptionem. De primo. *Ada-
periat Dominus cor veſtrum in lege ſua.*
Item: *Rorate cæli deſuper & nubes pluant*
Iſa. 45. 6. *iuſtum*, vt creſcat in nobis agnitio chari-
tatis. De ſecundo item: *Cælum apertum*
Apoc. 11. d *eſt, & arca Dei viſa eſt in eo.* &, *Stepha-*
Matt. 25. a *nus vidit cælos apertos.* Et de Chriſto:
Cæli aperti ſunt ſuper eum. De tertio,
fatuæ virgines: *Domine Domine aperi no-*
Eccleſia. *bis.* Et Beata Maria: *Paradiſi Portæ per
te nobis aperta ſunt.* Et Dominus eſt
eleuatus nubibus *& oſtium apertum eſt in
cælo*: Item, *Ecce aperio*, ad gratiæ infuſio-
nem, Sequitur pax ad Dei vocationem.

Pax tria facit. §. CCLIX.

NOta quòd ex pace quidã ſunt diſſo-
luti, quidam remiſſi deuoti. Primi
ſunt ſerui, qui ſemper male agunt, niſi fla-
gellentur: ſecundi mercenarij, qui bonũ
melius agunt, ſi excitentur: tertij ſunt fi-
lij, qui tantum melius agunt, quantum
ſuæ libertati relinquitur. De primo, *Si-
luit terra multis annis, & appoſuerunt
filij Iſrael facere malum*; ſed per flagella
Pſal. 77. b *humiliatum eſt cor eorũ in laboribus &c.*
&, *Clamauerunt ad Dominum &c.* vt di-
Pſal. 22. b cerent: *Virga tua, & baculus tuus, ipſa
me conſolata ſunt.* Et Poeta,

*Cernis vt ignauum corrumpant otia
corpus,*
*Et capiant vitium, ni moueantur a-
quæ,*

Oſee 2. 7. Et Propheta: *Vadam, & reuertar ad vi-
rum meum priorem, quia bene mihi erat*
Iſa. 54. 7. *tunc magis quàm nunc.* De ſecundo: *Ad
punctũ in modico dereliqui te & in miſera-
tionibus magnis congregabo te*; & Poeta.

Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo

Ideo Iob eſt flagellatus, Tobias excæ a-
tus. De tertio, ſponſa in canticis: *In* Cant.
*lectulo meo per noctem quæſiui quem dili-
git anima mea: quæſiui illum, & non in-
ueni. Paululum, cùm pertranſiſſem*, ſci-
licet noctem tribulationis, *inueni quem
diligit anima mea*; ſcilicet in pace deuota:
& ſic *in pace in idipſum dormiam, & re-* Pſal.
quieſcam. Et Apoſtolus: *Pax Dei, quæ* Philipp. 4. 6.
*exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda
noſtra.* Ecce de pace ad Dei vacatio-
nem: ſequitur, *nec vos deſerat in tempo-
re malo*, ad ſecuritatem.

Tempus triplex. §. CCLX.

TEmpus malum tripliciter accipitur.
Dicitur enim tempus malum, hoc
miſerabile exilium; inde dicitur per Iob:
Homo natus de muliere, breui viuens tem- Iob 14. 1.
plo, repletur multis miſerijs. Dicitur tem-
pus malum imminens periculum; vnde
Apoſtolus: *Nouiſſimis diebus inſtabunt
tempora periculoſa.* Dicitur tempus ma- Eccleſia.
lum, extremum iudicium; vnde: *Dies il-
la, dies iræ, calamitatis, & miſeriæ.* Opor-
tet ergo ne nos deſerat in tempore malo
hoc: primo, vt in ſuſtinendo hoc exilium,
habeamus patientiam: ſecundo ne per
periculum tentantionis incidamus in
culpam: tertio, ne incidamus in ge-
hennam. Propter primum ait: *In via* Pſal. 31. 8.
hac, qua gradieris, firmabo ſuper te ocu-
los meos. Propter ſecundum ait: *Cùm* Iſa. 43. 2.
*ambulaueris per ignem, non combureris,
& flamma* tentationis *non ardebit in te
&c.* Propter tertium: *Inuocabitis me, &* Ierem. 29. 14.
*ego exaudiam vos, & reducam captiuita-
tem veſtram de cunctis locis.* Item: *Oſten-
de faciem tuam, & ſalui erimus.* Item: Idem.
*De quacumque tribulatione clamauerint
ad me, ego exaudiam eos, & ero illis Do-
minus in perpetuum.* Hæc eſt vox Dile-
cti, de qua dicit ſponſa nobis: *Vox Di-
lecti mei.*

Digitized by Google

Ecce venit iſte ſaliens in montibus, & tranſilgens colles, Cap. VI.

NON caſu factum eſt, quòd auditus viſui præponitur: hie eſt enim ordo in Iob: [Iob 42. 5.] *Auditu auris audiui te nunc autem oculus meus videt te. Et factus eſt repente de cælo ſonus*. Poſt hæc *apparuerunt* illis *diſpertitæ linguæ tanquam ignis*; [Act. 2. 3.] & Dauid: [Pſal. 44.] *Audi filia, & vide*. Montes ſunt ſuperiores, Angelis colles inferiores; vnde Propheta: [Iſa. 55. 12.] *Montes, & colles cantabunt coram vobis laudem*. Humanum genus eſt planities. Salijt ergo in montibus, id eſt, in illis ſupernis ſpiritibus, reuelando eis myſterium à ſæculis abſconditum; ſed ab illis vſque ad inferiores Angelos, id eſt, colles deſcendit, ſed, & illos tranſiuit; non enim Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, & ita ad homines deſcendit: minoratus eſt paulominus ab Angelis; ſed & hominibus inferiorẽ ſe præbuit, ſcilicet ſubditus parentibus; ſed, & factus magni conſilij Angelus, ſalijt in montibus, [Chriſtus miniſter noſter.] ad ſimilitudinem Angelorum, nobis miniſtrando. Bonus miniſter, qui carnem ſuam in cibum, ſanguinem ſuum in potum, animam ſuam miniſtrauit in pretium. Tranſijt, Gabrielem præueniens eum ad Mariam Virginem. Salijt in montibus, id eſt, Angelis, in eis apparens antiquis Patribus; & tranſilijt colles, id eſt, Patriarchas, & deſcendit vſque ad peccatores. Iſte Dilectus legitur ſediſſe, legitur ambulaſſe, legitur ſteтiſſe, ſicut hic pios ſaltus dediſſe. In illis ſedet, in quibus vitijs eliminatis per deſiderabilem mentis tranquillitatem ſuauiter requieſcit; vnde, [Ioann. 13.23] *ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. In illis ſtat, quos in bello reddit fortes. In illis ambulat, quos in melius proficere facit. In illis ſaltus dat, quos in contemplatione extollit,

Triplex aduentus Chriſti.
§. CCLXI.

TRiplicem Saluatoris aduentum in manibus habemus. Primus in carne eſt, in quo venit ad redimendum; vnde: [Iſa. 44. 23.] *Redemit Dominus Iacob, & Iſrael gloriabitur*. Secundus, in corde, in quo venit ad ſanandum, quia *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos*. [Pſal. 106.20] Tertius, in maieſtate, in quo venit ad ſaluandum, quia *Saluatorẽ expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*. [Philipp. 3.20] Ob lætititiam huius aduentus canit Eccleſia, quaſi voce dilecti, quæ audita eſt in terra noſtra: [Eccleſia.] *Populus Sion, ecce Dominus veniet ad ſaluandas omnes gentes, & auditam faciet gloriam vocis ſuæ in lætitia cordis veſtri*. In primo auditã fecit miſericordiam vocis ſuæ: in ſecundo gratiam vocis ſuæ: in tertio gloriam vocis ſuæ. Primum ſuſcipimus in mundicia cordis noſtri: ſecundum in iuſtitia cordis noſtri: tertium in lętitia cordis noſtri. Primus fuit implicitus in carne, ſecundus occultus in corde, tertius erit manifeſtus in maieſtate. Primus humilis, ſecundus amabilis, tertius terribilis. In primo venit ad nos cum purpura, & ſacco; purpura Diuinitatis, & ſacco Humanitatis. In ſecundo venit in nos cum carta, & calamo: carta bonæ voluntatis, & calamo diuinę inſpirationis. In tertio venet propter nos cum gladio ſeparationis: *Ite maledicti in ignem æternum*; [Matth. 25. 41] & igne animaduerſionis: *Ignis hoſtes tuos deuoret*. In primo fecit *iudicium meum, & cauſam meam*. [Iſa. 26. 11.] In ſecundo nos erudit ad Religionis diſciplinã. In tertio *faciet iudicium, et iuſtitiam*. In figura huius triplicis aduentus canitur hoc reſponſoriũ: *Aſpiciens à longe*, triplici verſiculo terminatum; [Eccleſia.] primus ad primum, ſecundus ad ſecundum, tertius ad tertium pertinet aduentum. In primo venit ad redimendũ; *Redemptionem* enim *Miſit Dominus populo ſuo*. [Pſal. 110. 9] vere *apud Dominum miſericordia, et copioſa apud eum redemptio*. [Pſal. 129. 7.] Redemit enim nos à morte, à dæmonis poteſtate, à veteri conuerſatione. De primo: *Qui redimit de interitu vitam tuam*. [Pſal. 102. 4.] De ſecundo; *Et ſaluauit eos de manu odientium, et redemit eos de manu tribulationis*. [Pſal. 106. 2.] De tertio: *Non enim corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana conuerſatione veſtræ paternæ traditionis, ſed ſanguine quaſi agni immaculati, et incontaminati Chriſti*. [1. Petr. 1.18] Venit humiliter, quia *Seipſum exinaniuit formã ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, et habitu inuentus, vt homo*. [Philipp. 2. 7.] *O admirabile commercium! animatum corpus ſumens largitus eſt nobis ſuam deitatem*. [Eccleſia.] Cùm eſſet cæleſtis,

Digitized by Google

leſtis, factus eſt hominis filius: cùm eſſet diues, pro nobis factus eſt egenus; ſcilicet, in carne, in qua vit iſte in populo ſuo mitiſſimus apparuit propterea, [Eccleſia.] *Quique terrigenæ, & filij hominum, ſimul in vnum diues, & pauper, ite obuiam ei.* Venit cum purpura Diuinitatis, in qua fecit iudicium meum: in ſacco Humanitatis, [Pſal. 29. 12.] in quo fecit cauſam meam; *Conſcidiſti*, inquit, *ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.*

Triplex iudicium. §. CCLXII.

TRiplex eſt iudicium. Primum inter Deum, & dæmonem: ſecundum inter dæmonem, & hominem; tertium inter Deum, & hominem. Primum factum eſt ab initio, ſcilicet, quando cecidit Angelus de cælo, quia princeps mundi iam iudicatus eſt; ſecundum venit facere Chriſtus, & tertium eſt facturus. Diabolus hominem fraude circumuenit, violenter oppreſſit, iniuſtè detinuit. Primo induxit ad peccandũ: ſecũdò, induxit pœnã inferorũ: tertiò, excluſit iter ad Regnũ. Primum inuidia, ſecundum potentia, tertium malitia. Contra primum, *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei*, [Tit. 3.] ad excluſionem inuidiæ. Cõtra ſecundum, *Venit Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio*, vt liberaret pauperem à potente. Contra tertiũ, *Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, vt viuamus ſobriè, & pie, et iuſte.* Factum eſt iudicium; fecit & cauſam meam apud Patrem. Debebamus enim ei hominem ſine peccato, quem abſtulimus ei in Adam, quando peccauit. Item rei fuimus, quando ipſo relicto, diabolo adhæſimus: viam perdidimus quando à mandatis eius receſſimus: ipſe vero ſoluit debitum, expiauit reatum: item reparauit ad Regnum. Primum naſcendo, ſecũdo moriẽdo, tertio reſurgẽdo, & aſcẽdẽdo. In primo aduẽtu venit ad redimendũ: in ſecũdo ad ſanandũ; in tertio ad glorificandum *Ego*, inquit, *ſanabo contritionem.* Sanat corporalem infirmitatem, ſanat totum hominem. De primo: [Pſal. 40. 4] *Sana animam meam, quia peccaui tibi.* De ſecundo, *Sanauit leproſos.* De tertio; *reformabit corpus &c.* Ipſe enim ſanauit male habentes, & oppreſſos à dæmone, Ipſe eſt, *qui ſanat contritos corde*, verè *Languores noſtros ipſe tulit*; [Pſal.] propterea *Miſit verbum ſuum, et ſanauit eos.* [Pſal. 106. 20] Ideo venit amabilis: ipſe enim eſt *Amator fratrum, et populi Iſrael.* Venit etiã occultus; ipſe enim eſt *Theſaurus abſconditus in agro* cordis. *Si quis*, ait, *aperuerit mihi, introibo ad illum, et cœnabo cum illo, et ipſe mecum.* [Apoc. 3. 4] Alioquin *V* dicet, *vulpes foueas habent, et volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* [Matth. 8. 20] [Luc. 9. 58.] In hoc enim nos erudit ad formam diſciplinæ, quia venit ad docendum nos viam prudentiæ; vnde canimus [Pſal. 79. 2.] *Qui Regis Iſrael, intende; qui deducis velut ouem Ioſeph.* In tertio aduentu erit terribilis: *Terribilis eſt expectatio iudicij, & ignis æmulatio*, quæ conſumptura eſt aduerſarios, [Hebr. 10. 8] *Horrendum* enim *eſt incidere in manus Domini viuentis.* [Heb. 10. 31.] *Horrendum et cito apparebit vobis. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fallonum.* [Malac. 3. 2.] *Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet.* [Pſal. 111. 10]

Quis tibi peccator conuertit talia ſenſus?
Quoſue dabis gemitus?

Videbit ſupra ſe iratum Iudicem, ſub ſe infernum animas deuorantem, cum ſe mundum ardentem; intra ſe cogitationẽ accuſantem, conſcientiam teſtimonium perhibentem. Ibi fiet peccatorum diſcuſſio, bonorum quæ non fecit exprobratio, damnabilis ſententiæ prolatio. vnde illud reſponſorium mortuorum terminatur. Primus dicit de primo: *Tremens factus ſum ego, & timeo, cùm diſcuſſio venerit.* Secundus de ſecundo: *Quid ergo miſerrimus faciam? miſer vbi fugiam, niſi ad te Deus meus?* Tertius de tertio: *Dies illa, dies iræ, calamitatis, & miſeriæ, dies magna, et amara valde.* Hæc tria ſcribebat in pariete manus, quæ apparebat Balthaſar, *Mane, Techel, Phares*: id eſt, numerauit, appendit, diuiſit: numerauit peccata, quæ ſunt multa: appendit bona, & inuenta ſunt pauca: diuiſit malos à patria. Iſte erit manifeſtus, quia Deus manifeſte veniet, & terribilis malis. In hoc veniet, propter nos, ſi ſimus boni, quia potius erit nobis aduocatus, quàm index, quia *Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum, qui factus eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* In hoc venit ad ſaluandum nos; vnde cantamus: [Eccleſia] *Excita potentiam tuam, et veni, vt ſaluos facias nos*, Habemus itaque quomodo redemit nos à morte, à dæmonis poteſtate, à veteri conuerſatione; quam ne teneamus, acquieſcamus Apoſtolo dicenti: *Deponentes ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, ad ſimilitudinem Chriſti induite nouum hominem*, [Eph. 4. 22.]

qui

qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, ſanctitate, et veritate.

De vetuſtate. S. CCLXIII.

PRimo eſt vetuſtaa impoſita primia parentibus, propter inobedientiam: ſecundu expoſita cunctis viuentibus, per propagatiunem, & originalem culpam: tertiò depoſita prædeſtinatia per Chriſti miſericordiam, & hominis pœnitentiam: quarto repoſita reprobis ad vindictam. Notandum autem, quòd eſt vetuſtas culpæ, & veruſtas pœnæ; vetuſtas culpæ co modo priùs eſt impoſita, quo modo adhuc proſequimur.

Proceſſus culpæ. S. CCLXIV.

PRimò enim diabolus ſuggeſſit: ſecundò Eua delectata eſt: tertiò Adam conſenſit. Eo modo adhuc per diabolum fit ſuggeſtio: ſenſualitas delectatur: conſentit ratio. Contra hæc tria hæc arma dat Apoſtolus: Eph. 6. b *Induite vos armaturã Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo. Succingite lumbos veſtros in veritate. calceati pedes in præparatione euangelij pacis:* hæc contra Euam. *Induti lorica Iuſtitiæ,* qua muniatur Adam. *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere,* Eph. 6. b ad repellendum ſathanam. De primo: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem ſed aduerſus malitiam Principum tenebrarum harum.* 1. Petr. 5. b Ideu *Sobrij eſtote, & vigilate &c.* De ſecundo: *Debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus: Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini.* Rom. 8. 12. Item: *Inuenio aliam legem &c. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?* Rom 7. 23. De tertiu: *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Item, Ibidem. *Qui ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt ſapiunt.* 1. Gal. 5. c Item, *Quocumque ambulabat ſpiritus, illuc,* eunte ſpiritu, *ambulabant pariter, & rotæ ſequentes ea.* Ecce impunitur vetuſtas culpæ, & imponitur Ezech. 1. 19. quoque vetuſtas pœnæ ſic. Primu ſuggeſturi. Suggeſtor enim laborabat machinando malum in corde, detrahendo ore, dolendo quòd vincatur à carne. Hæc ſerpenti impoſita ſunt. *Super pectus tuum gradieris, terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Mulier conculcabit caput tuum.* Duplex pœna tentatis imponitur, ſcilicet, vt nec bonum faciant ſine dolore magno nec peccata deuitent ſine difficultate.

Inde mulieri dictum eſt: Gen. 3. 17. *In dolore paries filios tuos. Sub viri poteſtate eris.* Ibidem. Conſentienti imponitu pœna confuſionis; inde dicitur Adam: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Ecce quumodo vtraque vetuſtas eſt impoſita. Eſt etiam expoſita ſic: Ibidem *Cum operatus fueris, terra non dabit fructus ſuos, ſed ſpinas, & tribulos germinabit tibi.* Adam operatus eſt terram, humanam naturam propagandu. Spinas germinauit terra, ſcilicet peccata, quæ interius pungunt: tribulos, videlicet, mundi miſerias, quæ exteriùs affligunt: ſic, & ſpiritus colit carnem, & eadem germinat. Audi ſpinas: Iob 9. 30. *Si fuero lotus velut aquis niuis, et fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ; tamen ſordibus intinges me, et abbominabuntur me peccata mea.* Audi tribulationes: Iob 5. b *Homo ad laborem naſcitur, et auis ad volatum.* Ecce vetuſtas expoſita: reponitur quoque nunc per continuationem, nunc per ſolam retributionem. Per continuationem, quando hic incipit pœna, quæ nunquam deficiet; vt in Herode, qui viuens cœpit ſcaturire vermibus, & ſic expirauit. Inde: Pſal. *Laborabit in æternum & viuet adhuc in finem.* Per retributionem; vt in diuite, Luc. 16. e *qui epulabatur quotidie ſplendide. Et ſepultus eſt in inferno.* Iſa. 33. c *Conterriti ſunt in Sion peccatores, poſſedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante?*

De tribus conuenitur homo in iudicio. S. CCLXV.

VBi de tribus conuenitur: ſcilicet, de fidei læſione, quam promiſimus in Baptiſmo: de traditione, quia diabolum in corde recepimus, de caſtello ſuo Chriſtum expellentes: de furti perpetratione, quia peccatum abſcondimus non confitendo. De primo, quia primam fidem irritam fecerunt, ait Apoſtolus. De ſecundo: 1. Cor. 3. 17. *Si quis templum Domini violauerit, diſperdet illum Deus.* De tertio Iob: Iob 31. d *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam.* Ecce quomodo vetuſtaa reponitur. Deponitur quoque vetuſtas culpæ à Domino, præterita remittendo, præſentia remittẽdo, & gratia ſua nos ab illis auertendo, futura non remittendo, ſed gratiam qua ea vitamus conferendo, & vetuſtatem pœnæ, vt minua timeatur hic, quaſi tyrannum ligando, in fine ſæculi penitus exterminando. Seqnitur vt nouum hominem induamus.

Triplex nouitas. §. CCLXVI.

HÆc eſt triplex nouitas. Prima à vetuſtate culpæ originalis, quæ eſt vt Aquilæ. Secunda eſt à vetuſtate culpæ actualis, quæ eſt vt Accipitris. Tertia à vetuſtate corruptionis, quæ eſt vt Colubri. De prima: *Renouabitur vt Aquilæ*
Eph. 4. f *iuuentus mea*; &, veterem hominem renouans, Saluator venit ad Baptiſmum. De
Iob. 39. b ſecunda: *Plumeſcit accipiter expandens*
Eph. 4 f *alas ſuas ad auſtrum*; &, *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ*, &, *Induentes nouum hominem, qui renouatur in agnitione Dei.* De tertia: *Coluber tranſit per foramen petræ, ibi relinquens pellem ſuam.* Pellis eſt corruptio: petra, Chriſtus: foramen, vulnus in manibus & pedibus:
Nota explicationem. cauerna, lateris; vnde: *Veni in foraminibus petræ in cauerna maceriæ. Ecce*
Apoc. *veniet Propheta magnus, & ipſe renouabit Ieruſalem. Vidi*, ait, *cælum nouum, & terram nouam, & mare iam non eſt.* Non ſolum iſta: nam ait: *Ecce noua*
Apoc. *facio omnia, quia omnis creatura liberabitur à ſeruitute corporis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Quod vt cito impleatur cum magno deſiderio, primum
Eccle. aduentum Dilecti quærit Eccleſia dicens ſic: *O Rex gentium, & deſideratus earum, lapiſque angularis, qui facis vtraque vnum: veni, & ſalua hominem, quem de limo formaſti.* Notandum autem quod dicitur Rex deſideratus lapis: Rex
Quare Chriſtus dicatur Rex deſideratus? per ſapientiam: deſideratus propter beneuolentiam: lapis per potentiam. Per ſapientiam, qua Eccleſia gubernatur: per beneuolentiam, qua homo reparatur: per potentiam, qua infirmitas noſtra roboratur. Gubernatur ne ambulet inordinatè: reparatur in Dei voluntate: roboratur in charitate. De primo Ieremias:
Ierem. *Regnabit Rex, & ſapiens erit.* De ſecundo alius Propheta: *Veniet deſideratus cunctis gentibus.* De tertio Daniel: *Lapis*
Daniel. *exciſus de monte ſine manibus*, qui contriuit ſtatuam Nabuchodonoſor.

De tribus Regibus. §. CCLXVII.

TRes ſunt Reges. Primus Rex laborantium, qui eſt correptor iniuriarum, & eſt ſæcularis: ſecundus, Rex morientium, qui eſt corruptor animarum & eſt ferus ſingularis: tertius, Rex gentium, & deſideratus earum, & eſt lapis angularis. Primus ſe exhibet pacis ſolidatorem oportunum: ſecundus, pacis diſſipatorem importunum: tertius facit vtraque vnum. De primo Iudæi: *Non habemus Regem niſi Cæſarem.* De ſecundo Salomon: *Aries dux gregis, & non eſt Rex qui reſiſtat ei.* De tertio: *Ego conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*, & ſubiungit: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Ecce primus dicitur Rex laborantium ſub inflicta neceſſitate calamitatis: Correptor iniuriarum, vt potentes infrenentur ſeueritate æquitatis: Iudex ſæcularis, vt iudicet in puritate veritatis, ſe exhibens ſolidatorem pacis in integritate vnitatis. Videamus ergo quod inflicta neceſſitas habet calamitatem, ad peccandum tentationem: preſſurarum tribulationem, Regum ſubiectionem. Hæc enim tria commemorat Dauid di-
cens. *Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti* Pſal.
tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. De primo Boetius.

> *Quod ſi terrarum libeat tibi noctem relictam viſere.*
> *Quos miſeri toruos Populi timent cernes,*
> *Tyrannos exules.*

Ad ſecundum inuitat Iob Rex ſic: *Cùm-* Iob 29. d
que ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. Et adiecit: *Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam.* In
tertio docet Dauid ſic: *Opera manuum* Pſal. 110. b
eius veritas, & iudicium. Vnde Daniel:
Omnia, quæ feciſti nobis Domine, in ve- Dan.
ro iudicio feciſti. De quarto legitur quòd ſub Samuele cõgregatus eſt populus, quaſi vir vnus ad faciendam vindictam de filijs Beniamin, quia in ſtupro occiderant vxo-
rem Leuitæ. Et Dauid: *In conueniendo* Pſal. 101. 23.
populos in vnum, & Reges, vt ſeruiant Domino. Secundus dicitur Rex morientium, quos in infernum demergit, vt perpetuo affligantur. Corruptor animarum, quas veneno fallaciæ aſpergit, vt Idiotæ decipiantur. Ferus ſingularis, dum vmbra fallaciæ in apertam tentationem emergit, vt puſillanimes terreantur: ſe exhibens diſſipatorem importunum: dum coniunctos vinculo charitatis, diſpergit, vt vnanimes diſſoluantur. Hæc quatuor proprietates competenter aſſignantur quatuor Regibus, qui pugnauerunt con-
tra quinque Reges Sodomorum. Prima Anraphel interpretatur.
competit Anraphel, quod interpretatur dixit, vt caderet. Sennaar, fœtor earum,
ſcilicet fœtor infernalium; *quia ſicut oues* Sennaar interpretatur.
in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.

Ab hoc ſe librari dicebat ſapiens ſic: *Eccli. 51. 3.* *Liberaſti corpus meum à perditione.* Et addit: *à Rege iniquo*. Secundæ competit *Godolaomor interpretatur.* Godolaomor, qui dicitur decorus manipulus, quia qui in manipulo coaceruat mundi blanditias, quibus decipit incautos, inſidiatur, vt rapiat pauperem, *Pſal. 9. 29.* *rapere pauperem, dum trahit eum*. Inde *2. Cor. 11. a* Apoſtolus; *Timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Heuam aſtutia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri*. Tertiæ competit Thadal *Thadal interpretatur.* Rex gentium, qui dicitur ſciens iugum: quia ſub iugo ſuo violenter trahit debiles. *Iſa. 9. 4. a* Inde Iſaias: *Omnis violenta prædatio cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine erit*. Et addit: *Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti.* Quartæ *Arioch interpretatur.* competit Arioch, Rex Ponti, qui dicitur ebrius; quia ſicut ebrietas diſſoluit hominem, ſic diabolus firmos in chaſtitate diſſoluit. Hanc diſſipationem plangit Ieremias factam in ciuitate Ieruſalem, *Thren. 1. 4.* ſic: *Omnes portæ eius deſtructæ, Sacerdotes eius gementes, virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine*. Iſti quatuor Reges pugnant contra quinque *Nota.* Reges Sodomorum. His enim quatuor modis, ſolet diabolus impugnare quinque *Sodoma interpretatur.* ſenſus noſtros. Sodoma interpretatur cæcitas, vel ſilentium pecudum. Hæc eſt ſenſualitas, quam dum inhabitant quinque ſenſus, excæcantur, & beſtiales *Loth interpretatur.* fiunt. Sed et Loth captus dicitur, qui interpretatur declinans: ſcilicet, cor humanum, quod dum ſe ſenſibus inclinat, cum eis ab his quatuor captiuatur. Sed *Abraham interpretatur.* Abraham, qui Pater excelſus interpretatur, eos reducit, dum Deus Pater cor, & ſenſus ad ſe conuertit. De tertio Rege dicitur, quod ſit *Rex gentium*, quas prædeſtinauit, vt poſſiderent Regnum: *Nota.* *Deſideratus earum*, quas Spiritu ſancto inflammauit, vt deſiderarent primum, & ſecundum Dei aduentum. *Lapis angularis*, ſuper quem Eccleſiam fundauit, in quo adunauit Gentilem, & Iudæum, faciens vtraque vnum, quia ima ſummis reconciliauit, vt ad laudandum Creatorem ſociaret hominem, & angelum. De *Rom. 8.* primo: *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui*. Et, *Di-* *Matth. 25. 34* *cet Rex his, qui ad dexteram eius erunt: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod paratum eſt vobis ab origine* *2. Tim. 4. 8.* *mundi*. De ſecundo: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex*. Et Propheta: *Habac. 2. 3.* *Qui venturus eſt veniet, & non tardabit & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit ſe ad omnes gentes*. De tertio: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.* *Pſal. 117. 22.*

De triplici lapide. §. CCLXVIII.

LApis iſte, quando eſt in imo, quando eſt in angulo, quando in excelſo. In immo fundamentum, in quo ſpirituale ædificium erigitur; vnde: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*. *1. Cor. 3. 11.* Et Propheta: *Sternam per ordines lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris*. *Iſa. 54. 11.* In angulo colligamentum, quo erectum ædificium roboratur. Inde Iob: *Quis dimiſit lapidem angularem? Cùm me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei*. *Iob. 38. 6.* In excelſo emolumentum, quo ædificans remuneratur; vnde: *Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo*. *Pſal. 20. 4* Sequitur, qui fecit vtraq; vnum.

Triplex vnio. §. CCLXIX.

TRes fecit vniones. Prima vniuit Iudæum, & Gentilem in Eccleſia: ſecunda, Diuinitatem, & Humanitatem in vna Perſona: tertia creaturam, & Creatorem in gloria. In prima facta eſt, ſancta fraternitas, quam oſtendit Paulus cùm diceret: *Oleaſtrũ inſertum bona oliuæ*; *Rom. 11. 17.* id eſt, Iudæos, & Gentiles in vna Eccleſia Chriſtianorum; vnde idem Apoſtolus: *Ephes. 4. 3.* *Omnes in Chriſto vnum ſumus. Eſtote ſoliciti ſeruare vnitatem fidei in vinculo pacis*. Et in Canticis: *Vna eſt columba mea, vna eſt perfecta mea*. *Cantic.* In ſecunda, nobis oſtenſa eſt charitatiua humilitas. Inde: *In charitate perfecta dilexi te: ideo attraxi te, miſerans tui*. *Ier. 31. 3.* In tertia apparebit reſurrectionis veritas, quando abſorpta erit mors in victoria: quando corruptibile hoc induet incorruptibile, & mortale hoc immortalitatem. Tunc dicemus: *Surrexit Dominus vere*: ſcilicet caput cum corpore, *& apparuit Simoni*, cuilibet obedienti. *Luc. 24. 34* Quia ergo tanta eſt huius Regis potentia; ſic vocandus eſt: *Veni, & ſalua hominem, quem de limo feciſti*. *Eccleſia.* Hominem enim Deus formauit de limo terræ: Diabolus deformauit de fimo culpæ: Chriſtus reformauit auro gloriæ. *Quia Simon dicitur obediens.* De primo: *Formauit* *Gen. 2. 7.* *Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Secundi, per ſuggeſtionem diaboli deformati facti ſunt, vt ſtercus terræ; proceſſu temporis

poris computruerunt, quaſi iumenta in ſtercoribus ſuis. De tertio dicitur, quòd *Philip. 3. 21.* Chriſtus *reformabit corpus Humanitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ*, quando *Plateæ Ieruſalem ſternentur auro mundo*.

Similis eſt Dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. Cap. VII.

SIMILITVDO eſt, quam aſſignat præcedenti capitulo, quia ſalire & tranſire, ad hinnulum, & capream pertinet. Sed etiã propter acutum viſum, quia qui non acutè vi- *Incurrendo requiritur acutus viſus, & quare* det, in currendo, diſcernere non poſſet in quo aſalire, vel tranſilire deberet. Per velocitatem ſaluantis deſiderium; per viſum, eligentis iudicium. Et ſic in omnibus attendamus miſericordiam & iu- *Pſ. 100. 1.* dicium; dicentes cum Dauid: *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Hinnulo ceruorum comparatur *qui* *Iſ. 9. 6.* *cũ in forma Dei eſſet etc. Paruulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis.* Vel cerui ſunt Patriarchæ, de quibus natus eſt ſecundum carnem. Caprea græcè à videndo nomen accepit; & ſolus Chriſtus eſt, qui videt, vel agnoſcit Patrem, ſed, & alios facit videre: quia de natura eſt capreæ, vt alijs viſum præbeat. Per *Quare Chriſtus, ſimilis capreæ hinnuloque dicatur* hinnulum, paruulum ſecundùm carnem: per capream, quæ acutè videt, ſapientiam incarnatam, quam cum deſiderio expectabant Patres noſtri, & clamabant: *O Sapientia quæ ex ore Altiſſimi prodiſti,* *Eccleſia.* *attingens à fine vſque ad finem fortiter, ſuauiterque diſponens omnia; veni ad docendum nos viam prudentiæ.*

Quadrupla ſapientia §. CCLXX.

QVatuor ſunt ſapientiæ. Prima dicitur Morphoſis: ſecunda: Phyſis: tertia Hypotheſis: quarta, Theoſ. Prima eſt ſapiens homo pecus: ſecunda homo homo: tertia, homo ſpecie: quarta, homo Deus. Prima, ſcribitur in corde ſtilo diaboli: ſecunda, ſtilo nati ingenij: tertia, calamo Spiritus ſancti: quarta procedit ex ore Altiſſimi. Prima deſcendit ad inferiora: ſecunda, verſatur circa media: tertia inueſtigat ſuam originem: quarta, attingit à fine vſque ad finem. Prima deſtruit: ſecunda inſtruit: tertia conſtruit: quarta cuncta ſuauiter diſponit. Prima eſt fugienda: ſecunda, indulgenda: tertia, appetenda: quarta, inuocanda, ſic: *Veni ad docendum nos viam prudentiæ.* *Eccleſia.* Prima eſt fugienda, quia deſtruit, nunc per deformitatem voluptatis; nunc per conformitatem elationis; Deformat enim homo imaginem Dei, ad quam factus eſt, ſequendo voluptatem, *ſicut equus & mulus, quibus* *Pſ. 31. 9.* *non eſt intellectus.* Conformat ſe creatori ſuo per elationem, ac ſi diceret: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium ſimilis ero* *Iſ. 14. 14.* *Altiſſimo.* Secunda eſt indulgenda, quia inſtruit: *Quæcunque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.* Iſta eſt Phyſis, quæ tractat de rebus naturalibus, & viſibilibus. *Inuiſibilia enim Dei* *Rom. 1. 20.* *à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur:* ſempiterna quoque eius virtus, & Diuinitas. Tertia eſt appetenda, quia conſtruit. Ipſa enim aufert iniquitatem, introducit timorem, confert iuſtitiam, cuſtodit mandata, reuelat occulta. De primo Poeta. *Eſt virtus vitium fugere; Et ſapientia prima ſtultitia caruiſſe.* De ſecundo: *Initium ſapientiæ eſt timor Domini.* De tertio: *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur.* *Pſal. 106. 43* De quarto: *Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc? & intelliget miſericordias Domini?* Item: *Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ* *Pſal. 50. 8.* *manifeſtaſti mihi.* Quarta, *attingens à fine vſque ad finem fortiter;* A fine cæ- *Eccleſia.* li, vſque ad finem inferni: per medium mundi, fortiter de cælo eijciendo ſuperbum: in mundo, refrenando malignum: Infernum expoliando auarum. Diſponit ſuauiter, in cælo bonos Angelos confirmãdo: in mundo, peccatores redimendo: in inferno, redemptos liberando.

Secundo modo. §. CCLXXI.

ALiter attingit à fine vſque ad finem. A fine, primæ creationis, vſque ad finem extremæ reſolutionis: & hoc ſcilicet, creando, recreando, reparando. Creando, de primordiali materia: re-

creando de culpa : reparando à miſeria. Creando, in pondere, & menſura, & numero. In pondere, ſcilicet, in lenitate, & grauitate: & menſura, in augmento, & diminutione: in numero, in multitudine, & paucitate. Recreando, in menſura aliquid agendi, ne ſit immoderata, & irreuocabilis progreſſio. In numero, affectionum animi, & virtutum, quia ſtultitiæ deformitate, ad ſapientiæ formam, decuſque colligitur. In pondere voluntatis, & amoris, vt appareat quanti quidque in appetendo, fugiendo, præponendo, poſtponendoque pendatur. Sed hæc animorum, atq; mentium menſura, alia menſura cohibetur, & numerus alio numero formatur, & pondus alio pondere ſapitur. In reparando, ſcilicet, poſt reſurrectionem; menſuram, & numerum, & pondus ſuſcipiendo, ab eo, qui eſt menſura ſine menſura; cui æquatur, quod de illa eſt, nec aliunde ipſa eſt; qui eſt numerus, ſine numero, quo formantur omnia, nec formatur ipſe: qui eſt pondus ſine pondere, quo referuntur, vt quieſcant: quorum quies, purum gaudium eſt, nec illud iam refertur ad aliud. Habebit ergo creatura tunc menſuram
Sap. 3. 7. exiſtendi ſine termino; numerum pulchri-
Dan. 12. 3. tudinis, quia *fulgebunt iuſti ſicut ſol in*
Matt. 13. 43. *regno Patris eorum* : Pondus amoris, quo diligent Deum ſine termino. Item, *attingit à fine vſque ad finem fortiter*; id
Sap. 8. 1. eſt, à cælo vſque ad infernum.

Cælum, triplex, & infernus triplex. S. CCLXXII.

TRes ſunt cæli, & tria inferna. Primum cælum eſt, ſupernus ſtatus conditionis: ſecundum ſupra conditionem perfectus virtutis: tertius ſublime contemplationis. Primus infernus eſt, infimus ſtatus conditionis: ſecundus, ſub conditione, defectus iniquitatis: tertius profundum damnationis. Primum cælum, & primus infernus dicuntur finis, & finis: ſecundum cælum, & ſecundus infernus, finis, & finis: tertium cælum, & tertius infernus, finis, & finis. Ab vno iſtorum ad alium diſcurrit ſapientia Dei; omnia diſponens, iuſtis claudens infernum, & aperiens cælum. de ipſo enim
Eccleſia. canitur: *O clauis Dauid, qui claudis, & nemo aperit, aperis, & nemo claudit: veni, & educ vinctum de domo carceris, ſeden-*
Pſal. 118. 61. *tem in tenebris, et vmbra mortis.* Per peccatum primi hominis, ne reuerteretur ad regnum humanus ſpiritus, eſt impeditus. Primo enim vinculis eſt illigatus culpæ;
vnde: *Funes peccatorum circumplexi ſunt* Pſal.
ſunt me. & vt, qui trahitis iniquitatem Iſa. 4. 18.
in funiculis vanitatis, et quaſi vinculum plauſtri peccatum: ſecundo, carceri mancipatus corporeo; vnde: *Educ de carcere animam meam*, & Iob: *Nun quid mare aut*
cetus ſum ego, quia circumdediſti me car- Iob. 4. 12.
cere? Tertio, tenebris inuolutus mundanæ
miſeriæ: vnde Iob. *In tenebris ſtraui le-* Iob. 17. 15.
ctum meum, et rurſus poſt tenebras ſpero lucem. Quarto, vt differetur à Dei viſione in vmbra mortis detruſus, id eſt, quibuſdam infernalibus clauſtris; vnde Iſaias:
Habitantibus in regione vmbræ mortis, Iſa. 9. 2.
lux orta eſt eis. Inde oppreſſi Patres antiqui, cum omni inſtantia clauem, quæ reſeraret incommoda, ſic inuocabant: O
clauis Dauid, qui aperis, et nemo claudit, Eccleſia.
claudis, et nemo aperit: veni, et educ vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris et vmbra mortis.

Quatuor claues. S. CCLXXIII.

IN diuina pagina, quatuor legimus genera clauium. Eſt enim clauis regni cæleſtis, clauis ſciẽtiæ, clauis mortis, & inferi, & clauis Dauid. De prima dicitur Petro;
Tibi dabo claues regni cælorum. De ſecun- Matt. 16. 19
da: *Væ vobis Phariſæi, quia tuliſtis clauem* Luc. 11. 52
ſcientiæ. De tertia in Apocalypſi: *Sum* Apoc. 1. 18.
viuus, & fui mortuus, & habeo claues mortis, & inferi. De quarta. O clauis Dauid. Prima eſt ſacerdotalis poteſtas, & diſcretio: ſecunda eſt fidei perfectio: tertia eſt diuini iudicij occulta ordinatio:
quarta, eſt Chriſti incarnatio. Prima vti- *Trium cla-*
tur Chriſti vicarius: ſecunda Chriſtianus: *uium triplex*
tertia Antichriſtus: quarta Dominus no- *vſus.*
ſter Ieſus Chriſtus. Prima itaque iudicia Eccleſiaſtica diſcernit: ſecunda, ad inuiſibilia nos mittit: tertia, ſecretum Regis operit: quarta, claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. Prima ligat, vel abſoluit à difficultate oneris: ſecunda nos trahit magnitudine muneris: tertia tenet pugnantem ſub incertitudine fœderis: quarta educit vinctum de domo carceris. Prima educit de Eccleſiæ portis: ſecunda inducit in cubilibus aromatum, & in hortis: ſub tertia ſudat homo, tanquam bellator fortis: quarta, educit ſedentem in tenebris, & vmbra mortis.

Prima

Digitized by Google

Prima claudit, & aperit.
S. CCLXXIV.

PRima claudit, & aperit: id eſt, Eccleſiaſtica iudicia diſcernit, degradando, vel promonendo. Claudit, vel aperit peccatores, qui ſunt intra Eccleſiam, à quibuſdam ſacramentia ſuſpendendo, & pœnitentia onerando: claudit, vel aperit abſoluendo. Item excommunicatos ab Eccleſia ſeparando claudit; aperit, abſoluendo. In primo itaque horum Eccleſiaſtica iudicia diſcernit: in ſecundo, magnitudine oneris grauat, vel abſoluit: in tertio in Eccleſiæ portis inducit, vel educit.

Quid apertio feneſtra arcæ

In figura degradatorum clauſit Noe feneſtram arcæ, coruo emiſſo. Inde eſt illud, *Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare.* Et Dominus eiecit de templo vendentes, & ementes oues, & boues, & columbas, & fecit flagellum de funiculis. Propter clauſuram peccatorum, qui ſunt in Eccleſia, dictum eſt: *Habent poteſtatem claudere cælum nubibus.* Propter clauſuram excommunicatorum: *Clauſit Dominus oſtium à foris*; ſcilicet Arcæ, *ne fluctus intrarent*, ſcilicet, excommunicati. Item in Apocalypſi: *Foris canes, & venefici*, quod ſotis eſt: & Loth ac cluſit poſt tergum oſtium domus ſuæ, ne Sodomitæ intrarent,

Luc. 18. 2.
Eccleſia.
Gen.
Apoc. 22. 4

Triplex porta.
S. CCLXXV.

HÆc clauis, è diuerſo aperit: promouendo portas malitiæ, abſoluendo eos, quos in Eccleſia pœnitet. Portas iuſtitiæ. Excommunicatos conuerſos recipiendo, portas Eccleſię eas muniendo. De prima apertione clamat Iudith: Cuſtodibus murorum *aperite portas; quoniam nobiſcum eſt Deus, qui fecit virtutem in Iſrael*. De ſecunda: *Aperite mihi portas iuſtitiæ; ingreſſus in eas, confitebor Domino.* De tertia: *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ponetur in ea murus, & antemorale, aperite portas, & ingrediatur gens iuſta*: id eſt, ab excommunicatione iuſtificata.

Iudith. 13. 13
Pſal. 117. 19.
Iſa. 26. 2.

Secunda clauis. §. CCLXXVI.

SEcunda clauis, ſcilicet ſcientiæ, quæ eſt fidei perfectio, tripliciter aperit. Aperit enim Magiſtro cor ſuū peccator, aperit Deo, aperit proximo. Magiſtro per confeſſionem: Deo per deuotionem: proximo per ædificationem. Primum affert tibi puritatem; vnde: *Ephe-ta, quod eſt, adaperire.* Secundum Deo ſuauitatem; vnde: *Aperi mihi ſoror mea ſponſa.* Tertium proximo ſanitatem; vnde: *Aperi Libane portas tuas* Libanus dicitur candidatio; id eſt, cor iuſti, quod aperitur, dum cordis virtutes proximo, ad ædificationem oſtenduntur. Hæc ad inuiſibilia mittit; vnde: *In ſimplicitate cordis quærite illum: apparet enim his, qui fidem habent in illum.* Magnitudine muneris nos trahit. Audi munus: *Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet.* Perducit in cubilibus aromatum, & in hortis: *Fideles*, inquit, *in dilectione acquiſcent illi*; id eſt, voluntatem eius ſequendo, vident enim, ſe per hunc venturos ad cubile pacis, & hortum dilectionis: *Quoniam donum, & pax eſt electis Dei*; id eſt, donum pacis.

Zach. 11. 1.
Libanus interpretatur.
Sap. 1. 1.
Ioan. 6. 35.
Sap.

Tertia clauis. §. CCLXXVII.

TErtia clauis dicitur mortis, & inferi. Mors eſt diabolus; vnde in Apoc. *Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum; nomen illi Mors, & infernus ſequebatur eum.* Mors eſt diabolus, equus pallidus, anima ab eo poſſeſſa: infernus, qui ſequendo ſe dignum facit inferno. Ipſe enim prius mortificat in anima, ſecundo in corpore, tertio in horum obſtinatione. In anima, cogitando: in corpore, operādo: in vtroque, non pœnitendo. Anima priùs fit turpis, vt iam non dicatur ei, *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Secundo, infirmatur, & clamat: *Sana me Domine, & ſanabor.* Tertiò, eſt mortua, quia *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur.* Hæc eſt puella defuncta in thalamo matris. Primum fit cogitando; ſecundum, delectando, tertium conſentiendo. Hæc eſt amphora, quam duæ mulieres portabant in terram Sennaar, in qua ſedet impietas. Qui mortuus eſt per opera, ipſe eſt adoleſcens defunctus iam extra portam Ciuitatis. Hunc enim portat *Aquila pregrandis magnarum alarum.*

Apoc. 6. 8.
Nota be.
Cant.
Ierem. 17.
Zach. 5. d
Ezech. 17. 3.

Ezech. 18. a *longo membrorum ductu*, ſicut legitur in Ezechiele. Tertius, Lazarus, quatriduanus, ſcilicet operando, in conſuetudinē trahendo, delectando, deſperando. Inde Propheta: *Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum eſt?* Hęc clauis dicta eſt, occultum Dei iudicium: ipſa ſecretum regis operit, quis nobis non paret, qua de cauſa ſit permiſſa à Deo noſtra tentatio.
Rom. 11. d *Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Iudicia enim Dei abyſſus multa.* Item, *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.* In hac pugnat homo ſub incertitudine fœderis, ſcilicet an vincat. Nemo enim ſcit, vtrum amore Dei ſit dignus, an odio. Sub hac vero pugnat, tanquam bellator fortis; ſciens,
2. Tim. 2. a quia *Non coronabitur, niſi qui legitime certauerit*; Quia non eſt corona, vbi non
2. Tim. 4. b eſt pugna, inde Apoſtolus; *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* Hanc clauem aperit Dominus dum nos permittit a diabolo tētari, ſicut Iob. Claudit, quando diabolum ceſſare
1. Cor. 10. c facit: ſic in eodem Apoſtolo: *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos*
Ibidem. *non apprehendat, niſi humana.* Hæc ti-
1. Cor. 10. c metur apertio; *Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari ſupra id quod poteſtis.* Hæc eſt fiducia de clauſura.

Quarta clauis. §. CCLXXVIII.

QVarta clauis eſt clauis Dauid; id eſt Chriſti incarnatio. Hæc clauſit vterum Virginis, & nemo aperuit, iuxta
Ezech. 44. a Ezechielem; *Porta hæc clauſa erit, & nemo ingredietur per eam.* Item, hæc aperuit
Eccleſia. vobis cęlum, & nemo clauſit; inde: *Tu deuicto mortis aculeo aperuiſti credentibus regna Cælorum.*

Triplex apertio. §. CCLXXIX.

ITem tria nobis aperit: aperit cor noſtrum, aperit ſecretum ſuum, aperit & cælum. Primum ad intelligendam mādatorum, & charitatis infuſionem; vn-
2. Macch. 1. a de: *Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis, & faciat pacem in diebus veſtris.* Et de gratiæ infuſio-
Iſa. 45. b. ne: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum; aperiatur terra & germinet Saluatorem.* Secundum in admirationem, &
Apoc. 4. a ſpei firmitatem; vnde: *Ecce ego Ioannes vidi oſtium apertum in cælo.* Tertium, ad glorioſam ſuſceptionem; vnde, fatuæ virgines dixerunt: *Domine Domine aperi nobis*; & ad beatam Mariam: *Paradiſi por-* Eccleſia.
ta per te nobis apertæ nobis apertæ ſunt. Item, *Per quam ſalus mundi credentibus apparuit, cuius vita glorioſa lucem dedit ſæculo, & ſpem fecit credentibus.* In prima enim apertione opus ſuum oſtendit: in ſecunda, mercedem ſuam nobis propo- Quomodo Deus claudit, & aperit.
nit; in tertia propoſitam porrigit. Sic claudit, & aperit: in cæli apertione *educet vinctum de domo carceris*: in ſecreti apertione
ſedentem in tenebris: in cordis apertione, Eccleſia.
ſedentem *in vmbra mortis*. Ecce venit congregator diſperſorum, conſolator pugnantium, explorator bonorum, & malorum.

Tres fecit congregationes. §. CCLXXX.

TRes fecit congregationes. Primò, congregauit credentes in Eccleſia: ſecundò Fratres in domo religioſa: tertiò virtutes in conſcientia. De prima: *Ædifi-* Pſal. 146. a
cans Ieruſalem Dominus, diſperſiones Iſrael congregabit. De ſecunda: *In bra-* Iſa. 40. 11.
chio ſuo congregauit agnos. De tertia Gregorius: *Qui virtutes ſine humilitate con-* Gregorius.
gregat, quaſi in ventum puluerem proiicit. Ecce congregator eſt, & in pugna conſolator.

Tria loca. §. CCLXXXI.

ASſignat enim nobis locum doctrinę in clauſtro, in quo frater eruditur: locum pugnæ in Oratorio, & agro, in quibus bellum committitur: locum medicinæ in capitulo, in quo vulnus ſanatur. Primum, in lectione: ſecundum in oratione, & labore: tertium, in confeſſione. De primo, *Intellectum tibi dabo, & inſtruā te* Pſal. 31.
in via hac, qua gradieris. De ſecundo: *Be-* Pſal. 17. 35.
nedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. In tertio *Sanat* Pſal. 140. 3.
contritos corde, & alleuat cogitationes eorum. De congregatione ait Propheta:
Virum ſtantem ſuper murum litum Amos 7. b
ego video, & in manu eius trulla cementarij. Vir ille eſt Diuinitas: trulla, Humanitas; Cementum, quo lapides congregatos ligat, eſt Charitas. Trulla & Cementum, dum Chriſtus ligat charitate conſortium fratrum; vnde. *Congregauit nos in vnitate Chriſti amor. Dixit Auguſtinus* Item. Ait Angelus
ad illum, qui erat veſtitus lineis: *Ingre-* Ezech. 10. 2.
dere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Che-

Cur Chriſtus liuidis veſtitus tenet prunas in manibus.

Cherubim, & imple manus tuas prunis, quæ ſunt inter, Cherubim. & effunde ſuper ciuitatem. Vir iſte eſt Chriſtus: Rotæ ſunt conuerſationes humanæ, quæ ſunt ſubtus Cherubim, quia ſublimior angelica natura, quàm humana. Inter eas Chriſtus ingreditur, *quia minoratus eſt paulominus ab Angelis*. (Hebr. 2. 9.) Impleuit manus igne, quia omnia opera eius, plena fuerunt charitate: Super ciuitatem proiecit; quia eam fratrum charitate inflammauit. Tertio, ſcrutabitur Ieruſalem in lucernis. Vnde Zacharias vidit quendā virum, & in manu eius erat, funiculus menſorum, & dixit ei. *Quò tu vadis? Qui reſpondit, vt metiar Ieruſalem, quanta ſit longitudo eius, & latitudo*; (Zach. 2. 2.) id eſt, charitas, ſicut dicit Propheta. *Scrutabitur in lucernis Ieruſalem*. (Soph. 1. 12.)

Quatuor Lucernæ. S. CCLXXXII.

Quomodo Chriſtus ſcrutatur omnes peccatores in lucernis.

QVatuor ſunt lucernæ. Prima diuini ſermonis; vnde: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*. (Pſ. 118. 105.) Secunda, boni operis; vnde, *Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris*. (Luc. 12. 35.) Tertia, illuminatæ, à Deo mentis; vnde, *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus*. (Matt. 6. 22.) Et, *Tu illuminas lucernam meam Domine*. (Pſal. 14. 19.) Et Iob. *Splendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris*. (Iob. c. 29. a. num. 3.) Quarta, humilitas Saluatoris; vnde: *Paraui lucernam Chriſto meo*. (Pſal. 131. 17.) Prima, ſcrutabitur contemptores mandatorum; vnde: *Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent: Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo*. (Ioh. 15. 24.) Secunda, ſcrutabitur pigros ad operandum; vnde: *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare; ſitiui, & non dediſtis mihi bibere, &c.* (Matth. 25. 35.) Salomon. *Piger propter frigus arare noluit: mendicabitur ergo æſtate & non dabitur ei*. (Prouerb. c. 20. a n. 4.) De tertia: *Cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt; ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis*. De quarta. (Rom. 1. 21.) *Domine, qui te derelinquunt. confundentur: recedentes à te in terra ſcribentur*. (Ierem. 17. B.) Boni quomodo his lucernis videbuntur à Deo? De prima dicitur: *In auditu auris obediuit mihi*. (Pſal. 17. G.) De ſecunda: *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c. Et, Laudent eum in portis opera eius*. De tertia; *Qui ad iuſtitiam erudiunt, multos. fulgebunt, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*. (Dan 12. B.) De quarta: *Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes tribus Iſrael*. (Lu. 21. E)

En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtram, & proſpiciens per cancellos. Cap. VIII.

PARIES, caro noſtra eſt, quam aſſumpſit. Feneſtræ ſunt ſenſus corporis, per quos vita, & mors intrat ad animam. Vnde Hieremias. *Aſcendit mors per feneſtras noſtras*. (Ierem. 9. 21.) Si enim viderimus mulierem ad concupiſcendam eam, intrat mors per oculos: ſi verò quis mundum pulchrum reſpiciat, & mente laudat creatorem; intrat vita per feneſtras oculorum. Per has ergo aſpiciens ſponſus, ſurgere ſponſam admonet; & relinquere corporea, & quærere incorporea. Quæ enim videntur, caro ſunt; quæ vero non videntur, æterna. Quod autem dicitur, *Reſpiciens per cancellos*, quæ ſunt anguſta foramina: hoc eſt, quod anima quandiu eſt in corpore, non poteſt nudam, & apertam capere Dei ſapientiam. (Qui ſit reſpicere per cancellos.) Item, paries iſte dici poteſt lectulus, de quo dicit eadem: *In lectulo meo quæſiui per noctem, quem diligit anima mea*; ſcilicet, in vtero Virginis, in quo quaſi in pariete latuit, quia in lectulo noſtræ infirmitatis cubauit, nec ſolum in iſto. (Lectulus Venter Virginis.)

Triplex Lectulus. S. CCLXXXIII.

TRes enim ſunt Chriſti lectuli. Primo in Virginis vtero, qui eſt ornatus floribus virtutum: ſecundus in Præſepio, muneribus ornatus Magorum: tertius in Crucis patibulo, vulneribus purpuratus clauorum. In primo, factus eſt viſibilis; quia *in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt*. (Baruch. 3. 38) In ſecundo, inuentus eſt humilis, quia *exinaniuit ſemet*. (Philipp. 2. 7.)

ip-

Digitized by Google

ipſu formam ſerui accipiens . In tertio, apparuit paſſibilis, quia *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum*. (1.Pet 2.21.) In primo, inuenit dilectum ſponſi amicus, cùm exultauit Ioannes cum tripudio. In ſecũdo, Magi adorauerunt cũ Myrrha, & Thure, & Auro, & Angelus cãtauit, *Gloria in Excelſis Deo*; Paſtor laudauit, viſo miraculo. In tertio, latro crucifixus orauit, ne excluderetur à Regno. In primo, latuit inter gratiam, & legem, vt mediante Christo, vetera abijciantur, & nouitas aſſumatur. *Vt exuentes veterem hominem cum actibus ſuis, & nouum induentes, vt in nouitate) vita ambulemus*. (Coloſſ 3 9.) In ſecundo; Inter aſinum, & bouem: vt per Chriſtum ſimpliciores à ſapientioribus erudiantur. vnde: *Si praeocupatus fuerit homo, in aliquo delicto: vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis*. (Gal 6.1.) item: *Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos*. (Iob.c.1.n.14.) In tertio, inter latronem, & latronem; ad oſtendendum, quam miſericors eſt pœnitentibus; quam ſeuerus iudex obſtinatis in iudicio Chriſtus inuenietur. In nobis quomodo tres lectulos morales ei paremus, ſicut ait mulier de Eliſeo? Animaduerto, *quod vir ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos: faciamus ei cœnaculum paruum, & ponamus in eo lectulum, & menſam, & candelabrum*.

Triplex lectulus moralis. §. CCLXXXIV.

COEnaculum iſtud, eſt cor noſtrum: in eo ponamus prius triplicem lectulum puero noſtro, vt ibi quæſitus inueniatur. Primus eſt, virtus humilitatis, qui eſt mœroris; vnde: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo*. (Pſal.6.7.) Secundus eſt, patientia in aduerſis, qui eſt doloris; vnde: *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius*. (Pſal.40.4.) Tertius eſt, puritas cordis, qui eſt amoris; vnde: *Lectulus noſter floridus*. Inde eſt, quòd in canticis iſtis tertio ponitur lectulus: *In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea*. Et, *Lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt*. &. *Lectulus noſter floridus*. (Cur ponatur triplex lectulus.) In primo, exprimimus vagitus puetiles, quaſi in Præſepio: in ſecundo, dolores, quos ſuſtinuit Chriſtus in patibulo: In tertio, anima noſtra fit vnus ſpiritus cum Deo, tanquam Humanitas coniuncta Diuinitati in Virgineæ puritatis vtero. Faciamus, & menſam puero. Hæc menſa eſt bonum propoſitum. In hac menſa non apponuntur tria caniſtra Magiſtro Piſtorum, qui erat in carcere cum Ioſeph, de quibus comedebant volucres, id eſt, memoria, intelligentia, voluntas; quibus dum male vtimur; volucres, id eſt, dæmones paſcuntur: Sed apponantur tres propagines vitis, de quibus Magiſter Pincerna propinabat Regi. (Gen. 40.) De prima, vinum album; de ſecunda, ſubruſum; de tertia, rubeum. Primum eſt candor caſtitatis: ſecundum, feruor charitatis; tertium, in paſſione effuſio ſanguinis. (Tres colores vini quid.) Hæc ſunt tria genera hominum in carcere, ſcilicet, mundi: Piſtor, id eſt, digni morte peccatores: Pincerna, id eſt, ſe ipſos Deo reconciliantes: Ioſeph, id eſt, deſpicientes mundum, & in cœlis conuerſantes.

Triplex bona voluntas. §. CCLXXXV.

IN hac datur ferculum bonæ voluntatis. Hec eſt triplex. Prima, volumus proficere proximo; vnde Petro dicitur: *Paſce oues meas*. (Ioan. 21. 17.) Secunda, proficere nobis in bono; vnde: *Comedite pinguia, & bibite mulſum*. (2.Eſd. 8.10.) Tertia, proficere diuinæ voluntati concordando; vnde: *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me*. (Ioan. 4 34.) Prima eſt bona, ſecunda, beneplacens, tertia perfecta. Faciamus & ſellam Iudicis huic puero.

Tria iudicia. §. CCLXXXVI.

IN hac, tria iudicia conſiderantur. Primum, vt de proximo iudicare non præſumas: ſecundum, vt propria peccata tibi cognita arguas: tertium, vt ignorata peccata iudicanda Deo relinquas. De primo: *Tu quis es, qui iudicas fratrem tuum? In hoc enim quod alium iudicas, te ipſum condemnas*. (Rom.2.1.) Item: *Nolite iudicare, & non iudicabimini*. De ſecundo: *Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur*. (1.Cor.11.31.) De tertio: *Qui autem iudicat me, Deus eſt*. Quiſquis ſedet in hac ſella, debet habere cathedram Doctoris, tribunal Iudicis, thronum Regis. Primò enim, ſe debet homo erudire, vt Doctor: ſciat malum quod fugiat, & bonum, quod faciat. Et ecce Doctor in Cathedra. Secũdò, pro peccatis debet ſe iudicare dignũ mor-

morte æterna : de bonis ſe iudicet inu-
tilem ſeruum. Ecce Iudex in tribunali.
Tertiò, ſe regat, vitia deprimendo, vir-
tutes promouendo. Ecce homo in thro-
Pſal. 1. no. Pro primo; *Beatus vir, qui non abijt*
in Concilio impiorum. De ſecundo: *Om-*
2. Cor. 5. 19. *nes nos oportet aſtare ante tribunal Iudi-*
cis. De tertio: *In Excelſo throno*.

Tria vaſa lucernarum.
§. CCLXXXVII.

NOtandum, quòd tria ſunt inſtru-
menta, in quibus lumen propi-
natur, ſcilicet lucerna, lampas, cande-
labrum. Prima ſolet fieri de terra, & eſt
vilior: ſecunda, de cinere, ſed ignis co-
ctione fit purior: tertia de argento, & au-
ro fit precioſior. Lucerna carnis ſenſifi-
catæ: lampas ſimplicis conſcientiæ: can-
delabrum, intelligentiæ, & ſapientiæ. De
Pſal. 17. 29. primo: *Tu illuminas lucernam meam*
Domine. De ſecundo Iob: *Deridetur ſim-*
Iob 12. 5. *plicitas iuſti. Lampas contempta apud*
cogitationes diuitum. De tertio, in
Apoc. 2. 5. Apocal. *Veniam, & mouebo candelabrum*
tuum de loco ſuo. Primum illuminat, ad
Luc. 12. 35. beneoperandum: vnde; *Sint lumbi ve-*
ſtri præcincti, & lucernæ ardentes in ma-
nibus veſtris. Secundum, illuminat ad
diſcretionem bonorum, & malorum, &
Matt. 25. diligendum Deum; vnde: *Prudentes vir-*
gines ornauerunt lampades ſuas. Tertium
illuminat ad cognitionem cæleſtium. In
figura huius, poſitum eſt candelabrum
in tabernaculo Moyſi. Pro primo, vidit
Ezechiel Virum igneum à renibus infra:
Dan. 10. pro ſecundo vidit Daniel *oculos eius ſicut*
Apoc. 1. 6. *lāpas ardens*: in Apoc. pro tertio Vidit Ioā-
nes eius oculos, *quaſi flammam ignis* Vel,
ſi placet, tota illuminatio fit in cādelabro,
quod in tabernaculo Moyſi; vnde habebat
brachia, propter Spiritum ſanctum ſe-
ptiformiter illuminantē. Illuminat enim,
exteriùs, ſigna inuiſibilia exhibendo: illu-
minat interiùs, gratiam inuiſibilem in-
ſpirando. Exteriùs tripliciter: verbo ſci-
licet, ſpiritu pietatis: miraculo, ſpiritu
timoris: exemplo, ſpiritu fortitudinis. In
verbo, docet Dei, & proximi amorem:
in miraculo, timere mira facientem: in
exemplo, fortem eſſe ad paſſionem.

Nota bene. Caro humana, paries eſt feneſtræ, & can
celli feneſtræ per quas aſpicit ſēſus carnis.
Cācelli humane sūt affectiones, per quos
experimentum accepit humanarū neceſ-
Eſai. 53. 4. ſitatum, per quos *languores noſtros ipſe*
tulit, & dolores noſtros ipſe portauit; ſt
ſtat bene, quia ſolus in carne fuit, qui
peccatum carnis non ſenſit. Stetit etiam
per Diuinitatis potentiam, qui per car-
nis infirmitatem occubuit. Dicitur enim: Marc. 14. 38
Spiritus quidem promptus eſt, caro autem
infirma. Quandiu paries eſt interpoſitus,
plenè eum videre non poſſumus.

Quinque parietes. §. *CCLXXXVIII.*

QVinque ſunt parietes, qui viſum im-
pediunt: Primus eſt concupiſcen-
tia: ſecundus, conſenſus: tertius, actus:
quartus, conſuetudo: quintus, contem-
ptus. Deuita primum, & alij ceſſabunt,
& iam non reſtat, niſi vnus ſenſus carnis,
de quo gloriari potes, & dicere: *En ipſa*
ſtat poſt parietem noſtrum. Sed cauen-
dum eſt tibi, vt apertas ſemper inueniat
feneſtras, & cancellos quoſdam confeſ-
ſionum tuarum ſponſus.

Ad quinque aperiuntur feneſtra.
§. CCLXXXIX.

AD quinq; feneſtræ aperiantur: ad ca-
uendum, ad compatiendum, ad
exemplum, ad materiam laudis, ad ſi-
gnum contemplationis. Ad cauendum,
aperta eſt feneſtra arcæ, & emiſſa eſt co-
lumba, ad videndum ſi diluuium receſ-
ſiſſet. Sic per ſenſus noſtros comperimus,
quæ nobis cauenda ſunt. Ad compatien-
dum, reſpiciebat ſponſus per feneſtras
noſtras, quia corporeis ſenſibus noſtras
expertus eſt miſerias, ad compatiendum
nobis. Ad exemplum, quod innuit illa
feneſtra ſolarij, per quam Rahab mere-
trix dimiſit exploratores Iericho, dicens
eis, vt conſcenderent ad montana. Caro
mea, eſt meretrix illa, quæ aperit nobis
ſenſus, vt tendamus ad montana, Id eſt
viros ſpectantes, & inde ſummamus exem
plum. Ad materiam laudis, quando ſim-
pliciter contemplamur creaturas, vt
creatorem laudemus in eis. Iſti *vt nu-* Eſai. 60. 8.
bes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras
ſuas. Ad ſignum contemplationis, quan-
do ad cælum ſenſus erigimus; in ſignum
deuotionis, quæ extenditur ad cæleſtia,
quæ contemplamur; vnde Daniel exo-
rabat ſolus in cęnaculo ſuo, apertis fene-
ſtris contra Ieruſalem. Iſtæ tamen fene-
ſtræ raro, & breuiter aperiendæ ſunt:
& quod ſenſerit latius, ad cor referen-
dum eſt. Inde eſt, quod feneſtræ in tem-
plo interiùs largæ, exteriùs ſtrictæ erant.
Iſtæ ſunt in pariete carnis noſtræ, qua
aſſumpta ſponſa lætatur: ac ſi diceret,
Verbum caro factum eſt.

Tri-

Digitized by Google

Triplex ortus Domini. §. CCXC.

HIc videndus eſt triplex ortus Domini. Primus in mundo, de matre, humilis, quia per eum Deo reconciliamur; ſecundus in corde humano, in fratre amabilis, per quem in dilectionem accendimur; tertius in cælo, de Patre deſiderabilis, in quo Chriſti hæredes efficimur. De primo, *Factus eſt pro nobis*
Gal. 3. 31. *maledictum, vt nos liberaret à maledicto.*
1. Ioan. 4. 19 De ſecundo: *Ipſe prior dilexit nos.* De
1. Pet. 1. 4. tertio: *Qui nos regenerauit in hæreditatem, incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis.* Incorruptibilem, quia non patietur defectum. Incontaminatam, quia ibi non erit peccatum. Immarceſcibilem, quia ibi nullus patietur tædium. In primo,
Ioan. 1. *Verbum caro factum eſt.* In ſecundo, *Et habitauit in nobis.* In ſignum tertij, *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.* In primo factus reconciliationis inſtrumentum; in ſecundo, amoris incentiuum; in tertio, futuræ hæreditatis ar-
Ioan. 14. 6. gumentum. De primo: *Nemo venit ad*
Matt. 12. 49 *Patrem, niſi per me.* De ſecundo: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi*
Ioan. 5. 36. *vt accendatur?* De tertio: *Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.*

Triplex incommodum. §. CCXCI.

HIc triplex ortus fit contra triplex incommodum. Homo enim in Paradiſo perdidit incorruptionis gloriam;
Geneſ. 2. 17. vnde. *Quacunque die comederis, morte morieris.* Perdidit, & dignitatis præro-
Pſal. 48. 13. gatiuam, quia *homo, cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis, inſipientibus, & ſimili factus eſt illis.* Perdi-
Tria homo perdit in paradiſo.
Geneſ. 3. 17. dit, & plenitudinis abundantiam; vnde: *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi.*

Triplex promiſſum. §. CCXCII.

COntra hoc triplex incommodum fecit Dominus triplex promiſſum per Prophetam. Contra primum: *Mor-*
Eſai. 26. 19. *tui mei viuent; interfecti mei reſurgent.*
Eſai. 56. 5. Contra ſecundum: *Dabo in Ciuitate mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs hominum.* Contra tertium:
1. Cor. 2. 9. *Oculus non vidit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.*

Triplex ſignum. §. CCXCIII.

Eſai. 7. 14. DEdit etiam triplex ſignum: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Hic per incorruptam virginem datur ſignum incorruptionis; per primum ortum. *Et vocabitur Emmanuel*, quod dicitur nobiſcum: ecce ſignum recuperandæ dignitatis; per ſecundum ortum. *Butyrum, & mel comedet.* Ecce ſignum recuperandæ plenitudinis; per tertium ortum datur nobis.

Tria per incarnationem homo recuperauit.

Quare tres Miſſæ cantantur in Natali Domini. CCXCIV.

PRopter iſtos tres ortus in Natali Domini tres Miſſæ celebrantur. Propter ortum de Patre canitur prima, ſcilicet, *Dominus dixit ad me.* Propter ortum in fratre ſecunda, ſcilicet: *Lux fulgebit.* Propter ortum de matre tertia, ſcilicet,
Eſai. 9. 6. *Puer natus eſt nobis.* De quo ſequitur: *Vocabitur nomen eius admirabilis*; quod fuit in natiuitate: *Conſiliarius*, in prædicatione: *Deus*, in miraculorum exhibitione: *Fortis*, in paſſione: *Pater futuri ſæculi*, in reſurrectione: *Princeps pacis*, in aſcenſione, & ſancti Spiritus miſſione. Vel moraliter ſic: *Admirabilis*, in conuerſione: *Conſiliarius*, in conuerſatione: *Deus*, in peccatorum remiſſione: *Fortis*, aduerſus in tentatione: *Princeps pacis*, in retributione. Tertius ortus eſt mirabilis, quia contra naturam: ſecundus, inæſtimabilis, quia præter naturam: primus incomprehenſibilis, quia ſupra naturam.

In honorem triplicis natiuitatis Chriſti, & triplicis recuperationis cauſæ Eccleſia tres Miſſas in natiuitate Domini.

Naturæ variatio. §. CCXCV.

SEcundum naturam fiunt ea, in quibus operantur tantum cauſæ inferiores; ſicut eſt humana natiuitas. Contra naturam fiunt, in quibus operantur cauſæ ſuperiores in rebus inferioribus; vt cùm aſina locuta eſt, & vis infertur naturæ; tamen in natiuitate viri concurrunt ſuperiores, & inferiores cauſæ. Quod enim natus eſt homo de matre, faciunt inferiores cauſæ: quòd vero ſine viri ſemine, faciunt ſuperiores cauſæ. Præter naturam fit vbi cauſæ ſuperiores operantur in rebus inferioribus, nec tamen vis infertur naturæ: vt fit in peccatorum remiſſione

Su-

Supra naturam fit vbi cauſæ ſuperiores operantur in rebus ſuperioribus; vt in Natiuitate diuina, quæ eſt Filij à Patre, & in Trinitate, & in cæteris, quæ miranda potius ſunt, quàm ratione inueſtiganda.

En Dilectus meus loquitur mihi. Cap. VIIII.

AD hoc venerat, vt eam instrueret. Vocat ergo eam, & inuitat à carnalibus ad ſpiritualia; à viſibilibus, ad inuiſibilia; à lege, ad Euangelium. Venit, accelerat, appropiat; adeſt, reſpicit, alloquitur. Nihil horum ſponſæ effugit induſtriam. Venit in Angelis: accelerat, in Patriarchis: appropiat, in Prophetis. Adeſt in carne: reſpicit, in miraculis: alloquitur, in Apoſtolis. Vel ſic: venit affectione, & ſtudio miſerendi: accelerat, zelo ſubueniendi: appropiat infirmis. Adeſt præſentibus: proſpicit in futuris: loquitur omnibus, docens eos, & ſuadens de Regno Dei.

Gradus Gratiæ. §. CCXCVI.

IN his aduertimus gratiam operantem, & cooperantem. Venit inchoando: accelerat liberando: appropiat ſanando. Ecce gratiam parans. Adeſt adiuuando: proſpicit conſeruando; alloquitur, conſummando. Inchoat, per contritionem: adiuuat, per bonam voluntatem: conſeruat, per perſeuerantiam: conſummat, per conſolationem proximorum.

Quid loquitur ſponſus? §. CCXCVII.

SPonſus loquitur inuitans ad brauium, promittendo vitam Angelorum: inſtruens ad curſum, præcipiendo opera virtutum: complanans ſtadium, prohibendo maculas vitiorum. Audi promiſ-
Matt. 25. 34 ſum: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Audi præceptum: *Dili-*
Matth. 5. 4. *gite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.* Audi prohibitio-
Luc. 6. 37. nem: *Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini*; vnde Paulus.

De gladio, qui eſt ſermo. §. CCXCVIII.

SErmo Dei viuus eſt, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, ad complanandos ſtipites vitiorum. Et iſte ſermo, ſiue prolatiuus, ſiue quia eſt filius Dei, pertingit vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus. Per animam, carnalia, per ſpiritum, ſpiritualia peccata ſignificantur, inter quæ diſcernit ſermo Dei. Heb. 4. 12.

Vires ſpiritus. §. CCXCIX.

SPiritus tres habet vires. Prima, quæ temporalia prudenter adminiſtrat: ſecunda eſt, quæ cæleſtia contemplatur: tertia, quæ Deum ſpeculatur.

Vires animalitatis. §. CCC.

ANimalitas quoque tres habet vires. Prima eſt, quæ temporalia concipit: ſecunda eſt, quæ concepta, concupiſcit: tertia eſt, quæ concupitis, miſerabiliter ſe ſubijcit. & inter has diſcernit ſermo Dei: eſt, & diſcretor compagum, & medullarum. Compages ſunt, conuenientiæ & ſimilitudines rerum, inter quas diſcernens docet, ne ſimilitudine fallantur. Aliquando parcitatem ſimulat auaritia, & remiſſio grauitet &c. Sed præter has diſcernit Deus medullas ſpiritus. Medullæ ſpiritus ſunt deuotiones: medullæ animalitatis, concupiſcentiæ carnales; inter quas ſermo Dei & diſcernit, & diſcernere docet, & eſt diſcretor cogitationum: ſcilicet, quæ ſit bona, & quæ mala. Similiter, & diſcretor intentionum: ſcilicet, quæ ſit bona, & quæ mala, & quæ diſcreta. Dilectus iſte non eſt alius, quàm Dei Filius, per quem Pater nobis loquitur, dum per eum Patris voluntas reue-

latur. Primus enim nobis loquutus eſt per Patriarchas: poſtmodum per Pro-
1. Cor. 15. 7. phetas; *Nouiſſimè, verò locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem, per quem fecit & ſæcula.*

Tres Filij. §. CCCI.

TRes ſunt filij. Filij iræ: Filius adoptiuus: & Filius gratiæ. Primus eſt genitus ex ſanguinibus, & voluntate viri,
Epheſ. 2. 3. & voluptate carnis; vnde Apoſtolus: *Omnes, natura ſumus filij iræ.* Secundus eſt, regeneratus, quia natus eſt ex Deo, per Sacramentum Pœnitentiæ, & Baptiſmatis;
Rom. 8. 15. vnde: *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba (Pater)* Nam Spiritum ſanctum in filios adoptionis effudit. Tertius eſt, vnigenitus Dei Patris, & Virginis Filius, de quo legitur: *Chriſtus eſt filius Dei per naturam.* Primus, accepta portione ſubſtantię, abiit in villam, vt paſceret porcos. Secundus, benedictionem patris meruit, dum conſilio matris, patri parat pulmentum, occidens, & excorians duos hœdos optimos. Tertius à Patre mittitur in Sichimis, vt videat ſi cuncta proſpere agantur circa fratres ſuos. Primum igitur deſtituit pater ſpolijs gratuitorum, & naturalium bonorum, propter quem fecit inferni vincula: & hic eſt fœtor ſpurcitiæ. Secundum *inſtituit ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum,* pro quo fecit miracula: qui eſt odor iuſtitiæ. Tertium
Hebr. 1. 2. 4. & 5. *Conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Iſte eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ.* Primus, vitio puſillanimitatis fœtorem peccatorum retinens, ſtatuendus eſt ad ſiniſtram cum hœdis; ſecundus auxilio fortitudinis ſuæ, maculas peccatorum fugiens, iam conuerſatur in cælis, poſtmodum regnaturus cum Angelis; tertius, *portans omnia*
Heb. 1. 3. *verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens,* ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Iſte eſt Filius Dei, qui commendat charitatem ſuam nobis, dum more humano cauſas, quibus à nobis debet diligi, per Apoſtolum hic oſtendit.

Quatuor cauſis diligitur Deus. §. CCCII.

Heb. 1. 2. CAuſæ iſtæ ſũt quatuor, quia diues in omnium poſſeſſione, *quem conſtituit hæredem.* Quia ſapiens in omnium rerum creatione, *per quem fecit & ſæcula.* Quia pulcher in omnium rerum
Hebr. 1. 3. creatione, & in Diuinitate, & Humanitate; *Qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ.* Quia potens in mundi gubernatione; *Portans omnia verbo virtutis ſuæ purgationem peccatorum faciens.* De
Pſal. 88. 12. primo: *Tui ſunt cæli, & tua eſt terra: orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundaſti: Aquilonem & mare tu creaſti.* De
Col. 2. 3. ſecundo. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ.* De tertio: *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.* De
Dan. 4. 31. quarto: *Poteſtas eius, poteſtas ſempiterna; & regnum eius in generatione, & generationem.* Hæc enim quatuor ſolent ſibi iactare amantes; vnde Virgilius de primo.

Quam diues niuei pecoris, quam lactis abundans.

De ſecundo.

Canto, quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat.
Amphyon Dircæus.

De tertio.

Nec ſum adeo informis, nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis ſtaret mare.

De quarto.

Mille meæ ſiculis errant in montibus agnæ.

In his pro nobis humiliatus, & amandus. §. CCCIII.

ESt adhuc, vnde eum plus diligas. Pro nobis enim diues apparuit; vnde:
2. Cor. 4. 9. *Cùm diues eſſet, pro nobis egenus factus eſt; vt inopia illius diuites eſſemus.* Sapiens ſtultus reputabitur; vnde improperatum eſt ei, *Dæmonium habes.* Pulcher
Iſa. 53. 4. obſcuratur; vnde: *Vidimus eum, quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum.* Potens infirmatur; vnde: *Factus*
Philip. 2. 8. *eſt obediens vſque ad mortem.* Iſte diues eſt in ſpiritualibus, & cæleſtibus diuitijs.
Rom. 2. 4. De primis: *An diuitias bonitatis Dei, & longanimitatem contemnis?* De ſecundis: *Inhabita terrã, & paſceris in diuitijs*
Pſal. 36. 3. *eius.* Vtraque poſſidebis, ſi pauper fueris ſpiritu, non tantum cenſu: vnde Poeta.

O vitæ tuta facultas.
Pauperis, anguſtique lares, ô munera nondum
Intellecta Deum.

2. Cor. 4. 9. Sic dictum eſt: *Chriſtus propter nos egenus factus eſt.* Aſpice natum ſine hoſpitio, ante bouem, & aſinum, in Præſepio, inuolutum vili panniculo, fugitiuum in Ægyptum, ſedentem in aſino, nudum

in

Luc. 10. 37. in patibulo. Ecce pauper; *Vade, & tu*
fac ſimiliter. Inhabita terram, & paſce-
Pſal. 36. 11. *ris in diuitijs eius. Manſueti enim hæ-*
reditabunt terram, & delectabuntur in
multitudine pacis. Hæc eſt hæreditas ſer-
uorum Domini, qua erimus *hæredes*
quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, quem
Rom. 8. 17. *Pater conſtituit hæredem vniuerſorum*;
Qui nos introducit *in hæreditatem incor-*
1. Pet. 1. 4. *ruptam, & incontaminatam, & immar-*
Heb. 1. 2. *ceſcibilem, conſeruatam in cælis*. Sapiens
eſt, *per quem fecit & ſæcula*. Sed pro-
pter nos ſtultus factus eſt. In colaphis,
in ſputis, in contumelijs; *Et reputatus eſt*
cum ſceleratis. Vt ſapientes ſimus; ſtul-
tos nos reputemus; quia *ſtulta mundi ele-*
Iſa. 53. 12. *git Deus, vt confundat fortia. Væ vobis, qui*
1. Cor. 1. 27. *ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram*
Iſai. 5. 21. *vobis ipſis prudentes*. Ille eſt vere ſapiens,
Col. 2. 3. *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ*
& ſcientiæ abſconditi. Sapientia iſta
trahitur de occultis, ait Iob: id eſt, de
Prou. 10. ſecretiſſimis, Patris. *Filius ſapiens eſt*
Prou. 9. 1. *gloria Patris*. Hæc ſapientia ædificauit in
nobis ſibi domum humani corporis. *Ex-*
cidit columnas ſeptem, ſcilicet dona Spi-
ritus ſancti ſeptem. Hæc ſapientia vincit
Sap. 8. 1. malitiam, *attingens à fine, vſque ad fi-*
nem, fortiter, & diſponens omnia ſuaui-
ter. Attingit à fine, ſcilicet, principio bo-
næ conuerſationis, vſque ad finem extre-
mæ reſolutionis. Fortiter, à peccatis li-
berando, in tentatione adiuuando, per-
ſeuerantiam conſummando. Diſponit om-
nia ſuauiter, erudiens te, vt primo dili-
gas Deum: ſecundo te ipſum: tertio, pro-
ximum. Item fortiter; de cælo proſpi-
ciendo ſuperbum, in mundo vincendo
malignum, in inferno ſpoliando auarum.
Diſponit ſuauiter, hominem in mundo
redimendo, de inferno liberando, ad cæ-
lum deinde reparando. Hæc ſapientia
Vtique attingit, propter ſuum munus.
Vt igitur hanc habeas ſapientiam, ſimula
ſtultitiam. Nam ſtultitiam ſimulare,
prudentia ſumma eſt. Eſt, & deco-
rus, de quo dicitur: *Cum ſit ſplendor*
gloriæ, id eſt coæternus Patri, ſicut ſplen-
dor coæuus eſt, Soli, vel igni: *Et figura*
ſubſtantiæ; id eſt, æqualis, ſicut figura
alicuius rei, ipſi eſt æqualis. De eo &
dicitur; *Candor eſt lucis æternæ, & ſpe-*
culum ſine macula, in quem deſiderant
Angeli proſpicere. Et in humanitate,
Pſal. 44. 3. *Speciosus forma præ filijs hominum*. Si
ergo vis eſſe particeps illius gloriæ, ne
deſideres pulchritudinem huius miſeriæ.
Nam tibi decor iſte, quod optas, in eſſe
Iſai. 53. 2. verat. Ait Iſaias: *Non eſt ſpecies ei, ne-*
que decor, ſed tamen, per ea, quæ
geſſit in mundo. Fuit ſplendor gloriæ
ipſius, de quo dicitur. *Gloria in excelſis* Luc. 2. 14.
Deo, & in terra pax hominibus bonæ vo-
luntatis.

Triplex locus gloriæ. §. CCCIV.

FVit enim de natiuitate eius gloria in
imis, id eſt, in mundo generi huma-
no. Fuit gloria in excelſis, id eſt, in cæ-
lo Angelis. Fuit gloria in excelſis, id eſt,
in throno Dei. Per primam *illuxit nobis* Eccleſia.
dies redemptionis noſtræ: Per ſecundam,
reparationis antiquæ: Per tertiam, *feli-*
citatis æternæ. Dies redemptionis no-
ſtræ, qua redempta eſt humana natura;
vnde: *Vidimus gloriam eius, gloriam qua-*
ſi vnigeniti à Patre. Reparationis anti- Io. 1. 14.
quæ, qua reparata eſt Angelicæ iactura
ruinæ; vnde: *Gloriam regni tui dicent,* Pſal. 144. 11
& potentiam tuam loquentur. Felicita-
tis æternæ, id eſt, qua perpetuo creato-
rem laudabit creatura; vnde: *Cæli enar-*
rant gloriam Dei, & opera manuum eius Pſal. 18. 1.
annunciat firmamentum. Hæc triplex
gloria, triplicem fugat confuſionem.

Confuſio triplex. §. CCCV.

FVit enim confuſio in mundo, quan-
do Adam peccauit: Fuit in Cælo,
quando Angelus ſuperbiuit: Fuit in in-
ferno, quando diabolus perpetuo luit. Pſal.
De prima: *Confuſio vultus mei operuit*
me. De ſecunda: *Domine, qui te dere-* Ier. 17. 13.
linquunt, confundantur; ſcilicet, Ange-
li mali confuſi ſunt, quoniam Dominus
ſpreuit eos, in inferno damnati. Huius
prædictæ gloriæ eſt ſplendor, id eſt, oſten-
ſio Solis, qui natus eſt nobis. Sed idem
ſplendor ſolis pro nobis obſcuratus eſt,
tripliciter. Obſcuratus eſt enim nubibus,
id eſt, carnis obiectu, in natiuitate ecly-
ptico defectu: In perſecutorum, de praua-
tione: naturali occaſu in paſſione. De pri-
mo: *Solem nube tegam, & tenebreſcet* Amos 8. 9.
ſol in die ortus ſui. De ſecundo in A-
pocalypſi. *Factus eſt ſol tanquam ſaccus* Apoc. 6. 12.
cilicinus. Cilicium vile eſt aculeis pun-
gentibus. Sic perſequutores, Chriſtum
vilem reputauerunt: aculeis, id eſt, ar-
gumentationibus, & obiectionibus eum
impugnauerunt. De tertio, *Occidet ſol* Am. [illegible]
in meridie; Iſtæ tres obſcurationes [illegible]
niuntur in peccatore. Prima [illegible]
ſolicitudine, in qua *Exinaniuit ſe formam*
ſerui accipiens. Secunda, [illegible]
vnde: *Non eſt hic homo à Deo, qui* [illegible]

batum non cuſtodit. Tertia in criminis
perpetratione ; vnde : *Factus eſt obe-*
Philipp. 2. 8. *diens vſque ad mortem*. Ecce pulchritu-
do, Sequitur potentia : *Poteſtas eius po-*
Dan. 4. 31. *teſtas æterna, quæ non auferetur*. Sed &
ipſa pro nobis infirmata eſt, *Pater*, ait. *ſi*
Matt. 26. 38. *fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte*. Item;
& 39. *Cœpit pauere, & tædere. Tu dicis, quia*
diues ſum, & locupletatus, & nullius
Apoc. 3. 17. *egeo*. Verum vt voto potiaris tuo, miſe-
rabilis eſto. Ipſe enim portat te, & tua.

Quatuor nobis portauit Chriſtus. §. CCCVI.

QVatuor nobis portauit. Portauit
defectum noſtræ infirmitatis, quod
cœpit portare in Virginis vtero. Porta-
uit onus noſtræ iniquitatis in Crucis pa-
tibulo. Portauit gloriam reſuſcitatæ car-
nis, in reſurrectione. Portat deuotionem
noſtræ orationis, quandiu ſumus in hac
calamitate. De primo : *Vere languores*
Iſai. 53. 4. *noſtros ipſe tulit*. De ſecundo : Relictis
nonaginta nouem ouibus in deſerto,
venit vnam quærere, inuentam portauit
in humeris ſuis : vnde ; *Sicut Aquila pro-*
Deut. 32. 11. *uocans ad volandum pullos ſuos, & ſu-*
per eos volitans expandit alas ſuas, & aſ-
ſumpſit eum, atque portauit in humeris
ſuis. De tertio : *Portaſti eum in fortitudi-*
ne tua ad habitaculum ſanctum tuum. De
quarto: *Iube hæc perferri, per manus ſãcti*
Deut. 31. 11. *Angeli tui Aduocatū* enim habemus *apud*
Patrem, id eſt, Chriſtus qui factus eſt pro
peccatis. In primo, noſter factus eſt ſocius
in ſecundo, ſeruus: in tertio, præmius:
in quarto nuncius. Hic pro nobis labo-
rauit : ſed ecce ſedet ad dexteram Ma-
jeſtatis in excelſis.

Quatuor ſeſſiones. §. CCCVII.

HAnc ſeſſionem, quatuor debent
præcedere ſeſſiones. Prima eſt in
ſuſcipienda diſciplina, perſeuerantia,
ne ſit momentaneus. Secunda, in iu-
dicando diligentia, vt ſit prouiſus. Ter-
tia, humilitas in ſublimitate, ne ſit ſu-
perbus. Quarta, repauſatio in infirmi-
tate, ne ſit in laboribus indiſcretus.
Iſtas legimus Chriſtum impleuiſſe. In
prima *Sedit inter doctores, audiens, & in-* Luc. 2. 47.
terrogans illos. Et, *Maria ſedens ſecus* Io. 11. 20.
pedes Domini, audiebat verbum illius. In
ſecunda, ſedit Ieſus contra Gazophyla-
cium iudicans de oblatione viduæ. In
tertia ſedit in Monte, & cum ſediſſet, a-
peruit os ſuum. Inde ait Apoſtolis: *Sede-*
te in Ciuitate, &c. In quarta, laſſatus ex
itinere ſuper fontem ſedit. Ecce ſedet ad
dexteram Maieſtatis in excelſis. Inde,
Gloria in excelſis Deo, & in terra pax ho- Luc. 2. 14.
minibus bonæ voluntatis.

Pax triplex. §. CCCVIII.

EST pax hominibus malæ voluntatis:
& ex pax hominibus tepidæ volun-
tatis: & eſt pax hominibus bonæ volun-
tatis. De prima : *Zelaui ſuper iniquos,* Pſal. 72. 3.
pacem peccatorum videns. De ſecunda.
Ezechiel : *Tantum ſit pax in diebus meis*. Ezech.
De tertia Apoſtolus. *Pacem ſequimini* Hebr. 12. 14
cum omnibus. Primi peccant confiden-
ter, quia Deus eos non punit. Secundi
agunt negligenter, quia tentatio eos fre-
quenter non inuadit. Tertij languent ſua-
uiter, quia Deus eis ſuam gratiam oſten-
dit. De primo. *Neſcis, quia benignitas* Rom. 2. 4.
Dei ad pœnitentiam te adducit? De ſe-
cundo: *Vtinam frigidus eſſes, aut calidus*. Apoc. 3. 15.
De tertio. *Filia Hieruſalem nunciate* Cant.
dilecto, quia amore langueo.

Surge propera, amica mea, columba mea, formoſa mea. Cap. X.

PRO viciſſitudine tempo-
rum omnia ordinantur ;
quia iam eam dilectus
prius viſitauerat in lectu-
lo florido: nunc ad vineas
colendas, & beſtias ab eis
propellendas inuitat : id
eſt, ad ædificandas Eccleſias, & Hæreti-
cos expurgandos. Ait itaque : Surge à
lectulo contemplationis ; nec ideo ſepa-
raberis à me, quia es amica: propterea
in Eccleſia congregare in ſpiritu man-
ſuetudinis; quia es columba. Veni re-
prime aduerſarios Eccleſiæ, vt præſentiā
tuæ

tuæ conuerſationis reuereantur; quia es virtutibus formoſa. Eſt amica,quia ſimpliciter agit:columba,quia honeſte cõuerſatur,formoſa quia conuerſatione venerabilis. In tribus enim ſponſa cõmendatur: prædicatione, oratione, contemplatione. Amica, merito dicitur, quæ ſponſi lucra prædicando, conſulendo, miniſtrando quærit. Columba, quæ gemebunda oratione diuinã ſibi conciliat clementiam. Formoſa, quæ cæleſti deſiderio ſulgens, ſupernæ contemplationis decore ſe induit. Hic vidit Martham miniſtrantem, Lazarum ſub lapide gementem, & reſurrectionis gloriam flagitantem; Mariam vacantem. Vocat eam ad vineas, id eſt, animas reuiſendas, corrigendas, inſtruendas, & ſaluandas.

Ratio nominum. §. CCCIX.

Dicitur amica affectibus; columba, gemitibus,formoſa virtutibus.Affectibus, quibus Dilectus concupiſcit: gemitibus, quibus peccata ingemiſcit: virtutibus, quibus floreſcit. Concupiſcit, vt dulcis ſentiatur: gemiſcit, vt peccatum remittatur: floreſcit, vt ab eo iocunda inueniatur. Igitur ſurge, ne retinendo peccatum, tepida inueniaris. Propera, ne occupet dies mortis te. Veni, ne citra metam fatigeris. Surge: *Vſ-*
Prou. 6. 9. *queque piger dormis? Vtinam frigidus*
Apoc. 3. 15. *eſſes, aut calidus*. Propera. *Quid hic ſta-*
Matth. 20.6 *tis tota die otioſi?*

Triplex dormitio. §. CCCX.

Triplex eſt dormitio. Prima ſomnolentiæ iniquitatis. vnde: *Surge qui dor-* *Epheſ. 5. 14.* *mis*. Secunda recreandæ infirmitatis, vnde: *Si dormit, ſaluus erit*. Tertia,contemplationis; vnde: *Ego dormio, & cor meum vigilat*. Prima eſt fugienda; vnde Dominus cum inuenit diſcipulos ſuos dormientes; primo increpauit eos di- *Matt. 26.40* ctus; *Vnà hora non potuiſtis vigilare mecum?* Secunda eſt indulgenda; vnde, Dominus ſecundò diſcipulos ſuos inuenit dormientes, tacuit. Tertia eſt appetenda; vnde Dominus tertio dormientibus ait: *Dormite iam, & requieſcite*. *Ibid.* A prima ſurgendum eſt; ſed in hac quidem ſomnolentia premuntur, quia tentationibus colliduntur. Quidam ſomno grauantur, quia tentationibus ſuccumbunt. Quidam lethargiam patiuntur, quia ſuccumbentes reuerti nolunt. De his dicitur. *Eccleſia.*

Gallus iacentes excitat,
Et ſomnolentos increpat;
Gallus negantes arguit.

Gallus iſte, qui excitat, fuit Moyſes, Prophetæ, Apoſtoli, Patres. Chriſtus hic ſomnolentos increpat, ne quaſi Samſon *Gallus qui dicantur.* deprehendantur in Dalidæ gremio, Iacentes excitat, vt reſurgant, quaſi Paralyticus de grabato: quaſi computreſcunt; quaſi iumenta in ſtercore ſuo?

Gallus quator facit. §. CCCXI.

Gallus iſte quatuor facit. Iacentes excitat, ſicut in hoc loco: horas noctis diſtinguit: erroneos ad vitam vocat: lucem nunciat venturam. Horas noctis diſtinguit, quæ ſunt tres. Nox eſt vita peccatoris. *Nox peccatoris triplex.* Prima hora eſt contritio; ſecunda, confeſſio; tertia, ſatisfactio. Vel, vita cuiuſlibet hominis eſt nox, cuius horas diſtinguit Propheta. *Indicabo tibi, ô, homo, quod ſit bonum, & quid Dominus exigat à te. Vtique diligere miſericordiam, & facere iuſtitiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo*. *Mich. 6. 8.* Erroneos reuocat; vnde Apoſtolus: *Videte quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipidi; & pigri*. *Apoſtolus.*

De tribus diebus malis. §. CCCXII.

Triplex eſt dies malus: ſcilicet, propter culpam; vnde: *Sufficit diei malitia ſua*: *Matth 6.34* ſcilicet, propter temporalem pœnã; vnde Iob: *Dies mei pauci ſunt, & mali*: propter duram in iudicio ſententiam; vnde: *In die malo, liberabit eum Dominus*. *Pſal. 40. 2.* Primum debemus vitare: ſecundum, patienter ſuſtinere, vnde tertium poſſimus ſecuri expectare. Tempus quidam adimũt, qui ſemper viuunt in iniquitate: redimũt qui pœnitent aliquo tempore; emunt autẽ qui ſemper viuunt ſine crimine. Primorum dies deficiunt; vnde Dauid: *Defecerunt ſicut fumus dies mei*. *Pſ. 101. 4.* Secundi dimidiantur; vnde: *Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in te Domine*. *Pſal. 54. 24.* &, *Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi*. *Ezechias.* *Iſa 38.* Tertij implent; vnde Iacob *Mortuus eſt plenus dierum*. item, *Gallus nunciat lucem venturam*, ſcilicet æternam.

De

Digitized by Google

De luce quadrupla. §. CCCXIII.

SVnt enim quatuor luces. Prima eſt Chriſtus; *Ego ſum lux mundi*. (Ioan. 8. b) Secūda, opus; vnde: *Luceat lux veſtra coram hominibus*. (Matth. 5 b) Tertia ipſius ſpiritus; vnde: *Ambulate dum lucem habetis*. (Ioan. 12. g) Quarta eſt in cælo ſuperius; vnde: *Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporum*. (Eccleſia.) Prima eſt in documentum ad fidem, quæ fuit apud nos: ſecunda in exemplum ad imitationem, quæ eſt inter nos: tertia ſpirituale donum, ad intellectum, quæ eſt inter nos; quarta, *Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno Patris eorum* (Matth. 3. 43) ad Dei viſionem, quę eſt ſuper nos. De his dicitur. *Semita iuſtorum quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem*.

Tres iuſti. §. CCCXIV.

EſT iuſtus, qui ex fide viuit, ſicut Moyſes: & eſt iuſtus qui quaſi leo confidit ſicut Ioannes: & eſt iuſtus, qui non conturbatur quidquid ei acciderit, qui eſt Saluator. Primi ſemita, ad Chriſtum accedit quaſi lanterna: ſecundi pręcedit, quaſi lucerna: tertij procedit, quaſi lux ſplendida. Primo enim Chriſtus latuit ſub littera in lege: ſecundo monſtratus eſt in Ioannis natiuitate: tertio plenè apparuit in aſſumpta Humanitate. Ad horum imitationem debemus tenere lanternam, lucem ſplendidam, lucernam. Lanternam qua feruor nouitius ex parte lateat: lucernam, qua fortium lux appareat: lucem, qua contemplatiuis Deus innoreſcat. Lãternam igitur tenent nouitij in ore, id eſt, in oratione; vnde Dominus, *Cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito*. (Matth. 6. 6.) Tenēt in manu, id eſt, in operatione; vnde: *Cùm facis eleemoſynam, noli tuba canere. Et neſciat ſiniſtra, quid faciat dextera tua*. (Idem. 3°) Tenent in corpore, id eſt in ſatisfactione; vnde: *Cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito*. (Idem.) Similiter lucerna bonorum operum debet eſſe in ore, id eſt, in prędicatione; vnde: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*. (Pſal. 118. o) Debet eſſe in manu, id eſt, in opere; vnde: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*. (Luc. 12. e) Debet eſſe in capite; id eſt, in inſpiratione; vnde Iob: *Quis mihi det, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me? Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris*. (Iob. 10. 2. 3.) Ideo Ioannes dictus eſt lucerna ardens, & lucens, pingueſcens. (Quomodo Ioannes dicatur lucerna.) Pro primo; *Lucens*: pro ſecundo *Ardens*: pro tertio: *Pingueſcens*. In figura primi de animalibus in Ezechiele dicitur: *Et ſcintillæ, quaſi æris candentis*. (Ezech. 1.) De ſecundo: *Similitudo animalium quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum*. De tertio ait Ioannes: *Oculi eius quaſi flamma ignis*. (Apoc.) Lucem tenent contemplatiui.

Triplex lux. §. CCCXV.

EſT lux triplex. Prima cognoſcitur nequitia, quæ ducet figuram peccatorum; vnde: *Omnis, qui male agit, odit lucem*. De hac dicitur quòd mulier illa meretrix corã Salomone diligentiùs intuens clara luce puerum mortuum, cognouit non eſſe filium ſuum, quem genuerat. Mortuus quippe filius, eſt opus mortuum peccatorum. Secundo, clara eſt conſciētia, quæ ducit per viam virtutum; vnde: *In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplēdore fulgurantis haſtæ tuæ*. (Habac. 3. 11) Tertia oritur, in corde lætitia, quæ exhilarat oſtenſione præmiorum; vnde: *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia*. (Pſal. 96. b) Prima ergo iuſtorū procedit vſque ad ſecundam per infectum diem: ſecunda creſcit vſque ad tertiam per affectum diem: tertia, creſcendo deducit vſque perfectum diem.

Triplex dies. §. CCCXVI.

EſT enim dies infectus, eſt dies affectus, eſt dies perfectus. Infectus, corruptione peccatorum: affectus deuotione bonorum: refectus, conſūmatione bonorum. Primus ergo eſt tribus infectus, voluntate, vanitate, & malignitate. De primo Hieremias: *Diem hominis non deſideraui, tu ſcis*. (Hier. 17. 16.) De ſecundo: *Homo ſicut fœnum dies eius, tanquam flos agri ſic efflorebit*. (Pſal. 102. 15) De tertio. *Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, ſed neque me ipſum iudico*. (1. Corint. 4. 3) Secundus dies eſt affectus tribus: ſcilicet, puritate conſcientiæ, ſanctitate iuſtitiæ, ſuauitate lætitiæ. De primo *Ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem*. (2. Corint. 6. 2) De ſecundo *Seruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris*. (Zacharias.)

De

Hymn. De tertio. *Lætus dies hic tranſeat, &c.* Ter-
tius dies, nihilominus in tribus eſt perfe-
ctus. Primo, quia erit ſine noctis, vel nu-
bis interruptione: ſecundo lucis magni-
tudine: tertio, plenaria Dei viſione. De pri-
mo *Donec aperiret &c.* De ſecundo. *Ecce
Dominus veniet, & omnes Sancti eius cũ
Oſee 6. 3. eo &c.* De tertio: *Viuificabit nos poſt
duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, &
viuemus in conſpectu eius*: id eſt, ſine
corruptionis moleſtia ſciemus ſecreta
cæleſtia. Sequimur obediendo voluntatis
eius veſtigia, vt cognoſcamus Dominum
ſcilicet tres perſonas, Patris, & Filij, & Spi-
ritus ſancti, in vna ſubſtantia. Dicit ergo
Rom 13. f Gallus, id eſt Apoſtolus: *Nox præceſſit,
dies autem apropinquauit.* Item dicitur
ſponſa, *Amica*: dicitur, *Columba*: dicitur
Formoſa. *Amica*, animi cuſtos: *Columba*
colens lumbos: *Formoſa*, formam mori-
bus ſapotans. Eſt igitur *Amica*, per pru-
dentiam: *Columba*, per continentiam:
Formoſa, per conſcientiam. Per pruden-
tiam, qua vitat diaboli machinationem.
Per continentiam, qua declinat carnis in-
quinamenta. Per conſcientiam, in qua
ſunt virtutum ornamẽta. Dicatur igitur:
Surge amica: quia per prudentiam ſapis
vitare malum: propera columba per con-
tinentiam, quia munda per abſtinentiam
cordis teris ſuperbiã. Veni formoſa, *quia
concupiuit Rex ſpeciem tuam.* Vt igitur ſis
amica, ſurge de ſterquilinio peccatorum:
vt ſis Columba, propera ad merita virtu-
tum: vt ſis formoſa, propera ad gaudia
Beatorum. Eſt igitur amica, dum fu-
giendo malitiam, amorem Dei mundo
præponit: Columba, dum cæleſtia me-
Pſal.96 ditatur: formoſa, dum in terris conuer-
ſatur. De primo. *Qui diligitis Dominum,
Pſal.97 odite malum.* De ſecundo; *Meditabor vt
columba.* De tertio: *In carne prætercar-
nem viuere, nihil aliud eſt, quàm angeli-
cam vitam in terris ducere.* Vel aliter.
Eſt amica, per ſcientiam, qua à bonis
mala diſcernuntur: Columba, per intelli-
gentiam, qua cæleſtia cognoſcuntur: for-
moſa, per ſapientiam, qua cognita de-
guſtantur. Ne ſit indiſcreta dilectio, vt
appareat noſtra expectatio, vt probetur
friuola omnis alia dilectio. De primo:
Eph.5.b *Videte quomodo caute ambuletis.* De ſe-
Apoc.21.a cundo: *Vidi ciuitatem ſanctam Hieru-
ſalem nouam deſcendentem de cælo.* De
Sap 7.e tertio: *Panem de cælo dediſti eis, habentem
omne delectamentum, & omnem saporẽ.*
Oportet ergo, vt amica ſit animi cuſtos
contra iram, contra luxuriam, contra
auaritiam, contra ſuperbiam. Contra
primum, operis aſſiduitatem: contra
ſecundum, circumſpectationis ſolicitudi-
nem: contra tertium, veritatem ſuæ co-
gitationis, qua creſcamus in humilitatẽ,
ſcilicet contra triplicem aduerſarium,
carnem, mundum, diabolum.

Tres Turmæ. §. CCCXVII.

FAciamus ergo ſicut Iacob, qui occur-
renti ſibi Eſau, tres oppoſuit turmas.
Prima turma fuit ancillarum, cum filijs
ſuis. Ancillæ ſunt corpora noſtra: filij,
opera, quæ debemus opponere luxuriæ,
quia otioſitas inimica eſt animæ. Secun-
da turma fuit Lia cum filijs ſuis, quæ di-
citur laborioſa. Hæc eſt ſollicita circum-
ſpectio, quæ filios habuit, ſcilicet, mul-
tiformes cautelas contra mundi concupi-
ſcentiam. Tertia turma fuit Rachel cum
Ioſeph filio ſuo, quæ dicitur, Videns
principium. Cum etenim principium
noſtræ natiuitatis inſpicimus, augmen-
tum humilitatis acquirimus. Ioſeph enim
augmentum dicitur. Hæc eſt amica per
ſapientiam, quam ſapientiſſimus Salo-
mon deſeruit victus ab his tribus hoſti-
bus. Immolauit enim Aſtarthen Deæ
Sydoniorum, quæ dicitur Factura, ſcili-
cet, luxuria in corpore. Hæc eſt Dea
Sydoniorum, quæ dicitur Venatio; qui-
bus enim præeſt luxuria venantur, vt ſuam
conſequantur voluptatem. Immolauit
& Chamos Deo Moabitarum. Hic dici-
tur congregatio, id eſt, auaritia. Qui-
bus vero præeſt auaritia, dicuntur Moab;
quod dicitur de patre, quia in hoc ſe-
quuntur primum Patrem Adam, à quo
proceſſit omnis auaritia. Immolauit &
Moloch Deo Ammonitarum, id eſt, ſuper-
biæ. Moloch dicitur Rex: ſuperbia enim
ſemper regnare appetit. Amon verò di- *Amon interpretatur.*
citur populus comprimens, vel populus
turbatus: quibus enim præeſt ſuperbia,
ſemper turbantur, & alios turbant, & com-
primunt. Ecce amica. Columba verò
ſimpliciter volat, quia ſimpliciter opor-
tet ſublimia conſiderare, qui vult ad ea
pertingere.

Triplex columbæ conſideratio. §. CCCXVIII.

TRia oportet eum conſiderare: id eſt,
mũdi huius perturbationem, & ſit
in ſe paratus; in ſe, & alijs faciat pacem.
Hic erit Columba Noë, quæ egreſſa eſt
ad videndum diluuium, & non inuenit,
vbi requieſceret pes eius: tamen ad Ar-
cam attulit ramum oliuæ, quod eſt ſignũ
pacis. Sic, qui mundum conſiderat,
nihil inuenit in eo, niſi turbationem; ipſe
tamen

tamen cum alijs pacem habet; & inter diſcordes reformat. Hæc eſt Columba Noe, qui dicitur requies.

Tres ſunt Columbæ. S. CCCXIX.

TRes legimus Columbas: Colomba Noe: Columba Chriſti: Columba David. Prima, conſiderat mundi turbationem: Secunda, quærit noſtram ſaluationem: Tertia laborat quomodo habeamus eius paſſionem. Prima igitur eſt Noe, qui dicitur requies, quia quærit requiem ſpiritualem, & momentaneam: ſecunda ſaluatoris, quæ quærit ſalutem æternam: tertia, David, id eſt, manu fortis, quia fortiter operatur, vt perueniat ad eam. De prima: *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum*. De ſecunda; *Miſerebitur enim Dominus Iacob, & elegit adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuã.* De tertia: *Reſpicite in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta; & nunc in dextera Dei ſedet.* Iſta tertia eſt inter medios cleros; Cleros, græcè; ſors, latinè. Duæ ſortes ſunt, temporalis vita, & æterna. Inter has dormit, illam, deſpiciendo; illam diligendo. Vel, ſortes ſunt timor, & deſiderium: Inter has dormit, habens lectulum ſpei, & amoris. Amor mitigat deſiderium; ſpes vero timorem demulcet: ſed *poſteriora dorſi eius* ſunt *in pallore*. Dorſum iſtud, eſt corpus pallidum afflictione. Sed pallor iſte eſt *auri*, quia coronã meretur æternam, quæ auro comparatur.

Noe interpr.
David interp
Heb. c. 12 D. n. 14.
Iſai. 14. a.
Hebr. 12. a 2.
Nota bene iſtam explicationem.

Tres aliæ Columbæ. S. CCCXX.

INuenio tres Columbas iſtas oppoſitas. Prima eſt Columba, quæ habet veſiculam in gutture: iſta eſt dignior, vt iuxta altare immoletur. Secunda eſt, cuius ſtercus in caſtris præ anguſtia famis venditur. Tertia eſt *Columba ſeducta, non habens cor*, vt viam ſalutis gradiatur: Prima enim de pace temporali ſuperbit: hæc eſt veſicula in gutture. Secunda pro miſericordia Dei, quia præſumit de ſalute æterna, confidentius peccans, alios ſuo exemplo trahit, quod eſt ſtercora vendere. Tertia eſt ſeducta, quia indiſcreta in operibus, & non habens cor, quia formidat viam ſalutis arripere. Dicitur etiam formoſa. In ea eſt vera pulchritudo, quæ primo per laudes, & orationes, petulantis carnis vincit incurſus. Secunda, ne tepore veteraſcat, gemens charitatis feruore, calefacit affectus. Tertio, manentem in ſecretis cordis ſolitudinem, ad lectulum ſuum transfert dilectus. In primo vitat fœditatem: in ſecundo, vilitatem: in tertio habet claritatem. Prima eſt Iudith, id eſt laudans, quæ corruptorem Holofernem occidit. Abiſag Sunamitis, id eſt, Patris rugitus, quę pedes David iam ſenis caleſecit. Tertia, eſt Eſther, id eſt, abſconſa, quam Rex Aſſuerus, id eſt, Beatitudo eius, in Reginam prouehit. Sed è contra inuenio ſuperficie tenus reprobam pulchritudinem. Prima, quia de ſpecie ſua quærit voluptatem carnis: ſecunda, vanitatem: tertia, in vtroque habet obſtinationem. De primo. *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra, & fatua*. De ſecundo. *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo*. De tertio, ait Iob. *Vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim*.

Nota
Iudith interpretatur. Abiſag interpretatur. Eſther interpretatur. Aſſuerus interpretatur.
Prou. 11. c.
Prou. 13. B.
Iob. 5. A.

Iam enim hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra. Cap. XI.

HYEMS deſignat legis auſteritatem: Pluuia, propheticæ promiſſionis cõſolationem: Flores, euãgelicam veritatem. Rigor enim hyemis ſolet herbas malas radicitus exterminare; bonarum verò radices, vt in vere creſcant, ſub terra intemeratas conſeruare. Sic legis auſteritas, peccata puniuit; ſed Sacramenta, vſque ad tempus gratiæ ſub littera abſcondita ſeruauit. Et quia iam venit tempus gratiæ, & lex ceſſat, clamat Dilectus: *Iam hyems tranſijt*: himber vero, poros terræ aperit, vt germina erumpant. Sic promiſſio prophetica ape-

Nota bene.

aperuit corda fidelium, & conceperunt
fidem, & ſpem; tandem flores euangeli-
carum ſententiarum manifeſtauerunt ve-
Quid per Hyemem et imbrem uſ. gnetur. ritatem. Hæc quoque in homine repa-
tando implentur ſpiritualiter. Per hye-
mem namque deſignatur, dolor pœni-
tentium; per imbrem lachrymæ plangen-
tium. Per primum incipit vetuſtas reno-
Epheſ. 4 3. uari; vnde: *Renouamini ſpiritu mentis*
veſtra. Per ſecundum, Spiritus inebria-
ri; vnde: *Inebriabantur ab vbertate do-*
mus tuæ. Per tertium, fœcundari; vn-
de: *Et dat ſemen ſerenti, & panem come-*
denti. In primo, Spiritus iuueneſcit;
Pſ. 102. n. 5. a vnde, *Renouabitur, vt Aquila iuuentus*
tua. In ſecundo, pingueſcit; vnde: *Si-*
Pſal 62. b *cut adipe, & pinguedine repleatur anima*
mea. In tertio floreſcit; vnde: *Iuſtus, vt*
Pſal 91. c *palma florebit.* Iſtis *hyems tranſijt*: Iam
enim non indigent opere pœnitentiali,
quibus ſpiritualiter *aparuit benignitas, &*
humanitas, Saluatoris noſtri Dei. *Imber*
abijt, & receſſit. Quid enim opus eſt im-
bre, id eſt, fletu lachrymabili, vbi *Flu-*
minis impetus lætificat Ciuitatem Dei?
Merito in terra eius, id eſt in anima ap-
pareat copia florum, in qua requieſcit
flos campi, & lilium conuallium.

Triplex Hyems. § CCCXXI.

TRiplex eſt hyems. Prima eſt pigri-
Iob. 37. n. 6. tiæ; vnde: *Qui præcipit niui, vt de-*
ſcendat in terram, & hyemis pluuijs. Se-
Ioan. 10. cunda eſt pœnitentiæ; vnde: *Facta ſunt*
encenia in Hieruſalem, & hyems erat.
Ieroſolyma viſio dicitur pacis, Encenia
innouationes. Peccator enim videns pa-
cem, quæ furſum eſt, feſtinat innouari in
hyeme, id eſt per pœnitentiam. Tertia
Matth. 24. b eſt damnabilis ſententiæ; vnde: *Videte*
ne fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabba-
tho. Fugere enim in hyeme vellent, ſi
poſſent, qui in iudicio ſententiam illam
Idem damnabilem audient, *Ite maledicti in*
ignem æternum. Primi cadunt in egeſta-
tem virtutum: ſecundi tendunt ad noui-
tatem ſpirituum: tertii deſcendunt ad
calamitatem tormentorum. De primo:
Prouerb. 20. n. 4. a. 10. *Piger propter frigus arare noluit; mendi-*
cabit ergo in æſtate, & non dabitur ei.
De ſecundo; *Licet is, qui foris eſt, noſter*
2. Cor. 4. n. 16 *homo corrumpitur: tamen is, qui intus*
eſt, renouatur de die in diem. De tertio
Iob. Sequitur

Tribulationes ſeptem. § CCCXXII.

IN *ſex tribulationibus liberabo te, & in* *Iob. 5 19.*
ſeptima non tanget te malum. In fame
eripiet te de morte, & in bello de manu gla-
dij. Iſtæ duæ ſunt in hoc exilio. In fa-
me, ſcilicet verbi Dei; in bello, quo re-
pugnatur tentationi. Aliæ quinque irro-
gabuntur miſeris in iudicio; à quibus ta-
men ſe promittit Deus iuſtum liberare
ſic: *A flagello linguæ abſconderis*, ne au- *Iob 5. 21.*
dias: *Ite maledicti in ignem æternum.* *Matth.*
Non timebis calamitatem, cum venerit *Iob. ibidem*
De qua. *Dies illa, dies iræ, calamitatis &*
miſeriæ dies magna & amara valde &c.
In fame, & vaſtitate ridebitis: Ecce
duæ, fames iſta erit videndi Deum, quæ
nunquam ſatiabitur; vnde: *Serui mei*
comedent: & vos eſurietis. Vaſtitas à va-
ſtando dicitur. De qua: *Ligatis mani-* *Iob. ibidem*
bus, & pedibus mittetur in tenebras exte-
riores: Ibi tradetur tortoribus quo adu-
que reddat vniuerſum debitum. Septima
eſt; *Et beſtiam terræ non formidabis.* Be- *Diabolus quo modo dicatur beſtia terræ.*
ſtia terræ eſt Diabolus, qui ait ad Do-
minum: *Circuiui terram, & perambulaui*
eam. Qui formidatur meritò, quia *in in-* *Iob. 2. n. 2.*
ferno, vbi ipſe eſt, nullus ordo, ſed ſempi-
ternus horror inhabitat.

Quatuor ſunt in Hyeme. § CCCXXIII.

QVatuor ſunt quæ in hyeme pigrum *Nota bene*
retardant. Tardatur enim gelu,
niue, vento, grandine: gelu pedes pene-
trat: nix, viam oculis eliterat: ven-
tus, inuiſibiliter totum corpus oppugnat:
grando, caput vulnerat. Faciamus igi-
tur quendam interiorem hominem. Hu-
ius pedes ſunt, affectus; oculi, intelle-
ctus; corpus, intentio; caput, ratio; ſcru-
puloſum gelu eſt, rigor diſciplinæ: nix, *Quæ membra forment interiorem hominem.*
candida, blandimentum mundanæ glo-
riæ; ventus inuiſibilis, occulta ſuggeſtio
Sathanæ; grando, animaduerſio iræ di-
uinæ. Primo igitur in pigro pedes, id eſt.
affectiones; gelu, id eſt rigore diſciplinæ
perforantur, dum formidando diſcipli-
nam, in auaritiam diſtrahuntur; vnde
dicitur: *Vult, & non vult piger. Dicit* *Prou. 26. n. 14.*
enim, Leo eſt in via; occidendus ſum. Quia
omnis diſciplina ei in præſenti non eſſe
gaudij, ſed mœroris videtur. De quibus
Propheta: *Percuſſiſti eos, & non dolue-* *Ierem. 5. n. 3.*
runt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere
diſciplinam. Iſti ſunt Isboſeth; qui debi- *Figura.*

liſpedibus, noluit ſequi Dauid, cùm fugeret à facie Abſalonis. Secundò, niue, ideſt, candore mundanæ gloriæ, via regni tegitur, quia oculi intelligentiæ excantur: & ideo *Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*. Via enim peccatorum *tenebroſa*. Hi ſunt enim, qui dereliquerunt iter rectum, & ambulant in vias tenebroſas, quia niuis albedinē, id eſt, candorem mundanæ gloriæ habent in oculis. Inde prohibetur in lege: *Sacerdos, qui habet albuginem in oculo, non miniſtret in tabernaculo*. Iſti ſunt Tobias, cui cùm iaceret ſupinus, calida ſtercora hirundinis eeciderunt in oculis, & cæcatus eſt. Hirundines, quæ in altū volant, ſunt Principes mundi: ſtereora eorum ſunt temporalia bona, quæ calida cadunt in oculis, dum nimio ſeruore ea appetentes, intelligentiam ſupernorum amittimus. Tertio, tors corpori, id eſt, intentioni ventus diabolicæ ſuggeſtionis inuiſibiliter ſe meegit, & intentionem bonam, ſi quæ eſt, ſubuertit. Hoc facit aliquando per miniſtros ſuos, & ſic illi cērcūſeruntur omni vento doctrinæ. Aliquando ſequuntur libenter tentationem, & ei alludunt; vnde dicitur. *Ephraim paſcit ventum*. Aliquando prouocat tentationem: *Ephraim onager ſolitarius. In deſiderio attraxit ventum amoris ſui.* Iſte eſt ventus, de quo dicitur: *Surge Aquilo, & veni Auſter*. Et ventus turbīnis, ventus Aquilonis. Iſte ventus concuſſit quatuor anguloſ domus Iob, & opreſſit liberos eius. Cum in his tribus piger non reuertitur, quarto accedit grando vulnerans caput, id eſt, ira Dei in vltionem infatuans rationem. *Propter hac enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Ipſi enim ſunt iumenta Ægypti, quæ grādo percuſſit. Et quia iumenta ſunt irrationabilia, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt facerent ea quæ non conueniunt. Sed innumeri ſunt lapides in grandine. *Quis enim Domine, cognouit potentiam iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Iſti ſunt Reges Philiſthim pugnantes contra Iſrael; de quibus dicitur: *Plures interfecerunt lapides grandinis quàm gladius*. Ecce habetis hyemem iudiciariæ ſententię, hyemē quoque pigritiæ. In tribus enim renouatur; Hyems pęnitentiæ: frigus enim eius comedentes ſemina terræ vermes occidit, terram decoquit & ſic abundantius ſemen germina producit; poſt eius receſſum vernalis aura gratior emergit. Vermes iſti ſunt ſuggeſtiones carnalium motuum: ſemen eſt bonum in corde propoſitum,

Pſal.

Humana gloria dicitur Albedo in oculo, & nix ante oculos.

Diuites Hirundines & bona eorum ſtercora Hirundinum.

Oſee. 12. a

Oſee 8. c

Not.

Figura.

Pſal.

Pſal 89. c

Figura.

Ioſuē 10. c

Not. bene.

erumpit in germen, quando perducitur ad actum: vernalis temperies eſt à peccato liberatio. Vermes igitur ſemen rodūt, dum carnis motus bonum propoſitum impediunt: Sed hyems vermes conſumit dum carnis motus pœnitentia compeſcit. Item hyems terram decoquit, & ſic melius germina producit, dum pœnitentia corpus caſtigat, & ſic ad bona operandum meliùs ſe applicat. Poſt talem hyemem temperies gratior habetur, dum poſt pœnitentiam de bona conſcientia Deo gratiarum actio refertur. Audi vermes, & hyemem eos conſumentem: *Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs*. Ecce vermes: *Sed induimini Ieſum Chriſtum, & curam carnis ne feceritis in deſiderijs*. Ecce hyems. Iſta ſunt primogenita Ægypti interfecta. Audi germina ex hyeme; id eſt, pœnitentia: *Tribulatio patientiā operatur, probatio ſpem*. Iſti ſunt Iob, cui poſt flagella reſtitura ſunt liberi pulchriores prioribus. Audi auram veris, ideſt bonæ conſcientię gratiorem poſt hyemem pœnitentiam: *Prius fui blaſphemus: ſed miſericordiā conſecutus ſum*, per pœnitentiam. Hinc eſt, quod Tobias poſt cæcitatem, & paupertatem abundantiùs ſolito Deum laudaſſe inuenitur. Beatus ergo qui in hoc ſtatu inuenitur, vt dicat, *Hyems abijt*: Sed longe beatior, qui poſt illam vltimam hyemem, hæc dicere poterit: *Hyems abijt*. Sed amplius non refrigeſcet charitas multorum. *Imber abijt*, lacbrymarum; quoniam *abſterget Deus omnem lacbrymam ab oculis eorum ſanctorum. Flores apparuerunt in terra*, vt circumdent ſponſam flores roſarum, & lilia conuallium.

Rom. 13. D

ibidem.

Rom 5. a

Apoc. 21. b

Triplex imber. §. CCCXXIV.

TRiplex eſt imber. Imber pœnarum, qui mortificat eum, qui diligit iniquitatem: imber ſcripturarum, qui lætificat eum, qui inquirit veritatem: imber lacrymarum, qui purificat eum, qui deſiderat ſanitatem. Imber primus punitur; vnde: *Pluet ſuper peccatores laqueos*. Hæc eſt pluuia, qua diluium inundauit, quo perijt genus humanum. Pluuit enim quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Imber ſecundus inſtruitur; vnde: *Mandabo nubibus deſuper vt non pluant*. Cum hac pluuia venit Chriſtus, qui deſcendit *ſicut pluuia in vellus. Et nubes pluant iuſtum*. Imber tertius duratur; vnde: *Fulgura in pluuiam fecit*; quia com-

Nota.

Pſal. 10. b

Pſal. 134. b

Lacrymæ dicuntur pluuia voluntaria. comminando peccatores mouet ad lacrymas. Hæc eſt pluuia voluntaria, quam ſegregat Deus hæreditati ſuæ. Hunc habuit Maria Magdalene, & ipſe Chriſtus. Primus imber procedit ex hoc exilio in infernum: ſecundus abijt de mundo ad regnum: tertius recedit, id eſt, retrocedit in nihilum. Primo procedit, quia hic incipit pœna, quæ ſine carebit; vnde: *Vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur.* Ignis eſt pœna, qua hic laborant; ſed ardentior erit in inferno. Vermis eſt praua conſcientia, quæ hic eos arguit, ſed amplius in inferno. Secundus, abijt, id eſt, ab hoc exilio it ad regnum; quia quæ per Scripturas iuit de Deo didicimus, in regno certiùs cognoſcemus, quando omnes erimus docibiles Dei, quia nunc videmus per ſpeculum in ænigmate, tunc videbimus facie ad faciem. Tertius imber recedit, id eſt, retrocedit, ſcilicet in nihilum; quia ampliùs non erit luctus, neque clamor, ſed nec vltra dolor. *Ecce hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit.* Conſequens eſt, vt flores appareant in terra noſtra.

Triplex terra. §. CCCXXV.

TRiplex eſt terra: ſcilicet, terra inimica; terra aliena; terra noſtra. Prima eſt in inferno: ſecunda in mundo: *Baruch 3.10* tertia in cælo. De prima: *Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es?* ſcilicet, ter- *Ibidem.* ra inimica. De ſecunda: *Inueteraſti in terra aliena.* De tertia hic. Prima eſt *Iob 10. b* terra morientium; vnde: *Vadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine*, videlicet vmbra mortis. Secunda languentium; vnde: *Luxit, & languet.* Tertia, viuentium; vnde: *Credo videre* *Pſal. 26. d* *bona Domini in terra viuentium.* In prima flos aruit; in ſecunda paruit; in tertia apparuit. Aruit flammis gehennalibus: paruit, non ſolum magiſtris, ſed perſequutoribus: apparuit Deo, & Angelis, & hominibus. De primo: *Homo ſicut fœ-* *Pſal. 102.15.* *num dies eius: tanquam flos agri ſic efflorebit.* Item: *Mane floreat, & tranſeat, veſpere decidat, induret, & areſcat.* Floreat in iuuentute, tranſeat in ſenectute: veſpere, in decrepitate: decidat in mortem: induret, in glebam: areſcat, in gehennam. De ſecundis, quomodo pareant. *Subiecti eſtote omni humanæ* *1. Petr. 2. c* *creaturæ, propter Deum, non ſolum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis*, vt ſitis ſicut lilium inter ſpinas. Quomodo appareant. *Venientes, venient cum exul-* *Pſal. 125. a* *tatione portantes manipulos ſuos.* Omnes enim, qui viderint eos, cognoſcent illos. Primi arent, quia flaruerunt in mundi natiuitate: ſecundi ſanctitate: tertij felicitate. Primis: *Exſiccatum eſt fœ-* *Iſa. 40. 3.* *num, & cecidit flos, quia omnis gloria eius, quaſi flos fœni.* Vt cum dicitur: *Fili recorda-* *Luc. 16.* *re quia recepiſti bona in vita tua, & Laza-* *Oſee 14.* *rus ſimiliter mala.* Secundi dicunt: *Lectulus noſter floridus.* De tertijs: *Iuſtus germinabit ſicut lilium & florebit in æternum ante Dominum.*

Tempus putationis aduenit. Cap. XII.

HVIVS temporis meminit Dominus in Euangelio, cùm ſe dixit vitem, & Patrem Agricolam; & addit. *Omnem palmitem in me* *Ioan. 15. a* *non ferentem fructum tollet eum. Et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Tempus putationis, forſitan eſt, de quo Apoſtolus: *Expoliantes veterem hominem* *Coloſſ. 3 b* *cum actibus ſuis, induite nouum.* Qui alibi exponens ait: *Propter quod deponentes* *Eph. 4. f* *mendacium, loquimini vnuſquiſque veritatem cum proximo ſuo.* Et poſtea, *Qui furabatur iam non furetur; magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt.*

De proceſſu floris. §. CCCXXVI.

FLores apparuerunt in terra noſtra. Quo proceſſu hoc euenerit, oſtendit cùm ſubdit: *Tempus putationis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederũt odorem dederunt.* Hic eſt ordo putationis. Priùs fit computatio, rememorando, vt præterita vita cognoſcatur: ſecundo, imputatio, cauſam in ſe retorquendo, ne excuſetur: tertiò, reputatio, ſe dijudicando, vt dicat ſe dignum, vt à Domino flagelletur. Quarto, amputatio, in auribus magiſtri ſe accuſando, vt indulgentiam conſequatur: quinto, deputatio, circumſpectionis cuſtodiam adhibendo, ne re-

ćidiuum patiatur; ſexto, diſputatio, vo-
luntatem Dei inquirendo, vt impleatur.
In primo, acquirit contritionem: in ſe-
cundo, humilitatem: in tertio, timorem:
in quarto, Dei miſericordiam: in quin-
to, induſtriam: in ſexto, inceſſum per re-
giam viam. Ecce radix ad flores aſcen-
dendi. Priùs eſt putatio in flore: ſecun-
dum, gemitus turturis in lacrymoſa ora-
tione: tertium, groſſus, id eſt, flos fici, quod
eſt initium conuerſationis bonæ, vt poſt
ſequatur dulcis fructus in ſancti Spiritus
viſitatione. Vltimo, vinea florens, id
eſt, anima florens interiori gloria, dat pro
ximis odorem opinionis bonæ. Compu-
1. Thim. 1. c tat Apoſtolus dicens: *Prius fui blaſphe-
mus, & periurus, & contumelioſus.* Im-
putauit Dauid dicens Angelo percutien-
2. Reg. 24. 17 ri: *Ego ſum, qui peccaui, ego feci iniqui-
tatem.* Reputabat Propheta ſic. *Omnia
quæ feciſti nobis Deus, in vero iudicio fe-
Iacob 5. d ciſti.* Amputare docebat Iacob: *Con-
fitemini alterutrum peccata veſtra.* De-
Luc. 12. e putare Saluator: *Si ſciret Pater familias,
qua hora fur veniret, vigilaret vtique, &
Rom. 12. a non ſineret perfodi domum ſuam.* Diſpu-
tare docebat Paulus dicens: *Vt probetis,
quæ ſit voluntas Dei bona, & perfecta.*

Tria Tempora .S. CCCXXVII.

TRia ſunt tempora: tempus tentatio-
nis, quod fuit ante legem, regnan-
te Diabolo: tempus viſitationis, quod fuit
ſub lege, regnante Moyſe: tempus pu-
tationis, quod fuit ſub gratia, regnante
Chriſto. In primo enim diabolus regna-
Quomodo diabolus minoratus eſt. uit, eratque rex, & Dominus: in ſecun-
do minoratus eſt potentia per legis ob-
ſeruantiam, factus eſt prædo violentus:
in tertio repreſſa eius eſt violentia, per
gratiam, factus eſt latrunculus. De pri-
Iſa. 9. b mo: *Regnauit iniquitas ab Adam vſque
ad Moyſen.* De ſecundo: *Omnis violen-
ta prædatio cum tumultu, & veſtimentum
mixtum ſanguine erit in combuſtionem,
Luc. 12. e & cibus ignis.* De tertio: *Si ſciret Pater
familias qua hora fur veniret.* In primo
igitur Adam eſt tentatus, & victus à dia-
bolo ſine omni repugnantia. In ſecundo
repugnauit Iſrael armatus legis obſeruā-
tia: in tertio cauet ſibi Chriſtianus à fal-
lacia latronis, illuminatus Chriſti gratia.
Primus eſt tempus vacuum, ſub quo fue-
runt ſerui, qui expectabant vmbram re-
Iob 7. a frigerationis; vnde: *Sicut ſeruus deſide-
rat vmbram, & ſicut mercenarius præſto-
latur finem operis ſui; ita ego habui men-
ſes vacuos, & noctes laborioſas enumera-
ui mihi.* Secundum, tempus eſt medium,
ſub quo fuerunt mercenarij, qui expecta-
bant finem operis ſui; vnde: *Dum me-* Sap. 18. 14.
*dium ſilentium tenerent omnia, & nox in
ſuo curſu medium iter haberet; omnipo-
tens ſermo tuus, Domine, à regalibus ſe-
dibus venit.* Tertium, tempus eſt ple-
num, ſub quo filij, qui expectant redem- Galat. 4. b
ptionem animæ & corporis; vnde: *Poſt-
quam venit plenitudo temporis, miſit Deus
filium ſuum.* Ecce tempus putationis eſt
iſtud, ſcilicet, plenum gratia. Hæc eſt
putatio vineæ, quam Noe plantauit, &
eſt inebriatus, & in tabernaculo denuda-
tus. Pro hac eſt filius patris familias à
cultoribus interfectus. Pro hac pater fa-
milias ad inuitaros operarios in vineam Figura.
eſt egreſſus. Nudatus eſt Noe, id eſt, Chri-
ſtus, qui natus de Virgine in noſtra appa-
ruit infirmitate. Interfectus eſt à culto-
ribus, id eſt, Scribis, & Phariſæis in Cru-
ce. Egreditur inuitare ad vineam, quan-
do apparebit in extremo examine.

Tria ſunt genera Sarmentorum. §. CCCXXVIII.

TRia ſunt genera ſarmentorum: vnum
putandum eſt in principio: aliud in
medio: tertium in fine. Primum ſarmen-
tum eſt labruſca, id eſt, ſilueſtris vinea:
ſecundum, ſunt adulterina vimina: ter-
tium, ſunt palmitum ſuperaffluentia. La-
bruſca eſt, Hæreticorum malitia: adulte-
rina vimina ſunt noſtra peccata: palmi-
tum ſuperaffluentia, corruptio humana.
De primo Dominus per Prophetam: *Iu-* Iſa. 5. a
*dicate inter me, & vineam meam: expe-
ctaui, vt faceret vuas, & fecit labru-
ſcas.* De ſecundo in libro Sapient. dici-
tur, quòd *ſpuria vitilamina non dabunt* Sap. 4. 3.
radices altas. De tertio: *Omnem palmi-* Ioan. 15. a
*tem non ferentem fructum eradicabit eum
Pater meus.*

Putatio triplex. CCCXXIX.

IN principio igitur temporis, prima Not.
putatio facienda eſt per Prælatum: ſe-
cūda ſpectat ad quemlibet Chriſtianum; *A quo fieri debeat putatio.*
tertia fit per Chriſtum. De prima enim
dicitur: *Auferte malum de medio veſtri.* Iſ. 1. c
De ſecundo: *Vetus homo noſter crucifi-
xus eſt cum Chriſto, vt deſtruatur corpus* Rom. 6.
peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato.
De tertio: *Corruptibile hoc induet incor-* 1. Cor. 15.
*ruptionem, & mortale hoc induet immor-
talitatem.*

Per

Digitized by Google

Per tria ſit Putatio .
§.CCCXXX.

Not. PRima igitur putatio Hæreticorum ab Eccleſia, quæ ſpectat ad Prælatos, ſic eſt facienda. Primò, verborum argumentatione, quæ fit, in quo fit cognoſcens ratio: ſecundò, miraculorum coruſcatione, in quo fit admiratio: tertiò, materialis gladij animaduerſione, in quo fit comminatio. Propter primam habet Epiſcopus Logyon, id eſt, rationale in pectore: propter ſecundam lamina aurea ſplendet in fronte: propter tertiam eſt aculeus in ſummitate paſtoralis virgæ. Hoc ordine putauit Elias ſacerdotem Baal. Primò enim corã Achab ratiocinatus eſt eum eis: ſecundò: miraculo conuicit, per ignem, ſcilicet, ſacrificij: vltimò, eos gladio occidit. Clamabat enim pro vinea

Pſal. 79. b Domini. *Domine, exterminauit eam aper de ſilua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Quia non eorum erat, ſed *de vinea ſodomorum, vinea eorum & de ſuburbanis Gomorrhæ*. Hæc eſt prima putatio labruſcæ, id eſt, Hæreticorum, quæ pertinet ad Prælatum. Sequitur putatio adulterini viminis, ſcilicet peccati, quæ ſpectat ad quemlibet Chriſtianum. Hunc ad modum facienda eſt.

Tria genera Putationum .
§.CCCXXXI.

PEccata enim noſtra, quaſi infirmitas ſunt, quorum tria ſunt genera. Quædam enim creſcunt in modum tumoris: quædam in modum ſuperflui humoris: quædam in modum mortuæ carnis. Primum itaque, id eſt, tumor, eſt omne vitium, quod cor exaltat: ſecundum; id eſt, humor ſuperfluus, eſt concupiſcentia rerum ſæcularium, quas deſiderat: tertium; id eſt, carnis mortuę, eſt vitium carnis, in quo carnaliter homo delectatur. Sarculum igitur, quo tumor putatur, eſt verecundia confeſſionis, quo putatur caro mortua: eſt labor pœnitentialis. In

primo: *O mors, quam amara eſt memoria* Eccli. 10. 13. b
tua, viro iuſto. *Homo enim cum morietur, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, &* Iacob. 5. b
vermes. De ſecundo; *Confitemini alterutrum peccata veſtra*. Si enim non erubeſcis confiteri: *Frons meretricis facta eſt tibi*. A mortuo quaſi nihil, *Cui perit confeſſio*, vel recidiuum patitur, De eo Ierem. 3. b
dicitur: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius?* De tertio: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum* Eccli 34. 30. Matth. 3. a
vnde Propheta: *Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, & in fletu, & planctu*. Tertia putatio, ſcilicet corruptionis, fiet à Deo. Tunc enim peccator erit ſanctificatus, qui modo eſt in tenebris: tunc videbit Deum, qui modo eſt abſconditus. Qui modo ſqualidus eſt corporea vetuſtate, tunc erit renouatus: qui modo eſt vilis, tunc erit ornatus, quia gloria, & honore coronatus. Hoc ordine vidit Ioannes paratam Eccleſiam de cælo deſcendentem. *Vidi* ait, *Ciuitatem* Ioel. 2. 12.
ſanctam Ieruſalem nouam, deſcendentem de cælo, quaſi ſponſam ornatam viro ſuo. Apoc. 21. a
Sanctam Ecce primum, *Ieruſalem*: ecce ſecundum, *Nouam*, ecce tertium, *Ornatam*, ecce quartum.

Vox turturis audita eſt in terra noſtra.
Cap. XIII.

VOX Prædicatoris audita eſt in terra, quæ noſtra cœpit eſſe, dum fidei verbum recipit; vnde in die, Reſurrectionis cantatur pſalmus, *Domini eſt terra.* vox enim turturis, quę receſſum nuntiat hyemis, & aduentum veris, eis conuenit, qui ſciunt docere, quod

Rom. 13. f *Nox præceſſit, dies autem apropinquauit.* Vox turturis, quæ gemitum exprimit, eis congruit, qui gemunt pro deſiderio patriæ, dicentes: *Ipſi inter nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectãtes redemptionem corporis noſtri*. Vel pro peccatis; vt, ad Rom. 8. 23
Miſeri eſtote, & lugete.

In Turture, quatuor commendantur.
§. CCCXXXII.

QVatuor commendabilia inuenimus expreſſa per Turturem, in ſcripturis, nomine ipſius poſito: quia verecundæ

dæ ſimplicitatis dicitur: quòd in ſacrificio
immolatur: quod nidum ſibi quærit, &
pullis, ne vaga videatur: quòd vox eius
Cant. nuntia veris inuenitur. De primo. *Pul-*
Leuit. 5. b *chræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*. De ſe-
cundo: *Qui non poteſt inuenire agnum,*
immolet par turturum, aut duos pullos co-
Pſal. 83. a *lumbarum*. De tertio: *Paſſer inuenit ſibi*
domum, & turtur nidum vbi reponat pul-
Proprietates Turturis quomodo conueniat Chriſto. *los ſuos*. De quarto: *Vox turturis audita*
eſt in terra noſtra. Primum conuenit
Chriſto, propter ſimplicitatem ſuam in-
Iſa. 53. b nocentẽ; vnde: *Sicut agnus ad occiſionem*
ductus eſt, & coram tondente ſe obmuteſcet
Philipen. 2. b *& non aperiet os ſuum*. De ſecundo: *Fa-*
ctus eſt obediens vſque ad mortem, mortem
autem crucis; ſcilicet in Paſſione. Tertiũ
Ioan. 14. a in Aſcenſione: *Vado parare vobis locum*.
Quartum in prædicatione, in oratione
intercedendo pro nobis coram Patre.
1. Ioan. 2. a *Quia aduocatum habemus pro nobis apud*
Patrem, Ieſum Chriſtum. Sed hæc ſin-
gula diſquiramus. Primo, turtur dicitur
verecundæ ſimplicitatis: hanc impediunt
tria.

Tria contra ſimplicitatem.
§. CCCXXXIII.

Nota. QVia verecundus homo primò pec-
care non erubeſcens, confidenter
operatur iniquitatem: præſumit rem ſupra
ſe ad ſe non pertinentem: negligit corre-
Ierem. 3. b ctionem. De primo: *Frons meretricis fa-*
Thren. 4. c *ctus eſt tibi*, iterum: *Facies ſenum non*
erubuerunt. *Iſti prædicauerunt peccata,*
ſcilicet *ſicut Sodomitæ*. Hi ſunt Iſraelita,
qui coram omni Iſrael ingreſſus eſt ad
Eccli. 3. c ſcortum Madian. De ſecundo: *Altiora*
te ne quæſieris, & fortiora te ſcrutatus ne
fueris. Iſti ſunt Ozias Rex, qui præſumpſit
officium ſacerdotale, & ideo leproſus fa-
Prou. 1. 26. ctus eſt. De tertio: *Quia deſpexiſtis conſi-*
lium meum, & correctionem meam negle-
xiſtis, ego quoque in interitu veſtro ride-
bo. Iſti ſunt filij Heli, qui non receperũt
patris correctionem. In figura horum
trium pſalmiſta inter Cantica graduum,
tres continuat pſalmos, in quibus ſe im-
munem ab iſtis dicit. Primus eſt, *De pro-*
fundis, in quo peccatum ſuum recogno-
ſcit ſic; *Si iniquitates obſeruaueris Domi-*
ne, Domine, quis ſuſtinebit? & in ſecun-
do præſumptionem remouet dicens: *Do-*
mine, non eſt exaltatum cor meum, neque
elati ſunt oculi mei. In tertio, ſe oſtendit
manſuetum ad ſuſcipiendam correptio-
nem ſic: *Memento Domine Dauid, &*
omnis manſuetudinis eius. Sobriè, & iu-
ſte, & pie viuere in hoc ſæculo nos mo-
net Apoſtolus: ſobriè, quantum ad carnẽ:
iuſte quantum ad ſenſualitatem: pie, quã-
tum ad ſpiritualitatem Sobriè, ne caro
inebrietur: iuſte, ne Eua Adam, id eſt ſen-
ſualitas ſpiritui dominetur: piè, ne in con-
templatione aliud quam Deus quæratur.

Tria Animalia ſignificantur:
§. CCCXXXIV.

PRopter hæc tria docentur in Leuiti-
co tria genera animantium immolã-
da. Docet immolare boues, de quadru- Tria genera animalium quę ſacrificabantur quid innuant,
pedibus: turtures, de auibus, quæ volãt
inferiùs: columbas, de auibus, quæ volãt
ſuperiùs. Primum eſt ſacrificium carnis.
ſecundum, ſenſualitatis: tertium, ſpiri-
tus.

Caro tripliciter immolatur.
§. CCCXXXV.

CAro immolatur tripliciter. Quorun-
dam enim caro, velint, nolint, im-
molatur, quia à Deo flagellantur, nec
corripiuntur: alij pro Chriſto voluntariè Triplex ſacrificium carnis.
paſſionem vſque ad effuſionem ſanguinis
patiuntur: tertij vigilijs, & ieiunijs exte-
nuantur, vt ſpiritus liberiùs contemple-
tur. Primum eſt *Vitula Ephraim docta* Oſee. 10. c
diligere trituram; ſecunda *vitula rufa*,
quæ immolatur ad veſperã, tertia eſt vitula Iudic. 14 d
Samſonis, in qua arantes à Samſone ex-
cipiunt ſolutionem problematis, extorrũ
per afflictionem importunam. Hoc eſt
per afflictionem carnis, ratio, & intellectus
liberiores, & ſubtiliores, à Chriſto meren-
tur ſibi reuelari ſecreta cæleſtia. Hæc eſt
immolatio quadrupedum, id eſt, carnis.
Sed ſi caro exteriùs affligitur, oportet vt
sẽſualitas intus cohibeatur. Hæc eſt enim
immolatio turturis; quia debet ſe à prauis
motibus interius coercere, ne nimis de-
beat mundana concupiſcere: debet tamẽ
corpori, quod ſuum eſt, miniſtrare; id
eſt ſenſificare, & in ſumendis neceſſarijs
alimentis acquieſcere. Hoc eſt enim,
quod ibi in Leuitico pręcipitur, quod *im-* Figura.
moletur retorto capite ad corpus. Sed ne co- Leuit. 5. b
gitatione ſpiritus cæleſtium, quæ contem-
platur, ſuperbiat, & ipſe immolatur,
quando ab hac temeritate refrenatur; Cur Turtur immolaretur retorto capite ad corpus.
hac ſcilicet lege, vt ſicut dictum eſt de tur
ture, caput ad corpus reflectat; id eſt, mi-
ſeriam ſuam, vt tamen humilietur, reſpi-
ciat. Sequitur de nido. Tertium eſt, quòd Nota.
nidum pullis ſuis præparat.

Tri-

Digitized by Google

Triplex eſt nidus. CCCXXXVI.

figura.

TRiplex eſt nidus; nidus gratiæ; nidus conſcientiæ; nidus quietis ſupernæ. In primo pullos procreat, ſcilicet affectiones interiores, & fructus operum. In ſecundo, ſepeliri deſiderat, vt dormiat, & requieſcat in pace in idipſum, & creſcat in Deum. In tertio, æternum domicilium pullis ſuis præparat, vt requieſcat in Deum. De primo: *Cùm ambulaueris per viam, & inueneris nidum auis, & matrem deſuper incubantem pullis, pullos tenebis captiuos, matrem autem permittes abire liberam.* Nidus iſte, eſt gratia Dei: mater quæ pullis incubat eſt puritas turturis, id eſt, fideles animæ. Hos pullos creat, dum confidentia maiori rogat Deū: audacior contra diabolum: minus timet maledicta vicinorum, ſed ne forte ſubrepat eis vanitas, ſuperbia, auaritia, &c. tenendi ſunt captiui intus. Mater vero, id eſt, puritas, libere egrediatur: per os, dicendo pura verba: per manus, vt pura ſint opera, & ſic per cęteros ſenſus. De ſecūdo: *In nido meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.* De tertio: *Paſſer inuenit ſibi domum, vbi reponat pullos ſuos.* Sequitur de voce turturis. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Cor noſtrum hic accipitur terra non mea, ſed noſtra; quia communis eſſe debet Deo, & omnibus hominibus: Deo per deuotionem; fratri per dilectionem, proximo per compaſſionem; ſibi per modeſtiæ virtutem. Deo per deuotionem, vt in eo dilectionem habeamus: fratri dilectionē exhibeamus, vt nos inuicem diligamus: proximo per compaſſionem, vt onera ipſius portemus: nobis per modeſtię virtutem, vt a vitijs nos temperemus. Ab hac terra, quam poſſidemus: auditur hæc vox, In illa terra, quam expectamus. Hęc vox eſt gemitus cordis.

Deut. 22. a

Iob 29. c
Pſal. 83. a

Nota bene.

Cor noſtrum dicitur terra noſtra.

Gemitus quinque. §. CCCXXXVII.

DVo ſunt gemitus turturis, duo columbæ. Primus communis vtriſque. Gemitus turturis, qui inferius volat ſunt pœnitentium: gemitus columbæ, qui ſuperius volat, gemitus ſpiritualiū: compaſſionea ſunt amborum. Ecce quinque gemitus. Primus paſſionis pro iniquitate: ſecundus, propaſſionis per tentationem: tertius compaſſionis pro proximi neceſſitate: quartus ex tædio vitæ pro incolatu huius miſeriæ: quintus in deſiderio animæ, pro deſiderio patriæ. De primo: *Indulgentiam eius fuſis lacrymis poſtulemus.* De ſecundo, *Miſerere mei Deus, quoniam infirmus ſum.* De tertio Mathatias: *Vt quid natus ſum videre mala gentis meæ?* De quarto: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.* De quinto: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Domini?*

Iudith. 8. 14
Pſal. 6. a
Pſal. 119. a
Pſal. 41. a

Gratiæ quinque. §. CCCXXXVIII.

HIs quinque ſuſpirijs, Deus quinque reddit gratias. His enim, qui gemunt gemitu propaſſionis, dat Deus gratiam, qua eos quaſi paſſionem ſuam cuſtodit. His qui gemunt pro peccatis, gratiam, qua eis ſua bonitate peccata remittit. Qui vero ex propaſſione, gratiam largitatis, qua pauperes veſtit, & paſcit. Qui ex tædio vitæ pręſentis, gratiam, qua reſurrectionem ſperat, & diligit. Qui pro deſiderio patriæ, gratiam, qua Deus eis apparebit. In figura harum quinque gratiarum in veteri teſtamento, quinque legimus Annas. Anna enim interpretatur gratia. Prima eſt Anna Elcanæ, qui dicitur Dei poſſeſſio; primos enim poſſidet Deus tanquam ſuos ne cadant; vnde Paulus: *Siue viuimus, Domino viuimus, ſiue morimur, Domino morimur: ſiue viuimus ſiue morimur, Domini ſumus.* Secunda eſt Anna Tobiæ, qui dicitur Bonus Domini; bonitate enim ſua, ſic gemitibus remittit peccata. *Bonus eſt Dominus ſperantibus in illum, animæ quærenti illū.* Audi bonitatem; *Dixi confitebor aduerſū me iniuſtitiam meam Domino & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei.* Tertia eſt Anna Raguelis, qui dicitur Paſſio Dei. Qui ex compaſſione ſuſpirant, accipiant à Deo gratiam, qua pauperes paſcant, & audiāt in iudicio, *Eſuriui, & dediſti mihi manducare.* Quarta eſt Anna, filia Ioachim, qui dicitur reſurrectio. Qui enim ſuſpirāt pro tædio huius vitæ, accipiunt à Domino gratiā, qua ſint ſecuri de reſurrectione; vnde Apoſtolus: *Mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent, primi; deinde nos, qui viuimus qui reſidui ſumus in aduentu Domini.* Quinta eſt Anna filia Phannel, qui dicitur apparitio Dei. Qui enim pro deſiderio patriæ gemunt, Deum in gloria ſua videbunt; vnde, *Regem in decore ſuo videbunt oculi eius.* Sequitur de voce turturis; tres ſupra diximus terras: Terram morientium, terram languentium, terram viuentium.

Quinque ſuſpirijs quinque Deus dat gratias.

Anna interpretatur.

Quinque Annæ in veteri teſtamento quid?

Tob. interpretatur.

Rom. 14. b

Tren. 3. 25. c

Pſal. 31. b

Raguel interpretatio.

Matth. 25. d

Ioachim interpretatio.

1. Theſ. 4.

Phanuel interpretatio.

Iſaiæ 33. c

Similiter ſunt tres voces: vox vulturis,

vox

vox fulguris, vox turturis. In prima terra audita eſt, vox vulturis, quæ ſeducit ad deuorationem animarum, & corporum. In ſecunda vox fulguris, quæ tonitrua cõminatur, pœnas infernorum, & fulgore claritatem ſupernorum. In tertia vox turturis, id eſt, Chriſti, quem habemus apud Patrem, aduocatum. In prima enim ad- *Pſal. 49. d* uocatus noſter dicitur contra illum: *Os eius ſemper abundauit malitia, & lingua eius concinnabat dolos.* Dixit enim *inimicus, perſequar, & comprehendam illum,* *Exod. 15. 9.* *donec deficiat.* Sequitur vox fulguris; dicit *Matth. 22. b* tonitrua. *Mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Dicit enim fulgur: *Fulgebunt iuſti, ſicut ſol in regno Patris eorũ.* *Matth. 13. f* Hæc enim de ſupernis attulit ad nos Chriſtus veniens *Not. figuram.* in hunc mundum; vnde: *De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.* *Apoc. 4. b* Fulgura promiſſio claritatis, voces, orationis: tonitrua comminationis. De voce turturis, id eſt, Chriſti dicitur: *Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* *1. Ioan. 2. a* *Vox Chriſti, vox Turturis* Audi vocem huius turturis: *Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi.* *Ioan. 17. b* Ita ipſe orat pro nobis.

Ficus protulit groſſos ſuos. Cap. XIV.

Nota. FICVS protulit groſſos ſuos, cùm ſynagoga creauit Apoſtolos, qui de ea geniti dulciſſimum verbũ doctrinæ credentibus miniſtrauerunt. Vel, quod melius videtur, per groſſos, quos ficus habet pro floribus, deſignantur Prophetæ, qui de propinquo tetigerunt Saluatoris aduentum, qui Veri comparatur. Ficus verò ſequentes Apoſtoli dicuntur.

Quatuor Ficus. §. CCCXXXIX.

IN Euangelio legimus quatuor ficus, *Nota.* quas hic ponimus. Prima eſt à Domi- *Marc. 11. c* no propter ſterilitatem ſuam maledicta. *Ioan. 1. 18.* Secunda, ſub cuius Nathanael iacuit vm- *Luc. 13.* bra. Tertia, quæ prece coloni eſt liberata à ſucciſione. Quarta, quæ ad videndum Dominum Chriſtum, Zachæo eſt ſubſtrata. In prima figurantur, qui peccandi retinent libertatem. In ſecunda hi, qui licet bonum non faciant, tamen diuertunt à malo propter horrorem gehennæ. In tertia, qui iam diligentes Dominum bonam inchoant conuerſationem. In quarta, qui ſe ſibi ſubſternunt, quia guſtauerunt ſupernam dulcedinem. Prima profert ariditatem: Secunda viro- rem: Tertia, groſſos: Quarta, dulciſſimos fructus. Primi, contemnunt; ſecundi, metuunt, tertij iam diligunt, quar- *Luc. 19.* ti in ſolitudine ſe ſibi ſubſternentes in domo cordis ſui merentur ſuſcipere Chri- *Zachæus interpretatur.* ſtum: ſicut Zachæus, qui iuſtificatus in- *Prou. 18. 3.* terpretatur. De primo ait Salomon: *Impius cum venerit in profundum peccato-* *Eccli. 1. c* *rum, contemnit.* De ſecundo: *Timor Domini expellit peccatum.* De tertio: *Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua.* *Pſal. 143. c* De quarto: *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuabit ſe ſuper ſe.* *Tren. 3. a* Legimus in Euangelio, quod *bona arbor non poteſt fructus malos facere, nec mala arbor fructus bonos facere.* *Matth. 3. c* Vnde colligimus, & malas ficus eſſe, & bonas; vnde Propheta: *Video ficus malas, malas valde; & ficus bonas, bonas valde.* *Ierem. 24. b* De malis prius agendum eſt, vt præcognito malo, bonum dulcius habeatur. De arbore igitur mala ſunt groſſi, id eſt, ficus præcoquæ, vel immaturæ: ficus ſic, malæ ſunt, malæ valde. In primis ſunt exteriora miraculorum, vel bonæ vitæ ſigna: in ſecundis carnalia, quæ delectant, peccata: in tertijs fidei corruptela. Primum eſt quaſi præſtigium: ſecundum quaſi fœnum: tertium quaſi venenum. Præſtigium, quod homines decipit: fœnum, quia voluptas cito tranſit: venenum, quia homines interficit. In primo igitur quærit apparere: in ſecundis, deſiderijs ſuis ſatisfacere: in tertijs fidem perimere. Primi dicent in iudicio: *Domine, nonne in nomine tuo eiecimus dæmonia, & in nomine tuo ſigna fecimus?* Secundi, iuxta Salomonem, *Lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus peſſimis.* *Prouerb. 2. c* De tertijs ait Ieremias: *Lamiæ nudauerunt mammas lactauerunt catulos ſuos.* *Thren. 4. a* De his tribus ait Ieremias: *Filij colligunt ligna; Patres ſuccendunt ignem, mulieres conſpergunt adipe, vt faciant placentas Reginæ cæli.* *Ierem. 7. 18* *Figura.* Filij iſti ſunt mali, qui ab alijs, quaſi malis patribus in fide corrumpuntur: qui colligunt ligna, dum mala opera operantur, Patres mali ſunt, qui ſigna habent exteriora: qui ſuccendũt ignem, dum

Digitized by Google

dum in filios mala opera, tum ſignis, tum perſuaſione ſuſcitant. Mulieres ſunt, qui carnalibus voluptatibus molliti, deſideria ſua alijs proponunt, & ſic quaſi adipem aſpergunt. Placentæ, dicuntur à placendo, qui ſic faciendo placentas faciunt diabolicæ ſuperbiæ, quæ Regina dicitur, per antiphraſim, quia diabolus per ſuperbiam regnare voluit.

Superbus fuit placentas Reginæ Cæli.

Signorum genera quatuor. §. CCCXL.

Nota bene omnia.

QVia de ſignis facta eſt mentio propter groſſos, ſciendum, quatuor eſſe ſignorum genera. Eſt enim ſignum bonum in bono; & eſt ſignum malum in malo; & eſt ſignum malum in bono; & eſt ſignum bonum in malo. Primum eſt, quando apparet homo bonus exterius, vel per religionem, vel per miracula, & talis eſt interius; vnde Dauid, *Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur*. Per miracula *Stephanus faciebat prodigia, & ſigna magna in Populo*. Audiſtis quia ex omni tribu filiorum Iſrael duodecim millia ſignati ſunt, ſigno Dei viui, vt dicerent: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*. De talibus dictum eſt in canticis. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum, abſque eo quod intus latet*. Signum malum in malo eſt, quando homo vel factum, vel ei exterius accidit; vnde interius perpenditur malus, ſicut illi, *qui poſuerunt ſigna ſua ſigna*. De his enim dicitur: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, & blaſphemiæ*. Signum bonum in malo eſt, quando aliquis per miracula, vel religionem forinſecam, vel etiam mundanam proſperitatem, bonus apparet, cùm ſit tamen malus, vel ſua proſperitas ei arridet in malum ſuum. Per miracula videntur boni; tales in iudicio dicunt: *Domine, nonne in nomine tuo ſigna fecimus?* Quibus reſpondebitur, *Neſcio vos*. De talibus dictum eſt, quod ſint ſepulchra dealbata, intus plena oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Signum malum in bono eſt, quando alicui accidit infortunium; vnde videtur eſſe malus aliquibus, quia putant eum flagellari à Deo pro peccatis ſuis; ſicut putauerunt amici Iob de ipſo, cùm tamen illud flagellum eſſet ei in bonum, quia ad meritum. Tales dicunt: *Poſuerunt me quaſi ſignum ad ſagittam*. Sagitta enim vulnerat ſignum, ad quod mittitur. Tales conſolatur Paulus ſic: *Licet is qui foris eſt noſter homo, corrumpatur; tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem*. Ecce ſigna quatuor huius arboris. Sunt ficus immaturæ: ſunt ficus bonæ valde. Per ficus iſtas triplex deſignatur fides. Eſt ficus rudior: eſt purior: eſt firmior. Rudior fuit ante Chriſti natiuitatem, propter nouitatem rerum: purior, poſt reſurrectionem, per remiſſionem peccatorum: firmior, in miſſione Spiritus ſancti, quia abundantiùs dedit Deus Spiritum ſanctum. Quia tam prima, quam ſecunda, & tertia, inſpiratæ ſunt per Spiritus ſancti dulcedinem. Spiritus enim ſanctus datus eſt primis parentibus, & eorũ ſequacibus; vnde: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*; id eſt, rudem materiam. *Et non manebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt*. Datus & poſt reſurrectionem, ad peccatorum remiſſionem; vnde: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*. Datus eſt quoque tertiò poſt Aſcenſionem; vnde: *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me*. In primo fuit Spiritus ſanctus dulcis: in ſecundo dulcior: in tertio dulciſſimus. Eius dulcedo, ſcilicet hæc triplex, per tria prædicta genera ficuum deſignatur. Per ficus præcoquas, vel immaturas, fides prima rudis: per bonas pura: per valde bonas, firmior accipitur. De primis dixit Propheta: *Præcoquas ficus deſiderauit anima mea*: Scilicet, vt ſaltem rudem antiquorum Patrum fidem haberent ij, quos reprehendebat. Secundæ ficus, id eſt, bonæ, fuerunt, quarum maſſa Iſaias cataplaſmauit Ezechiã Regem ægrotantem, & conualuit de infirmitate ſua. Tertiæ, id eſt, valde bonæ fuerunt, de quibus legitur: Ligna ſiluæ venerunt ad ficum, & dixerunt: *Dominare nobis*. *Et reſpondit: Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, & fructus meos dulciſſimos, vt promouear inter ligna ſiluarum?* Ligna ſiluarum ſunt Principes mundi, bonis operibus ſteriles, quibus hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt; nec pretio, nec dignitatum prouocatione volebant acquieſcere, vt à fide Ieſu remouerentur, quia roborati erant in ea per dulcedinem Spiritus ſancti.

Marginal notes: *Pſal. 85. d* — *Act. 6. b* — *Pſal. 4.* — *Pſal. 75. a* — *Matth. 15. 18. & 19.* — *Hypocrita habens ſignũ bonum, in malo, & dicuntur ſepulchra dealbata* — *Tribulatio habet ſignum malum in bono.* — *Thren. 3. b* — *2. Cor. 4. 16.* — *Ficus triplex ſignificat triplicem fidem.* — *Gen. 1. a* — *Gen. 6. a* — *Ioann. 20. f* — *Ioann. 15. 27.* — *Mich 7. 1.* — *4. Reg. 20. 6.* — *Figura.* — *Iud. 9. 11.* — *Mundi Principes ligna ſiluarum.*

Vineæ florentes odorem dederunt. Cap. XV.

Nota.
Quid per florem vineæ intelligatum.

PER florem vineæ ſama naſcentis Eccleſiæ deſignatur, quæ in Ieruſalem plantata longe, lateque per famam eſt dilatata. Flos huius vineæ, gratus eſt valde, quia ſuccus expreſſus ex eo, & ſanitatem parant vtenti, & voluptatem. Vel moraliter: per florem vineæ, initium gaudij ſpiritualis exprimitur, poſt quod gaudium in cælo plenius expectatur ſicut de flore fructus futurus expectatur; id eſt, vinum, quod lætificat.

Triplex eſt gaudium viri ſancti. §. CCCXLI.

Nota.

TRiplex eſt enim gaudium viri ſancti. Primum, quod reliquit vanitatem, & mundana gaudia; ſecundum, quod ſequitur Christi veſtigia: tertium erit quando recipiet præmia. In primo purificatur, in ſecundo iuſtificatur, in tertio beatificatur. Primum eſt verum, ſed non merum: verum, quia ad beatitudinem tendit; ſed non merum, quia fex tentationis ſe miſcet. Secundum eſt verum, & merum, ſed non plenum: merum iam victa tentatione: ſed non plenum propter defectum huius miſeriæ. Tertium eſt plenum, verum, & merum, quia ibi inuenitur plenitudo gloriæ. De primo exhilarabat Diſcipulos ſuos Christus, cùm diceret: *Confidite, ego vici mundum.* De ſecundo ait: *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Et vt de tertio certificaret eos, ſubiecit: *Sed habebit lumen vitæ.* Audi gaudium verum, ſed non merum: *Omne gaudium exiſtimate, cùm in varias tentationes incideritis*, ait Apoſtolus. Si verum non eſſet, Apoſtolus vos ad illud non inuitaret; ſed merum non eſt, quia tentationum patitur perturbationem. Audi verum, & merum: *Gaudete, & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* Audi plenum: *Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.* Primum igitur illud eſt gaudium, quo gaudet homo relicta vana gloria, quæ oritur in homine, de talibus gaudijs, quibus gaudet mundus.

Sancti tria habent gaudia.
Ioann. 6. g
Ioann. 8. b
Iacobi 1. a
Luc. 10. c

Oritur gloria differenter. §. CCCXLII.

EST autem gloria, quæ oritur ſub tenebris, quæ eſt de peccatis; vnde, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Eſt gloria, quæ oritur de tenebris, quæ eſt de bonis corporalibus; vnde: non glorietur fortis in fortitudine ſua; *Quia omnis gloria carnis fœnum; Et omnis gloria eius, quaſi flos agri.* Et eſt gloria, quæ oritur circa tenebras, quæ eſt de temporalibus bonis: vnde: *Qui in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.* Eſt gloria, quæ oritur inter tenebras, quæ eſt de ſpiritualibus bonis: quæ gloria, ſi de bonis Dei ſuperbit, mala eſt; vnde: *Quid enim habes, quod non accepiſti? Si accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Quaſi non eſſet aliqua gratia. Ergo, *Qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Pſal. 51. a
Iſa. 40. 7.
Pſal. 48. b
1. Cor. 4. b
2. Cor. 10. d

In tribus poteſt homo gloriari. §. CCCXLIII.

INtra tenebras ſunt tria, de quibus bene potes gloriari: ſcilicet, pura conſcientia, iuſtitia, iocunditas de beatitudine futura. De primo ait Apoſtolus: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* De ſecundo Dauid: *Lætamini in Domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.* De tertio, Propheta: *quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus: Super te orietur gloria*: ſcilicet, filius Æterni Patri; vnde Iſaias: *Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* Vere ſuper te orta eſt gloria, & non poteris ad eam: quia conceptus ſine ſemine maris, natus ſine corruptione virginitatis, formatus, & portatus in ventre, ſine læſione ventris. Cùm itaque de his exit bona opinio, veraciter poteſt dici: *Vineæ florentes odorem dederunt.* Nam flos bene odorat in vinea, cùm bona opinio redolet in Eccleſia. Gaudia quoque mundi non minus ſunt fugienda, quia ſunt vanitas. Quæ ſapiens diligenter conſiderat, vt

Nota.
2. Cor. 1. c
Pſal. 31. c
Iſa. 28. q
Iſa. 60. a
Cant.
Figura. Gaudia mundi ſunt fugienda.

vt ipſis cognitis ea libentius fugiat, & contraria feruentius diligat. Inde eſt, quòd Salomon mittebat naues ſuas in Tharſis, & inde afferebant ei aurum, argentum, dentes Elehpantum, & Simias, & Pardos. Salomon, qui ſapiens dicitur, eſt quilibet iuſtus: *Tharſis interpretatur.* Tharſis verò, explorator gaudij dicitur: mare eſt, mundus: nauis eſt, religioſa curioſitas, quæ de Tharſis, id eſt, exploratione gaudij affert aurum, id eſt, *Nauis Salomonis quinque afferebat* mundi ſapientiam: argentum, id eſt, eloquentiam: dentes Elephantum, id eſt, Potentes mundi, qui alios comedunt, & deuorant. Simias: Simia eſt animal deriſione plenum, per quod ſignificantur illi, qui gaudent, quia alios derident. Pardus eſt animal diſtinctum varijs maculis, per quos deſignantur, duplices, & deceptores. De primo. *Iacob 5. a* *Aurum veſtrum æruginatum eſt*. De ſecundo: *Tren. 3. 14* *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam*. *Pſal. 13. b* De tertio: *Nonne ſcient omnes, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis?* De quarto, conqueritur Dominus dicens: *Tren. 3. 14.* *Factus ſum in deriſum omni populo meo canticum eorum tota die*. *Pſal. 14. d* De quinto: *Qui loquitur veritatem in corde ſuo, & non egit dolum in lingua ſua*. Hæc videns ſapiens falſa gaudia, ampliùs diligit vera.

In tribus ſunt gaudia, quibus iuſti ſequuntur veſtigia Chriſti. §. CCCXLIV.

Nota. VEra gaudia, qui ſequuntur Chriſti veſtigia, in tribus principaliter habent: quia mundum vicerunt: quia propoſitum in bono firmauerunt: tertio, nihil ſibi, ſed totum gratiæ Dei attribuunt. Primum, per fidei puritatem: ſecundum, in Dei veritate: tertium, ſuperna inſpiratione. *1. Ioan. 5. a* De primo: *Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum, & hæc eſt victoria noſtra, quæ vincit mundum*. De ſecundo Dauid: *Pſal. 116. a* *Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini manet in æternum*. De tertio Apoſtolus: *1. Cor. 15. d* *Gratia Dei ſumus id quod ſumus*. Iſti ſunt Apoſtoli, quos duxit Ieſus in montem, & transfiguratus eſt coram eis. *Iacob interpretatur.* Ad primum pertinet Iacob, qui dicitur ſupplantator: ad ſecundum, *Petrus interpretatur.* Petrus, qui dicitur firmus: ad tertium, *Ioannes interpretatur.* Ioannes, qui dicitur gratia.

Iterum de gaudijs. §. CCCXLV.

PLena verò gaudia nihilominus habent tria. In regno enim non erit culpa, non timebitur miſeria, videbitur Dei præſentia. Iſti ſunt tres illi alij, qui in eadem transfiguratione viſi ſunt. Ad primum ſpectat Moyſes, *Moyſes interpretatur.* qui dicitur ſaluatus de aquis, ſcilicet peccatorum: ad ſecundum Elias, *Elias interpretatur.* qui dicitur Deus Dominus, qui delebit corruptionem miſeriarum: ad tertium Ieſus, *Ieſus interpretatur.* qui dicitur Saluator; in cuius viſione erit ſalus omnium. De primo. *1. Cor. 15. f* *Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Stimulus autem mortis, peccatum eſt. De ſecundo: *Seminatur corpus animale, ſurget ſpirituale*. De tertio: *Pſal.* *Aedificabit Deus Sion, & videbitur in gloria ſua*. *Matth. 5. a* *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Iſta tria gaudia ſunt flores vineæ. Primi, habent medicinæ vigorem: ſecundi, dant odorem: tertij, fructus, ſaporem. Primi enim, fugant ſerpentes, id eſt, peccata: ſecundi præſumunt bona, quæ ſunt in Patria: tertij oſtendunt diu deſiderata. De primo: *Engaddi interpretatur.* *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*, quod dicitur fons Edi, id eſt, peccati, quod lauat. De ſecundo: *Cant. 1. d* *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris*. De tertio, Chriſtus imminente paſſione, *Matt. 26. c* *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cùm illud bibam in regno Patris mei*.

Explicit Liber Quartus.

Digitized by Google

INCIPIT
LIBER QVINTVS
in Canticum Canticorum
SALOMONIS.

Surge amica mea, ſponſa mea, & veni: Columba mea in foraminibus petræ, & cauernis maceriæ. Cap. I.

VENERAT ſponſus ad ſponſam, exciratutus eam. Repetit excitationem ſuam, vt addat, id eſt, vt locum ei oſtendat ad quem veniat, ſcilicet foraminibus petræ: *Petra autem erat Chriſtus.* Ergo in foraminibus petræ ducitur, cùm relictis temporalibus, ad ea, quæ ſurſum ſunt euehitur. Hoc autem iterum oſtenditur agendum per foramina petræ, non ſub aere nudo; nec patiatur ſolis ardorem, ne interim nigra fiat cauernas maceriæ dixit, Angelorum loca, qui ob ſuperbiam lapſi ſuut, quaſi vacua relicta, qui repleri ex hominibus habent, tamquam ex viuis lapidibus: vbi ipſe Chriſtus eſt lapis in caput ædificii. Vel poſſumus dicere, Angelorum cuſtodiam eſſe maceriam in vinea Chriſti. Eccleſia, tempore, & loco peregrinationis ſuæ, duas habet conſolationes: de præterito eſt memoria paſſionis Chriſti: de futuro eſt, quòd ſe in ſortem ſanctorum cogitat, & confidit recipiendam. Licet cuique noſtrum, quacunque parte voluerit, vacare ſupernæ maceriæ: nunc quidem Pathriarcas reuiſere: nunc verò ſalutare Prophetas: nunc ſenatui immiſceri Apoſtolorum: nunc Martyrum inſeri choris: Sed & beatarum virginum ſtatus, & manſiones animo perluſtrare. Vnde, in conſcientia lætando, & admirando, prorumpimus in laudem Dei, & gratiarum actionem. Inde eſt, quod faciem noſtram, id eſt, conſcientiam, ſponſus deſiderat videre, & vocem audire. Vnde ait: *Oſtende mihi faciem tuam; ſonet vox tua in auribus meis.* Ecce de maceria. Licet nobis cauare in petram, id eſt, in ipſum Dominum, contemplando eum. Vnde licet hic tangi duo genera contemplationis: vnum de ſtatu, & gloria Ciuitatis ſupernæ: alterum de Regis ipſius Maieſtate. Per foramina petræ ſolent aquæ de piſcinis educi. Inde Hieremias: *Relinquite Ciuitatem, & habitate in petra habitatores Moab. Eſtote quaſi Columba nidificans in ſummo ore foraminis.* Petra autem erat Chriſtus; foramina vulnerum in manibus, & pedibus, vnde ſangis exiuit, quo lauamur. Ibi volebat lauare faciem ſponſæ, id eſt, conſcientiam, vt munda ei præſentetur. Maceria eſt caro Chriſti: cauerna, vulnus in latere, per quod vult orationem noſtram ad cor ſuum tranſire, quia in talibus cauernis ſolet vox clariùs ſonare.

Cauernæ maceriæ ſedes Angelorum.

Nota.

Cauernæ maceriæ cuſtodia Angelorum dicitur.

Cant.

Duo ſunt genera contemplationis.

Nota.

Maceria eſt caro Chriſti & vulnus in latere, in hac cauerna vox orationis rebeat clariùs.

De eductione aquarum, & lapidum.
§. CCCXLVI.

LEgimus aquas eductas de petra, & petras de aqua, & petras ad aquam. Primum factum eſt, quãdo percuſſit Moyſes petram in deſerto, & fluxerunt aquæ diuinæ gratiæ. Secundum, quando tranſeuntes filij Iſrael, tulerunt duodecim lapides de Iordane, id eſt, Apoſtolos defluentes diuinæ gratiæ. Alij de loco caſtrorum, id eſt, de mundo, ad Dei gratiam ſunt educti. Sed nunc hoc videamus moraliter.

Ioſue.

Per duodecim lapides Iordanis duodecim Apoſtoli deſignãtur.

Lo-

Lapis triplex. §. CCCXLVII.

PRimus lapis fuit in deſerto : Secundus in Iordane : Tertius in caſtris. Primus lapis eſt pœnitentiæ : Secundus, præſumptio confidentiæ : Tertius, deſperatio diffidentiæ.

Primus lapis. §. CCCXLVIII.

PRimus lapis eſt, Patientiæ fortitudo: Secundus, in bono confirmatio : Tertius, in malo obſtinatio. Lapidem bonum ponebat in deſerto, qui dicebat:
Iſa. 50. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus*
Ioſue 4. 5. *in me*. Boni lapides de Iordane ſunt colligendi, & mittendi in loco caſtrorum, vt in caſtro mentis noſtræ quotidie memoria beneficiorum Dei habeatur. De
Memoria beneficiorum Dei ſemper habenda.
Pſal. 118. Primo : *In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas, quia in ipſis viuificaſti*
Pſal. 50. a *me*. De ſecundo : *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper*. De tertio, Pha-
Exod. 5. a rao : *Deum neſcio, & Iſrael non vidi*. Primus ille lapis fortis fuit ad portanda onera noſtra, quia *languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*. Onera noſtra ipſe portauit, vel in ſe habendo, vel pro nobis patiendo. Sũt autem onera neceſſaria indicta à parentibus; violenta, à perſecutoribus ; voluntaria, à noſtris voluntatibus. Neceſſaria tantum à Deo : violenta nunc à diabolo, tentando, vel affligendo, vt Iob; vel à proximo tentando, vel affligendo : voluntaria, vel inclinando ad tentationem, vel aſſumendo pro peccatis laborem.

Cauſæ afflictionis ſunt quinque. §. CCCXLIX.

CAuſæ ſunt quinque, pro quibus Deus affligit hominem. Pro peccatis, vt
Nota. Mariam ſororem Moyſi. Ad initium pœnæ æternæ, vt Herodes. Ad probationem, vt Iob. Ad augmentum coronæ, vt Paulum. Ad gloriam Dei, vt cœcum natum.

Onera Chriſti. Primum onus. §. CCCL.

VNdecim ſunt igitur onera, quæ portamus, iuxta Iſaiam Prophetã. Primum eſt hoc. Aliquando nobis onus incumbit ex mundo : hoc eſt onus Babylonis. Babylon dicitur confuſio & ſignificat mundum, cuius amorem cupiditas tripliciter onerat : labore, timore, dolore. Cum labore peruenit homo ad id, quod cupit; poſſidet cum timore; amittit cum dolore.

Babylon interpretatur.

Mundus triplice onere grauat.

Tria concupiſcit homo. §. CCCLI.

TRia ſunt, quæ concupiſcit homo in mundo. Primò, ſublimitatem : ſecundò, gratias corporis, & animæ, ſcilicet ſapientiam, decorem, fortitudinem: tertiò, ad voluptatem pertinentia, ſcilicet copiam rerum, ornamentum, mulierem. Primum cupit ſupra ſe: ſecundum intra ſe: tertium circa ſe. Primum, vt ſit famoſus : ſecundum verò, vt ſit glorioſus : tertium, vt ſit voluptuoſus. De his ait Salomon: *Fui Rex in* Eccleſ. 1. 1.
Ieruſalem; ſapientiam dedit mihi Deus; habui diuitias ſuper omnes Reges, qui ante me fuerunt in Iſrael. Sed primo dixit,
Altiora te ne quæſieris, & fortiora te Eccli. 3. 22.
ne ſcrutatus fueris : quia quanto altior gradus tanto caſus grauior. Ideo, qui cupit excelſa, debet vitare ruinam. De primis, venitur in delectationem : de ſecundis, ad infirmitatem : de tertiis, ad amaritudinem. De primo Nabuchodo-
Nel troppo alto volar cõ frali penne Icaro, varia l'acque à no mar venne.
noſor eſt nobis exemplum : *Nonne hæc eſt* Dan. 4. 27.
Babylon magna, quam ego ædificaui in domum Regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Et ſtatim mutatus eſt in bouem. Secundis, qui in ſe capiunt gratias, dicit Apoſtolus : *Noli negli-* 1. Tob. 4. d
gere gratiam, quæ in te eſt. Negligit enim, qui vel ex ea non operatur, vel ea abutitur : ſic enim eadunt in infirmitatem. Sic ſapientia Salomonis eſt infatuata, pulchritudo Abſalon exterminata, fortitudo Samſonis excęcata. Tertijs dicitur de mu-
liere: *Nitidius oleo guttur eius, & nouiſ-* Prou. 5. a
ſima eius amara, quaſi abſynthium. De diuitijs : *Noli altum ſapere, ſed time : nec ſperare in multitudine diuitiarum*.
Rom. 11. 20. De ornatu : *Non in veſte precioſa*. Sed vide ad quantam deuenit amaritudinem, qui prius his abundauit, ſcilicet filius ille prodigus, qui poſtea pauit porcos.

De

Digitized by Google

De labore. §. CCCLII.

Nota. ECce quæ in mundo concupiſcuntur. Sed vide, quanto labore acquirantur: laborant enim in corde, laborant in corpore, laborant in re. In corde tripliciter: deſiderio, anxietate, ſolicitudine. Deſiderio rem amant: anxietate in ſpe vacillãt, an acquirant ſolicitudine, qua modum acquirendi ordinãt. Hoc deſide- *Ierem 17. b* tium remouebat à ſe Hieremias, *Domine* ait, *diem hominis non deſideraui, tu ſcis*. De ſecundo Dauid: *Anxiatus eſt ſuper me* *Pſal. 142. c* *ſpiritus meus*. De tertio Dominus, *Nolite ſolicitiʼ eſſe*, ait. Laborant quomodo corpore priuatæ perſonę in cutidiano labore, milites in armorum virtute, clerici in ſtudio ſcientiæ. De primo, *Omnis labor hominis in ore eius eſt*. De ſecundo: *Non* *Pſal. 146. b* *in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in fortitudine ſua roborabitur vir*. Contra tertium: *Cum ſteteritis ante Re-* *Matth. 10 b* *ges, & Præſides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini*.

De timore. §. CCCLIII.

TImor autem mundi, non ſolum eſt eſt in his, quę labore acquiruntur. Eſt enim timor de amiſſione rerum ſua- *Mundani triplicem timorem habent.* rum: ſecundus, de inquietatione animantium: tertius, de perturbatione elementorum. Primum fit in amiſſione poſſeſſionis, de carnalibus amicis, de commodo proprij corporis. In his tribus flagellatus eſt Iob, vnde ipſe ait: *Et quod verebar accidit*. Perdidit enim ſubſtantiam, mortui ſunt filij; carnis ſuſtinuit anguſtiam. Sed quid agendum ſit nobis in tali caſu *Iob 1. d* ipſe docet: *Dominus* ait, *dedit; Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum*. Secũdus timor, ſcilicet de inquietatione animantium, in tribus eſt. Timentur enim inſidię malorum, ferocitas beſtiarum, infectio venenatorum. In his tribus examinatus eſt Daniel. Fuerunt enim maligni, qui machinati ſunt, vt auellerent eum à latere Regis: ſecundo in lacum Leonum eſt miſſus: tertio cum Dracone venenoſo fuit ei conflictus. Sed quia Deum timuit, ab ijs omnibus eſt liberatus; vnde Dauid ab his tribus gaudet ſe liberatum. De primo: *Pſal. 90. c* *Ipſe liberauit me de laqueo venantium*. De alijs duobus: *Super Aſpidem, & Baſi-* *Ibidem.* *liſcum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem*. Tertius timor mundi in perturbatione elementorum, fit tribus modis, in paſſionibus aeris, in terræ motu, in procellis maris. Paſſiones aeris ſen- ſit Petrus; vnde: *Cum vidiſſet ventum validum, timuit*. *Matth. 14. d* Terræ motu Iudæi in paſſione Chriſti, maris procellas, qui die *Paulus.* ac nocte in profundum maris fuit. De his ait Dauid. Primo de procella maris: *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt*. Et de tonitruis: *Vocem* *Pſal. 76. d* *dederunt nubes. Vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt corruſcationes orbi terræ*. De motu terræ adiungit: *Commota eſt, & cõ-* *Ibidem.* *tremuit terra*. De his dicebant tres pueri, vt ab his liberarentur: *Benedicite maria,* *Daniel. 3.* *& flumina Domino: Benedicite fulgura, & nubes Domino Benedicat terra Dominum*.

De Dolore. §. CCCLIV.

DOlor verò mundi ex tribus primis pendet. Dolemus enim de fama celſitudinis annullari, de gloria gratiarum *De tribus mũdi dolet.* humiliati, de voluptatibus in amaritudinem deijci. De primo plangit Hieremias. *Quomodo ſedet ſola Ciuitas plena populo*. *Thren. 1. a* De ſecundo: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus color optimus*. De tertio; *Qui veſcebantur voluptuoſe, &c.* Hoc eſt onus Babylonis, id eſt, confuſio mundi. De hoc ait Hieremias: *Calix aureus Ba-* *Ierem. 51. 7.* *bylonis de vino eius biberunt gentes, ideo commota ſunt*. Vt autem onus iſtud, & ſequens fugiamus ait, *Egredimini de Ba-* *Ierem ibidem* *bylone, & fugite à Chaldæis, & ſaluet vnuſquiſque animam ſuam*. *Chaldæi interpretatur.* Chaldæi nãque feroces dicuntur. Hi ſunt dæmones, qui per Philiſthijm ſignificantur, cum dicitur.

Onus ſecundum. §. CCCLV.

ONus Philiſthijm. Aliquando enim nobis onus incumbit ex immundorũ *Philiſthijm interpretatur.* ſpirituum immiſſione, & hoc onus dicitur Philiſthijm, qui dicũtur potatione cadentes; & eos deſignat, qui ſuperbia inebriati de cœlo ceciderunt. In hoc lapſu triplex onus videmus. Primo ſuperbit in Deum, peccans contra humilitatem Filij; propter quod dicitur, *Potatione cadentes*: ſecundo, inuidit primo homini, agens contra benignitatem Spiritus ſancti: tertiò, ſeduxit eum, & in hanc ſic infirmitatem deiecit, agens contra potentiam ſummi Patris. Propter hæc

duo

duo dicitur duplex ruina. Per ſuperbiam ergo factum eſt cor montuoſum, in quo *Pſal. 12. a* de bonis proprijs exaltatur. Inde: *Ante ruinam exaltatur cor*. Per inuidiam, venenoſum, dum de bonis alienis dolore *Prou. 6. d* cruciatur. Inde: *Quandiu ponam conſilium in anima mea, dolorem in corde meo per diem?* Per ſeductionem tenebroſam, dum proximo mala machinatur. Inde: *Ierem. 17. 24.* *Cor machinans cogitationes peſſimas*. Superbia onerat cor contumacia, auferens mentis ſabbatum, id eſt, requiem. In- *Ierem. 19. 24.* de: *Nolite portare onera veſtra in die Sabbati, neque inferatis per portam Ciuitatis huius in die Sabbati*. Onerat linguam contumelia, auferens proximo verbi conſolationem: inde Iob, ad amicos ſuos, qui ad conſolandum eum venerant, & in contumelias aduerſus eum erumpe- *Iob 16. a* bant, *Conſolatores oneroſi omnes vos*. Onerat manus violentia, auferens miſe- *Iſa. 58. b* riæ impenſionem. Inde Iſaias: *Dimitte eos, qui confracti ſunt liberos, & omne onus diſrumpe*, ſcilicet violentiæ.

Triplex onus Inuidiæ. §. CCCLVI.

Onus autem inuidiæ in tribus onerat Primo, per odium proximi, in homicidium inducit. Inde: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt*. Secundò, cor dolore cruciatus corrodit: inde

Iuſtius inuidia nihil eſt, quæ protinus ipſum
Auctorem corrodit, excruciatq; ſuum

ſcilicet. Excrucians animum. Tertius corpus pallore, & macie affligit; vnde Poeta:

Pallor in ore ſedet macies in corpore toto;
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt nunquam, poteris niſi ferre dolores.

Item:

Inuidus alterius rebus marceſcit opimis.

Virum ſtultum interficit iracundia, & portas oculorum inuidia.

Triplex onus ſeductionis. §. CCCLVII.

Seductione quoque onerat Diabolus tripliciter. Corporum afflictione; ſicut habemus, quòd ſpiritus Dei malus affligebat Saul; & Iob percuſſit vlcere peſſimo. Violenta tentatione; ſicut Paulus: *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet*; ita, vt clamare neceſſe haberet: *Domine vim patior, reſponde pro me*. *Qui patitur carnis tentationem debet clamare ad Deum.* Decipit fraude; ſicut locutus eſt verbis pacificis in dolo: *Quare vobis Dominus præcepit, ne comederetis de ligno ſcientiæ, boni, & mali?* Et illa: *Ne forte moriamur*. Et ille: *Nequaquam moriemini*: Inde Apoſtolus: *1. Ioann. 4.* *Nolite credere omni ſpiritui. &c. Angelus enim Sathanæ transformat ſe in Angelum lucis*. Ipſe enim ait: *Ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum Achab*. *Iſa. 38. 14.* Sichem qui dicitur labor, id eſt, diabolus, filius Emor, id eſt, aſini, qui *Sichem interpretatur.* erat Rex Ethei, quod dicitur peſſimus, quia filius peſſimi aſini, id eſt, Lucifer, qui primus cecidit, prius violenter rapuit Dynam filiam Iacob; & poſtea quàm corrupit eam, *deliniuit eam blanditijs*, & *Figura.* locutus eſt ad cor eius, vt perpetuo eſſet cum eo. Sic nimirum diabolus, poſtquam violenta tentatione aliquem ſtrauit, fraudulenter ſeducit, ne à tali caſu velit reſurgere.

Onus tertium. §. CCCLVIII.

Aliquando nobis incumbit ex naturali quadam, & ineuitabili neceſſitate. Et hoc eſt onus Moab, qui interpretatur, *Moab interp* de patre, naturalem illam exprimens neceſſitatem, quam pater generatione transfundit in filium; ſicut eſt ineuitabilis manducandi, bibendi, dormiendi, neceſſitas. Hac cogimur poſt ſpeciales cibos mentis, procurare onera ventris.

Onus triplex. §. CCCLIX.

Hoc onus triplex conſideratur. In principio vilis conceptionis, ad exiſtendum; in quo fætor: in medio, laboris, & afflictionis, ad ſuſtinendum; in quo dolor: in fine, miſeræ diſſolutionis, ad moriendum; in quo horror.

De primo. §. CCCLX.

Inſpice ergo fætorem primi, & interroga ipſam mulierem, quàm magno fætore concipit; quanto tædio in genitali ſecreto, ſuis ſanguinibus puerum nutrit; quanto dolore parturit. Audi pro *Nota.*

duo-

duobus primis Ioannem de ſpirituali natiuitate loquentem: *Qui non ex ſanguinibus*, ait, *neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt*. Quia carnaliter naſcentes, ex viro, & carne, id eſt, muliere naſcuntur: ex ſanguinibus vero vſque ad natiuitatem paſcuntur. De dolore parientis dictum eſt Euæ: *In dolore paries filios tuos*. Non eſt dolor ſuper dolorem parientis. *Mulier enim, cùm parit, triſtitiam habet*. De principio hoc ait Iob: *Qui quaſi flos egreditur, & conteritur*. De medio: *Et fugit velut vmbra*. De tertio: *Et nunquam in eodem ſtatu permanet*.

Ioan. 1. d — *Gene. 3. e* — *Ioan. 16. e* — *Iob 13. d* — *Ibidem.* — *Ibidem.*

De medio. S. CCCLXI.

IN medio verò conſideranda ſunt quatuor. Hoc enim onus conſiſtit in quatuor: in cibo, & potu, quod contra defectum: in veſtitu, contra inclementiam aereatum paſſionum: in dormitatione, & euigilatione, ad recreandum: in naturali imbecillitate: in proceſſu ætatum. Iſtud eſt graue iugum, ſiue onus ſuper filios Adæ, à die exitus de ventre matris eius, vſque ad diem ſepulturæ in matrem omnium. Prima igitur neceſſitas, manducare, & bibere; inde: *Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore*. Sed ſunt pauci, qui hanc neceſſitatem non conuertant in ſuperfluitatem, per quam ventres diſtenduntur; inde: *Eſca ventri, & venter eſcis*. Corda hebetantur; inde: *Videte ne grauentur corda veſtra in crapulis, & ebrietate*: Senſus infirmantur; inde: *Vinum apoſtatare facit, etiam ſapientes*.

Quatuor neceſſitates filiorum Adæ. — *Pſal. 103. b* — *1. Cor. 6. c* — *Lucæ 21.* — *Eccli. 19. b*

Quomodo debeamus intendere pauperum egeſtati. S. CCCLXI.

SVnt qui plus intendunt ſuæ voluptati, quã pauperum neceſſitati. Quibus dicetur: *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare*. Quod contra Iob: *Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea*. Sequitur de veſtimento: *De veſtimento, quid ſoliciti eſtis?* Veſtis pertinet ad onus Moab, ſed quanto labore acquiratur, videamus. Manibus feminarum lana empta, in filum deducitur, texitur, tingitur, ſecatur, ſuitur. Ecce labor. Sed aſpice pretium, formam, colorem. In pretio, ſuperabundantia: in colore, vana gloria: in forma, eſt ſuperbia. Primum quæris tibi, vt videaris tibi precioſus: ſecundum, vt ſplendidus: tertium, vt videaris elegantiùs formatus. Sed audi: *Non in veſte precioſa*. Quomodo contra Iob: *Si deſpicit prætereuntem, eo quod non haberet veſtimentum, & abſque operimento pauperem*. Dormitio vero, & euigilatio, quæ cauſa recreationis alternantur, de onere Moab ſunt; hic tamen indulgentur. Vnde: *Dormite iam, & requieſcite*. Superfluitas prohibetur; vnde: *Plus vigila ſemper*. Naturalis quoque infirmitas eſt de onere Moab. Primo: infantulus indiget foueri lacte nutriri. Adoleſcens eget pædagogo, ne per laſciuiam ætatis deuiet à bono: factus vir, eget conſilio: factus ſenex, alieno ſuſtentamento. Hæc conſiderantur circa medium hominis.

Plus intendendum & pauperum neceſſitati quam corporis voluptati. — *Matth. 25. c* — *Iob 31. b* — *Luc. 12. c* — *Veſtimentorum labor.* — *Apoſtolus.* — *Iob 31. n. 19.* — *Matth. 26. d*

De Nouiſſimo. S. CCCLXII.

CIrca Nouiſſima, conſideranda ſunt corporis & animæ miſerabile diuortium: corporis defectus: animæ periculum. Hæc deſignabat Dauid, cùm dicebat: *Auferes ſpiritum eorum*; cùm exiuit de corpore; *& deficient*: quando deſinent eſſe, in diuortio corporis, & animæ: *Et in puluerem reuertentur*; quando vermis fiet de corpore; puluis de verme. Ecce corporis defectus. Sed quantum eſt periculum ſpiritus, cùm inſidientur ei in ingreſſu catuli leonum rugientes vt rapiant? Quis poterit eum liberare *à rugientibus præparatis ad eſcam*? Solus Dilectus, qui hæc tanta pro nobis portauit oneta. Onus Philiſthijm, quod diaboli tentationem. Onus Babylonis, quod obtulit ei mundi ſuggeſtionem. Onus Damaſci, quia prædictos defectus in ſua aſſumpſit incarnatione. Ipſe enim petra, ad cuius foramina ſponſam inuitat. Sed quia quartum, ſcilicet, Damaſci, quod dicitur potus ſanguinis, non ad ipſum ſpectat, ſed conſcientias noſtras inquietat, ab eo vult purificari. Vnde ait:

Pſal. 103. 29 — *Dæmones inſidiantur animæ egredienti à corpore.* — *Eccli. 51. 4* — *Damaſci interpretatio.*

Oſten-

Oſtende mihi faciem tuam : ſonet vox tua in auribus meis. Cap. II.

AC ſi diceret : Tu, quæ in ſecreto mentis quietem diligis, & in foraminibus petræ, & caurna maceriæ delectaris habitare: egredere foras ad bona opera, vt des exemplum proximis; & fac me audire vocem tuam, vt inuites alios ad vocem confeſſionis, & prædicationis, & laudis. Dum enim bonorum operum exempla oſtendis, & ad talem vocem inducis, faciem tuam mihi oſtendis; de qua
1. Mach. 4. g dicitur: *Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerunt altare Domina: & factaeſt lætitia magna in populo.*

Quatuor Templa. §. CCCLXIII.

1. Cor. 6. c TEmpla ſunt quatuor. Primum, eſt corpus humanum. Inde: *Neſci is quòd corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti?* Secundum, congregatio fi-
2. Cor. 6. d delis populi. vnde: *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Tertium eſt anima
Iſai. 6. a iuſti. vnde: *Et ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum.* Quartum caro Chri-
Ioann. 2. d ſti. vnde: *Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud.*

Quatuor Facies templi. §. CCCLXIV.

PRimi eſt facies corporalis, quædam membrorum conſonantia, quam carnalis admiratur: Secundi, moralis religionis elegantia: Tertij ſpiritualis conſcientia: Quarti, priùs mortalis, modò immortalis, in humano vultu quiddam diuinum ſpirans gratia. Primum, vt dixi-
Gen. 2. 6. mus, carnalis admiratur. vnde: *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* In
Thren. 4. 16 ſecunda, proximus ædificatur. inde: *Facies ſeuum non erubuerunt.* In tertia,
Exod. 33. 6 Deus delectatur. inde: *Oſtende mihi faciem tuam.* In quarta peccator ſaluatur.
Iſa. 50. e inde: *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Iſtas quatuor facies figurant quatuor animalia
Ezech. 1. Ezechielis: primam, facies bouis, quod eſt animal moroſum, & pigrum: ſecundam, facies hominis, qui eſt rationalis: tertiam, facies aquilæ, quæ ſicut anima, in altum volat: quartam, facies leonis, qui propter fortitudinem Chriſto comparatur.

Quatuor coronis ornatur templum.
§. CCCLXV.

SCiendum, quod dicitur aurum, ſplendor mundanæ gluriæ, vel vanitatis. vnde: *Calix aureus Babylonis.* Dicitur Ierem. 51. 7.
ſplendor caritatis: vnde Angelus erat cinctus ad mamillas zona aurea. Dicitur ſplendor ſapientiæ cæleſtis; vnde: *Aurum* Iacobi 5. 3.
tuum eruginatum eſt. Dicitur ſplendor Diuinitatis; vnde: *Caput eius aurum optimum.* Cant. 5. c
Primum eſt, circulus aureus in naribus ſuis: ſecundum corona aurea, & aureola, quæ ſunt ſuper menſam propoſitionis. Tertium, corona aurea, quam Eſth. 6.
Marduchens geſtabat in capite, egrediens à palatio, & de conſpectu Regis Aſſueri. Quartum, corona, quam habebat in capite ſedens ſuper nubem candidam, ſimilis filio hominis.

De prima corona, & prima facie.
§. CCCLXVI.

PRimæ igitur faciei, ſcilicet, corporalis pulchritudo, ſallax eſt, quantum ad ſimulationem hyprocritatum: vana, quantum ad ornatum voluptuoſorum.
Primis dicitur: *Non in tortis crinibus, aut* 1. Tim. 2. e
auro, aut margaritis, vel veſte precioſa &c. Secundis dicit Paulus: *Percutiet te* Act. 23. 3.
Deus, paries dealbate.

De ſecunda facie. §. CCCLXVII.

SEcunda facies eſt, religionis elegantia; ſcilicet, templi fidelis, congregationis populi. Hæc ornatur ſplendore auri caritatis, quæ quadricornis eſt.

Quatuor gradus Charitatis.
§. CCCLXVIII.

ESt enim charitas fortis, vt ſuſcipiat mortem, & odiat vitam temporalem.
Inde Paulus: *Non ſolùm alligari, ſed &* Act. 21. c
mori paratus ſum in Ieruſalem pro Chriſto. Audierat enim: *Qui odit animam* Ioan. 12. d

ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Eſt dura, vt ſuſtineat quo-
tidianã afflictionem, & ſuppeditet anima-
1.Cor. 4.12. litatem. vnde: *In omnibus tribulationem
patimur, ſed non anguſtiamur*. Non ſi-
Thren. 1.19 cut illi, qui dederunt precioſa quæque pro
cibo, ad refocillandam animam, id eſt,
animalitatem. Eſt ignea, vt accendat
deſiderium, ne tepeſcat ignauia. vnde:
Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?
Luc. 24. Apoc. 3. *&c.* & alibi, *ſi tepidus es, incipiam te euo-
mere ex ore meo*. Eſt inextinguibilis,
2.Mach.1.19 vt non cedat fluctibus voluptatum, & non
Ignis in aquam craſſam vertitur: cum amor erga Deũ & proximum refrigeſcit. pereat conſtantia. Inde filij Iſraël, cùm
ducerentur in captiuitatem, ignem ſan-
ctum abſconderunt in terram; cùm au-
tem rediſſent, non inuenerunt niſi aquam
craſſam. Propterea ait Apoſtolus: *Con-
ſtans eſto: ſicut enim teſtificatus es de me
Act.23. 11. in Ieruſalem, ſic oporteret Romæ teſtifi-
cari*. Hæc quatuor docebat ſponſa, cum
Cant. 8 6. diceret: *Fortis eſt vt mors dilectio*. ecce
primum. *Dura ſicut infernus æmulatio*.
ecce ſecundum. *Lampades eius, lampa-
des ignis, atque flammarum*. ecce tertium.
*Aquæ multæ non potuerunt extinguere
caritatem*. ecce quartum. De hac facie
ſic ornata, meritò dicitur: *Pulchra es, &
decora, filia Ieruſalem, terribilis vt caſtro-
rum acies ordinata*. Verè terribilis dia-
bolo, cui nullus patet ingreſſus. In hac
facie ſic ornata ædificatur proximus. Ec-
ce corona aurea caritatis, qua ornatur.
Prima fuit facies bouis, hoc eſt, hominis.

Sequitur de tertia facie.
§. CCCLXIX.

SEquitur de facie tertia tertij templi,
quod eſt anima Iuſti. Facies eius,
conſcientia munda eſt: hæc ornatur aurea
corona ſapientiæ. Hæc quoque quadri-
cornis eſt. Sapientia namque cæleſtis eſt
aſtuta, vt vincat malitiam: eſt profunda,
Qualitates cæleſtis ſapientiæ. dum proſpicit inferni anguſtiam: eſt for-
tis, dum violenter conatur rapere re-
gnum cælorum: eſt ſuauis, dum tranquil-
lè ordinat gradus affectionum. Vnde de
his quatuor dictum eſt: *Sapientia vincit
malitiam*. ecce aſtuta. Anima enim con-
ſilio ſapientiæ habet vt propriam mali-
tiam fugiat, proximi patienter ſuſtineat,
diaboli malitiæ viriliter reſiſtat: proximi
autem non ſolùm ſuſtineat, ſed benignè
indulgeat. ecce vindicta ſapientiæ. Inde
Poeta:

Nobile vindictæ genus eſt, ignoſcere victo.

Sap. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter*,
ecce profunda, deſcendens ad infernum.
Vbique enim attingit ſapientia. propter
ſuam munditiam; videnſque pœnas infe-
ri, clamat: *Libera me Domine, de morte
æterna*. Poſtmodum fit fortis, reſpi-
ciens cælum: vltimò ſuauis, dum ordi-
nat in tranquillitate affectiones. Pri-
mò, conſiderat ſupernæ ciuitatis requiem;
vnde: *In omnibus requiem quæſiui*. Se- Eccli. 24.
cundò, angelorum ſocietatem, gaudens
quia erit ciuis ſanctorum angelorum, &
ipſi conſortes, & conciues. Vnde An-
gelus in Apocalypſi ait Ioanni volenti
eum adorare: *Vide ne feceris: conſeruus* Apoc 19. 6.
enim tuus ſum. Tertiò, Dei viſionem.
Propter hæc quatuor dicitur: *Da mihi*, Sap. 9.
*Domine, ſedium tuarum aſſiſtricem ſa-
pientiam*; cuius robore poſſim acquirere
regnum: *Quæ mecum ſit*; dum deſcendo
ad infernum; *& mecum laboret*; vt per
eam vincam malignum. *Vt ſciam
quid acceptum ſit coram te*; iuxta volun-
tatem tuam ordinem gradus affectionum
mearum. In iſta facie, quæ ſic ornata
eſt, delectatur Deus, vt dicat: *Ecce tu
pulchra es, amica mea*, propter mundi-
tiam conſcientiæ; ecce tu pulchra es,
propter coronam ſapientiæ. Hæc eſt co-
rona, quam Mardocheus habebat in ca- *Mardocheus interpretatur.*
pite, egrediens de palatio, & de conſpe- *Aſſuerus interpretatur.*
ctu Regis Aſſueri. Mardocheus, Myrrha
munda dicitur. Immunda eſt myrrha,
amaritudo pro peccatis: munda amari-
tudo, pro deſiderio regni cæleſtis: Aſſue-
rus, Beatitudo eorum: ipſe eſt Chriſtus,
è cuius conſpectu dum anima contem-
platiua egreditur, vt inferiora ſua reſpi-
ciat, rectè redit ab eius conſpectu coro-
nata corona ſapientiæ. Ecce quomodo
ornata eſt facies Templi corporis huma- *Quomodo Deo preparetur Altare*
ni, & facies templi fidelis proprij, & fa-
cies templi, quod eſt anima Iuſti, & qui-
bus coronis. Sequitur: *Et dedicauerunt
altare Domino*. Hoc altare eſt cor iuſti;
vnde, *Oblatio iuſti impinguat altare*. Ita- Eccli. 35. 6
que qui hoc facturus eſt, oportet eum
priùs abdicare mundi vanitatem, ne ite-
rum inuoluatur eius voluptatibus. vnde:
Nolite diligere mundum &c. Secundò, ra- 1.Ioan. 2 6
dicare charitatem, vt non corruat ſæcu- Eph. 3. 17.
laris curæ flatibus. vnde: *In charitate
radicati, & fundati &c.* Tertiò, dedi-
care cordis puritatem, vt de cætero di-
uinis cedat vſibus. vnde: *Paratum cor* Pſal. 56. 6
meum Deus, paratum cor meum. De hoc
altare dictum eſt: *Cùm intraueritis ter-* Deut. 29.
*ram, quam Dominus daturus eſt vobis,
ædificabitis altare Domino de lapidibus
quadratis, quos ferrum non tetigit*. La-
pides iſti ſunt virtutes: hos tangit ferrum
di-

Digitized by Google

diſcordiæ, quando eis ſe admiſcet ira, inuidia, vel tale aliquid: ſed apponatur lapis angularis, ſcilicet, Chriſtus, qui eſt pax noſtra, qui facit vtraque vnum. Reſtat ornatus faciei Chriſti, cuius carnem Templum diximus.

De quarta facie templi, quæ eſt triplex. §. CCCLXX.

EIus facies triplex eſt. Prima eſt humanæ conditionis, ornata decore bonæ compoſitionis, dans religionis formam. vnde: [*Iſa. 50. c*] *Faciem meam non abſcondi ab increpantibus & conſpuentibus in me.* Secunda, transfigurationis ornata ſplendore, in ſignum futuræ reſurrectionis, dans reſurgendi confidentiam. inde: [*Matth. 19. a*] *Reſplenduit facies eius ſicut ſol.* Tertia, incorruptionis, ornata glorioſæ honore maieſtatis, dans de viſione ſua lætitiam. inde: [*Pſal. 79. a*] *Oſtende faciem tuam, & ſaluierimus.* Hęc eſt ornata corona gloriæ: inde: [*Pſal. 8. b*] *Gloria & honore coronaſti eum, Domine. Vidi nubem candidam, & ſuper nubem, ſimilem filio hominis ſedentem, & corona aurea in capite eius.* [*Apoc.*] Vt hanc videamus, oportet vt ſimus aſſidui, quærendo: vt ſimus cauti, præoccupando: vt ſimus poſtea læti, cum videndo. De primo: [*Pſal. 104. a*] *Quærite Dominum, & confirmamini.* De ſecundo: [*Pſal. 94. a*] *Præoccupemus faciem eius in confeſſione.* De tertio: [*Gen. 32. g*] *Vidi Dominum facie ad faciem: & ſalua facta eſt anima mea.*

De Conſcientia. §. CCCLXXI.

HÆc facies, aliquando eſt bona, aliquando mala. Mala oſtenditur ſibi, ad cognoſcendum morbum infirmitatis: proximo, ad quærendum conſilium ſatisfactionis: Deo, ad ſuſcipiendum remedium remiſſionis. De primo: [*Pſal. 50. a*] *Iniquitatem meam ego cognoſco.* De ſecundo: [*Matth. 18. a*] *Vade oſtende te ſacerdotibus.* De tertio: [*Pſal. 50.*] *Tibi ſoli peccaui.* Item, bona conſcientia oſtenditur ſibi ad ſecuritatem, in tribulatione: proximo, ad ædificationem, in charitate: Deo, ad gratiarum actionem, de beneficiorum collatione. De primo: [*Iob 27. a*] *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* De ſecundo, [*Iob 27. a*] idem: *Inſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram, &c.* De tertio: [*Eccli. 51. a*] *Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Saluatorem meum.* Hanc vocem gratiarum actionis quærebat, quando ſubiungebat: *Sonet vox tua in auribus meis:* ſed & vocem orationis quærebat.

De Oratione. §. CCCLXXII.

ORationum alia eſt vtilis, alia inutilis. Inutilium, prima infructuoſa, quando ſcilicet, ore rogatur, corde non attenditur. vnde: [*Matth. 15. a*] *Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè eſt à me.* Secunda, incircumſpecta, quando etſi bonus eſt qui petit, & pro quo petitur; [*Oratio qualis debeat eſſe.*] tamen non eſt bonum quod petitur. vnde: [*Rom. 8. e*] *Quid oremus ſicut oportet, neſcimus.* Et Dominus matri filiorum Zebedæi, [*Matt. 20. 10*] *neſcitis*, inquit, *quid petatis.* Tertia, criminoſa, quando petens, vel pro quo petitur, criminoſus eſt. vnde: [*Eſai. 1. d*] *Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine.* Vtilis oratio quinque fit: verecundo affectu. inde: [*Luc. 15. 18.*] *Pater peccaui in cælum, & coram te.* Aliquando puro affectu. vnde: [*Dan. 13. 43.*] *Deus, tu ſcis, quid iſti malitioſè compoſuerint aduerſum me.* Aliquando amplo affectu. inde: [*Exod. 32. 32*] *Aut dimitte hanc noxam; aut dele me de libro, quem ſcripſiſti.* Aliquando deuoto affectu; vt, [*Luc. 1. 47.*] *Magnificat anima mea Dominum.* Hoc ordine diſponit Paulus: [*1. Tim. 2. c*] *Volo*, inquit, *fieri in Eccleſijs obſecrationes*, pro remittendis peccatis; *orationes*, pro acquirendo bono; *poſtulationes*, pro proximo; *gratiarum actiones*, Deo.

Onus quartum. §. CCCLXXIII.

ALiquando inficimur ex innata nobis corruptione; & facies noſtra, id eſt, conſcientia noſtra, fit inquinata; quam volebat Dilectus mundari, cum diceret: *Oſtende mihi faciem tuam.* Hoc eſt onus [*Onus Damaſci interpretatur.*] Damaſci, quod dicitur, Bibens ſanguinem, illam innatam nobis exprimens corruptionem, quæ quodammodo inuitos trahit ad peccatum. Ipſa eſt [*Rom. 7. 23.*] *lex in membris noſtris, repugnans legi mentis noſtræ.* Ipſe autem naturalis motus quadam vi delectationis ipſam vim rationis pene abſorbet. Sed iſta quidam ſentiunt, ſed non conſentiunt: Impugnantur, ſed non expugnantur: onerantur, ſed non proſternuntur.

Sanguis triplex. §. CCCLXXIV.

TRiplex eſt ſanguis: ſanguis mortalis, habens fontem in fomite peccati, polluens hominem. vnde: *Homo,*

qui fluit ſanguinem, immundus erit, & manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum. Sanguis hiſtorialis, in lege Moyſi, ſanctificans à carnis emundationem. inde: Heb. 9. 13. *Si enim ſanguis hircorum aut vitulorum, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, &c.* Sanguis redemptionis in corpore Chriſti, ſanctificans ad conſcientiæ purificationem. vnde: Ibid. *Quanto magis ſanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ad ſeruiendum Deo viuenti?* In primo, eſt onus graue peccantibus, propter Pſal. 37. 5. futuram damnationem. inde: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum.* In ſecundo, onus importabile ſeruientibus, Act. 15. 10. propter difficilem legis obſeruationem. inde: *Hoc eſt onus, quod nec nos, nec patres noſtri portare potuimus.* In tertio, leue diligentibus, propter futuram glo- Matt. 11. 30 rioſam retributionem. inde: *Iugum meum ſuaue eſt, & onus, meum leue.* Primus itaque ſanguis, ſcilicet, fomes peccati, quandoque bibitur: ſcilicet, dum ſuggeſtioni Prou. 30. 51. conſentitur. Vel bibitur propter peccati dulcedinem. vnde: *Sanguiſugæ ſunt duæ filiæ.* Sanguiſuga enim eſt, quæ bibit ſanguinem iſtum. Duæ filiæ eius ſunt, deſiderium carnale, & deſiderium ſpirituale: hæc enim nunquam ſatiantur. (*Deſiderium carnale, & ſpirituale dicuntur filiæ ſanguiſugæ.*) Quandoque effunditur, dum effectui mancipiatur: vel effunditur per crudelitatem. vn- Pſal. 78. 3. de: *Effuderunt ſanguinem velut aquam, in circuitu Ieruſalem; & non erat qui ſepeliret.* Quandoque aſpergitur; id eſt, ad alium ſpargitur, dum proximus exemplo corrumpitur: vel aſpergitur per proximi Eſai. 63. 3. infamationem. vnde: *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea & omnia indumenta mea inquinaui.* Hoc non videtur eſſe otioſum; quòd Adam, iuxta quoſdam, in horto Damaſceno eſt formatus: Paulus, dum iret Damaſcum, in via eſt excæcatus. Damaſcus Heliezer ſeruus Abrahæ, naſcente nouo hærede, hæreditate Domini ſui eſt priuatus. Adam enim hunc ſanguinem bibit, dum peccati delectatione eſt captus, quod ad nos tranſmitteret. Paulus verò hunc ſanguinem fudit, qui à Damaſcum ibat, vt ſanguinem effunderet. Forſitan Damaſcus ille Abrahæ aliquod peccatum commiſit, quo alios aſpergeret. De hoc potu ſanguinis conquerebatur Paulus dicens: *Quod nolo malum, hoc ago.* Rom. 7. 18. & 19. Item: *Velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio.* Nec mirum.

Triplex voluntas. §. CCCLXXV.

TRiplex eſt voluntas: voluntas naturæ, voluntas vitij, voluntas gratiæ. Voluntas naturæ, vitio repugnat; ſed vincitur, niſi voluntate gratiæ adiuuetur. Ipſa enim aliquando vitio ſubiacet, quandiu ipſi ſubſternitur: aliquando vitio adiacet, quandiu reluctatur, aliquando ſuperiacet quando vitium ſuperatur. Et Dei iuſtum eſt iudicium, vt inquietur à ſuo inferiori, qui ſuo noluit obedire ſuperiori. Sanguis hiſtorialis, qui totus eſt in figura, relinquitur. Sanguine verò redemptionis, qui deliquerit, in primo, abluitur: eum enim effunditur, lauat peccatum. vnde: Luc. 22. 20. *Hic calix noui teſtamenti, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Cùm bibitur, ſpem magnam erigit ad regnum: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis manentem.* Cùm aſpergitur, nos facit ſecuros contra periculum: inde, ſanguis agni paſchalis in liminibus Ægyptiorum, vbi erant filij Iſrael, aſperſus, eos à periculo Ægyptiorum liberauit.

Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Cap. III.

DVlcis eſt vox illa, quę proximum ad bonum informat, & in laudem Dei ſe exaltat, ita vt dicat cum Pſ. 118. 103. Dauid: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.* Facies illa decora eſt, quæ talem ſe exhibet, vt faciem Creatoris videre mereatur, & dicat: Pſal. 26. 8. *Exquiſiuit te facies mea; faciem tuam Domine, requiram.*

Vox ſponſæ à tribus auditur. §. CCCLXXVI.

VOx ſponſæ auditur in auribus inimici, quę eſt compaſſionis, dulcis

propter

propter remiſſionem. In auribus proximi,
conſolationis, dulcior propter regni pro-
miſſionem. In auribus Dilecti, conſola-
tionis, & ſalutis, dulciſſima, quæ imita-
tur ſupernorum ciuium iubilationem. Ad
primam ſic inuitamur: Si *non remiſeritis*
Matt. 18. 35. *vnuſquiſque fratri ſuo, de cordibus ve-*
ſtris, non intrabitis in regnum cælorum.
2. Tim. 2. 5. De ſecunda: *Non coronabitur niſi qui le-*
gitime certauerit. De tertia: *Venite exul-*
temus Domino, iubilemus Deo ſalutari no
ſtro.

Vox tunc eſt dulcis quando dimittimus roganti, et pro inimicis rogamus.

Per primam, debemus dimittere ro-
ganti, non roganti, nobis malum facienti.
Iuxta primum, remiſit Dominus latroni
roganti, *Memento mei Domine, dum vene-*
Luc. 23. 42. *ris in regnum tuum*. Iuxta ſecundum,
Petro non roganti, cùm reſpexit eum, &
Matt. 26. 75. *fleuit amare*. Iuxta tertium, pro crucifi-
xoribus orauit.

Secunda vox durum increpat; inde:
Eſaia 46. 12. *Væ vobis, duri cordis*. Pigrum excitat;
Prou. 6. 9. & 24. 32. inde: *Vſquequò piger dormis?* Deuotum
Luc. 24. 32. inflammat; vnde: *Nonnè cor noſtrum*
ardens erat in nobis?

Tertia vox laudat Creatorem, vt laus
procedat ex conſcientia. Eſt enim vox nõ
ſcientiæ, ſcilicet, garruli, qui cùm cla-
mat, non intelligit quid dicat; vnde ſũt:
1. Cor. 13. 1. *Velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.*
Et eſt ſcientia non vocis, in ijs, qui non
ſunt eloquentes, vel pigri ſunt ad dicen-
Eccli. 20. 32. dum quæ ſciunt. Inde: *Scientia abſcondi-*
ta, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in
Prou. 21. 20. *vtriſque?* Et eſt vox ſcientiæ, eorum qui
ſciunt, & bene proferunt; vnde: *Theſau-*
rus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis.
Et eſt ſcientia vocis, quæ elingues, diuini-
tus facit eloquentes: inde Spiritus ſanctus
in linguis igneis datus eſt Apoſtolis.

Triplex facies decora. §. CCCLXXVII.

SEquitur, *Facies tua decora.* Triplex
eſt pulchritudo animæ. Prima, quan-
do eſt ſine macula, per peccati abolitio-
Iob 11. 14. nem; inde Iob: Si *abſtuleris iniquitatem,*
quæ in manu tua eſt, & in tabernaculo
tuo non fuerit iniuſtitia, tunc leuare pote-
ris faciem tuam abſque macula. Secunda,
in qua eſt quædam geſtus, & honeſtatis
elegantia, per religioſam conuerſationem;
Cant. inde: *Quàm pulchra es in calceamentis,*
filia Principis; Calciamentis, ſcilicet,
mortuorum animalium, exempla patrũ
deſignantur, ad quorum exemplum bene
conuerſamur, & pedes noſtrarum affe-
ctionum munimus. Tertia, quadam mẽ-
brorum, & coloris, in ſe trahens intuen-
tium affectus, gratia, per occultam gra-
tiæ inſpirationem; inde: *Quæ eſt iſta quæ*
progreditur quaſi aurora conſurgens pul-
chra vt Luna, electa vt Sol, &c. Aurora
eſt, relinquens noctem vitiorum: Luna,
illuminans tenebras peccatorum: Sol, pe-
netrans ſpeculatione, ſecreta cælorum.

Quando anima noſtra poſſit dici aurora, Luna, et Sol.

In prima pulchritudine meretur reconci-
liationem; inde: *Cùm auerterit ſe impius* Ezech. 18. 27.
ab impietate ſua, &c. In ſecunda familia-
ritatem; inde: *Si quis diligit me, ſermo-*
nem meum ſeruabit, &c. In tertia, cæle- Ioan. 14. 23. & 15. 15.
ſtium ſecretorum reuelationem; inde:
Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, &c.
In prima fugat tenebras culpæ: in ſecun-
da, tenebras vincibilis ignorantiæ: in ter-
tia, tenebras molis corporeæ. Et iſtud eſt
onus quintum Eſaiæ, *Onus Aegypti*, quod
dicitur, tenebræ.

Aegyptus interpretatur.

Onus quintum. §. CCCLXXVIII.

ALiquando enim, exigentibus pecca-
tis noſtris, hoc onus, ſcilicet tene-
bras ignorantiæ, portamus: aliquando
ex neceſſitate: aliquando ex negligentia.
Ij onerantur ab Aegypto, ſed non cum
Ægypto; id eſt, cum illis, qui ſunt tene-
bræ iniquitatis; inde: *Qui male agit, odit*
lucem. Qui dormit non dormiens; hoc eſt,
voluntariè.

Tres tenebræ. §. CCCLXXIX.

TRes ſunt tenebræ. Primæ, culpæ;
ſcilicet, quædam confuſio peccati;
quibus interior homo nec ſuum lapſum,
nec quomodo reſurgat, obſeruat; Inde:
Forſitan tenebræ conculcabunt me. Secũ-
dæ, ignorantiæ, quibus homo etſi velit bo- Pſal. 138. 11.
num facere, ignorat; inde: *Neſcierunt,*
neque intellexerunt, in tenebris ambulant: Pſal. 81. 5.
mouebuntur omnia fundamenta terræ.
Tertiæ, molis corporeæ, quibus nimius
vſus ſenſualitatis impedit ſpiritum, vt nõ
poſſit agnoſcere ſecreta cæleſtia, quæ de-
ſiderat; inde: *In tenebris ſtraui lectulum* Iob 17. 13.
meum.

Triplex labor in primis. §. CCCLXXX.

QVi in primis ſunt, habent peccati de-
lectationem; inde: *Lætantur cum* Prou. 2. 14.
male fecerint. Relinquunt Dei timorem;
inde: *Non eſt illis commutatio, & non*
timuerunt Deum. Non recordantur mor- Pſal. 54. 20.
tis

Eccl. 7. 40. tis horrorem; quibus dicitur: *Memorare nouiſſima tua*.

Triplex labor in ſecundis. §. CCCLXXXI.

QVi in ſecundis, ignorat ſeipſum, quòd ſit peccator, & ideo indigens pœnitentia. Inde; *Si ignoras te, ò* (Cant.) *pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum*. Ignorat Deum, quòd ſit Saluator, indulgens miſericordia. Ignorat diabolum, quòd ſit cauillator, ex inuidia. De ſecundis, ſunt qui neſciunt Deum, nec credunt. Inde: (Pſal. 13. 1.) *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus*. Quidam ſciunt eum, ſed non cognoſcunt inde: (Exod. 5. 2.) *Quis eſt Dominus, vt dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam*. Quidam ſciunt, & cognoſcunt ſed debita veneratione non colunt; inde: (Rom. 1. 21.) *Qui cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerût*.

Triplex labor in tertijs. §. CCCLXXXII.

QVi in tertiis tenebris ſunt, ipſi etiam triplici impediuntur incommodo, ad videnda cæli ſecreta, quæ deſiderant. Ipſi enim deſiderant videre claritatem regni cælorum. vnde: (Pſal. 26. 13.) *Credo videre bona Domini in terra viuentium*. Secundi deſiderant omnimodis, & concupiſcunt videre pacem hominum, & angelorum. Tertii, videre Regem omnium regum. (Matth. 6. 23.) De prima: *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tenebroſum erit*. Oculus eſt intentio: ipſe eſt nequam, quando ſe plus inclinat ad ſeruiêdum carni, quàm ſpiritui; vnde dicitur *nequam*, id eſt, non æquus; totum corpus, id eſt, congeriem virtutum, facit tenebroſum: id eſt, licèt ſit in virtutibus, cum tali intentione non poteſt ſuperna videre. Congeries virtutum, corpora appellamus. ſic dicitur, (Ibid.) *Corpus peccati*. Et, *Si oculus tuus fuerit ſimplex*; id eſt, ſoli ſpiritui ſeruiens; *totum corpus*, id eſt, congeries virtutum, *lucidum erit*, inſpiciendo ſuperna. Eſt oculus ne quam, ſeruiens carni: eſt ſimplex, ſeruiens ſoli ſpiritui: eſt multiplex, ſeruiens nunc iſti, nunc illi. De pace, quam volunt videre, dicitur: (Luc. 1. 68.) *Viſitauit nos Oriens ex alto. Illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis*. *Pedes noſtros*, id eſt affectus, *in viam pacis*, ſupernæ cognitionis. De tertio: *Vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto*: (Coloſſ. 3. 3.) quia nec vita noſtra, nec Chriſtus, apparent nobis, quamdiu laboramus in hac mole corporea.

Quid per oculum, & quid per corpus intelligatur.

Corpus peccati id eſt congeries peccatorum.

Primæ tenebræ, ſunt illa cæcitas, qua percuſſi ſunt Sodomitæ, cum non poſſent inuenire oſtium domus Lot. Secundæ tenebræ ſunt illæ, quæ connumerantur inter plagas Ægypti. Tertiæ tenebræ ſunt illa cæcitas, qua laborabat cæcus, cui dixit Dominus: *Quid vis vt faciam tibi*? (Marci 10. 51.) at ille: *Domine, vt videam lumen*: ſcilicet, illud ſupernum quocunque modo, vt diligam in via, & poſtmodum habeam in patria. Quia igitur ab ijs libera erat ſponſa; dicitur ei: *Oſtende mihi faciem tuam*, quia pulchra eſt. Hanc faciem pulchram ad Dominum conuertere debemus, vt ipſe nobis ſuam oſtendat ſerenam. inde: *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus*. In facie abundant omnes corporei ſenſus. Suam ergo faciem nobis oſtendere, eſt, plenam ſui cognitionem exhibere. Ipſe autem ſenſus ſuos habet. Audi Viſum: *In omni loco oculi* (Prou. 15. 3.) *Domini contemplantur bonos, & malos*. De auditu: *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus*; (Pſal. 9. 37.) *præparationem cordis eorum audiuit auris tua*. De Guſtu: Abraham compulit Dominum ad ſe intrare; vt guſtaret modicum. De odoratu: *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis*. (Gen. 8. 21.) De Tactu: *Miſit Dominus manum ſuam*, (Ierem. 1. 9.) *& tetigit os meum*. Videt ergo per ſapientiam, quam nil latet: audit per miſericordiam, qua auris eius, precibus ſupplicantium patet: odorat per iuſtitiam, qua qualitatem diſcernit meritorum: guſtat per benignitatem, qua condelectatur gloriæ Beatorum: tangit per compaſſionem, qua miſeriæ ſubuenit afflictorum Dicat ergo ſponſa reciprocè Dilecto ſuo: Oſtende mihi ſapientiam tuam, ne errem: reuela miſericordiam tuam, ne deſperem: doce me iuſtificationes tuas, ne præſumam: innoteſcat mihi benignitas tua, vt te diligam in donis tuis: innoteſcat mihi compaſſio tua, ne ſuccumbam malis meis, flagellis tuis. Si hoc totum oſtendis, oſtendis mihi faciem tuam, quia hoc totum pertinet ad cognitionem tui. Quia autem dixit Dilectus, *Oſtende mihi faciem tuam*, profectò eam quærebat videre in exilio ſpecioſam, videre in iudicio precioſam, videre in regno glorioſam. Aſpiciat ergo ſponſa faciem eius exultantis, vt per eum pura: faciem iudicantis, vt ſecura: faciem regnantis, vt per eum ſit glorioſa.

Quæ ſint tenebræ Ægyptiorum.

Solus liber à tenebris Ægipti poteſt videre faciem ſponſi.

Quales ſint ſenſus Dei.

Quomodo ſponſus oſtendat faciem ſponſa.

Ca-

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Cap. IV.

Hæretici ſūt vulpes exterminantes vineas.

VLPES ſunt hæretici: vineæ, ſingulares Eccleſiæ. Vulpes vineas demoliuntur, quia per hæreticos vineæ Eccleſiarum à fidei viriditate ſiccantur. Quæ bene paruulæ dicuntur, quia quamuis intus ſuperbiant, exteriùs tamen ſe humiles ſimulant; qui à Sanctis capiuntur, quando in altercationibus, veris ſententijs conuincuntur.

Quomodo capiatur iſta vulpes.

Vnde ſapienti ſua vita vinea eſt, ſua mens, ſua conſcientia, quia in ſe incultum nil, deſertumque derelinquunt. Ibi enim eſt vitis virtutis, botrus boni operis, vinum lætitiæ ſpiritualis. Bona vinea, iuſtus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lignum torcular expreſſionis.

Iuſtus vite vinea dicitur.

Vulpes paruulæ murmuratores.

Peſſima vulpes, occultus detractor, ſed non minus nequam, adulator blandus. Ij duo capiendi ſunt beneficijs, & obſequijs, monitis, & orationibus pro eis ad Dominum, & ſic non nocebunt vineæ iam florenti. Flos enim, noua conuerſatio, quæ eſt indicium futuri fructus: cultus vilior, ſermo rarior, vultus hilarior, aſpectus verecundior, inceſſus maturior.

De periculo floris. §. CCCLXXXIII.

HVic flori timendū eſt à frigore Aquilonis: hoc enim, ſi ad interiora peruenerit, & in ſinum mentis deſcenderit, concuſſerit affectiones, occupauerit conſilij ſemitas, perturbauerit iudicij lumen libertatem addixerit ſpiritus; mox ſubit quidam animi rigor, vigor teneſcit, languor ſingitur virium, horror auſteritatis intenditur, timor ſolicitat paupertatis, contrahitur animus, ſubtrahitur gratia, protrahitur longitudo vitæ, ratio ſopitur, ſpiritus extinguitur, deferueſcit nouitius feruor, ingraueſcit tepor faſtidioſus, refrigeſcit charitas, blanditur voluptas, fallit ſecuritas, reuocat conſuetudo, diſſimulatur lex, abiudicatur ius, fas præſcribitur, relinquitur timor Domini, dantur impudicitiæ manus; præſumitur ille diabolicus ſaltus de excelſo in abyſſum, de pauimēto in ſterquilinium, de ſolio in cloacam, de cælo in cœnum, de clauſtro in ſæculum, de paradiſo in infernum.

De Vinea. §. CCCLXXXIV.

ESt anima, Vinea manu Domini plantata, ſanguine redempta, verbo rigata, gratia propagata, ſpiritu fœcundata. Vulpes ſunt dæmones hanc corrodentes. *Vinea eſt anima, & vulpes demolientes demones.* Eæ aliquando latent in foueis vallium; aliquando diſcurrunt in planitiem plenam frugum; aliquando ad vineas aſcendunt montium. In terra enim cordis humani inueniuntur tria: Ima vallis, ſcilicet, cura ſuſtinendæ carnis; in qua nos fallit, proponens neceſſitatem, quia per caminos ducit ad ebrietatem. Inde: *Videte ne grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate.* *Luc. 21 34.* Planities fructuoſa, propoſitum religionis; in quo nos fallit per honeſtatem, quia per eam nos ducit ad ebrietatem. Inde:

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Vites montium, guſtus ſupernæ dulcedinis, quæ nos fallit per vtilitatem, quia per eam nos ducit ad ambitionem dignitatum. Inde iubet Dominus cauere ab ijs, qui amant primos recubitus in cœna. In primo, foueam ſuam machinant. *Vulpes*, inquit, *foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* *Matt. 8 20.* *Introibunt in inferiora terræ*; *Pſal. 62 11.* iſtæ enim ſunt inferiora terræ. Secundi, in medio. Iſtæ ſunt, quibus Samſon ligauit torculos igneos in caudis; & diſcurrentes combuſſerunt ſegetes Philiſthijm, quod dicitur, potione cadens; *Philiſthijm interpres.* cùm enim cadimus potione ſuperbiæ, quam vulpes iſta nobis propinat, in cauda, id eſt, in fine ſuæ propinationis, virtutes noſtras comburi ſentimus. *Figura.* Tertij, in ſupremo; qui rodunt, ſicut in præſenti loco. Magna vulpis eſt Diabolus, de quo ſignificatum eſt ſub perſona Herodis, qui *pelliceus*, id eſt, *deceptor*, dicitur: *Dicite*, ait, *vulpi illi &c.* *Luc. 13. 32.* *Herodes interpretatur.* Hic habet miniſtros ſuos vulpeculas tres: Hæreticos, qui rodunt radices fidei in credulitate: Hypocritas, qui flores iam guſtatę dulcedinis, ambitione: Adulatores, qui ſtipites virtutis, placendi, vel alterius commodi amore. *Hypocritæ vulpes quomodo capiantur.* Sed, ſi vis eos capere: primos capies fidei argumentis: ſecundos deſperatione ſuæ expectationis; tertios, ſi repelles gratia tuæ familiaritatis. Sic itaque

Digitized by Google

que vinea tua ab ijs vulpibus quieta erit. Et illud eſt onus ſextum Eſaiæ, quod dicitur, *Deſerti maris*. Mare enim, dicuntur perſecutores à Deo deſerti.

Perſecutores à Deo deſerti dicuntur mare.

Onus ſextum. §. CCCLXXXV.

ALiquando onerantur ex malorum perſecutione: & hoc eſt *Onus deſerti Maris*. Mare deſertum eſt multitudo reproborum, qui relicti à Deo, pondere perſecutionum ſanctam eccleſiam premunt. Propterea, Mare ſunt, qui diuerſis paſſionum ac vitiorum tumultibus quatiuntur, qui nunquam in eodem ſtatu permanent. Mare deſerti ſolet dici ob triplicem cauſam: propter vndas extollentes, in quibus naues ſubmerguntur: propter montes ſabuli ſub aquis latentes, in quibus franguntur: propter foueas profundas, in ſe vertigine aſſidua aquas abſorbentes, quibus in abyſſum demerguntur.

Perſecutionum ſunt tria genera. §. CCCLXXXVI.

HÆc ſunt tria genera perſecutionum. Primi, ſunt mundi Principes, qui perſequuntur tyrannide. Horum exemplum fuit Cain aduerſus Abel fratrem ſuum. Secundi, Hæretici, quorum Iſmael aduerſus Iſaac. Tertij, Hypocritæ, quorum Eſau aduerſus Iacob. De primis, *Dixerunt impij: Venite, opprimamus iuſtum iniuſtè*. De ſecundis: *Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; & nouiſſima illius amara quaſi abſynthium*. Tertios vocat Dominus *Sepulchra dealbata*. Primi dicuntur *Mare*, quia mala amaritudine replens. Secundi, *Mare*, quia male remigio. Tertij dicuntur *Mare*, quia malè animas recipiens. Sed hoc Mare, deſertum dicitur. Primùm enim, talis homo deſeritur à Deo, reprobando. Secundò, inſeritur à diabolo, inſtigando. Tertio, conſeritur prauorum conſilio, eis conſentiendo. Primum, eſt Iudas à Deo deſertus: *Væ*, inquit, *homini illi, per quem filius hominis tradetur*. Ecce deſertus à Deo, reprobando: *Miſit diabolus in corde Iudæ, vt traderet eum*. Ecce diabolus inſertus eſt, inſtigando. Venit in hortum, accepta turba à principibus ſacerdotum, vt eum traderet. Ecce Mare conſertum. Primum itaquè onerat manu flagellando innocentem; qui vincitur ſuſtinendo in patientia. inde: *Beatus vir, qui ſuffert tentationem &c.* Secundus, lingua prædicando contra fidem: ſed vincitur, reſiſtendo in verbo, & ſcientia. inde; *Fili, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas illis*. Tertius, geſtu & habitu ſimulando ſanctitatem: ſed vincitur, illudendo eum prudentia. inde: *Hypocrita eijce primùm trabem de oculo tuo*. Pro huiuſmodi orãdum, vt det Deus de peccato ſuo ſalubrem confeſſionem, vt redeant in Dei timorem, vt habeant cordis & corporis contritionem. *Primi* dicuntur *Vulpes*, quaſi peſſimè vulnerantes. Secundi, *Vulpes*, quaſi vulgus peſſundantes. Tertij, *Vulpes*, vultu pellicentes ſereno. Iſtæ demolientes vineas, id eſt, animas vel eccleſias, eas onerant onere, quod dicitur *Deſerti Maris*.

Sap. 2. 10. — *Prou. 5. 3.* — *Mat. 23. 27* — *Matt. 26. 24* — *Ioan. 13. 2.* — *Quomodo Iudas fuit deſertus, inſertus, conſertus* — *Iac. 1. 12.* — *Prou. 10. 10.* — *Luc. 6. 42.*

Dilectus meus mihi, & ego illi: qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Cap. V.

QVASI diceret: Dilecti mei amicitiam conſtanter teneo, quia eius beneuolentiæ erga me conſtantem ſentio, & in eius familiaritate quid faciat, ſentio. Per lilia autem, animæ, ſignificantur, quæ dum caſtitatis odorem retinent, per bonæ famæ opinionem, proximis ſuauiter olent. Sic igitur inter lilia paſcitur, quia animarum caſtitate delectatur. Dies verò tunc aſpirabit, & vmbræ inclinabuntur, quando vita æterna apparebit, & præſens finietur. Hic ſunt vmbræ noctis, quæ ibi inclinabuntur, id eſt, deficient; ad quod ſuſpirantes animæ clamant: *Reuertere*,

Lilia ſunt Animæ noſtræ. — *Quando dies aſpirabit & vmbræ inclinabuntur.*

De laude Dilecti, & de Lilijs Virtutum.
§. CCCLXXXVII.

SPonſus dicitur paſci inter lilia, propter manſuetudinem, veritatem, & iuſtitiam; quòd per eum promiſſiones adimpletæ ſunt: quòd iniquitates remiſſæ: quòd ſuperbi dæmones indicati. Talis ergo apparuit, qui meritò amaretur, verax per ſe, mitis pro hominibus, iuſtus pro omnibus. Debet ergo quælibet anima ſe committere tam fido redditori, tam pio indultori, tam iuſto propugnatori. Audi Lilia: *Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam.* Lilia orta de terra, ſed nitentia ſuper terram; eminentia in floribus terræ; fragrantia ſuper odorem aromatum.

Lilia dilecti veritas, manſuetudo, & iuſtitia.

Pſal 44 5.

Triplex Lilium. §. CCCLXXXVIII.

VErè Lilium, cuius odor animat fidem, ſplendor intellectum illuminat. Eſt & manſuetudo Lilium, propter innocentiæ candorem, & odorem ſpei. Eſt & iuſtitia Lilium; vnde, *Iuſtus germinabit ſicut Lilium.* Lilia, Chriſti ſunt conceptio, ortus, conuerſatio, eloquia, miracula, ſacramenta, paſſio, mors, reſurrectio, aſcenſio. Ortum candidauit incorrupta virginitas Matris: conuerſationem, innocentia vitæ: eloquia, veritas: miracula, puritas cordis: ſacramenta, pietatis arcanum: paſſionem, patiendi voluntas: mortem, libertas non moriendi: reſurrectionem, Martyrum fortitudo: aſcenſionem, exhibitio promiſſorum. In his tria ſunt Lilia, quæ nos oportet habere: Innocentia, Continentia, Patientia. Itaque, ſi venerit ille amator Liliorum, vt apud nos faciat paſcha; in primo erit illa inclyta ſuauitas; in ſecundo, odorifera ſuauitas; in tertio, magna ſecuritas.

Oſee 14. 6.

Lilia Chriſti quot?

De die ſpirante. §. CCCLXXXIX.

DIes eſt Dominus, ſcilicet, illuminans, & ſpirans, qui ſpiritu oris ſui fugat vmbras. Vmbras inclinari, eſt annihilari: & vmbras dicimus ænigmata ſcripturarum, & Philoſophiam, & ſophiſticas cauillationes, & implicita argumentorum; quæ ceſſabunt. In Angelis eſt dies ſpirans, claritas æterna; in primis parentibus fuit inſpirans; *Inſpirauit*, ait, *in faciem eius ſpiraculum vitæ:* poſtmodum factus eſt conſpirans, quia conſpirauerũt ſimul Adam & Eua. Serpens deinde factus eſt expirans, quia eius ſplendor euanuit, & nos ab inde mori neceſſe fuit. Inde vſque ad Chriſtum factus eſt ſuſpirans: à Chriſto verò, factus eſt reſpirans; poſt Iudicium, erit aſpirans.

Quid ſit diem aſpirare, & vmbras inclinare?

Gen. 2. 7.

Adã, & Eua conſpirantes, & ſerpens expirans.

De tribus lilijs. §. CCCLXXXX.

TRia ſunt Lilia: Caſtitas coniugalis, excuſata per Sacramentum, ſpem prolis, & fidem: qua paſcitur ſponſus, pro fructu, id eſt, fide, ſpe prolis, Sacramento, & quia abſtinent à complexibus indultis. Continentia vidualis, mundata per experti thori abdicationem; qua paſcitur hilaritate in adimplendis ſpontaneis votis. Integritas virginalis innata, ad angelicæ puritatis imitationem, qua paſcitur odore angelicæ puritatis. Vel in eodem Lilio, vt ſit caſtitas coniugalis in pallore radicis; continentia videtur in virore ſtipitis: integritas virginalis, in candore floris. Primi in radice ſunt, quæ eſt in terra, quia debito carnali ſunt inuicem obligati. Viduæ in ſtipite, in vna parte hærent radici; quod cum primis hoc habent commune, quòd aliquando fuerunt obnoxii corruptioni: Ex alia parte flori propinquant, quia aſpirant virginitati. Virgines ſunt in flore, qui habent candore puritatem, odore bonam opinionem; in auri colore, interiùs Dei dilectionem. Primum lilium à Chriſto commendatur miraculo, quando in Cana Galilææ ad nuptias eſt vocatus. Secundum, oraculo, quando præſentatus à ſene Simeone, & vidua Anna, Deo dante oraculum, eſt ſuſceptus. Tertiũ, ſignaculo, quando ipſo naſcente, per eum pudor matris eſt ſigillatus. In his paſcitur, donec aſpiret dies.

Virginitas quomodo emineat continentia, & caſtitati.

Tres figuræ.

Tres ſunt dies. §. CCCLXXXXI.

TRes ſunt Dies, Primus temporalis, nobis ad calamitatem: quam maledixit Iob, ſic: *Pereat dies, in qua natus ſum.* Secundus, ſpiritualis, ad intelligentiam; vnde: *Dies diei eructat verbum.* Tertius cœleſtis, ad Dei viſionem. inde: *Et thronus eius ſicut dies cœli.* Primus eſt conſpirans, peccare deliberando: expirãs, deliberatum perpetrando: ſuſpirans, perpetratum lugendo. Secundus dies eſt inſpirans, cœleſtia intelligendo: reſpi-

Cui dierum Iob maledixerit.

Iob 3. 3.

Pſal 18. 3.

Pſal 88. 30.

Quando inclinabuntur Vmbræ.

rans, in eis delectando. Tertius erit aſpirans, Deum videndo. In illo inclinabuntur vmbræ.

Vmbra triplex. §. CCCXCII.

TRes ſunt Vmbræ. Prima lucem temperat, & fuit interpoſitione nubis, in Chriſti natiuitate. Secunda, æſtum mitigat, obiectione alicuius corporis in paſſione: Tertia, lucem obſcurat in veſpere, ex noſtræ miſeriæ inquietatione. Nec enim Beata Virgo pondus Diuinitatis poſſet ſuſtinere, nec nos intelligere, niſi prima vmbra temperante. inde: *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*: Et hoc, carnis Chriſti interpoſita nube. Inde Ioannes: *Vidi nubem candidam, & ſuper nubem filium hominis ſedentem*. Item, nec tentationum æſtus, nec diaboli machinamenta poſſemus ſuſtinere, niſi ſecunda nube intercedente, oppoſito Chriſti corpore in paſſione. Inde: *Scapulis ſuis obumbrabit tibi*. Et, *In vmbra eius viuemus inter gentes*. Tertia vmbra lucem contemplationis obſcurat, ſole occidente in veſpere; id eſt, Chriſto à nobis recedente.

Luc. 1. 35.
Apoc. 14. 12.
Pſal. 90. 4.
Thren. 4. 20

Triplex veſpera. §. CCCXCIII.

Pſal. 29. 6.

HÆc veſpera triplex eſt. Prima fit ex tentatione. inde: *Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*. Secunda, ex mundana ſolicitudine. inde: *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam*. Tertia, ex ſuperni luminis reuerberatione. inde: *Mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies*. Iuxta primam, dicitur veſpera, quaſi væ ſpirans: iuxta ſecundam, veſpera, quaſi velans ſphæram, id eſt, Chriſtum, qui eſt ſphæra, iuxta Philoſophum; cuius centrum vbique eſt, circumferentia nuſquam. Qui etiam dicitur ſphæra, propter perfectionem, quæ deſignatur in rotunditate. Tertia dicitur veſpera, quia veri ſpem, vel ſpeciem rapiens; ſcilicet, quando à contemplatione reuertitur homo, ex oculorum ſpiritualium infirmitate, qui reuerberantur nimia claritate. Primi habent oculos cæcos, ſicut Tobias ex hirundinis ſtercore, id eſt; diaboli ſuggeſtione. Secundi habent lippientes oculos, ſicut Lia, propter opera actiua. Tertij habent attenuatos oculos, ex nimia claritate. inde: *Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum*. Qui tales habet oculos, *non extinguetur in nocte lucerna eius*, & ſi ſit attenuata. Aſpirante ergo die, hæ vmbræ inclinabuntur. Veſpertina enim non erit impedimento homini, quia *fulgebunt ſicut ſol, in regno patris eorum*. Vmbra quoque, quæ modò mitigat æſtũ, hîc particularis, ibi generalis efficietur iuſtis, quia *non cadet ſuper eos ſol, neque vllus æſtus*. Vmbra, quæ temperat lucem, tunc perficietur; quia quod videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tũc videbimus facie ad faciem. Inde: *Semita iuſtorũ quaſi ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem*. Et, *Hæc eſt dies, quam fecit Dominus*.

Pſal. 103. 23
Luc. 24. 29.
Veſperarum explicatio.
Incipientes proficientes & perfecti.
Iob 38. 14.
Prou. 31. 18.
Sap. 3. 7.
Apoc. 7. 16.
Prou. 4. 18.
Pſal. 117. 24.

Triplex ſilentium. Onus ſeptimum. §. CCCXCIV.

Duma interpretatur.

QVando fatigamur ex occulta animi vexatione; tunc eſt *Onus Dumæ*, quod dicitur ſilentium. Multos onerat ſilentium, & quies grauat, quibus eſt iocundum, vagari. Iſtud onus voluntarium eſt. Eſt autem triplex ſilentium, onerans, & irreprehenſibile. Primum eſt, regularis obſeruantiæ, graue quidem, dum habent in corde leuitates, quæ excitent ad riſum, per quas laſciuiunt: rumores, quibus admirantur aliquid nouum, quod diſcurrunt: obſtinationes, quibus ſe monſtrat homo ſciolũ; quæ perſtrepunt: detractiones, quibus lædat proximum; quæ vltionem parant: murmurationes, quibus ſuum proponit defectum; quæ cor perturbant. Cùm hæc habeat Monachus in corde, nec poſſit emittere, dicat cum Heliu: *Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei*. Cor tale eſt Mare mortuum. Hi quandoque ſunt quinque ciuitates Sodomorum, quod dicitur *ſilentium pecudum*. Hi ſunt quinque fatuæ virgines, quæ pulſant ad oſtium, & nemo eis aperit.

Onera quæ grauant Religioſos.
Iob 32. 18.
Cor mare mortuum.
Sodoma interpretatur.

Secundum ſilentium eſt confeſſionis, tribus onerans. §. CCCXCV.

SEcundum ſilentium eſt confeſſionis, tribus onerans. In primo, durum videtur peccatori, à conſuetudine peccandi recedere; ſed cogitat Deum miſericordem, qui indulgeat; dicens apud ſe: Miſericors eſt Deus. Sine confeſſione agam pœnitentiam. Non iudicabit Deus bis in idipſum. vel, Faciam eleemoſynas, quia ſcriptum eſt; *Date elee-*

Luc. 11. 41.

mo

moſynam, & omnia munda ſunt vobis. Vel, Coram Deo ingemiſcam, qui ait: *Quacumque hora ingemuerit peccator ſaluus erit.*

Secundum triplex. §. CCCXCVI.

IN ſecundo eſt vermis conſcientiæ, qua cogitat ſeuerum Iudicem, qui puniat, proponens ſibi ſummi Iudicis terrorem, qui *horrendè & citò apparebit*. Nam columnæ cœli pauent aduentum eius. Verbi horrorem: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius*. Inferni dolorem; *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium*. In tertio, confuſio erubeſcentiæ, dum cogitat minus ſecurum ſuum confeſſorem, qui peccatum publicet & detegat, vel vilitatem illius reuelet, dicens: Ne promoueatis eum, quia non eſt Deus in conſpectu eius. Vel vilem reputet in corde, & dicat: *Grauis eſt enim ad videndum.*

Sap. 6.6. — *Matt. 25.41.* — *Matt. 8.12.* — *Iudicij onus tripliciter graue.* — *Sap. 2.15.*

Tertium triplex. §. CCCXCVII.

TErtium ſilentium eſt in rebus: quia homo pigreſcit prædicare, orare, laudare. Primum, debetur proximo, ad conuerſionem; inde: *Sanguinem fratris tui de manu tua requiram*. Secundum, ſibi ad propriam voluntatem, inde: *Quis eſt Dominus, vt timeamus eum?* aut, *Quid prodeſt enim nobis, ſi orauerimus eum, nec audit? Multum valet deprecatio iuſti aſſidua*. Tertium, Deo, ad honorem, inde dicitur: *Bonorum meorum non eget*; nec opus eſt vt laudem eum, nec attendit. *Pſallite Deo noſtro, pſallite*. Ecce *Onus Duma*. In primo onerat, eo quod non loquitur vbi eſſet loquendum, & commodè. In ſecundo onerat vbi loqui eſſet bonum. In tertio onerat vbi loqui eſſet iocundum. Igitur quos Dominus ad hos vocat, ſi impleant, dicũt; *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Si autem non faciunt, dicunt: Dilectus meus, nec ego illi reſpondeo.

Gen. 9.5. — *Exod. 5.2.* — *Iacobi 5. 16.* — *Pſal. 15.2.* — *Vbi loquendum eſt non debemus tacere.*

Reuertere; ſimilis eſto, Dilecte mi, capreæ, hinnuloque ceruorum, ſuper montes Bethel. Cap. VI.

Quando dilectus abierit, & quando reuertetur

NOBIS Dilectus tunc corporaliter abijt, quando poſt reſurrectionem in cœlum aſcendit: tunc reuertetur, quando in fine mundi reſuſcitabit corpora hominum; & in Iudicio manifeſtabitur. Super montes Bethel, ſimilis capreæ, hinnuloque ceruorum apparebit, quando in eadem Humanitatis forma ad Iudicium veniet, quam ab Eccleſia ſumpſit; quando in hoc mundo ex parentum genere, quaſi hinnulus ex ceruis natus, humilis fuit. Hanc reuocationem facit amor intemperans. Is eſt enim, qui in ſe triumphans, captiuanſque omnem pudoris ſenſum, conuenientiæ modum, deliberationis conſilium; modeſtiæ & opportunitatis neglectum parit: non ſolùm eius petit in corde præſentiam, ſed in Iudicio clementiam: Si enim cum hoc temperamento tanta erit in Iudicio æquitas, in Iudice veritas, in maieſtate ſublimitas, in facie ipſarum rerum nouitas, vt non poſſit cogitare diem aduentus eius: quid eſſet, ſi veniſſet in illa Diuinitatis magnitudine, fortitudine, puritate, contra ſolium, quod vento rapitur, oſtenſurus potentiam ſuam, & ſtipulam ſiccam perſecuturus? Sed propter filios gratiæ, blanda quædam viſio hominis apparebit, firmamentum fidei, robur ſpei, argumentum fiduciæ. Sed quid filius gratiæ? Si inuenio animam, quam ſponſus frequẽter inuiſere ſoleat, cui familiaritas auſum, guſtus famem, contemptus omnium, ortum dedit. Hanc ergo dignã dixerim, quæ votis fertur, trahitur deſiderijs diſſimulat miſera; maieſtati oculos claudit, aperit voluntati, fiducialiter agens in ſalutari, ſecura vocat non Dominum, ſed Dilectum, dicens: *Reuertere dilecte mi*. Hanc ad vocandum cogit diuturna fraudatio, tædiorum nutrix, ſuſpecionum fomes, impatientiæ nutrix. Arrogat ſibi omnia, quæ fecit Dominus humanitus, & ait: Mea mortalitas eſt nati, mea eſt infirmitas paruuli; mea expiratio crucifixi, mea dormitio ſepulti. Ideo confido.

Chriſtus iudicio apparebit, vt hinnulus ſcilicet in forma humana & non diuina propter conſolationẽ animæ fidelis

Tres Chriſti aduentus. §.CCCXCVIII.

CVm tres legamus Saluatoris aduentus, tertium deſiderare credimus ſponſam, cùm dicit: *Reuertere dilecte mi*. Horum aduentus. primus fuit in carne, quem deſiderauerant Patres antiqui: ſecundus in corde, quem peccatis illaqueati: tertius erit in maieſtate, quem iuſti deſiderant. Primi, & ſecundi deſiderāt propter tria; tertij, propter vnum. Inde ſunt illæ vocales antiphonæ ſeptem, quæ cantantur ante Natale, In tribus primis quæruntur illa tria, quæ deſiderabant Patres antiqui: ſcilicet, eruditionem; vnde: *O ſapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodijſti, attingens à fine vſque ad finem, fortiter, ſuauiterque diſponens omnia: veni ad docendum nos viam prudentiæ.* Redemptionem; vnde: *O Adonai, & dux domus Iſrael, qui Moyſi in igne flammæ apparuiſti, & ei in Sina legem dediſti: veni ad redimendū nos in brachio extenſo.* Libertatē; vnde: *O Radix Ieſſe, qui ſtas in ſignum populorum, ſuper quem continebunt reges os ſuum, quem gētes deprecabuntur: veni ad liberandum nos: iam noli tardare.*

Tres Chriſti aduentus à tribus deſiderantur.

Primi aduentus deſideriū.

Tres ſequentes ad ſecundum reſpiciunt aduentum, in quo petimus peccatorum purgationem; vnde: *O clauis Dauid, & ſceptrum domus Iſrael, qui aperis, & nemo claudit: claudis, & nemo aperit: veni, & educ vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris, & vmbra mortis.* Gratiç Illuminationē; vnde: *O Oriens ſplendor lucis æternæ, & Sol iuſtitiæ: veni & illumina ſedentes in tenebris, & vmbra mortis.* Salutem contra tentationes; vnde: *O Rex Gentium, & deſideratus earum, lapiſque angularis, qui facis vtraque vnum: veni, & ſalua hominem, quem de limo formaſti.*

Secundi aduētus deſideriū.

Septima eſt de tertio aduentu, qui erit in maieſtate. Iſtud deſiderant, ſcilicet, ſaluari ab hac præſenti miſeria: nam in antecedenti petebatur ſalus à tētatione, in hac autem petitur ſalus æternæ patriæ. vnde: *O Emmanuel, Rex, & Legifer noſter, expectatio gentium, & ſaluator earum: veni ad ſaluandum nos, Deus noſter.* Emmanuel enim dicitur, *Nobiſcum Deus* qui erit nobiſcum Deus perpetuo in illa ſalute, in qua *Saluatorem expectamus, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.* Sed vt ipſum in tertio aduentu ſecuri expectemus, quotiēs moleſtat nos onus alieni defectus, quo cadere poſſumus à iuſtitia in peccatum; inuocemus ipſum ſic: *Reuertere, ſimilis eſto, Dilecte mi, capreæ hinnuloque ceruorum.* Tunc enim imminet nobis illud onus, quod dicitur ab Eſaia, *Onus in Arabia*, de quo proſequimur.

Tertij aduentus deſideriū quem petit anima iuſta vt reformetur corpus humilitatis ſuæ

Emmanuel interpretatur

Philipp. 3. 20.

Onus octauum; ſiue Onus in Arabia. §. CCCXCIX.

ALiquando ex conſideratione mortis, & horrore ſortis extremæ, oneramur: & hoc eſt. *Onus in Arabia*, quæ *veſpera* dicitur, quę diei finis eſt, noctiſque principium, horam mortis congruè ſignificātis, quæ cunctis mortalibus timoris non leue pondus imponit. Sed quis ab hoc ſe gaudeat immunem, cum Saluator voluntarie patiens cœpit pauere, & triſtari? Veſpera, quæ vt diximus, diei finis eſt, & noctis principium, eius exprimit caſum, qui poſt opera iuſtitiæ, opera inchoauit tenebrarum. Hoc quoque onus neceſſarium eſt.

Arabia interpretatur.

Grauiſſimum onus mortis recordatio.

Veſpera triplex. §. CCCC.

HÆc veſpera triplex eſt, quia onus illud triplex eſt. Prima veſpera eſt hora, qua venit homo de proſperitate ad aduerſitatem; inde: *Veſpere, & mane, & meridie, narrabo, & annunciabo, &c.* Veſpera, eſt aduerſitas in inceptione: mane, proſperitas in inchoatione: meridies, proſperitas in plenitudine. Item de hac Iacob: *Beniamin lupus rapax, mane rapiet prædam*; quia Paulus in multa proſperitate Chriſtianos perſequebatur. *Ad veſperam diuidet ſpolia*, quia in multa aduerſitate prædicauit pręcepta Dei. Secunda eſt, quæ cadit de iuſtitia ad iniquitatem; vnde: *Veſpere dicitis, ſerenum erit; rubens enim eſt cælum*; id eſt, Hora peccati dicitis: Chriſti ſanguis totum abluet. Tertia, quia deſcendit de vita in mortem; vnde, facto veſpere cœnauit Ieſus cum Diſcipulis ſuis; id eſt imminēte hora mortis. Prima, ira frangit patientiam dolore. vnde Dauid ad Ioab: *Non te frangat aduerſitas: varius eſt enim euentus belli.* Secunda, angit cōſcientiam mæror; cuius exemplum habemus Petrum, quem poſt negationē reſpexit Dominus; & egreſſus fleuit amare. Tertia tangit noſtram ſuperbiam, timore. vnde: *Circundederunt me gemitus mortis.*

Pſal. 54. 18.

Gen. 49. 27.

Matth. 16. 2. Veſpera aliquando dicitur hora aduerſitatis, aliquando dicitur hora peccati, aliquādo hora mortis.

2. Reg. 11. 25

Pſal. 17. 5.

Prima veſpera. §. CCCCI.

VIdeamus de primo. Iram ſuam vlciſcitur homo aduerſitate fractus. Primo in ſe, dum eum triſtitia cruciat. vnde: *Triſtitia ſaculi mortem operatur.* Secundò, in proximum dum eum flagellat. Inde legimus, quòd cum Herodes vermibus ſcaturiret, tanto inſaniuit dolore, vt multos de nobilioribus Iudæis in morte ſua fecerit occidi, ne Iudæi gauderent in morte eius. Tertio, in Deum, dũ eum blaſphemat. vnde Heliu loquens cõ
Iob 34. 37. tra Iob: *Qui accumulat ſuper peccata ſua blaſphemias, conſtringatur inter nos.*

Secunda Veſpera. §. CDII.

SEcunda veſpera grauiter onerat, dum reſpicit peccator, quantam perdidit conſcientiæ amœnitatem, cùm cecidit Adam de amœnitate paradiſi. vnde Iob:
Iob 16. 13. *Ille ego quondam opulentus repente contritus ſum.* In quantam cecidit culpæ impuritatem, cũ cecidit in immunditias huius
Thren. 3. 53. mundi. Inde Ieremias: *Lapſa eſt in lacum vita mea; poſuerunt lapidem ſuper me.* Quantam expectat pœnitentiæ ſeueritatẽ,
Iſaia 33. 14. cum meruerit pœnas inferni. Inde: *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorãte, & ardoribus ſempiternis?*

Tertia Veſpera. §. CDIII.

TErtia veſpera grauiter onerat, ſi attendatur corporis diſſoluantia; quoniam corpori ſubtrahit anima vſum vegetationis: dæmonis ſæuitia, qui aſſiſtens morientibus, de ipſorum ſtudioſe requirit peccatis. Nouæ regionis experientia, quia itura eſt anima in regionem diſſimilitudinis. De primo, interroga Saluatorem, qui ante paſſionem cœpit pauere, & tædere. De ſecundo, Beatum Martinum, qui in obitu ſuo vidit dæmones ſibi aſſiſtentes. De tertio, Iob dicentem:
Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequàm vadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine. Iob 10. 20.
In his ergo tribus veſperis, ſi cadimus, recedit Dilectus à nobis; vnde neceſſe habemus clamare, *Reuertere dilecte mi.* Reuertatur ergo in prima veſpera, ſimilis capreæ, quæ in excelſis rupibus paſcitur, vt nos excelſis meditationibus paſcamur, & ab eo ſuſtineamur in aduerſitate, cæleſti cum ipſo refecti conſolatione. In ſecunda veſpera, reuertatur ſimilis hinnulo ceruorum, qui leuitate ſua tranſilit ſpineta; vt in tentationibus noſtris protecti, per ipſum, qui ſine peccato de peccatoribus natus eſt, fugiamus peccata. In tertia, reuertatur ſuper montes Bethel, quæ dicitur *Domus Dei;* vt in Bethel interpretatur.
morte nobis aſſiſtens, cum ipſo tranſeamus *in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei;* cùm *reformabit corpus* Pſal. 41. 5.
humilitatis noſtræ, configuratum corpori Philipp. 3. 21
claritatis ſuæ.

In lectulo meo quæſiui per noctem, quem diligit anima mea. Cap. VII.

LECTVLVM ſibi anima ſancta facit per noctes, dum mundi turbationes fugiens, ſecretum parat,
Iob 10. 20. in quo requieſcat. In hoc, eum, quem diligit Pater, quærit, quia dum à mundi ſolicitudine vacat, in ipſa inquiſitione, quomodo ad ipſum perueniat, non quieſcit. Per noctem quærit, qui in hoc mundo viuit, & perfectè temporalitatis tenebras à ſe excutit. Sed quia quem quærit, in hoc mundo, perfectè nemo inuenit; ſubdit: *Quæſiui illum, & non inueni.*

De tribus cauſis fruſtratorijs. §. CCCCIV.

TRes ſunt cauſæ, ob quas fruſtra quæri ſolet: ſcilicet, cùm non quærunt in tempore: aut non ſicut oportet; aut non vt oportet. Sed iſta in tempore
quærit, quia *ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* 2. Cor. 6. 3
Sed nec ſecunda cauſa impedit, nam corde ardenti, & omnino infatigabiliter, quærit. Sed forſitan impedit tertia, quando quæritur vbi

non

Digitized by Google

Non eſt quærendus in lectulo ille quẽ cæli, & terra capere non poſſunt. non eſt quærendus; quia forte non in lectulo, ſed in lecto, quærendus erat, cui orbis anguſtus eſt. Quid quæris fortem in lecto, magnum in lectulo, clarificatum in ſtabulo? Caro enim omne infirmum in gloria reſurrectionis exuit: *accinxit potentia, induit lumine, ſicut veſtimento.* *Pſal. 103. 2.*

De tribus lectulis. §. CCCCV.

TRes lectulos in hoc Cantico inuenimus. vnde hic: *In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea.* Alium ibi: *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt.* Tertium ibi: *Lectulus noſter floridus.* *Cant.* Iſte lectulus eſt conſcientia variè affecta. *Conſcientia noſtra quomodo dicatur lectulus.* In primo iacent vulnerati peccati, qui dicitur nocte obſcurus; in quo iacent pœnitentes, qui ſunt in receſſu à peccatis. vnde: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* *Pſal. 6. 7.* In ſecundo, iacent fatigati in bello; qui eſt armis vallatus, in quo operantes in proceſſu virtutis. Inde: *Collegit Iacob pedes ſuos in lectulo ſuo, & mortuus eſt.* *Gen. 49. 32.* Pedes ſuos in lectulo colligit, qui affectus ſuos in conſcientia diſcutit; & ſic moritur ſecurus peccato, non Deo. *Ad quid Iacob dicitur collegiſſe pedes in lectulo ſuo?* In tertio iacent delicati, ſancto otio, qui eſt floribus ornatus; in quo contemplantes in exceſſu mentis. Inde: *Duo in lecto; vnus aſſumetur, & alter relinquetur.* *Luc. 17. 34. In lectulo contemplationis quomodo vnus aſſumitur, & alter relinquitur.* Duæ nanque ſunt contemplationes: prima Philoſophorum; & hi relinquuntur: ſecunda religioſorum; & hi aſſumuntur.

De tribus lectulis: & de primo. §. CDVI.

PRimus eſt nocte tenebroſus. Huius primæ tenebræ ſunt peccata, quæ faciunt anxietatem, & perturbationem. Inde: *Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi.* *Pſal. 142. 4.* Secundæ, ignorantiæ, quæ faciunt greſſus titubationem. Inde: *Neſcierunt, neque intellexerunt in tenebris ambulant.* *Pſal. 14. 6.* Tertiæ inferni, quæ faciunt timorem. Inde: *Timor, & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ.*

De ſecundo lectulo. §. CDVII.

SEcundus lectus eſt armis obſitus, quia *Militia eſt vita hominis ſuper terrã.* *Iob 7. 1.* *Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt* *2. Cor. 10. 4.* *ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes. Induamur* ergo *arma lucis.*

De tertio. §. CDVIII.

TErtius lectus eſt floridus: nam circumdant eum flores roſarum, & lilia conuallium.

Tres flores. §. CDIX.

SVnt autem tres flores; in corde puritas: in ore veritas: in opere ſynceritas. Tunc enim floret lectulus, ſi cogitemus, quod ſanctum eſt; ſi loquamur quod verum eſt; ſi operemur quod iuſtum eſt. In his tribus iacet Dominus. In primo, vt Medicus; quia *non eſt opus ſanis Medicus, ſed quibus malè habent.* *Luc. 5. 13.* In ſecundo iacet Patronus, vt ſit *adiutor in tribulationibus.* *Pſal.* In tertio iacet Dilectus, vt dicat: *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* *Pſal. 33. 9.* Hic eſt ordo quærendi; non ſicut ſponſa, quæ iacens adhuc in primo, Dilectum ibi quærebat, vbi quærendus erat Medicus. ideo ſubdit: *Quæſiui, & non inueni illum.* *In lectulo meo dici non pot. ſt inueniri ſponſus.* Itaque, cùm quærimus quem deſideramus, nec inuenire poſſumus, grandi onere grauamur. Hoc eſt *Onus vallis viſionis.*

Onus nouum. §. CCCCX.

COntingit quandoque nos onerari vanitate, pro eo quòd in bono proficimus. Hoc dicitur, *Vallis Viſionis.* Viſio refertur ad contemplationem; vallis, ad humilitatem, vel deiectionẽ. Eſt enim Sanctorum contemplatio humilis; Philoſophorum, deiecta. Si enim virtus proficit, ſeruatur humilitas: ſi onerat, eſt vanitas. Sancti, ſi aliquando fauor humanus extollit, redeunt: Philoſophi verò dati ſunt in reprobum ſenſum: & hoc eſt voluntarium. Vt autem Dilectus iſte expeditiùs inueniatur, & videatur; videamus de generibus viſionum; vt illum inueniamus, qui videtur, & in quo ſit Onus Vallis Viſionis.

Tria genera Viſionum. §. CDXI.

TRia ſunt genera Viſionum. Vnum, per oculos, manifeſtum omnibus; quo videntur cæli, & terra, & omnia ocu-

Digitized by Google

oculis conſpicua. Secundum, per ſpiritum hominis, quibus abſentia, & proxima, & abſenti cogitantur. Hoc inſinuare, difficile eſt: Cælum enim, & terram, & quæ in eis videre poſſumus, etiam in eis conſtituti, cogitamus; & aliquando in eis, nil videntes oculis corporis, animo tamen corporales imagines intuemur: vel veras, ſicut ipſa corpora videmus, & memoria retinemus: vel fictas, ſicut cogitatio formare potuit. Aliter enim cogitamus, quæ nouimus; aliter, quæ non nouimus. Tertium, per contuitum mentis, quo ipſa dilectio intellecta conſpicitur, & eas res continet, quæ non habent imagines ſui ſimiles; qui non ſunt, quod ipſe. Dilectio enim non aliter videtur præſens in ſpecie, quàm eſt, & aliter abſens in aliqua imagine ſui ſimili; ſed quantum mente concipi poteſt, ab illo magis, ab alio minus, mente concipitur. Hæ ſunt tria genera Viſionum. Primum genus appellatur corporale, quia corpora ſenſibus exhibetur. Secundum, ſpirituale, quia quicquid corpus non eſt, & tamen ſubſtantia eſt, iam rectè ſpiritus dicitur. Tertium verò intelligentiæ, dicitur ab intellectu. Secundum primam Viſionem, vidit Balthaſſar manum, continuoque per corporis ſenſum, imago rei corporaliter factæ, ſpiritui impreſſa eſt, & in cogitatione permanſit. Videbatur illud in ſpiritu, & non intelligebatur, nec tunc intellectum erat, cùm corporaliter fieret, & non appareret. Secundùm Viſionem ſecundam, vidit Petrus diſcum plenum varijs animantibus, in ecſtaſi, & audiuit vocem: *Macta, & manduca.* Redditus autem corporis ſenſibus, id ipſum, quod viſum in ſpiritu, memoria tenuerat, in eodem ſpiritu cogitando cernebat; quæ omnia non corpora, ſed corporum imagines erant.

Baldaſſar manum,

Act. 10. 3.

Tertia verò viſione, quæ dicitur intellectualis, ea cernuntur, quæ nec ſunt corpora, nec eas gerunt formas ſimiles corporum; velut ipſa Mens, & animæ affectio, charitas, pax, gaudium, & huiuſmodi, quibus appropinquatur Deo; & ipſe Deus, ex quo omnia, per quem omnia. Hi ſunt tres Cæli, de quibus dicitur, quòd Paulus raptus eſt vſque ad tertium cælum.

Tres Cæli de quibus dicitur quod Paulus raptus fuit vſque ad tertium Cælum.

Ecce, iſtæ tres Viſiones onerant. Prima onerat ſtupore, & admiratione: ſecunda, in quærenda ſignificatione: tertia; ſi malum ſignificat, grauitate triſtitiæ; ſi bonum, onerat ſtudendo, quomodo res poſſit euenire. Audi, quomodo Balthaſſar hoc onus ſenſerit. Prima viſione vidit manum corporaliter ſcribentem in pariete: *Mane: Techel: Phares.* Audi Onus: *Ex ſtupore enim collidebantur genua eius.* Iuxta ſecundam viſionem, oneratus erat in quærenda ſignificatione, donec vocauit Danielem. Iuxta tertiam viſionem, audita ſignificatione, oneratus eſt; tempore de morte ſua, quam audierat, ſolicitus.

Tres viſiones tria ſunt onera.

Dan. 5. 6.

Aliud Onus. §. CCCCXII.

QVidam de viſione ſua cadunt in cupiditatem, qui portant onus, id eſt, auaritiam, & quantum in ſe eſt, diuinæ largitatis deprimunt fauorem: Iſti non audiunt, *Gratis accepiſtis: gratis date.* Quidam in vanitatem, & portant iactantiam, & creaturæ, id eſt, ſibi, tribuunt quod pertinet ad creatorem. Iſti non audiunt: *Quid habes, quod non accepiſti?* Alij in ſtuporem; qui metuunt conſcientiam, & Domino reddunt timorem. Iſti dicunt: *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, Domine.* Alij in humanitatem; qui merentur gratiam, dum maieſtati portant honorem; & clamant; *Ego ſum vermis, & non homo.* Primos nobis repræſentat Balaam, qui ductus auaritia, docuit quomodo fornicarētur filij Iſrael; qui cadens, apertos habet oculos. Secundos deſignat Sedechias, qui percuſſit Micheam prophetam in maxilla, dicens: *Mene reliquit Spiritus, & tibi locutus eſt?* Id eſt, qui aſſumpſit ſibi cornua ferrea. Tertios oſtendit Manue; qui cùm vidiſſet Angelum, ait præ timore & ſtupore: *Moriemur, quia vidimus Dominum.* & Eſaias. *Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego ſum, & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* Quartos figurat Abraham. Hic enim poſtquam vidit tres viros venientes per viam, cum ſtaret ad quercum Mambre, dixit: *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis.*

Matth. 10. 8

1. Cor. 4. 7.

Pſal. 142. 2.

Pſal. 21. 7.

Tres figuræ iuxta tria onera.

3. Reg. 22. 24

Iudic. 13. 22.

Eſai. 6. 5.

Gen. 18. 27.

Alia conſideratio Viſionum. §. CCCCXIII.

ALiter conſiderantur tres iſtæ Viſiones. Prima itaque ponatur viſio imaginalis: ſecunda, rationalis: tertia, intellectualis. Eſt itaque imaginatio primum cælum; ad quam pertinent omnium viſibilium imagines, & ſimilitudines

nes: in quo eſt *Viſio Vallis*. Ratio eſt ſecuudum; ad quam viſibilium omnium rationes, diffinitiones, & inuiſibilium inueſtigationes: in qua, *Viſio Collis*. Intelligentia, tertium, ad quam ſpectant ſpiritualium ipſorum, & diuinorum comprehenſiones, & contemplationes; in qua, *Viſio Montis*. Igitur in Viſione Vallis te ipſum primò conſidera, vt diſcas æſtimare primò ſpiritum tuum.

Contempla-tor debet aſcendere de valle ad collem, & de colle ad montem. Diſcute ergo, quid fueris per naturam; quid modò ſis per culpam: quid eſſe debueris per induſtriam: quid adhuc eſſe poſſis per gratiam. Diſce ex Deo ſpiritu cognoſcere, quid debeas ex alijs ſpiritibus æſtimare, ſpecta tuum ex conſideratione Arcæ in forma. Primò conſidera, quòd ligno ſupponitur: aurum, quo Arca tegitur, ſcilicet, ſapientia, qua cor noſtrum gubernatur. Secundò, quid Propitiatorio ſupponitur. Tertio, quid vtrique interponitur. Ligno ſupponitur, vt concupiſcentiam oculorum abſcondat, & ſit tibi in velamen oculorum *Figura.* tuorum; ne fortè aperiantur oculi tui, & videant vanitatem. Propitiatorio ſupponitur, vt in alta attollat, & inferiorum ſcientia ſuperiori deſeruiat. Propitiatorio, & ligno, interponuntur, vt ab inuicem diuidat; id eſt, cor noſtrum ab inferiorum amore ſuſpendat; ne fortè per concupiſcentias ſuas eat tanquam vagus & profugus ſuper terram. Rationalis autem, per quam cognoſcis rerum creationem, per quam aſcendis ad intellectualem, vt habeas Dei cognitionem. Primò tractat de vſu rerum temporalium, vt ad neceſſitatem moderatè vtamur. Inde: *Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit.* *Prou. 31.27.* Secunda, de natura conſiderat ipſarum, vt in creaturis Creator agnoſcatur. inde: *Inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* *Rom. 1. 20.* Tertia, de ordinatione morum, & virtutum, ne quid prius poſtponatur. vnde, *Ordinauit in me charitatem.* Conſideret etiam Ratio, quomodo ſpiritualis natura creatur, vt ſit: ſecundò, iuſtificatur, vt bona ſit: tertiò, glorificatur, *Creatio, iuſtificatio, & glorificatio creaturæ rationalis.* vt beata ſit. Per creationis bona ad bonum initiatur; quæ ſunt Creationis dona: per iuſtificationem, vt dilatetur bonis, quæ ſunt Creatoris dona, & creaturæ merita: per glorificationem, in bonis conſummatur; quæ ſunt Creatoris dona, & creaturæ præmia. In primis, rationalis creatura ad futuræ plenitudinis perfectionem initiatur: ex ſecundis creſcit, proficit, & dilatatur: in tertijs, ſublimatur ad gloriam, & in ea conſummatur. Inde Salomon. *Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur.* *Eccl. 1. 5.* Sol eſt ortus, quando veritatis intelligentia cordi inſpiratur: inde occidit Sol, cùm intelligentiæ radius ſubtrahitur: & iterum ad locum ſuum reuertitur, & ibi renaſcitur. *Quando ſol oriatur, & quando occidat.* Huius Solis locus eſt Anima, quia ex ipſo intelligentia naſcitur, quando gratia inſpiratur. Quòd ergo primò naſcitur, eſt quantum ad primam viſionem, ſcilicet, ſpiritualem: quòd renaſcitur, eſt quantum ad ſecundam, ſcilicet, rationalem: quòd gyret per Meridiem, quantum ad tertiam, ſcilicet, intellectualem. Quòd flectitur ad Aquilonem, hoc eſt, quòd poſt omnes iſtas viſiones à longe conſiderat pœnam gehennalem. Primam diximus in Valle, in qua apud nos efficimur conſcij vitiorum, & virtutum, ſcilicet, Sole oriente. Secundã in colle, qua amplius cognoſcimus Creatorem per inſpectionem creaturarum, ſcilicet Sole redeunte. Tertiam, in monte, qua contemplamur merita præmiorum bonorum, gaudia ciuium ſupernorum, arcana diuinorum ſecretorum, Sole exiſtente in Meridie. Cum vero à meridie reuertitur, flectitur ad Aquilonem, & ibi videmus retributionem meritorum malorum; finem malignorum ſpirituum, & hominum reproborum. Illa igitur viſio, quæ eſt in meridie, eſt in monte. In viſione vallis, id eſt, in cognitione ſui, eſt Onus, de quo agimus, ſcilicet onus Vallis Viſionis. à minus enim diſcreto, ibi quæritur Dilectus, vbi ipſe ſibi eſt quærendus, vt à ſe cognoſcatur,

Quæſiui illum, & non inueni. Cap. VIII.

Deus quærendus eſt in die, & non in nocte ſecularium negotiorum, ad hoc vt inueniatur.

MENS humana naturaliter bonum inueſtigat; ſed quia quærit per noctes, nō inuenit. Noctes ignorantiam dicit, vel ſæcularia negotia, quę excęcant. Qui ergo, vel ignorant, vel negotijs ſęcularibus implicantur, quærere quoquomodo poſſunt: ſed, quandiu ſunt in hoc ſtatu, inuenire non poſſunt. Non inueniemus, niſi cognoſcamus, & à ſæcularibus negotijs expediamur: expediti autē non ſumus, quandiu in eis vltra modum delectamur.

Tria impediunt, ne Dilectus inueniatur. S. CDXIV.

TRia impediunt ne Dilectus inueniatur. Primum, quia indigne quæritur, ſicut quæſiuit Herodes, vt interficeret, & ideo indignè. Secundum, quòd ſe ſubtrahit, vt feruentius non inuentus quæratur. Sic quęrebant Apoſtoli poſt reſurrectionem: ipſe autem ſubtrahebat ſe prius, & illi quęrebant ardentiùs. Tertium, quia non ad hoc quæritur, ad quod erat quærendus. Sic quærebant mulieres ad ſepulchrum, vt eum vngerent, cùm iam eſſet ſuſcitatus. Et non in ſepulchro quęrendus eſt, qui eſt locus mortuorum; ſed ſurſum, vbi locus viuorum. Sed illa quærebat, quæ adhuc in lectulo tenebroſo erat, graui laborans onere anxietatis Quod eſt Onus Tyri, qui *anguſtia*, vel *conturbatio* interpretatur.

Non in ſepulchro mortuorum ſed ſurſum quærendus eſt ſponſus.

Tyrus interpretatur.

Triplex onus Tyri, vbi & de religione, & armis Goliæ. S. CLXV.

HOc onus primò conſideratur in amaritudine pœnitentiæ: ſecundò in labore continentiæ; tertiò in corporali ægritudine. Eſt & alia cordis anguſtia, quam facit amor ſui, cui contraria eſt cordis latitudo, quam facit amor Dei, & proximi. Amor ſui ex propria voluntate procedit, quam qui amat, oneri eſt illi alienus: huiuſmodi homo ad propria voluntatis ſuæ eſt promptus, ad alienæ piger. Hoc onus voluntarium eſt. Grande onus amaritudo pœnitentiæ. Inde: *Lata eſt via, quæ ducit ad mortem; anguſta, quæ ducit ad vitam*, Via namque vitæ eſt pœnitentia. inde: *Rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri*. Labor continentiæ, graue onus eſt. Vnde Suſanna, pro continentia tenenda, elegit ſibi potiùs mortem, quàm vitam turpem ducere, dicens: *Anguſtia mihi ſunt vndique: ſi enim hoc egero mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini*. Anguſtia vero corporalis infirmitatis quantum onus ſit, interroga Saul; ait enim: *Euagina gladium tuum, & ſta ſuper me, quia me premunt anguſtiæ*.

Propria voluntas grauiſſimũ onus eſt.

Matt. 7. 13.

Iſa. 40 3.

Daniel. 13. n. 22.

Anguſtia corporalis infirmitatis grauis onus.

1. Regum. 31 num. 4.

Alia aſſignatio. S. CDXVI.

ASſignatur Onus Tyri tripliciter. Tyrus enim dicitur, *Anguſtia*, vel *Tribulatio*, vel *Fortis*. Et hæc iuxta triplicem ſtatum religionis. Sunt enim in religione peruerſi onerati onere anguſtiæ, ex verme conſcientiæ, quod minatur infernum. Sunt pœnitentes onere tribulationis, quod eſt pœnitentiæ, quę abluit peccatum. Sunt perfecti, onere fortitudinis ex dilectione, quæ initiat ad quærendum Dilectum, quem non inueniens, Dilectus patitur defectum. Lectulus igitur ſponſæ eſt ſancta religio: in eo iacent iſtę tres, licet differenter. Ideo dicitur tertiò in hoc Cantico: *Quæſiui* primo *per noctes*, propter quos eſt prima inquietatio in nocte: & ideo non inuenitur. Propter ſecundos eſt ſecunda inquietatio, & quaſi in aurora, & non inuenitur, quia ſunt in perfecti, propter iſtos tres in meridie, ſed non ſtatim inuenitur, vt ardentius quęratur. Propter primos dictum eſt: *Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias*. Propter ſecundos: *Iuxta eſt Dominus his qui recto ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit*. Pro tertijs dicitur: *Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad me, inuenient me*. Iſti in lectulo Religionis iacent differenter.

Tyrus interpretatur.

Religio verò eſt lectulus ſponſæ in quo multi varijs oneribus grauati requieſcunt, & multi quærêdo fatigantur, & non inueniũt

Thren. 1. 3.

Pſal. 33. 19.

Prouerb. 8.

X De

Digitized by Google

De primo. §. CCCCXVII.

Religionis fructus.

Religionis Prælati quales eſſe debent

Pſal. 24. 8.

PEruerſis enim Religio eſt ſeuera, & oneri: pœnitentibus, miſericors: perfectis, optima. Religio namque honeſtatem ſeruat, leuitatem caſtigat, indoctus eam formidat. Ipſa eſt decor ſenum, virga iuuenum: Prælatorum perſonas ornat: virtutum ſpem colorat. Ad pænitentiam peccantem diſcipulũ trahit dulcedo prælati: ſeueritas corrigit. Rectitudo dat legem delinquenti. Sic nec ſeueritas patitur leuitatem, nec dulcedo diſſolutionem, nec rectitudo in linea iuſtitiæ tranſgreſſionem. vnde, *Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via*. Iſtud onus peruerſis aggrauant indiſcreti dolores, oſtendentes iram pro ſuauitate, amaritudinem pro dulcedine, crudelitatem pro rectitudine. Ira enim Prælati peccantem turbat, amaritudo proſequitur, crudelitas affligit. Peruerſi quidam ſunt manifeſti; quidam oculti. Hi ſua mala defendunt, aliorum bona perimunt: incorrigibiles, tardi ad obedientiam, humiles fratres prouocant, ſilentium turbant. Tales deſignat Golias, & ſua magnitudine, & armorum varietate, qui prouocabat filios Iſrael. De armis vide. Peruerſitatis caput eſt intentio prauæ actionis: ſiniſtrum latus, per ſiniſtrum: ocura finis actionis: corpus, actio tota: caſſis in capite, eſt intentationis commendatio: Clypeus ſiniſtræ partis, excuſatio duæ ocreæ, perſeuerantia, & obſtinatio: lorica, totius actionis aperta defenſio. Aliorum peruerſitas eſt oculta: hi conſilio ſuo fratres prouocant ad iras, excitant ad rixas, faciunt Abſalon contra Dauid conſurgere, ſicut Achitophel. Ecce Onus peruerſorum, ſcilicet anguſtiæ, quo non ſolum ipſi, ſed etiam turbantur alij.

Prælatus religionis debet eſſe manſuetus, & nõ iracundus.

Damnũ quod recipit Religio à peruerſis, & incorrigibilibus in quibus, & Golias deſignatur.

De ſecundo. §. CCCCXVIII.

Tribus modis hominem pœnitet.

ONus pœnitentium tanto leuius, quanto vtilius. Tribus modis pœnitet homo: ore tantum, vt Saul: corde tantum, vt Petrus: corde, & ore, vt Dauid.

Miſeretur Deus tripliciter. §. CCCCXIX.

Nota.

Qui pietate Deus expectet peccatores ad pœnitentiam.

1. Reg. 24. 4.

Quomodo omnes proximo compati debemus.

TRibus modis miſeretur Deus homini. Peccantem expectat, reuocans dono gratiæ: deſperantem conſolatur per ſpem veniæ: congaudet pænitenti, roborans ex promiſſis gloriæ. Miſeretur & homo homini. Primò Prælatus diſcipulo, dũ peccantem, verbis benigne corrigit: deſperantem ad ſpem miſericordiæ per exẽpla erigit, & correctum poſt cõmiſſa dirigit. Miſeretur Prælato diſcipulus, dum irato non reſiſtit, vel peccanti non detrahit; vel peruerſum patitur. Sic Dauid Saul purgantem ventrem in ſpelunca, cùm poſſet eum occidere, non occidit. Peruerſum paſſus eſt, quandiu vixit, cùm irritatum declinauit. Miſeretur Diſcipulus Diſcipulo, dum peccanti orando compatitur; vel quando inter ſe, & illum ſolum corripit, vel quando peccanti in ſe benigne dimittit. Ecce Onus tribulationis ſcilicet pœnitentium, quo proximus oneratur, dum miſerando compatitur.

De tertio. §. CCCCXX.

Religio facit de malo bonũ de bono meliorem, & de meliorem optimum.

Pſal 64. 10.

4. Reg. 4 40.

ONus perfectorum eſt fortitudinis ex amore. Iſtud eſt quaſi in meridie, & tamen ab huiuſmodi ſe ſubtrahit Dilectus, vt ardentiùs quæratur, & inde perfectus fiat perfectior, cum optima eſt Religio. Bonos facit rerum diſtributio: meliores, mundi remuneratio: optimos, Religionis cohabitatio, quę facit de malo bonum, de bono meliorem, de meliore optimum. inde: *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam; multiplicaſti locupletare eam*. Terram malam viſitat Deus per timoris compunctionem: bonam per incipientem charitatem. Sed forſan, cùm mutas habitum & diſciplinam Regulatem non *leuiter* Patris, ſed turbaris. Sic filij Prophetarum clamauerunt, *Mors in olla*. Quibus Eliſeus impoſita farina dulcorauit. Perfecta vero charitas inimicum diligit. Quæ, & cuius onus, in ſequenti capitulo eſt.

Surgam, & circuibo Ciuitatem: per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. Cap. VIIII.

De contemplationis lecto anima deſcendens ad proximi vtilitatem debet ciuitatem percurrere.

NON eſt pigra anima, quę ſurgit de lecto cōtemplationis, à quo diſcedit, vt vtiliter ſe ſubtrahat; quæ circuit ciuitatem fraternæ cohabitationis, in qua incedit, vt in vnitatem charitatis attrahat; quæ quærit per vicos, & plateas anguſtæ & leuioris conuerſationis; ad quā accedit, & quam precedit, vt ad regnum pertrahat. Primis, cùm prædiceret ſuam Aſcenſionem. Secundis, ait: *Vbi duo, vel tres congregati ſunt, in nomine meo ibi ſum ego in medio eorum.* Tertijs: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quartis: *Quireliquerit patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* His fortitudine eſt opus.

Matt. 18. 20 · *Matt. 16. 24* · *Matt. 19. 29*

Tres ſpecies Fortium. §. CCCCXXI.

SVnt autem fortes ſapientis, qui licèt affectum diligendi, & vires corporis non habeant, tamen quadam ſcientia, qua ſuam cognoſcūt infirmitatem, & Dei benignitatem, inclinant animi rigorem, & Deo ſeruiunt. Iſti portant onera fratrum, conſolando: corruentes releuant docendo; ſi ipſi corruunt, ſurgunt citò: ſunt fortes corpore, qui poſſunt laborare. Sed ſunt, qui poſſunt, & nolunt, ſicut Golias. Iſti ſunt fures, qui a communi vtilitate ſubtrahunt: Raptores coram Deo, quia vitæ communi, quod poſſunt, & ſciunt ſubtrahendo rapiunt: mentiuntur coram Deo, & hominibus, qui quod nouerant, & poſſunt, non faciunt. Sunt qui poſſunt, & ſciunt, & volunt, ſicut Dauid. Horum alij ſunt fortes, ſicut Tobias, qui non ceſſit cupiditati, dum Gabeln pecuniam commodauit; nec carnalitati, quia non plus amauit filium, quàm debuit. In his enim duobus eſt fortitudo, ſcilicet in victoria cupiditatis, & carnalitatis.

Qui in eccleſia poſſunt & nolunt laborare ſunt fures & raptores & ſunt ſimiles Goliæ.

Fortitudo Dauid & Tobiæ qualis fuerit.

Cupiditas triplex. §. CCCCXXII.

CVpiditas eſt in amore poſsidendi, in dolore amittendi, in coactione deferendi. Hanc expulit Tobias, non plus filium, quam debuit, amans; præſentem bona docens: pro abſente orans. Sunt fortiores, ſicut Iob, qui poſſeſſionem amiſit, nec doluit; qui de morte filiorum vltra modum turbatus non fuit; pro morte orationem fudit; pro ſingulis in vita holocauſta obtulit. Sunt fortiſſimi, vt Abraham, qui ad viſum Domini omne, quod poſſedebat, voluntariè dimiſit, Iſmaelem filium ſuum expulit, Iſaac morti obtulit. In his eſt fortitudo ſponſæ, quæ ſurgit, ciuitates currit, circuit.

Quis fuerit fortior Tobias, Iob, an Abraham.

Tres Ciuitates. §. CCCCXXIII.

EST ciuitas mundi, inde Ezechiel *Vir indutus lineis ingreſſus eſt in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim, & impleuit manus ſuas prunis igni, & proiecit ſuper ciuitatem.* Eſt ciuitas Eccleſiæ, inde Ioannes: *Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo à Deo, paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Eſt ciuitas Dei, inde Ezechiel: *Vidi ædificium ciuitatis vergentis ad Auſtrum.* In his Dilectus quæritur. In prima quærimus cum Moyſe, vt videamus eius poſteriora, ſcilicet miſerias, quas in mundo ſuſtinuit. In ſecunda, vt videamus latus eius cum Thoma, de quo fluxit charitas, & miſericordia. In tertia, vt cum Moyſe, & Elia videamus faciem eius, quæ reſplenduit ſicut ſol, maieſtatis gloria. De prima debemus ſurgere, inde: *Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, &c.* In ſecunda. Circuire, inde: *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, & profundum.* In tertia, per vicos & plateas quærere, inde. *Plateæ tuæ Ieruſalem ſternentur auro mundo, & per omnes vicos tuos cantabunt alleluia.* Sciebat ſponſa Dilectum puritatis amato-

Nos. bene. Ezech. 10. 2. · *Apoc. 21. 2.* · *Ezech. 40. 2.* · *In tribus Ciuitatibus tribus de cauſis dilectus quæritur.* · *Iſai. 48. 20.* · *Epheſ. 3. 18.* · *Tob. 13. 22.*

rem, vnanimitatis cultorem, afflictorum conſolatorem, tepidorum inflammatorem. Ideo ſurgit de lecto carnalis voluptatis, in quo non habitat Dilectus, quia eſt proſtibulum, & clamat: *Immunditia tua execrabilis eſt: quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis, &c.*

In lecto carnalis voluptati, non habitat dilectus.
Ezech. 24. 13.

Circuit ciuitatem charitatiuæ vnitatis, in qua Dilectus habet quietis, & pacis lectulum, ad quos veniens gaudet dicens: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Quærit Dilectum in vico, rigidæ ſeueritatis, in quo eſt thuris habitaculum, ad quos veniens ait: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Quærit in plateis reſolutæ infirmitatis; in quo eſt languentium infirmitorium, ad quod Dilectus veniens clamat: *Vſque quo piger dormis?* &, *Quid hic ſtatis tota die otioſi. Manus diſſolutas confortamini, & genua debilia roborate.* Per has viſiones quærens ſponſa Dilectum clamat: *Quæſiui illum, & non inueni;* Forſitan, quia erat minus ornata puritate. Iuxta primum. Iuxta ſecundum, charitate minus informata: grauitate minus diſciplinata, iuxta tertium. Iuxta quartum, pigra, & languida. Neceſſe ergo erat, vt occurrerent, qui eam inuitarent, ſicuti David: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & concupiſcet Rex decorē tuum.* Inſtruerent in amore, ſicut Ioannes: *Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt.* Solidarent ad laborem, ſicut Paulus: *Ter virgis caſus ſum. ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci pro Chriſti nomine.* Ac ſi diceret: Hoc meo exemplo ſuſtinete laborem. Animamini ad feruorem, ſicut Iſaias: *Puſillanimes confortate, & nolite timere.* Iſti ſunt vigiles Ciuitatis, à quibus poſtquam ſe recognoſcit minus dignam ſponſo, vt eum inueniat, quærit an viderint eum ſic.

Pſal. 132. 1.
Luc. 21. 19.
Prou. 6. 9.
Matth. 20. 6.
Iſai. 35. 3.
Nota:
Anima non bene ornata quærit ſed bene ornata nō quærit.
Pſal. 44. 11
1. Ioan 4. 7
2. Cor. 11. 25
Iſai. 35. 4.

Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea, vidiſtis? Cap. X.

Prædicatores ſunt cuſtodes Ciuitatis.

VIGILES cuſtodes ciuitatis, præcones ſunt veritatis, qui ad cuſtodiam Eccleſiæ pia ſolicitudine excubant ſemper, ac verbo prædicationis, ne à perfidis corrumpatur, inſiſtunt. Hi ergo Gentilitatem veritatis indagine ſolicitam inuenerunt, & ei quod quærebant demonſtrarunt: Cùm Philippus Eunucho Euangelij lumen aperuit: Petrus, Cornelium cum ſuis gratia, quem tanto tempore deſiderauerat, imbuit. Paulus Athenienſibus, quem ignorabant Deum, & colebant, notum reddidit. Sic cæteri Apoſtoli fecerunt inſtruentes gentilitatem clamantem: *Num, quem diligit anima mea, vidiſtis?*

Nota.
Act. 8. 27. & cap. 10. 3. 44. & cap. 17. 23.

Quid quæris fortem in lecto, magnum in lectulo, glorificatum in ſtabulo? Caro enim in reſurrectionis gloria omne infirmum exuit, accinxit ſe potentia, induit lumine ſicut veſtimentum. Pulchrè ait: non quem diligo; ſed *Quem diligit anima mea,* quia ad animā pertinet, quando aliquid ſpiritualiter diligimus; vt Deū, Angelū, virtutes. Nā qñ ad corpus pertinētia diligimus potius, dicēdus eſt amor carnalis.

Cur ſponſa dicat nūquam diligit anima mea vidiſtis, & non dicit nunquam di lige vidiſtis.

Noctes quatuor. §. CDXXIV.

NOx eſt Iudaica perfidia: nox Paganorum ignorantia: nox prauitas hæretica: nox, Catholicorum animalis cō. uerſio. Sponſus hic eſt quærendus votis, actibus ſequendus: Fide inueniendus. Boni ſunt cuſtodes, qui vigilantes animo hoſtium inſidias ſagaciter explorant, anticipant concilia malignantium, deprehendunt laqueos, eludunt tendiculas, retiacula diſſipant, machinamenta fruſtrantur. *Hi ſunt fratrum amatores, & populi Iſrael. Hi ſunt qui multum orant pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate Ieruſalem.* Atque ſine hoc duplici ſtudio, ſcilicet orationis, & vigiliarum, non poteſt eſſe ſecura ciuitas, non ſponſa, non oues. Hæc tria, vnum ſunt. Sed ciuitas propter collectionem, quæ vigilare exigit ad cuſtodiam: Sponſa propter dilectionem, quæ requirit ornari: Oues propter manſuetudinem, quæ intendunt paſtui.

Nota.
2. Mach. 15. 14.

Digitized by Google

Ciuitas.ſponſa, onus.In tribus eſt ciuitatis cuſtodia. §.CDXXV.

Nota.

COncordia ciuitatis eſt in tribus. Tuta fit à vi tyrannorum, à fraude hęreticorum, à tentationibus dæmonum, Sponſæ vero ornatus in bonis operibus, moribus, ordinibus. Paſcua ciuium, præcepta ſcripturarum, quæ ſunt infirmis olera diſpenſationum, ſanis forma conſiliorum. Adhoc opos eſt viro forti ad propulſandas iniurias ſpirituali, ad deprehendendas inſidias fideli, qui non, quæ ſua ſunt quærat. A talibus inuenta ſponſa, & inſtructa, inuenit, & tenet ſponſum, cui conſentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem, quem imitetur ad virtutem, quo reformetur ad ſapientiam, cui conformetur ad decorem, cui maritetur ad fęcunditatem, quo cum Angelis in regno fruatur ad iocunditatem.

Concordia in Ciuitate liberat ab omni tyrannorum incurſu ciuis

Nota.

Onus iumentorum Auſtri. §.CDXXVI.

HOc eſt onus iumentorum Auſtri. Auſter ventus calidus charitatem deſignat, qua oneramur dum alijs curamus prodeſſe. vnde: *Surge Aquilo, & veni Auſter. ſuffla in hortum, & fluant aromata.* Fœlix anima, cui Spiritus ſanctus præſidet, & omnia opera eius dirigit, cogitationes diſponit, motus ordinat, moreſque componit. Iſti ſunt iumenta Auſtri, quæ dona ſancti Spiritus acceperunt, vt præſint alijs. Qui ſic carnaliter viuunt, iumenta ſunt, potius, quam homines. Hoc eſt onus voluntarium, quia ex voluntate.

Ventus Auſter quid ſignificet.

Cant. 4. 16.

Prelati Eccleſiaſtici dicuntur iumēta auſtri.

Iumentorum genera, quatuor. §.CDXXVII.

SVnt iumenta Aquilonis peccatores obſtinati, qui onere iniquitatis onerantur. inde: *Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Sunt iumenta Occidentis, peccatores timorati, qui onere ſupplendæ pauperibus neceſſitatibus. inde: *Homines, & iumenta ſaluabis Deus.* Sunt iumenta Orientis, humiles, & deuoti, qui onere obedientiæ imperantis. inde: *Vt iumentum factus ſum, apud te. & ego ſemper tecum.* Sunt iumenta feruentes, & ſapientes Prælati, qui onere cuſtodiendæ ciuitatis. inde: *Mea ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus, & boues.* Hæc ſunt iumenta Auſtri; id eſt, Spiritus ſancti, per quem Chriſtus incarnatus. inde: *Deus ab auſtro veniet.* Prælatus Chriſti doctrina imbutus. inde Regina Auſtri venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. *Plumeſcit accipiter expādens alas ſuas ad Auſtrum.* Tale iumentum fuit Chriſtus, qui vulneratum à latronibus impoſuit in iumentum ſuum. Ipſe enim eum reperit in ſtabulum mundanæ voluntatis, in quo erat excęcatus. In mundo erat Chriſtus, & mundus eum non cognouit. Portabit ad ſtabulum Eccleſiaſticæ vnitatis, in quo eſt ſanatus. Inde dicunt: *Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* Tranſuexit ad pabulum æternæ refectionis, in quo eſt ſatiatus. inde: *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Chriſti ſic operantis ſunt ſequaces cuſtodientes ciuitatem.

Pſ. 48. 13.

Pſal. 35. 7.

Pſal. 72. 23.

Pſal. 49. 10

Habac. 3. 3.

Luc. 11. 31.

Iob 39. 29.

Chriſtus dicitur iumentum ſuperquā poſitus fuit vulneratus à latronibus.

Iſai. 53. 4.

Pſal. 16. 15

Tria debent cuſtodire. §.CDXXVIII.

SEd debent cuſtodire puritatem innocentię in ſeipſis. inde: *Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem.* Veritatem in voti promiſſione coram Deo. inde: *Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta cuſtodiens veritatem.* Ciuitatem religioſæ vnitatis, pro ſubdito. Inde: *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes: tota die, ac nocte non tacebunt laudare nomen Domini.* In primo, homo neceſſitate tenetur, ſine quo ſaluari eſt impoſſibile. inde: *Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum; contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei.* In ſecundo ex voluntate obligatur, ſine quo ſaluari eſt impoſſibile, fraterna promiſſione: inde, *Vouete, & reddite Deo veſtro.* Ciuitatem Religioſę vnitatis cuſtodit pro ſubdito, quando cuſtos non ex ſe, ſed à Deo eligitur tanquam Aaron; tunc enim, *Suſcipient montes pacem populo, & colles iuſtitiam.* Talis cuſtos eſt paſtor bonus, qui *ponit animam ſuam pro ouibus ſuis.*

Pſal. 36. 37

Iſai. 26. 2

Iſai. 62. 6

Heb. 12. 14.

Pſal. 75. 12.

Gubernat ſeu cuſtos Ciuitatis debet eligi tanquā Aron.

Pſal. 71. 3.

Ioan. 10. 11.

In tribus ponitur anima pro ouibus. §.CDXXIX.

POnitur inquam anima pro ouibus, in ſęculo tractando temporalia, vt fratres neceſſaria habeant. inde: *Anima*

mea

Pſ.118.109. *mea in manibus meis ſemper*. Dum laboro pro ſubdito, in quo diſponit: in lectulo componit informando motibus, vt regulariter viuant. inde. 1.Ioan.3.16. *Si Chriſtus dilexit nos, & nos debemus pro fratribus animas ponere*. In quibus teneatur Prælatus ponere animam ſuā pro ouibus ſuis. In periculo ſe opponit reſiſtendo Tyrannis, ne rapiant. inde: *Surrexit paſtor bonus, qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis*. His dicit ſponſa: *Num, quem diligit anima mea, vidiſtis?* Quem eligo ex mille, quia *ſpecioſus forma præ filijs hominum*: Pſal.44.3. quem diligo ex corde, quia *ipſe prior dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*. Apoc.1.5. Quem aligo in corpore, quia audio: *Emptienim eſtis pretio magno glorificat, & portate Deum, in cordibus veſtris*. 1.Cor.6.20.

Paululum cùm pertranſiſſem eos, iuueni quem diligit anima mea. Cap. XI.

Nota. PErtranſire debet inquiſitor veritatis vigiles, id eſt cetibus ſe immiſcere, atq; adunare doctorum fideliū cohortem, eorumque dicta frequenti meditatione percurrere. Periculoſus eſt tranſitus huius mundi ſine cuſtodibus. Quod cum paululum fecerit, ipſum Dilectum inueniet, quia verbum abreuiatum fecit Dominus, Marc.16.16 cum ait: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur*. Periculoſus eſt tranſitus huius mundi nobis ad inueniendum Deum, ſi carere nos contigerit cuſtodibus.

Quinque cuſtodes. §. CDXXX.

QVinque ſunt cuſtodes; Ipſe homo: inde, Sap.1.11. *Cuſtodite vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt*. Proximus. inde; Gen.4.9. *Numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Prælatus. inde, Iſai.62.6. *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui Cuſtodes*. Angelus: inde. Hyn. *Cuſtodes hominū pſallimus Angelos naturæ fragili quos pater addidit &c*. Deus. inde: Pſ.126.1. *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatē, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam*. Primus quærit circumſpectionem. Secundus ſpondet exemplo, & ammonitione. Tertius, oſtendit exemplo, & doctrina. Quartus, impellit præueniendo diaboli machinamenta, Quintus, ſe ipſum exhibet in conferenda homini, qua poſſit ſtare, gratia.

A quatuor exigitur peccatum hominis. §. CDXXXI.

PEccatum hominis exigitur ab ipſo homine, à diabolo, à proximo, à Prælato: inde Deus: Gen.9.5. *De manu cunctarum beſtiarum*, id eſt, Dæmonum, *requiram animas veſtras. Et de manu hominis*; id eſt peccantis: *De manu viri*, id eſt, Prælati; *Et fratris eius*, id eſt, proximi. De manu beſtiarum requiram animas veſtras quomodo intelligatur. Ab his quærit: *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* Ab his edocta audit: *Paululum cū pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea*.

Primo imus de ſæculo, ad primum lectulum. Secundo pertranſimus ad ſecundum. Tertio, pertranſimus ad tertium, in quo inuenit dilectum. Per triplicem lectum debemus tranſire antequam inueniamus dilectum. Sic filij Iſrael, primo tranſierunt periculum maris rubri. Secundo, aſperitatem deſerti. Tertio fluenta Iordanis. Sic Chriſtus, primo tranſijt de vita in mortem, & nos de ſæculo carnis ad mortificationem. Secundo de morte ad incorruptionem: nos de mortificatione, quaſi ad vitam; id eſt, ad religioſam conuerſationem. Tertio de mundo ad Patrem: nos ad contemplationem. In his omnibus, quæ fecit Chriſtus, noſter figuratur profectus. In Paſſione eius, dolor pœnitentium. In ſepulchri pauſatione, requies abſolutorum, In Reſurrectione, vita iuſtorum. In aſcenſione, profectus perfectorum. In ſeſſione ad dexteram Patris, gloria beatorum. Hic inuenitur, quem diligit anima mea.

ALITER.

Imus inueſtigando circa Chriſti humanitatem incomprehenſibilia: vbi intelligitur, quod pertinet ad noſtræ infirmitatis honorem, in quo Verbum Caro factū eſt. Quomodo imus tranſimus, & pertranſimus. Tranſimus eius ſequendo veſtigia, vbi inuenitur ad Religionis feruorem, in quo habitabit in nobis. Pertranſimus, eius altiſſima ſpeculando magnalia, vbi inuenitur, & in quo videmus gloriam eius, quod ad beatitudinis amorem.

Hæc oſtenduntur nobis in Apochalypſi Figura.

in

ſtu viro, quem vidit Ioannes inter ſeptem candelabra aurea, ſic. *Erat veſtitus podere, & præcinctus ad mammillas zona aurea, & caput eius, & capilli candidi ſicut nix.* In candore poderis deſignatur virginitas, qua Chriſtus natus eſt de Virgine, ſaluo virginitatis ſignaculo. In zona aurea, ſapientiæ, & miraculorum claritas, ex quibus refulſit in mundo. In capite albo, Dominicæ Reſurrectionis iocunditas. In capillis, qui ex capite pendent, prædeſtinati ad vitam, quod eſt ex Chriſto capite, quos eleuat ſecum deuicto mortis aculeo. Hæc tria pertinent ad primum, in quo ſic videmus incomprehenſibilia, quæ ad noſtræ fragilitatis ſpectant honorem.

Apo. 1.13.

Quare Chriſtus videatur à Ioanne veſtitus podere præcinctus Zona aurea niueiſque Capitis.

In ſecundo quoque ſequitur, ſi ſimus ſplendidi in contemplatione, vt dicamus. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in Cœlis.* Si feruentes in operatione, ſicut Ionathas, *Manibus, & pedibus reptans ad ſtationem Philiſthijm.* Si aſſidui in oratione. inde: *Sine intermiſſione orate.* Pro his tribus ſequitur de homine prædicto: *Oculi eius ſicut flamma ignis*, quod ad contemplationis claritatem: *Et pedes eius ſimiles aurichalcho, velut in camino ardenti*; quod ad laboris feruorem. *Et vox illius tamquam vox aquarum multarum*; quod deſignat abundantiam, & aſſiduitatem ad orationem. Aquæ enim abundantiam ſignificant, quæ ſibi colliduntur, quando orationes orationibus occurrunt. Ecce in his ſequimur Chriſti veſtigia, quæ pertinent ad feruorem, in quibus ipſe à nobis quæritur.

Pſ. 122.1.
1 Reg. 14.13
1. Theſ. 5.17
Apoc. 1.14. & 15.
Aſſiduitas orationis valde efficax.

In tertio quoque inuenimus tria Dei magnalia. Primo, dulcem benignitatē ad illuminandum de Spiritu Sancto: inde. Vidit Zacharias oculos ſeptem *ſuper lapidem vnum.* Secundo, ſeueram poteſtatem in iudicio: inde, *Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum.* Tertio, iocundam maieſtatem in regno, quando fulgebit ſol proprio ſplendore: inde, *Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ.* Hæc ſunt tria, quæ ſequuntur de præfato homine. In dextera eius ſeptem ſtellæ, id eſt, ſeptiformis ſpiritus. *Et gladius ex vtraque parte acutus in ore eius*; ſcilicet in iudicio: *Et facies eius ſicut Sol lucet in virtute ſua.*

Zach. 3.9.
Pſal. 7.13
Apoc. 1.16.

Chriſtus enim ſicut Sol lucet in iuuentute ſua, in Natiuitate. Sicut Sol in ſenectute, ſcilicet, in Paſſione. Sicut Sol in virtute, ſcilicet, in Reſurrectione, in qua cœpit ſecundum hominem fulgere, ſicut Sol in virtute ſcilicet in meridie, Itaque cum ſponſa tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc Verbum, quod factum eſt. Eamus ad vigilias paſtorum, vt audiamus Verbum, quod prolatum eſt ab Angelo, quod eſt, Naſcitur Chriſtus. Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus Verbum, quod factum eſt à Domino, quod eſt Natiuitas Chriſti. Adeamus Præſepium, vt inueniamus Verbum, quod natum eſt de Virginis vtero, quod eſt Chriſtus natus. Petatur ſic nobis in exemplum, ſcilicet vigilare ſupra gregem bonorum cogitationum. *Beatus*, ait. *qui vigilat ad portas meas, & obſeruat ad poſtes oſtij mei.* Charitas enim Dei circumfulget illos luce gratiæ, & profertur in corde eius Verbum nuncians, & memorans Verbum, quod factum eſt, in Chriſti Natiuitate. Secundum in miraculum quo tranſimus in Domum panis, vt reficiamur.

Quomodo, & quo tempore Chriſtus ſicut ſol refulſerit.

In Chriſti natiuitate debemus exultare cum Angelis & Vigilare cum paſtoribus.
Prou. 8.34.

Notandum quod tres ſunt ciuitates, in quibus magna Dominus operatus eſt. Bethleem, id eſt, domus Panis, in qua Chriſtus natus eſt. Bethania, id eſt domus obedientiæ, in qua à Chriſto Lazarus reſuſcitatus eſt. Bethphage domus comeſtionis, in qua eſt Chriſtus Aſino impoſitus. Ingrediamur primam ergo, vt inuenientes Chriſtum natum, conformemus ei per humilitatem. Ingrediamur ſecundam Chriſto obedientes, vt ab eo ſuſcitemur mortui per iniquitatem. Ingrediamur tertiam, vt aſcendentes ſuper infirmitatem carnis noſtræ, reficiamur digne comedentes viuentium panem. Iſte panis vtilis eſt legis lator, quē teneamus: inde, *Benedictionem dabit legiſlator.* Ipſe gratiæ dator, quia proficiamus. inde: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*, Fulgens per veritatem, qua viam teneamus. Infundens charitatem, qua panem iſtum ſapiamus, & diligamus. Nec ſit ſine cauſa, quod ad hanc Natiuitatem cōcurrunt Bos, & Aſinus, Paſtor, & Angelus. Ipſe enim fuit Bos ad colendum rudium corda. inde: *Primum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Ieſus facere, & docere.* Aſinus, ad portandum peccatorum noſtrorum onera. inde: *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* Paſtor ad cuſtodiendum virtutum dona. inde. *Ego ſum Paſtor bonus qui pono animam meā pro ouibus meis.* Angelus, ad reuelandū Cœli ſecreta: inde: *Vado parare vobis locum, & iterum veniam, & accipiā vos ad me ipſū.* Fuit ergo cultor in totius vitæ ſuæ conuerſatione, portauit in paſſione,

In tribus Ciuitatibus Chriſtus magna operatus eſt.
Quomodo in iſtas ciuitates intrare debemus.
Pſal. 83.8.
Rom. 5.5.
Cur ad Chriſti natiuitatem concurrant Bos, Aſinus Paſtor, et Angelus.
Nota
Act. 1.1.
Iſai. 53.4.
Ioan 10.4.
Ioan. 14.3.

ne, cuſtos fuit in reſurrectione, reuelator in aſcenſione. Tranſeamus ergo, non ſolum vſque ad vigilias Paſtorum, vt audiamus Verbum, quod prolatum eſt vſque Bethleem; vt videamus Verbum, quod factum eſt; ſed vſque ad præſepium, vt videamus Verbum, quod natum eſt. Verbum ſerenum, manſuetudine, qua ſe non turbauit aduerſus flagellantem. Inde: *Quaſi Agnus ad occiſionem ductus eſt.* (*Iſai. 53. 7.*) Verbum ſuaue miſericordia, qua remiſit iniquitatem. inde; *Fili, remittuntur tibi peccata tua.* (*Matth. 9. 2.*) Verbum, quod lux eſt veritate, qua docuit beatitudinem. inde: *Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.* (*Ioan. 8. 12.*) Verbum, quod ros eſt per gratiam, qua rigauit ſitientem inde: *Qui ſitit veniat ad me, & bibat, &c.* (*Ioan. 7. 37.*) Ecce rigans. Propter hæc duo vltima dicitur. *Ros lucis, ros tuus* (*Iſai 16 19.*) irrigat enim, & irradiat: lucet, & fœcundat. *In ſtillicidijs roris huius lætabitur germinans.* (*Pſal. 64. 11.*)

Rores quatuor. §. CCCCXXXII.

EST autem ros lucis, cùm de percepta veritate dulcedo quædam, & gratiæ ſuauitas erumpit. Inde: *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.* (*Pſal. 96 11.*) Eſt lux roris, cū ſuauitas prius expertæ dilectionis animum ſerenat in lucem veritatis. Inde: *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* (*Pſal. 33. 9.*) Eſt ros ſine luce, cum ſuauitas multa animam exhilarat, tamen ſcientiæ ſubtilitas non multum illuſtrat. *Cæli caligabunt rore.* (*Deut. 33. 28.*) Eſt lux ſine rore, cum ſcientia adeſt, ſed ſicca, & arens, delectationis rore non irrigua. Inde; *Terram Auſtralem & aridam dedit mihi;* (*Ioſ. 15. 19.*) ſcilicet terrā Soli vicinam: Terram lucis, ſed ſiccam: bona quidem, quia Auſtralis, ſed minus iocunda, quia arens. Ideo rogo, iunge & irriguam. In figura primi filij Iſrael prius viderunt manna dicentes, *Manhu, id eſt, Quid eſt hoc?* (*Exod. 16. 15.*) Poſtmodum guſtauerūt. Propter ſecundum dictum eſt de muliere forti: Guſtauit prius, & ex guſtu vidit, *Quoniam bona eſt negociatio eius.* (*Prou. 31. 18.*) In figura tertij Iſaach pulmentum filij ſui Iacob guſtauit, ſed non vidit. inde: *Zelū Dei habēt, ſed non.* In figura quarti, filij Iſrael viderūt fructus terræ promiſſionis, quos exploratores attulerunt, ſed non guſtauerunt. De his dicitur: *Cum cognouiſſent Deū non ſicut debuerunt glorificauerunt.* (*Rom. 1. 28.*)

Tenui illum, nec dimittam donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Cap. XII.

Quatrupliciter dilectum tenentes quatruplici etiā munere decorantur.

DILECTVS tenetur inſtantia orationum, quod meretur infirmitatis ſanitatem: ſic eum tenuit mulier Chananea. Tenetur obſequio munerū, quod fidei firmitatem: ſic tenuerūt eūtes in Emmaus. Tenetur deſiderio deuotionum, quod ſancti Spiritus conſolationem: ſic mulieres, quæ acceſſerūt, & tenuerunt pedes eius, Chriſti. (*Nota.*) Tenetur conſtantia ſpirituum, quod Dei ſpiritalē viſionem; inde: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* (*Gen. 32 26*)

Tres gradus pœnitentium.
§. CCCCXXXIII.

Nota. Orans etiamſi triplam patiatur repulſam non debet deſiſtere.

IN muliere Chananæa tres notantur gradus pœnitentium, Sunt enim, qui deſiſtunt petere ad primam repulſam: ſunt qui ad ſecundam cadunt à deuotione: ſunt, qui ad tertiam deſperati ad peccata redeunt. Contra primos mulier Chananæa clamauit, & Dominus non reſpondit. Clamauit fortiùs, & Dominus reſpondit. *Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* (*Matth. 15. 24*) Hoc contra ſecundos. Illa cadens adorauit. Ille ait: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus.* Ecce contra tertios. Et ipſa reſpondit: *Vtique Domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Magna humilitas: canem appellat, & ipſa catellum appellat. Ecce humilitas inſtantia precum, qua tenetur Dominus, & illa meretur infirmitatis ſanitatem. (*Humilitas Cananeæ commendatum.*) Ecce exemplo tenetur obſequio munerum, quia cogēgerunt eum, & pauerunt: ecce obſequium, & ideo *Cognouerunt eum in fractione panis.* (*Luc. 24. 36.*) Ecce fidei firmamentum. Tertio ſanctæ mulieres tenebant deſiderio pedes eius. Pedes Dei in nobis ſunt affectus noſtri. Hoc tenemus dum Deum deſideramus, & ſpirituales conſolationes recipimus, ſicut illæ poſtmodum Spiritum ſanctum acceperūt. (*Quid ſit tenere pedes Domini ſicut iſtæ mulieres fecerunt. Figura.*) Quarto Iacob tenuit conſtantia, quia rota

ta

Gen. 32. 26. ta nocte luctatus cum eo. Dixit victor: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Sic nos vincimus ſi conſtantes ſumus in nocte flagellorum, & aduerſitatum Dei, quibus pugnamus cum eo. Nec mirum

Eccl. ſ.

ſi vincitur per conſtantiã, quia dictum eſt *Conſtãtes eſtote, & videbitis gloriam Dei.* Nec ſolũ per conſtantiã vincit, ſed tenuit donec benedictionẽ accepit: hanc ſcilicet, vt Iſrael vocaretur, id eſt, *vir videns Deũ.*

Iſrael interpretatur.

Ordo verborum. §. CDXXXIV.

NOta verborum ordinem. Primo quæritur prima curioſitate, dum inſpiratur. Sic quærebat Iob. *Quis mihi det, vt Scribantur ſermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro ſtilo ferreo, &c.* Secundo, inuenitur quærendi aſſiduitate, vt proficiat viriliter, ſicut primum incipit dulciter. Sic Samuel, qui non recedebat de templo die ac nocte: ideoque non ſolum meruit inuenire, ſed vocari à Domino dicente, *Samuel Samuel;* & ille: *Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus.* Tertio, tenetur animi ſtabilitate, vt dilecto adhereat inſeparabiliter. Sic Iacob: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi;* vnde: *Et benedixit ei in eodem loco.* Quarto, intentio ducitur quadã opportuna importunitate, vt ipſo fruatur fælicìter; inde: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Propter hoc quarto dicitur in Euangelio: *Quærite, & inuenietis* Propter primum: *Quærite, & inuenietis.* Propter ſecundum. Propter tertium: *Petite, & accipietis.* Propter quartum: *Pulſate, & aperietur vobis.*

Nota. Aſſiduitas in oratione neceſſaria.
1. Reg. 3. 11
Gen. 32. 26. & 29.
Matt. 11. 12.
Luc. 11. 9.

De ingreſſu ſponſi. §. DCXXXV.

DIlectus aliquando ſpontaneus ingreditur, quando primo cor infundit gratia. Iuxta hunc intrauit ad Apoſtolos ianuis clauſis. Aliquando à Domino ipſius domus officioſe introducitur, quãdo infuſus operatur ex ea; iuxta hunc *Rogauit Ieſum quidam Phariſeus, vt manducaret cum illo.* Aliquando violenter trahitur, quando per aduerſitates, & tentationes dilectus ſe fingit longius ire. Sed in his ipſe tentatus viriliter ipſum teneat patientia operum, & orationum inſtantia. Iuxta hunc Diſcipuli eius, ſcilicet, Lucas, & Cleophas euntes in Emmaus cęgerunt eũ. Tunc dilectum aſcendentem in domum Eccleſiæ, id eſt, regnum cœlorum, Apoſtoli tenebant affectum, & admiratione dicentes. *Viri Galilei quid ſtatis aſpicientes in cælum.*

Luc. 7. 36.
Nota.
Oratio infert Deo violentiam.

Tres viri. §. CDXXXVI.

EST vir Galilæus, ſcilicet Chriſtianus, qui dicitur tranſiliens de vitio ad virtutem, fugiens mundi vanitatem; inde: *Viri Galilæi quid ſtatis, aſpicientes in cælũ?* Eſt vir empyreus; Angelus qui habitat claritatis regionem, noſtram conſolans imbecillitatem; inde: *Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis.* Eſt vir homo Deus, Chriſtus, qui aſcendit de mundo ad Patrem, *Captiuam duxit captiuitatem;* inde: *In excelſo throno vidi ſedere virum, quem adorat multitudo Angelorum.* De tranſitu primi dicitur: *Declina à malo, & fac bonum.* Inde dicitur Abrahæ: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Secundus conſolatur; inde: *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Vnde Angelus conſolatus eſt Tobiã. Tertius deducit, & perducit; inde: *Dux fuiſti in mari populo tuo.*

Nota. Galilæa interpretatur.
Act. 1. 10.
Epheſ. 4. 8.
Pſal. 36. 27
Gen. 12. 1.
Heb. 1. 14.
Exod. 15. 13

Migrandi tres gradus. §. CDXXXVII.

IVxta primum eſt, qui migrat à facie tentationis, ne amittat gratiam; inde: *Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis.* Eſt qui migrat à dulcedine internæ refectionis, vt ſequatur mundi lætitiam; inde: *Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo;* item: *Deus adiutor meus, non emigrabo.* Eſt qui tranſmigrat, ad ſplendorem contemplationis, vt ſupernam guſtet lætitiam; inde dictum eſt ad Ezechielem: *Fac tibi vaſa transſmigrationis;* inde: *Quæ ſurſum ſunt ſapite, & non quæ ſuper terram,* & *Præcedet vos in Galilæam.*

Quid migrare, & quid tranſmigrare.
Thren. 1. 3.
Pſal. 51. 7.
Pſal. 61. 7.
Ezech. 12. 3
Coloſſ. 3. 2.
Marc. 16. 7

Tria vaſa transmigrationis. §. CDXXXVII I.

HVius tranſmigrationis tria ſunt vaſa. In primo eſt aqua, quæ lauat, ſcilicet lachrymarum: inde, inuenit Elias ad caput ſuum vas aquæ. In ſecundo eſt oleũ amoris, quod impinguat; inde: *Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis.* In tertio ſpecies aromaticæ deuotionis, quæ exhilarant; inde Iacob: *Tollite de optimis fructibus terræ in vaſis veſtris.*

3. Reg. 19. 6
Matt. 25. 4.
Gen. 43. 11.

Tres turmæ tribus vaſis oppoſitæ §. DCXXX IIX.

NOtandum eſt quod Chaldæi faciunt turmas, quæ tranſmigrationem iſtam impediunt. Prima peccatorum diſ-

Dæmones impediunt omnes hac tranſmigratione.

ſimulatio cor excecans ne viam videat. inde. *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſino meo iniquitatem meam.* *Iob 31. 33. & 34. 22.* Verum tamen, *Non ſunt tenebræ & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem.*

Secunda, ſubiectionis indignatio eleuans ſuperbia, vt grauius corruat; inde *Saul cecidit alta petens.* Saul aſcendit in montem Gelboe, & ibi *1 Reg. 28. 4* corruit. Tertia, vitæ femineæ reſolutio impediens, ne regni cælorum, quod vim patitur, iter arripiat; inde dictum eſt filijs Iſrael nolentibus ire ad bellum: *Qui puſillo animo eſt, & qui vxorem duxit, reuertatur.* *Iudic. 7. 3.*

Tria contra turmas. §. DCXXXX.

HIs tribus turmis, tres opponuntur. Prima confeſſionis diligentia, oſtẽdens viæ veritatem. Secunda, obedientia, dans firmitatem. Tertia, virtutum experientia, conferens ſpei ſecuritatem. inde ſcriptum eſt: *Dixit Iudas Simoni fratri ſuo: Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa.* *1. Mach. 5. 17* Iudas, *confeſſio*; *Simon, & Iudas interpretatur.* Simon, *obediens*: viri qui eliguntur, *Virtutes*. Iſti ergo vadant in Galilæam; dum his ad regnum tranſmigrant, & liberant fratres à turmis prædictis, quibus euntes impediuntur.

Actio trium virorum. §. CDXLI.

PRimus itaque miratur aſpiciens in cælum, Chriſtum ſcilicet, cum corpore humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ: Secundus gratulatur repatrians ad cælum, eo quod *Soli polique patriam vnam facit rem publicam.* Tertius glorificatur aſcendens in cælum Patri præſentans: *Ad Cælum reuertentem quos ex captiuitate redimit.*

Item *vir* Galileus miratur aſpiciens in mundum, inueniens vanitatem, mirans quod ſequatur homo mundi phantaſiam. Inde: *Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* *Pſal. 4. 2.* Miratur aſpiciens in infernum calamitatem, mirans, quod *Chriſtianus ter admiratur.* deſcendat homo ad inferni miſeriam. Inde: *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, & cum ardoribus ſempiternis?* *Iſai. 33. 14.* Et Iob: *Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine.* *Iob 10. 20.* Miratur aſpiciens in cælum veritatem, mirans, quod homo Chriſtum non ſequatur ad gloriam. Inde, *Viæ Sion lugent, eo quod non ſit, qui veniat ad ſolemnitatem.* *Thren. 1. 4* Et Stephanus: *Ecce video cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei.* *Act. 7. 55.*

Vir iſte admiratur. §. CDXLII.

ITem vir Galilæus miratur nubem clareſcere. inde: *Vidi nubem candidam, & ſuper nubem filium hominis ſtantem ſedentem.* *Apoc. 14. 14* Miratur Chriſtum aſcendere ad cælum locum immortalitatis. inde: *Aſcendit ſuper Cherubim.* *Pſal. 17. 11.* Miratur Angelum deſcendere ad locum mortalitatis, vnde: *Volauit ad me vnus de Seraphim.* *Iſai. 6. 6.* A primo, hominis illuminationem ad verum. A ſecundo, expectationem ad primum. A tertio, viſitationem, ad conſolandum. Inde eſt, quod filios Iſrael nubes illuminauit: Arca Dei in terram promiſſionis præceſſit: Angelus viam præparauit. inde: *Ecce ego mitto Angelum meum, qui cuſtodiat te in via, & introducat ad locum, quem præparaui.* *Exod. 23. 20.* De claritate: *Spiritus Paraclytus docebit vos omnia.* *Io. 14. 26.* Audi promiſſum. *Vado parare vobis locum. Et ſi abiero, & præparauero vobis locum. Iterum venio, & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis.* *Ioann. 14. 3. & 29* *Omnia Chriſti opera mirari, & admirari debemus.* Sed aſcendit primo humilitate incarnationis, vincens diaboli ſuperbiam. inde: *Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens.* *Philipp. 2. 7.* Et ſecundo, aduerſitate perſecutionis, in quo carnis Adę petulantiam. inde: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* *1. Pet. 2. 21.* Tertio, veritate reſurrectionis in quo inferni potentiam. Inde: *Confregit portas æneas, vectes ferreos contriuit.* *Pſal. 16. 16.* Quarto, claritate glorificationis, in quo vicit mundi miſeriam. Inde. Magnũ pietatis Sacramentũ, quod.

Quomodo debeamus aſcendere. §. CDXLIII.

NOs igitur aſcendamus poſt Chriſtum. Primo per humilitatem, vt de peccato confundamur. inde: *Humiliatus ſum vſquequaque Domine: viuifica me ſecundum verbum tuum.* *Pſa. 118. 107* Secundo per aduerſitatis perpeſſionem, qua probari remuneremur. inde: *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis.* *Pſal. 37. 9.* Tertio, per Reſurrectionis veritatem, qua à peccatis abſoluamur. inde: *Doce me iuſtificationes tuas.* *Pſal. 118. 22. & 24.* Quarto, per charitatem, vt hic in Domino gloriemur. inde: *Teſtimonia tua meditatio mea eſt.*

Explicit Liber Quintus,

INCIPIT LIBER SEXTVS in Canticum Canticorum SALOMONIS.

Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Cap. I.

IN hoc vtique oſtendit, quia eius perfectionis quoſdam de ſynagoga poſt conuerſionem inueniet, cuius de Eccleſia, quamplurimos dum eorum quiete ſimiliter delectatur ab eis inquietudinem prohibet, ſicut ab Eccleſia prohibuit.

De triplici quiete Sabbathi. §. CDXLIV.

TRiplicem ſcimus animę quietem. Prius enim debet quieſcere à peccato: Secundò, ab opere humano: Tertiò, quieſcere ab hoc miſerabili exilio. Primò, vt iuſtificetur: Secundo, vt contempletur: Tertiò, vt beatificetur. Hoc eſt triplex ſabbathum, cuius obſeruatio præcipitur in lege. De primo dicitur, *Nullum opus ſeruile facietis in eo*. De tertio: *Memento, vt ſabbathum ſanctifices*. Seruile opus eſt peccatum. De ſecundo pręcipitur abſolutè: *Nil operis facietis in eo*. Sed & Chriſtus his tribus ſabbathis requieuit. *Introiuit* enim *in domum cuiuſdam Phariſæi ſabbatho manducare panem*. Hęc eſt refectio contemplationis. Item, Sabbatho iacuit in ſepulchro: hæc eſt requies, quę morimur peccato. Item, Sabbatho *requieuit ab omni opere, quod patrarat*. Et hęc Beatitudinis. De primo dicitur in Hieremias: *Nolite portare pondera veſtra die ſabbathi, & ne feratis ea per portas Hieruſalem, & nolite eijcere de ciuitate pondera veſtra in die ſabbathi*. Pondera, vel onera, dicuntur peccata, & hic duo notat: quod aliquando per ſenſus exteriores, peccata ad animam feruntur; & hoc eſt, *ne inferas ea per portas Hieruſalem*. Aliquando prius concipiuntur in corde, & poſtea per ſenſus effectui mancipantur; Et hoc eſt, quod ſequitur: *Nolite eijcere de ciuitate pondera veſtra in die ſabbati*. De primo ait Iob: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt non cogitarem quidem de virgine*. De ſecundo ſubſequenter addit. *Si ſecutus eſt oculus meus cor meum, & in manibus meis adhæſit macula*. De ſecundo ſabbatho dicitur per Ezechielem: *Porta hæc clauſa erit ſex diebus, quibus fit opus; Sabbatho autem aperietur*. Porta hæc dicitur interior ſenſus, qui clauditur quando exteriùs operamur; aperitur vero, quando otioſi exteriùs contemplamur. vnde ſcriptum eſt: *Sapientiam ſcribe in tempore otij. Et, Qui minorantur actu, ſapientiam percipient*. De tertio ſabbatho dicit Iſaias. *Erit menſis ex menſe, & ſabbathum ex ſabbatho*. Sabbathũ ex ſabbatho erit quãdo peracta requiete à culpa, requieſcemus à miſeria. Menſis ex menſe erit, quando pro multitudine virtutum, multitudo retribuetur beatitudinum. Virtutes enim dies ſunt, ex quibus eſt collectio, ſicut menſis ex diebus, & ſic de beatitudinibus. Audi, menſem ex menſe: *Beati pauperes ſpiritu*. Ecce dies in via: *Quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Hæc dies redditur in Patria. & ſic de cęteris, quæ ſequuntur.

In primo ſabbatho eſt ſero; in ſecundo, mane; in tertio, meridies. In primo ſtat Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, ad pugnandum contra vitium. In ſecundo, ambulat ad profectum virtutum. In tertio, quieſcit ad delectandum. In primo forea ſenſuum exteriorum ſunt clauſæ. In ſecundo fores ſenſuum interio-

Marginal notes: *Nota.* — *Leu. 23. 7.* — *Exod. 24. 8.* — *Peccatum eſt opus ſeruile* — *Leu. 23.7* — *Luc. 14. 1.* — *Chriſtus tribus ſabbatis requieuit.* — *Gen. 2. 2.* — *Ier. 17. 21.* — *Quid à nobis Deus exigat aut prohibet* — *ne portemus onera die ſabbathi, & per portas Ieruſalem.* — *Iob 31. 1. & 7* — *Ezech. 46. 1.* — *Sap. 38. 25.* — *Iſai. 66. 23.* — *Nota.* — *Menſis eſt collectio virtutum.* — *Math. 5. 3.* — *Nota.*

rum, apertæ. In tertio, Portæ cæli malia ſunt clauſæ. iode: *Intrauerunt ad nuptias, & porta ſunt clauſa*. Bonis ſunt apertæ. Vode: *Porta eius non claudentur per diem*. A quiete primi ſabbathi poſſunt excitari quieſcentes, ſcilicet duabus cauſis. Primo, ne pigri ſint in tentatione. Secundo, vt proficiant in bono, ne putetur ſibi ſufficere, à malo diuertiſſe. Iuxta primum, excitatus eſt Petrus ab Angelo, quando *erat dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus*. Iuxta ſecundum, excitatus eſt Elias dormiens ſubter vnam iuniperum. Qui vero in ſecundo ſabbatho quieſcunt duabus cauſis excitantur. Prima, ne nimis de horrore contemplationis triſtentur, quia aliquando vident inferni tormenta; aliquando ſuperna gaudia. vnde Iob: *Si dormiero, dico: Quando ſurgam? & rurſum expectabo veſperam, & replebor doloribus vſque ad tenebras*. Ab hoc horrore volens liberari, hoc agebat. Iuxta ſecundam excitationem, quæ fit pro vtilitate fratrum, excitatus eſt Dominus dormiens in nauicula. Qui in tertio ſabbatho quieſcunt, excitabuntur etiam in reſurrectione, ſicut ait Gregorius de decem virginibus. De ſecundo ſabbatho dictum eſt: *Cum eſſet ſero die illa vna ſabbathorum, & fores eſſent clauſæ; ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, & ait: Pax vobis*. In hoc enim ſabbatho fores clauduntur, quando gratia contemplationis ſenſus exteriores inhibemus. Et ſic Deus ſtat in medio, afferens pacem. Qui in primo ſabbatho, ſic abſtinent ab vno peccato, vt aliud faciant, ſunt ille homo, qui colligebat ligna in ſabbatho. Qui in ſecundo, ſic contemplantur, vt Deo non delectentur; ſunt de quibus dicitur: *Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbatha eius*. His qui ad tertium ſunt, ſine meritis aſpirant, dicitur: *Videte ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbatho*.

Matt. 25.10 · *A quiete ſabbathi quando liceat proximũ excitare.* · *Act. 12. 6.* · *3 Reg. 19. 5.* · *Iob 7. 4.* · *Ioan. 20. 19.* · *Sic Chriſtus ſtat in medio noſtri afferẽs pacẽ quando fores ſenſus noſtri clauſa ſunt.* · *Thren. 1. 7.* · *Matt. 24. 20.*

Pax triplex. §. CDXLV.

Tales enim oportet pacem habere, non ſolum mundanam ab aduerſitate; ſed ſpiritualẽ ab omni iniquitate: ſcilicet, triplicem pacem in corde ſuo, pacem in cælo, in domo cum fratre, in corde apud ſe. In cælo, cum creatore: cum fratre, à detractione: apud ſe, à cupiditate. Cum creatore, à murmuratione: à detractione defectuum; à cupiditate voluptatum: à murmuratione diuino. eum flagellorum. Eſt enim, qui domum

Nota. · *Pacem cum tribus habere debemus.*

lacerat, cor ſuum turbat, Deum ad iracundiam prouocat.

De tribus difficilibus Salomonis. §. CDXXXXVI.

Hæc ſunt tria difficilia, quæ dicit Salomon. Primum eſt: *Coluber ſuper petram*; ſcilicet, firmitatem domus Dei diſſipans. Secundum eſt, *Nauis in mari*, corde per varias voluptates fluctuante. Tertium eſt, *Aquila volans in cælum*, Deum per ſuperbiam ad iracundiam prouocans. Prius diſſipans domum: dicit enim quòd magiſtri grauis eſt doctrina; Hypocriſis, ait, eſt fratrum vita religioſa, parcitas procuratorum: Domus dicitur intolerabilis auaritia, obedientia ſimplicium ſtultitia. Ecce ventus à regione deſerti venit, à quatuor angulis domum cõcutit, in qua comedebant filij Iob. Talis eſt cogitatione fluidus, opere diſſipatus, ſermone diſſolutus: in primo voluptates imaginando: in ſecundo manus ſuas ad qualibet illicita extendendo. In tertio, diiudicando omnia ornando.

Prou. 30. 18 · *Quid per colubrem Nauem, & Aquilam intelligatur.* · *Iob. 1. 19.*

De domo Michæa. §. CDXXXXVII.

In iſto inuenitur, quod in domo Micheæ: ſcilicet Ephot, hoc eſt, veſtis religioſa, & Toraphim, quod interpretatur imaginatio. Hæc eſt in corde, & ſculptile, hoc eſt in opere, atque conflatile, hoc eſt in ſermone. Hæc inueniuntur in domo Michææ, quod interpretatur; Quid eſt hic propterea. *In quamcunque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui*. Sunt, qui domum non turbant, ſed non habent tamen pacem in corde, quia mundana cupiunt: de cupitis, quando habent, vltra modum gaudent, timent ne perdant: de perditis nimia triſtantur; vnde Poeta:

Hi metuunt, cupiuntque dolent. gaudentque, nec auras
Reſpiciunt clauſi tenebris, & carcere cæco.

Ephot interpretatur. Toraphim interpretatur. · *Matth. 10. 12* · *Michæ interpretatur.*

De pariete. §. CDXLVIII.

Fode, inquit ad Ezechielem, parietẽ Et fodit, & inuenit imagines, *quadrupedum*, id eſt, terrenas affectiones; *& ſerpentium*; id eſt occultum odij, & inuidiæ venenum; *& volucrum*, id eſt ambitiones dignitarum. Iſtis dicit Apoſtolus: *Pax Dei exultet in cordibus veſtris*.

Ezech. 8. 8. · *Figuræ.* · *Quid ſit habere in domo imagines quadrupedum & volucrum.* · *Coloſſ. 3. 15*

Tertij

Pſ.72.8.& 9 Tertij propter flagella eriguntur contra Deum; propter quæ *iniquitatem in excelſo locuti ſunt*; & ſic *poſuerunt in cælum os ſuum*. Hi ædificant turrim Babel, quod ſonat confuſio, vt Deo aduerſentur. Sed ſicut iſti iniquitatem, ita deſiderat ſponſa pacem, in domo, ne radix ſurgat *Germinans fel & amaritudinem*.

Sponſa vult pacem in domo.
Deut.29. 18

De duobus Cherubin Propitiatorij. S. CDXLIX.

Nota bene: Gal 6 1. Figura.

DVo Cherubim in propitiatorio reſpicientes nos inuicē, vt alter alterius onera portemus. *Et ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi instruite in ſpiritu lenitatis; conſiderans teipſum, ne & tu tenteris*. Et verſis vultibus in propitiatorium, vt intuitu deuoti Dei omnia faciamus. *Pacem habete, & Deus pacis erit vobiſcum*. Et iterum, *Pacem ſequimini, & ſanctimoniā cum omnibus, ſine qua nemo videbit Deū*. Iterum, ſi pacem cordis quærimus, debet cor eſſe, quaſi vrna aurea in arca, habens virgam diſciplinæ ſecum, & tabulas teſtamenti, id eſt, doctrinam diuinæ legis: & manna intra ſe, id eſt, ſaporem supernæ dulcedinis: *Vt pax Dei, quæ ſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras*. Si pacem cum Deo quærimus, debemus eſſe quaſi ſaga cilicina in tabernaculo, vt nos exponamus vento, & grādini diuinæ animaduerſionis, vt ſic cum eo pacem habeatis. Ipſe enim cogitat cogitationes pacis, & nō afflictionis. *Inuocabitis*, inquit, *me & ego exaudiam vos, et reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis*.

2. Cor.13 11
Hebr. 12, 14
Figura. Cor noſtrum debet eſſe Vrna aurea.
Philipp. 4. 7.
Vt pacem cū Deo habeamus debemus eſſe ſicut ſaga cilicina.
Ierem. 29.11 & 12.

Triplex captiuitas. S. CDL.

TRiplex eſt noſtra captiuitas. Prima ſub peccato; ſecunda ſub diabolo; tertia ſub præſenti exilio. Prima locum habet in corde humano: ſecunda in inferno: tertia in mundo. Itaque ſi patienter ſuſtineamus eius flagella, ipſe reducet de cunctis locis captiuitatem noſtram. *Et Deus pacis, qui eduxit de mortuis Paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem*.

Hebr.11.20.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? Cap. II.

Nota.

VIDENS quilibet ſanctam animæ conuerſationem cum admiratione clamat, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum?* In deſerto huius mundi ſancta anima viuit, dum adhuc exul à Regno inter dæmones, tanquam inter beſtias habitat. Hæc ſemper laborat, vt aſcendat, vt quem valde diligat, magis ac magis ſentiat. Hi viſibilia faſtidiunt, ad cæleſtia ſe erigunt, malis moribus ſe exuunt, cupiditates mūdanas contemnunt, ſpe ad inuiſibilia tendunt. Hi per deſertum aſcendunt, quia dum hic tentationes ferunt, deſeri metuunt. Bene ſicut virgula fumi aſcendunt quia odorem bonæ famæ, & ſubtilitatem mentis habent. Iſte odor eſt myrrhæ, quæ eſt mortificatio carnis; & thuris, quæ eſt deuotio orationis. Pigmenta facimus, quando virtutes in corde congregamus. Quando ſingulas virtutes diſcutimus, ne quod vitium lateat, ne quid incultum remaneat; ſpecies virtutum, quaſi in puluerē tundimus. Quicunque ergo ſic cor ſuum diſcutiunt, lectulum, in quo ſponſus requieſcat, cor ſuum faciunt; vnde ſequitur. *En lectulum Salomonis*.

Mundus hic iuſtæ Animæ eſt velut deſertum.
Nota.
Cor noſtrum lectulus ſponſi dum virtutibus ornatur.

De quatuor deſertis. S. CDLI.

Nota.

QVatuor ſunt deſerta. Primum infernus: ſecundum mundus: tertium aſperitas conuerſationis: quartum patria cæleſtis. De primo Ezechiel: *Ecce ego ad te Pharao. proiiciam te in deſertum, & omnes piſces tuos*. De ſecundo in Tobia

Ezech.29 5.
To. 8. 3.

Digitized by Google

bis. *Religauit in deſertũ ſuperioris Aegypti dæmonem*, qui occidebat maritos Saræ, id eſt immundos. De tertio in præſenti loco? *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum*, & in quo Ioannes Baptiſta prædicauit, & Chriſtus ieiunauit. De quarto reli-

Luc. 15. 4.

quit Dominus nonaginta oues in deſerto & vnam quæſiuit.

Quatuor deſerta duo fugienda, & duo perquirenda.

Primum eſt execrandum: ſecundum eſt fugiendum: per tertium eſt aſcendendum: ad quartum eſt pertingendum. Primum eſt plenum horrore: ſecundum errore: tertium dolore, ſed decore: quartum fructu, & amore. Primum eſt pœnis tormentuoſum, & portentis monſtruoſum: ſecundum eſt ſerpentibus venenoſum, & miſeria laborioſum: tertium eſt ſpinis laceroſum, & amore glorioſum. Audi tormenta primi;

Igne, gelu, verme, fame, fætore, flagello,
Horror eſt tenebris, & vincula flammea membris.

De igne, & verme: *Ignis non extinguetur, & vermis eorum non morietur*. De

Marci 9. 44

gelu: *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium*.

Matth. 8. 12

De fame: *Serui mei comedent, & vos eſurietis*. De fætore: *Sulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum*. De flagello: *Tradidit eum tortoribus, quouſque redderet vniuerſum debitum*. De horrore; *Vbi* inquit, *nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat*. De tenebris, & vinculis: *Mittite eum in tenebras exteriores, ligatis manibus, & pedibus*. Secundum diximus ſerpentibus venenoſum, & miſeria laborioſum, ſicut dictum eſt. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*.

Pſal. 10. 6.
Matt. 18. 34.
Iob. 10. 22.
Matth. 22. 13

Triplex genus ſerpentium. §. CDLII.

FIlijs Iſrael occurrerunt tria genera ſerpentium in deſerto: ſcilicet Aſpis, qui blanditur facie, & cauda pungit. Hæc eſt voluptas carnis, quæ arridet in principio, in fine amara eſt. Secundus eſt Dipſas, qui prauus eſt, & latet in puluere, & facit perire ſiti. Hæc eſt vanagloria, quæ ſicut ſcriptum eſt, cæleſtis eſt origine, & in cinere habitat: hanc ſitiendo multi perierunt. Tertius eſt Scorpius, qui emittit ignẽ hæc eſt ira, & inuidia, his eſt deſertum mundi venenoſum. Sed fecerunt ſibi ſerpentem in palo, id eſt Chriſtum in Cruce quem videndo vulnerati à ſerpentibus ſanati ſunt. Tertium eſt aſperitas conuerſationis, quod diximus ſpinis laceroſum, quia per multas tribulationes itur ad Deum. Sed floribus eſt ſpecioſum; *Lætabitur deſerta, & inuia, exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium*; ſcilicet floribus virtutum. De anima, quæ ſic floret dicitur, *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per Deſertum?* Quartum eſt fructus copioſus, quo omnes paſcentur, & accubabunt, & non erit, qui exterreat: non eſurient, neque ſitient amplius. Erit, & claritate glorioſum; *O quam glorioſum eſt regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes Sancti!* In primum deſcendunt crimin oſi: de ſecundo aſcendunt nouiter conuerſi: per tertium aſcendunt perfecti: ad quartum aſcendunt beati. De primo, *Deſcendunt in infernum viuentes*. De ſecundo, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto?* De tertio, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum?* In hoc deſerto non creſcere, eſt decreſcere: non proficere, eſt deficere: non procedere, eſt retrocedere: non aſcendere, eſt deſcendere. D quarto: *Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem. Sicut virgula*, inquit.

Voluptas carnis Aſpis.
Vana gloria facit perire ſiti.
Inuidia Scorpio.
Iſai 35. 1.
Eccleſia.
Pſal. 54. 16.
In via Dei non progredi, eſt regredi.
Epheſ. 4. 8.

Triplex virgula. §. CDLIII.

TRes ſunt virgulæ: prima eſt Regum: ſecunda Paſtorum: tertia Põtificum. Prima rebelles ſubiugantur: ſecunda oues minantur: tertia filij reguntur. Prima valet ad vitiorum eiectionem: ſecunda ad morum compoſitionem: tertia ad virtutum ordinem. Prima fuit Ioſeph, qua ſubijciuntur ei Ægyptij; etiam Pater eius moriens innititur. Secunda Moyſi, qua ſerpentes Pharaonis abſorbentur, & mare rubrum diuiditur. Tertia eſt Aaron, qua dignus ſacerdotio oſtenditur. Sed dicitur virgula fumi. Fumus ad lachrymas excitat: hæc eſt compunctio.

Compunctio dicitur virgula fumi, quia ſicut fumus lachrymas excitat. Nota.

Triplex fumus. §. CDLIV.

FVmus aliquando de terra; aliquando de aqua; aliquando de igne naſcitur. Terra eſt corpus noſtrum, de qua compunctio naſcitur, quando miſerias, quas in ea ſuſtinemus, plangimus. De aqua, compunctio oritur, quando vitæ præteritæ fluxus plangimus. De igne oritur, quando amore ſupernæ Patriæ ſuſpiramus. Sed dicitur, *Virgula ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij*. Hæc virga eſt diſciplinæ, quæ in principio habet myrrham, qua à putredine vitiorum caſtigamur, dum carnem affligimus. Secundo, habet thus orationis, & odoris, dum

Nota bene.
Ex tribus fumus compunctionis naſcitur.

orando

orando Deum conciliamus, & exemplo operum proximis odorem damus. Habet quoque puluerem pigmentarij, dum per ea nos exteriusà mundanis cohibentes, quæ ſurſum ſunt ſapimus. Habet ergo hæc virga diſciplinæ in principio amaritudinem, poſtmodum odorem, in fine ſaporem. Amaritudinem, carnem macerando: Odorem, orando, & exemplo proximis proficiendo; Saporem, ſupernam beatitudinem deguſtando. In primo eſt onerosa: in ſecundo precioſa: in tertio, cordi iocoſa. Item in primo deſerto habet miſeria locum: in ſecundo gratia effectum: in tertio lapſus reparationem; in quarto, perfectus beatitudinem. Primum eſt ſolitudo mortis maris mortui. Secundum, in quo deferuntur aquæ Iſmaheli. Tertium, in quo Iſrael dulcedine cœleſtis cibi reficitur: De quarto dicitur, *quod minauit Moyſes oues ſuas ad interiora deſerti & vidit viſionem ignei rubi*: id eſt, Chriſti incarnati & glorificati, in igne Paſſionis non conſumpti, ſed roborati.

Virga diſciplinæ tria habet

Exod. 3. 1.

Quid per deſertum intelligatur.

Vel deſertum poteſt dici veterum patrum generatio, quæ ſub lege veteri inculti, & quaſi rudes manebant, ex quibus aſcendit naſcendo Beata Virgo Maria, vt de ipſa dicatur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus?* Si vis audire, naſcentem, in deſerto, audi quam ſolemniter cantet Eccleſia: *Hodie nata eſt Beata Virgo Maria ex ſemine Abrahæ, orta ex tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid.* Semen, eſt pars carnis hominis ſeminata in vtero matris, vt inde fiat puerperium. Tribus eſt collectio perſonarum ex eodem ſemine, tam à latere venientium, quam linearum: ſtirps eſt collectio perſonarum alienarum ab aliquo deſcendentium. In primo eſt auctoritas: in ſecundo, ſtrenuitas: in tertio, claritas. Auctoritas natiuitatis carnalis: ſtrenuitas probitatis virtualis: claritas, nobilitatis regalis. Auctoritas, quia in Abraham fuerunt fidei initia: ſtrenuitas, quia tribus Iuda ſemper Moyſi adherendo, & ſe primo periculo opponendo, fuit eximia. Nam Aminadab dux tribus Iudæ, quando Moyſes mare diuiſit, primus cum eadem tribu maris ſciſſionem ingreſſus eſt. Nobilitas regalis, cuius in Dauid fuit præminentia. In primo eſt boni inchoatio; in ſecundo, virtutum prouectio: in tertio cõſummatio. O glorioſa Natiuitas, per quã præteritis Angelis Dei filius Abrahæ ſemen apprehendit: per quem vicit Leo de tribu Iuda, & ſeptem ſignacula ſoluit: per quem mediante Dauid hodie *egreditur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendit.* O beatum ſemen, de quo beatus Paulus ſe natum gratulatur, ſalus vniuerſis prophetatur, quod apprehendiſſe filium Dei humana natura glorіatur. De primo enim ait Paulus: *Semen Habrahæ ſum, & ego.* De ſecundo: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* De tertio: *Non Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Hoc eſt ſemen, per quod pax reformatur, numerus fidelium multiplicatur, captiuitas liberatur. Pax reformatur cum homine, Numerus fidelium multiplicatur numero, & virtute, Captiuitas liberatur à ſeruitute. De primo: *Ponam pactum meum inter me, & te, & ſemen tuum*, inde: *Ponam arcum meum, in nubibus Cæli & erit ſignum fæderis inter me, & terram.* Arcus eſt Maria, quæ fulget inter ſanctos, ſicut is inter nubes. De ſecundo: *Suſpice Cælum, & numera ſtellas, ſi potes. Sic erit ſemen tuum.* De tertio: *Scito prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum, in terra non ſua. & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis, &c. Generatione autem quarta reuertentur huc.* Secundum propoſitum enim noſtrum, prima generatio eſt Abrahæ: ſecunda Iudæ: tertia Dauid: quarta Chriſti, & Mariæ. In hac enim miſeri liberati ſunt à ſeruitute diaboli; noſtra res agitur. Nos enim ſumus peregrini, ſeruituti ſubacti, flagellis afflicti; ſed per natiuitatem iſtam erimus liberati. Peregrini expulſi à Paradiſi amœnitate: Serui, ſub diaboli poteſtate: Afflicti, mundi calamitate: liberati, Beatæ Virginis Natiuitate. In primo, fuimus ſuper terram vagi, & profugi, fugientes miſeriam. In ſecundo, funibus peccatorum circumplexi. In tertio, in Ægypto ſtipulæ, lateris, & paleæ laboribus oppreſſi. In quarta vigilia matutina, id eſt, Natiuitate Virginis, *quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens*, ſumus liberati, vt in iudicio ſimus plene abſoluti. In primo, cum filio prodigo abiuimus in regionem longinquam. Vnde Dauid: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Quandiu enim ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino.* vnde: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* In ſecundo ſumus Iſmael filius Agar, quæ *ſeruitus* interpretatur, quæ ſeruit cum filijs ſuis, in ſeruitute generans. *Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* Nos autem liberati à peccato, ſerui facti Deo. *Cùm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis.* Seruimus

Eccl.

Nota bene

Tribus Iuda eximia quia expoſuit ſe primo periculo, & ideo nominatur ſemper de Iuda.

Iſai. 11. 1.

2. Cor. 11. 22.

Gen. 22. 18.

Hebr. 2. 16.

Gen. 17. 7.

Gen. 9. 13.

Gen. 15. 5. & 13.

Natiuitas Mariæ noſtra liberatio.

Cant. 6. 9.

Pſal. 119. 5.
2. Cor. 5. 6.

Pſ. 13. 2.
Nota bene

Agar interp.
Ioan. 8. 34.
Rom. 6. 20

uimus autem cum filijs, quando nos diabolo ſubijcimus, exemplo alienæ iniquitatis. In ſeruitutem generamus, alios diabolico ſubijcientes, exemplo noſtræ prauitatis. In tertio: Sumus Iſrael ſeruientes, in ſtipula, & luto, & latere. Per ſtipulam, hominis corpoream fragilitatẽ; per lutum, quod miſcetur ex aqua, & puluere, animæ turbationem: per laterem, qui fractus, nulla poteſt induſtria reſolidari, in morte corporis, & animæ indiſſolutionem irreparabilem. Sed his medetur iſta Natiuitas, ſicut ait Propheta. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendit*. Virga enim virtutis aufert calamitatis anguſtiam, nos ſeruos liberabit auferens peccati immunditiam. Spiritus verò bonus reducet peregrinos in terram rectam. Hæc Natiuitas fuit ex tribu Iuda. Hæc tribus fuit laudabilis, victorioſa, auctorizabilis; quia ex ea Beata Virgo erat naſcitura. Victorioſa, quia per eam, mors erat peritura: Auctorizabilis, quia ex ea à filio Dei aſſumpta eſt humana natura. Per primum mundus ſuſcepit nouum florem. Per ſecundum, Infernus concepit dolorem. Per tertium, Cœlum ſtillauit mellis dulcorem. Hæc prophetauit Iacob filio ſuo Iudæ. De primo: *Iuda te laudabunt fratres tui*. De ſecundo: *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum*. De tertio: *Adorabunt te filij patris tui*. Audi florem. *Ero quaſi ros, Iſrael germinabit quaſi lilium*. vnde, *Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias*. inde: *Flores apparuerunt in terra noſtra*. De ſecundo: *Obtinuerunt habitatores Philiſthijm*, id eſt, diabolum, qui dicitur duplex ruina. De tertio, *Cœli diſtillabunt, à facie Dei Iſrael*. vnde, per totum mundum melliflui facti ſunt cœli. Et moraliter, ſi nati ſumus de Iuda, quod dicitur confeſſio, his tribus gradibus poſſumus proficere, vt primo ſit homo laudabilis, ſecundo victorioſus, tertio, auctorizabilis. Primo enim fugiens peccatum, naſcitur quaſi flos de ſterquilinio. Secundo, viriliter reſiſtit tentationis aculeo. Tertio, ſanctis meditationibus penetrãs Cœlum, diuino introire concilio. Primo appropinquat munditiæ virginali. Secundo, ſe emancipat, à carcere infernali. Tertio ſe ingerit palatio Regali: Per primum fit pulchrior; per ſecundum potentior, per tertium, ſublimior. De primo: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui*. De ſecundo: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime*. De tertio: *Intende, proſpere procede, & regna*; vt dicatur: *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate*.

Quid Iſrael ſeruiens in ſtipula luto & latere. *Nota*: — *Iſai. 11.1.* — *Quare virgo naſcitur ex tribu. Victorioſa.* *Nota* — *Gen. 49.8.* — *ibid.* — *Oſee 14.6* — *Exod. 15.14.* — *Pſ. 67.9.* — *Pſ. 44.45.10 & 11.*

Hoc ordine proceſſit Iudith. Primo, ſe veſtibus cultioribus induens, ſibi ſpeciẽ aptauit. Secundo Holofernem iugulauit. Tertio offerens in templo caput eius, perpetuæ famæ gloriam, & memoriam ſibi comparauit. Sic Ioſeph, priùs eſt ornatus polymita veſte. Secundo, viriliter carcerem ſuſtinuit potius, quam coiret cum domina meretrice. Tertio ſublimatur, ſecundus factus à Rege. In figura huius ortus Beatæ Virginis, Iudas genuit Aram, quod dicitur Oriens. Item Iudas metabatur caſtra ad Orientem tabernaculi. inde: Balaam. Orietur ſtella ex Iacob. Hęc tribus meruit præferri cæteris, quia Iudas, Ioſeph de manibus fratrum liberauit, quia hæc tribus prior mare rubrum tranſiuit; quia Dauid Arcam de Hebron in Hieruſalem reduxit. Propter hæc merita, Beatæ Virginis ortu digna fuit, quæ fuit etiam clara ex ſtirpe Dauid. Fuit enim clara, regia progenie; clara, abundantia gratiæ; clara, Chriſti conceptione; clara, glorificatione. Cum primo fuit condita humilitate; cum ſecundo, florida virginitate; cum tertio, aurata charitate; cum quarto, ſpendida iocunditate. Per primum fuit hominibus honorabilis; per ſecundum, Angelis amabilis; per tertium, Deo acceptabilis; per quartum in Regno Cœlorum ſpectabilis. Pro primo dicitur, *Clara ex ſtirpe Dauid*. Pro ſecundo: *Cuius vita glorioſa lucem dedit ſæculo*. Pro tertio: *Vidi Angelum deſcendentem de Cœlo, habentem poteſtatem magnã, & terra illuminata eſt à gloria eius*. id eſt, Maria à Filio. Pro quarto. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens?*

Nota — *Tria Iudith reſplẽdent in Virgine.* — *Figura.* — *Aram. interpretatur* — *Nota* — *Apoc. 18.1.*

De imitatione Beatæ Virginis.
S. CDLV.

QVi ergo hanc Beatam Virginem vult imitari, oportet vt primo ſit de ſemine Abrahæ, qui dicitur, *Pater excelſus*. Secundo de tribu Iuda, qui dicitur, *Confeſſio*. Tertio, de ſtirpe Dauid, qui dicitur *Manu fortis*, vel, *Viſu deſiderabilis*. Primo enim, oportet vt à Patre Excelſo ſemen infundatur: Secundò, vt peccata confiteatur: Tertiò, vt in charitate roboretur: Quartò, vt cum Beata Virgine ſpirituali intelligentia cla-

Nota — *Habraham interpret.* — *Iuda interpr.* — *Dauid inter.*

tiſſe-

rificetur. Propter primum dicitur: *Prima credēdi via eſt, ambulare bene ſecundum ſemitas Patris credentium*, quia, *qui non credit iam iudicatus eſt*. De ſecundo: *Confitemini alterutrum peccata veſtra, quia omnia in confeſſione lauantur*. De tertio: *Manus diſſolutas, & genua debilia roborate*. Vnde Dauid: *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*. Quarto, clari efficiamur cum Beata Virgine, & eiſdem gradibus. Primo progenie quia, à Deo ſumus creati: ſecundo gratiæ infuſione, per Spiritum ſanctum recreati: tertio, Chriſti conceptione, dum Chriſtus inhabitat hoſpitium cordis noſtri: quarto, quando erimus beatitudine reformari. Primò ergo illuminamur ratione, qua naturaliter vſum rerum diſcernimus. Secundò, inſpiratione, qua peccatores nos cognoſcimus. Tertiò, ſpirituali intelligentia, qua ad cæleſtia ſuſpiramus. Quartò, in reſurrectione, quando Deum videbimus. De primo: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Ioann. 1. 9.
De ſecundo: *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*. Pſal. 12. 4.
De tertio: *Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum*. Iſai. 60. 1.
De quarto dicitur: *Fulgebunt iuſti, ſicut, ſol in regno Patris eius*. Hæc quatuor in illo ferculo Salomonis inueniuntur, ait enim: *Ferculum fecit ſibi Salomon, de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum pauperum*. Sap. 3. 7. Figura.
Per ligna Libani antiqui Patres. Hæc tantum radices ſuas in imo ponunt, quantum ramos in altum. Hæc eſt celſitudo, & humilitas. Per argentum, virginitas: per aureum reclinatorium, conceptio Chriſti: per aſcenſum purpureū, glorificatio eius.

Cant. 3. d *Ligna libani tantum radices ſuas in imo ponunt, quantum ramos in altum*

En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, de fortiſſimis; omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. Cap. III.

Not. Salomon interpretatur.

Quando lectulum Chriſti faciamus

SALOMON Pacificus interpretatur, qui eſt Chriſtus. Ipſi ergo lectulum facimus, quando à mundana ſolicitudine ceſſamus, & in eius ſolo deſiderio pauſamus. Denarius autem per ſenarium multiplicatus, Septuaginta facit. Per denarium igitur, decalogum: per ſenarium verò totum tempus accipimus, in quo omnia facta ſunt. Ergo per ſexaginta fortes omnes perfectos Eccleſiæ accipimus. Qui dum in ſex diebus decalogū implent, quadraginta complent. Hi lectulum Chriſti ambiunt, quia ſanctam mentem, in qua pauſant, verbis, & exemplis muniunt, & ſic ab eis hoſtes repellunt. Gladios tenēt, dum verbum Dei implent: & ad bella doctiſſimi, dum alios cauere erudiunt. Et per gladium, quod eſt verbum Dei, ſapientia vincit malitiam: per manus, quibus tenentur, opera ſignificantur.

Prædicatores cuſtodiunt lectulum Salomonis.

Non minus eſt virtus, quam quærere porta tueri.
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.

De lectulo Conſcientiæ. S. CDLVI.

BOnum eſt, lectulum conſcientiæ ſternere: melius, ſponſum introducere: optimum, introducto mundum conſeruare. Sternere floribus odoriferis, ſponſum introducere blanditijs, mundum conſeruare excubijs, & gladijs. Floribus virtutum; blanditijs orationum, & obſequiorum; excubijs circumſpectionum, & gladijs diuini verbi animaduerſionum. *Præparate* (inquit) *corda veſtra Domino*; Ecce quomodo ſternatur; *& ſeruite illi ſoli*; ecce quomodo obſequijs, & orationibus attrahatur; *Et liberabit vos ab inimicis veſtris*. Ecce quomodo cuſtodiatur. Audi & Poetam.

Nota.

Conſcientiam noſtra eſt lectulus in quē introducēdus conſeruandus que eſt Chriſtus.

1. Reg. 7. 3.

Principium, quod amare velis reperire labora,
Qui noua nunc primum miles in arma venis.
Proximus huic labor eſt, placitum exorare repertum.
Tertius, vt longo tempore duret amor.

Audi primum: *Cor mundum crea in me Deus*. Et ſecundum: *Spiritum rectum innoua in viſceribus meis*. Et tertium: Pſal. 50.

Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Sexaginta fortes (inquit) quod ſignificat perfectionem ſenarij, & denarij, ex quibus multiplicatur. Senarius eſt primus perfectus, cuius partes multiplicatæ aggregatæ ſexagenarium faciunt. Et ſignificat perfectionem cuſtodiendi mandata Dei, vt nec vltra progrediamur per præſumptionem, nec citra remaneamus per negligentiam. Denarius, ex ſeptenario, & ternario conſtat. Septenarius eſt numerus, qui nec gignit, nec gignitur infra primum limitem, & ſignificat incorruptionem mentis.

Senarius numerus quid ſignificet.

Triplex profectus Doctoris. §. CDLVII.

Nota.

TErnarius deſignat tria, per quæ debet Doctor proficere: ſcilicet, doctrina verborum; grauitate morum; integritate ſuſtinendarum paſſionum. vnde Apoſtolus: *In omnibus præbe teipſum exemplum bonorum operum*. In doctrina, ſcilicet, *In grauitate, & integritate*. Item in tribus debet ſubditos inſtruere: ſcilicet, in cordis puritate, in operum ſinceritate; in verborum ſanitate. vnde Apoſtolus. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram*. Ecce de puritate cordis ſui: *Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, vt habeat, vnde retribuat neceſſitatem patiendi*. Ecce de ſinceritate operis. *Omnis ſermo mendax de ore veſtro non prodeat*. Ecce de verborum ſanitate. De fortiſſimis Iſrael.

Tit. 2. 7.
Tit. 2. 7.
Epheſ. 4. 26.
Ibidem.
Epheſ. 4. 18.

De tribus fortiſſimis Dauid. §. CDLVIII.

DAuid triginta habuit fortes, tres verò fortiſſimos, qui cuſtodiebant lectum eius. Hi erant Eleazar, Semeias, Ieſboiam. Hi quoque iuxta nominum interpretationem, lectulos noſtros cuſtodiunt. Eleazar, dicitur adiutorium Domini contra deſperationem: Semeias, Obediens Domini, contra inobedientiam Adæ: Ieſboam, deſipiſcens contra ſuperbiam Sathanæ: ſe enim ſtultum & deſipiſcentem debet homo reputare. Itaque, qui confidit in adiutorio Altiſſimi, qui obediens eſt, qui humilis; ille fortis eſt ad cuſtodiendum lectulum.

Eleazar interpretatur.
Semeias interpretatur.
Iesbeam interpretatur.

Triplex lectulus. §. CDLIX.

TRes ſunt lectuli. Primus, coniugatorum. Secundus, continentium. Tertius, virginum. Primi licet ſic debitum ſoluant, curant ſe à crimine cuſtodire. Secundi coniugium experti, curant amplius abſtinere. Tertij, vtroque contempto, ſtudent Deo vacare. Primi ſunt in trecenario: ſecundi, in ſexagenario: tertij, in centenario. Hæc ſunt in ratione compoſiti. In interiori iunctura pollicis ſiniſtri, dic decem, & primi digitis ſe tangunt, quia coniuges ita ſe blando oſculo complectuntur. Procedit numerando ſummitates digitorum; ſcilicet in ſummitate ſecũdi XXXI. tertij XXXII. quarti, id eſt, minimi XXXIII. Deſcende per iuncturas parui; ad primam XXXIV. ad ſecundam XXXV. ad inferiorem XXXVI. Percurre inferiores, reuertendo ad primum digitum. Ad inferiorem ſecundi digiti, dic XXXVII. ad inferiorem ſequentis. XXXVIII. ad inferiorem primi XXXIX. Aſcende ad ſecundam primi dicens XL. Aſcende ad tertiam primi dicens L. Reſtant quatuor mediæ iuncturæ duorum mediorum digitorum, quæ ſunt clauſtrum. In prima illarum, ſcilicet, in altiori, maioris digiti, dic LX. Ibi eſt ingreſſus clauſtri, in quo ſunt continentes. Ad ſecundum illarum quarti dic LXX. Ad tertiam LXXX. ad quartam XC. Ecce completum eſt clauſtrum. Et quia non ſunt in ſiniſtra manu plures iuncturæ; oportet, vt centenarium computes in dextera; & ſic tranſit de læua in dexteram. Hic eſt numerus virginitati deputatus. In XXX. eſt fructus coniugatorum, quia multiplicatur ex ternario, qui eſt dimidium ſenarij, ſcilicet perfecti numeri, & decem, qui eſt perfectus. Eorum enim ſemiplena eſt perfectio in eo, quod abſtinent ab illicitis. In ſexaginta, eſt fructus continentium, qui fit ex ſenario, & denario, qui ambo ſunt perfecti, quia in continentibus eſt duplex perfectio in eo, quòd illicita deuitant, & etiam abſtinent à licitis. In centum eſt fructus virginum: centenarius enim dignior eſt, cum ſit perfectus denario, & ſenario, quia eos ſub ſe continet, & multiplicatus ex decem in ſe ductus eſt quadratus. Igitur coniugati cõtinentes ſunt poſt limitem primum; virgines verò in ſecundo, & ſuſpirant ad tertium, ſcilicet, millenarium, qui eſt ſolidus, quia decies decem decies ſunt mil-

Virginitas quomodo præſit coniugatis & viduis.
Fructus coniugatorum 30.
Fructus continentium in 60.
Fructus Virginũ in 100.

le;

Tam numerus 30. & 60 quàm centenarius eſt imperfectus niſi aſcendat ad millenarium. Boetius.

le; in quo eſt Deus, qui ſolidus eſt, id eſt, ſtabilis, cum cętera omnia ſint mobilia. vnde Boetius:

Stabiliſque manens dat cuncta moueri.

Tres Fortiores. §. CDLX.

Abiſai interpretatur. Sobochai interpretatur. Ionathan interpretatur.

DAuid triginta fortes habebat. Hi cuſtodiunt primum lectum: tres fortiores cuſtodiunt ſecundum, ſcilicet, Abiſai, qui dicitur Pater meus ſuperfluus: Sobochai, qui dicitur conuertens me: Ionathan, id eſt, donum columbæ, ſcilicet gratia Dei, quia ſuperflua vitare, ad Deum ſe conuertere, gratiam Dei tenere, continentiam cuſtodiunt. Sexaginta vero dicuntur hunc cuſtodire, qui ſunt hi tres, quia ter viginti ſunt ſexaginta. Tres fortiſſimi cuſtodiunt tertium: Eleazar; ſcilicet, adiutorium Dei: Semeias obediens: Ieſboam; id eſt, deſipiens, id eſt, humilis. Hæc enim tria ad cuſtodiam virginum ſunt vtilia. Sequitur; *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.*

Eleazar interpretatur. Semeias interpretatur. Ieſboam interpretatur.

Gladij ſex. §. CDLXI.

Nota.

SEx ſunt gladij. Primus materialis, ſecundus, ſpiritualis. vnde Petrus, *Ecce duo Gladij hic.* Eſt gladius verbi Dei; *Et ſermo Dei eſt efficax, & penetrabilis omni gladio ancipiti.* Eſt & paſſio, gladius. vnde: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Et eſt gladius caſtigationis carnis. vnde: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Eſt & gladius operationis. vnde: *Gladij ancipites in manibus eorum.* Primo ferit ſæcularis potentia; ſecundo, eccleſiaſtica cenſura: tertio, Doctor: quarto, perſequutor: quinto, Dominus: ſexto, ſpiritus. Primus ferit, vt iuſtificet: ſecundus, vt exemplo caſtiget: tertius, vt ſanet: quartus, vt mortificet: quintus, vt excitet: ſextus, vt ſuperflua reſecet. Primo Prælatus ferit Eccleſiæ rebellem: ſecundo iudex latronem: tertio, Prædicator peccatorem: quarto, Tyrannus innocentem: quinto, Dominus ſeruum pigritantem: ſexto, ſpiritus carnem luxuriantem.

Luc. 22. d
Hebr. 4. 12.
Luc. 2. e
Pſal. 44. a

Et ad bella, inquit, *doctiſſimi.* Docti ſunt pugnantes cum diabolo; doctiores, cum mundo; doctiſſimi, cum corpore ſuo. Diaboli enim aliquando deprehenditur aſtutia: mundus poteſt vinci potentia: ſemper vero ſe ingerit nobis carnis petulantia. Vnde maior adhibenda eſt vigilantia, vt ſimus ad bella doctiſſimi. vnde ſequitur.

Vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timorem noctis. Cap. IIII.

ELECTI, quia iam ad perfectionem perueniunt, enſem, id eſt, rigorem conuerſationis ſuper femur ſuum ferunt, per quem carnis appetitū frangant, ne hoſtis, quem in mundo huius noctis timent, per molliciem adueniens, lectulum maculare præſumat. Legimus gladium ſuper femur, & in ore, & in manu, & in corde. Et nos ſimiliter portemus ſuper femur, ad reſecandas carnis voluptates: in ore, ad reſecandos ſuperfluos ſermones: in manu, ad reſecandas operum diſſolutiones: in corde, contra illicitas cogitationes. Sed Dominus his modis portabit in iudicio: Super femur, ad tollendam noſtram corruptionem: in ore, in approbando, vel reprobando ſententiam proferendo: in manu, vt ſeparet oues ab hædis: in corde, oſtendens vulnus lateris, quo vulneratus eſt pro nobis. Tentationes, ignorantiæ; timor nocturnus eſt: Peccata ſcientiæ, ſagitta volans in die: leuia peccata ſcientiæ, timor nocturnus: leuia peccata ignorantiæ, negotium perambulans in tenebris: grauia peccata ignorantiæ, incurſus dæmonum meridianorum: grauia peccata ſcientiæ.

Enſem in quatuor partes noſtri corporis portare debemus.

Timor nocturnus, ſagitta volans in die & incurſus dæmonis meridiani quid ſit.

Quadruplex tentatio. §. CDLXII.

Nota.

QVatuor ſunt tentationes. Quarum prima eſt timor nocturnus: ſecunda, ſagitta volans in die: tertia, negotium perambulans in tenebris: quarta, dæmonium meridianum. Primus, ſcilicet, timor nocturnus, eſt aduerſitas, quæ ſe ingerit conuertenti, pro quo formidat

conuerti. Secunda eſt vanagloria, quæ de laudibus hominum ſurgit, ſcilicet, quando ſagitta famæ volat in die commendabilis vitæ. Tertia, ambitio dignitatum, vt forte, qui non curat laudem appetat dignitates. Et hoc eſt negotium perambulans in tenebris, quia ambitio excæcat eos. Quarta eſt dæmonium meridianum quæ eſt in perfectis. Hos ſalſo bono decipit Diabolus. Qui ſapientes ſunt, non ignorant aſtutias Diaboli; qui dicit bonum. Prima impedit conuerſionem: ſecunda vulnerat conuerſationem: tertia malis commutat mercedem: quarta præcipitat per errorem. Item Prælati ſunt cuſtodes Eccleſiæ, vel vnuſquiſque ſuæ animæ. Nox cùm multis modis accipiatur, hic accipitur pro ſenſu tentationis. vnde: *Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat*. De cuſtodibus dicitur: *Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes*. Timor nocturnus aliquando fit ex defectu proprio, aliquando facto alieno. Contra primum egemus baculo: contra ſecundum, gladio. Baculo, quo regamur: gladio, quo defendamur. De baculo ait Iacob: *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum: nunc autem cum duabus turmis regredior*. Gladium habuit Iudas Machabæus, qui protegebat caſtra gladio ſuo. In timore qui fit ex defectu timemus, diſpendium, offendiculum, lapſum. Diſpendium viæ: offendiculum petræ: lapſum foueæ. Via eſt rigor diſciplinæ, ſub quo militamus. *Petra autem erat Chriſtus*. Fouea, deſperationis defectus. Primi timent ne errent à via, quæ ducat eos in portum voluntatis eorum. Secundi, ne offendant ad lapidem pedem ſuum. Tertij, ne cum accuſatoribus Danielis mittantur in lacum leonum. Primi dicunt: *Repleta eſt malis anima mea*. Secundi; *Vita mea inferno appropinquauit*. Tertij: *Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum*. Igitur contra hæc tria oportet habere baculum regiminis, quo via palpetur, quo lapis tangatur, quo fouea deprehendatur: ita que exiſtens in biuio clamet, palpet viam, & clamet: *Sobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſaeculo*.

Ambitio eſt negotium ambulans in tenebris.

Iob 3. a
Iſa. 62. 6.
Gen. 32. 10.
1. Cor. 10. 4.
Pſal. 87. a
Ibidem.
Tit. 2. 12.

De Thamar, & Iuda:
§. CDLXIII.

Gen. 38. 14.
Figura.
Thamar interpretatur.
Phares interpretatur.
Iudas interpretatur.

IN biuio erat Thamar, quando cum ea coijt Iudas, & ex ea genuit Phares, & Zaram. Tamar, amaritudo interpretatur: Iudas, confeſſio: Phares, diuiſio: Zaram, Oriens. Cùm igitur anima ſedet in biuio, ſane, quæ eſt ad ſiniſtram, & eius, quæ eſt ad dexteram, in amaritudine eſt. Hinc timens peccare propter pœnam infernorum: inde formidat aggredi arctam viam, quæ ducit ad vitam, ſuæ debilitatis timens imperfectionem. Sed coit cum ea Iudas, dum currit ad confeſſionis remedium. Tunc generat Phares, quando diuiditur à via mala: generat Zaram, quando vt vitæ viam teneat, oritur in ea gratia. Clamat ergo cuſtos: *Lata eſt via, quæ ducit ad mortem, & multi ingrediuntur per eam*. Hæc eſt enim via, qua homo quidam deſcendebat à Hieruſalem in Iericho, id eſt, à viſione pacis, in defectum mundi. Et Semei, qui via dicitur, fugit per eam exiens de Hieruſalem ſecutus ſeruum fugitiuum. Semei dicitur auditio mea. Seruus eius eſt caro, quæ cum deberet audire ſpiritum, & ei obediens eſſe audit eam ſpiritus, & dum fugit, reuertitur Hieruſalem, id eſt, viſionem pacis. Sequitur eam ſpiritus; Vnde interficitur, quia dixerat ei Rex: *Quacunque die exieris de Hieruſalem: morieris*. Sic fugiunt, qui altera via timent aggredi. Sed ſcriptum eſt. *Qui timet pruinam, veniet ſuper eum nix*. Via verò, quæ eſt ad dexteram, arcta eſt, & ducit ad vitam, ſed pauci ingrediuntur per eam. Sed magnum præbet nobis ſolatium, quod *Chriſtus in ea paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*. Igitur eamus poſt eum, & ſic fugientes viæ diſpendium, fugiemus hunc timorem nocturnum; ſed adhuc eſt ante oculos noſtros petræ offendiculum. *Petra autem erat Chriſtus*. In vita errauimus, relaxantes diſciplinæ rigorem: in petram offendimus, incurrentes culpam criminalem: in foueam labimur, venientes in deſperationem. Hæc petra eſt bona bonis; dura verò duris, ſiue malis. Malis enim primo eſt petra offenſionis: ſecundo, ſcandali: tertio, confractionis. Offenſionis, in mundo: ſcandali, in iudicio: confractionis, in inferno. In mundo per culpam: in iuditio, per ſententiam: in inferno per æternam miſeriam. De primo, & ſecundo, dicitur: *Lapis offenſionis, & petra ſcandali*. De tertio: *Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur &c.* Cadunt cùm dicetur eis: *Ite maledicti in ignem æternum*. Hic eſt enim lapis abſciſſus de monte, qui confregit ſtatuam Nabuchodonoſor.

Zaram interpretatur.
Quid Thamar ſeſſio in biuio, & Iuda coitus innuant.
Matth. 7. 13.
Figura.
Semei interpretatur.
3. Reg. 2. 40.
3. Reg. 2. 37.
Iob 6. c.
1. Petr. 2. 21.
1. Cor. 10. 4.
De offendiculis via tribus Nota.
1. Petr. 2. 8.
Iſa. 8. 16.
Matt. 25. 41.
Dan. 2. 34.

Cùm tangitur à Prælato, dat ſonum iſtum.

Apoc. 3. 2. *Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.* Reddet quoque bonis iuxta ſua. Hæc interius eſt infirmis fortitudo, deuotis, pinguedo, perfectis dulcedo. Fortitudo, quia contra aduerſarios præualent: pinguedo, quia ſuauiter diligant: dulcedo, vt quæ ſurſum ſunt ſapiant. Pro primo
Pſal. 103. 18. dicitur: *Petra refugium herinaceis.* Et,
Cant. 2. 14. *Veni amica mea in foraminibus petræ*, id eſt, *in cauerna maceriæ*. De ſecundo Iob:
Iob 29. 6 *Lauabam pedes meos butyro, & petra*
Deut. 32. b *fundebat mihi riuos olei.* Item: *Vt ſugeret mel de petra, oleúmque de ſaxo duriſſimo.*
Pſal. 80. c Et pro tertio: *De petra melle ſaturauit eos.* Alioquin ſi offendunt ad lapidem iſtum, reſtat, vt in foueam cadant. Sed
Nota. primò, hanc foueam aperiunt: ſecundò, fodiunt: tertiò, in eam cadunt. Aperiunt, dum peccatorum oſtenſione alij inuitantur: fodiunt, dum de malo, in peius declinant: incidunt, dum in talibus in morte deprehenduntur. Hoc vno verſu oſten-
Pſal 7. 16. dit Dauid: *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit.* Primo, itaque traduntur Iudici: ſecundo, exactori: tertio, tortori. Iudici, qui de peccatis faciat iudicium: Exactori, qui exigat iudicatum: Tortori, qui flagellis torqueat exactum, quo ad vſque reddat vniuerſum debitum, & nouiſſimum quadrantem.

Quadrantes quatuor. §. *CDLXIV.*

Nota bene. NOtandum, quod ſunt Quadrantes quatuor. Homo enim conſtat ex
Quid per quatuor elementa, quibus conſtamus intelligere debeamus. quatuor elementis, igne, aqua, aere, & terra. In Igne, accipitur charitas, quæ eſt primus quadrans. In Aere, gratia Dei, vel vita hominis, quæ eſt ſecundus quadrans. In Aqua, ablutio Baptiſmi, quæ eſt tertius quadrans. In Terra, corpus, quod eſt quartus, & nouiſſimus quadrans. Ibi ergo exoluit, quòd peccauit contra charitatem, quæ eſt primus quadrans: Et quòd gratiam Dei in vacuum recepit, vel male vixit; quod eſt ſecundus quadrans: Et quòd poſt Baptiſmum ſe inquinauit; quod eſt tertius quadrans: Et quòd in corpore male operatus eſt; quod eſt quartus, & nouiſſimus quadrans. Ecce timor nocturnus, ex defectu proprio, Eſt autem timor nocturnus, ex facto alieno. Timetur enim illu- *Tria timentur in nocte.*
ſio, machinatio, incurſio. Illuſio phantaſmatum, machinatio latronum, incurſio, beſtiarum. Illuſiones phantaſmatum turbant; latrones, qui aſportant: beſtiæ, quæ deuorant. Turbant animam, aſportant ſuperbiam, deuorant carnem humanam. Iſti tres inimici ſunt. De
primo: *Ingrediatur beſtia latibulum, & in antro ſuo commorabitur.* De ſecun- Iob 37. 8.
do: *Si ſciret Pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non fineret perfodi domum ſuam.* De tertio: Erant tur- Matth. 24. a
bati Apoſtoli, qui videntes ambulantem ſuper fluctus, putauerunt Phantaſma eſſe: Phantaſmata ſunt, ſæcularium voluptatum. Fures: qui auferunt theſaurum virtutum. Beſtiæ deuorant grauitate flagellorum. Oportet ergo vt contra iſta habeas gladium. Contra primum, gladium diſcretionis ſuper femur tuum; & ſic

Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata.

Contra ſecundum, gladium ſolicitudinis in manu, & ſic theſaurizabis tibi *Theſauros in Cœlis, vbi fures non effodiunt, nec furantur.* Sic contra tertium, eris ad bella doctiſſimus, & beſtiam terræ non formidabis. Matth. 6. 20.

Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de linguis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media charitate conſtrauit, propter filias Hieruſalem. Cap. V.

TRia ſunt fercula. Primum eſt, eccleſia. Secundum, anima. Tertium, Maria. Primum fert Chriſtum, ſacramentorum vnitatem ſuſtinendo. Secundum, ſuaue iugum, mandatorum eius ferendo. Tertium, in vtero concipiendo. Ligna Libani imputribilia ſunt. De his Salomon ferculum fecit; quia Chriſtus Eccleſiam de ſanctis in æternum manſuris *Prædicatores Columnæ Argenteæ.*
fecit, Columnas eius fecit argenteas, quia Prædicatores, qui eam ſuſtinent, in ea ordinauit. Hi argentei ſunt; quia alios

nito.

nitore eloquii erudiunt. Reclinatorium aureum fecit, quia dum in cordibus perfectorum reſplenduit, eis Diuinitatis ſuæ potentiam, per contemplationem oſtendit. Sed hoc reclinatorium eſt aureum, quia melior eſt ſapientia cunctis opibus: cuius aſcenſus eſt purpureus, quia per multas tribulationes, & quandoque per effuſionem ſanguinis, illuc peruenitur. Sed quia nos, qui infirmi ſumus, per labores, illuc pertingere non poſſumus, conſolatur, quod non ſequitur: *Media charitate conſtrauit, propter filias Hieruſalem*. Debiles dicuntur, quæ non viriliter, ſicut maſculi, contra vitia reluctantur.

Secundum ferculum. §. CDLXV.

Nota

FErculum illud eſt anima iuſti, quæ ferre dicitur Chriſtum, ferendo iugum eius ſuaue. Ferculum enim à ferendo dicitur, quod fit de lignis Libani. Libanus, candidatio interpretatur: ligna eius imputribilia ſunt: & quantum in altum extendunt ramos ſuos, tantum radicem figunt in terram. Hoc ferculum de tribus materijs dicitur fieri: ſcilicet, de lignis, auro, & argento. Ligna ſunt opera in effectu: argentum, in habitu: aurum ſapientia, quæ eſt ſcientia in ordinando, & dulcedo in guſtu. Itaque opera noſtra ſint imputribilia, ſcilicet ſine peccati admixtione: habeant radicem, ad excluſionem hypocriſis, & negligentiæ: habeant hilaritatem, ad excluſionem neceſſitatis, & triſtitiæ. De primo Iſaias: *Kalendas veſtras, & neomenias odiuit anima mea: manus veſtræ ſunt plenæ ſanguine*. De ſecundo: *In charitate radicati, & fundati*. De tertio: *Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus*. Propter primum, fermentum à ſacrificio prohibetur. Propter ſecundum, adeps, offertur. Propter tertium, oleum ſuperfunditur. Propter primum; *Expurgate vetus fermentum*. Propter ſecundum: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Propter tertium. *Vt exhilaret faciem in oleo*.

Libanus interp.

Opera noſtra bona quas cõditiones habere debeant.

Iſai. 1.14.

Ephes. 3. d

2. Cor. 9. 7.

Quare prohibebatur fermentum in ſacrificio.

1. Cor. 5. 7.

Pſ. 62. 6.

Pſ. 103. 5.

Quatuor cardinales Virtutes. §. CDLXVI.

Nota

COlumnæ argenteæ ſunt quatuor. Scilicet quatuor cardinales virtutes, Iuſtitia, Prudentia, Fortitudo, & Temperantia. Hæ alium vſum habent, in Patria, in Angelis, & in Sanctis, quàm in via. Ibi enim eſt iuſtitia, ſe Deo ſubdere: prudentia, nullum ei æquare, vel maiorem ſtatuere: fortitudo, ei inſeparabiliter adhærere: temperantia, in nulla re noxia delectationem habere. Hic verò iuſtitia eſt, reddere cuique, quod ſuum eſt, vel miſericordia egenis: prudentia, præuidere in inſidijs: fortitudo, ſtare in aduerſis: temperantia, modum imponere ſuperfluis. In prima ſumus recti: in ſecunda, cauti: in tertia, firmi: in quarta, ſobrij. Ad has nos inuitabat Chriſtus. Ad primam: *Quod tibi non vis fieri, ne feceris alij*. Ad ſecundam: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*. Ad tertiam: *Eſtote fortes in bello*. Ad quartam: *Videte ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate*. Hæ dicuntur argenteæ propter innocentiam, ſcilicet candidæ. Reclinatorium ſequitur aureum.

Quæ columnæ in patria.

Matth. 10.16

Eccl.

Luc. 21. 3.

Sciendum autem, quòd priùs nos oportet declinare: ſecundo, inclinare: tertio, reclinare. Declinare à malo; inclinare humiliando; reclinare, Chriſtum imitando. Declinare, vt ſimus mundi: Inclinare, ne ſimus ſuperbi: reclinare, vt ſimus ſecuri; Et ſic faciamus Chriſto reclinatorium aureum, quod eſt ſapientia. Hanc oportet tria habere: ſcilicet, ſcientiam, ad ordinationem operum, & virtutum: intellectum, ad cognitionem cœleſtium: ſaporem, vt ſentiamus dulcedinem eorum. vnde David: *Declaratio ſermonum tuorum illuminat*; Scientia, ſcilicet inferiorum: *Et intellectum dat paruulis*, ad cognitionem cœleſtium; & vt eam guſtarem, *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum*.

Nota

Quomodo debemus declinare, inclinare & reclinare.

Pſ. 118. 130.

ibidem.

Reclinatorium triplex. §. CDLXVII.

ESt reclinatorium eburneum: eſt, & argenteum: eſt, & aureum. Primum, in vtero Virginis; ſecundum, in corde fratris; tertium, in ſinu patris. Primum eburneum, propter candorem virginitatis. Secundum, argenteum, propter nitorem innocentiæ, & manſuetudinis. Tertium aureum, propter ſplendorem Diuinitatis. In primo, requieuit Chriſtus per Incarnationem: in ſecundo, per cordis puritatem: in tertio, per æternam de patre natiuitatem. Aſcenſum (inquit) purpureum. Ezechiel oſtenſum eſt ædificium, & in octo gradibus aſcenſus eius. Eoſdem credo eſſe huius ferculi, quos enumerat Petrus in Epiſtola canonica. *Oſtendite* (inquit) *in fide, veſtram vir-*

Tria reclinatoria Chriſtus habuit.

2 Pet. 1. 5.

tutem

tutem. In virtute scientiam. In ſcientia, abſtinentiam. In abſtinentia, patientiam. In patientia, pietatem. In pietate fraternum amorem. In amore, charitatem. Ecce aſcenſiones diſpoſitæ, de virtute in virtutem. Virtutem hic appellat conſtantiam, pietatem in Deum; fraternum amorem, in proximum; charitatem in operibus. Horum patria hic eſt, & gradus, & color, quo totus aſcenſus iſte purpureus. Purpura veſtis eſt regia, qua veſtiuntur inſignes perſonæ, per quam deſignatur inſignis aſcenſus. Dicunt, quod purpura rubea eſt, ſandicina, candida. Rubea in ferculo Eccleſiæ Martyrum: Sandacina in ferculo animæ: Humilitas candida in ferculo Mariæ Virginis: ſed quia non omnes poſſunt ſufficere ad operationem, nec pertingere ad ferculum virtutum, vel ad ſapientiæ guſtũ; ſed tamen Deum, & proximum diligere: & ideo ſequitur: *Media charitate conſtrauit, propter filias Hieruſalem.*

Purpura triplex.

Nota. Fecit & aliud ferculum, ſcilicet glorioſam Virginem, quæ portauit eum in vtero; & de lignis Libani. Mons Libani, tribus regia eſt in Iſrael: ligna eius, patres, quia Dauid deſcendunt: de quibus factum eſt hoc ferculum, quia de eis nata eſt Maria: vnde, *Regali ex progenie Maria, orta de tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid.* Nec dubium quin *Sapientia ædificauit ſibi domum* in ea, & *excidit columnas ſeptem*: id eſt, ſeptem Spiritus ſancti dona. Sed ex iſtis habeo quatuor formatas. Prima, peccati immunitas: ſecunda, incomparabilis humilitas: tertia præuia virginitas: quarta, contra naturam fœcunditas. Prima eſt, argentum examinatum, quia igne ſancti Spiritus factum eſt in ea purgamentum peccati. Secunda eſt, argentum, quod malleis contuſum, ad cuiuſlibet vaſis formam ſe applicat ſuſcipiendum. Tertia eſt, argentum candidum, quod eſt virginitatis argumentum, quod in vtero Virginis impreſſum moneta noſtræ miſericordiæ ſuffecit ad redemptionem omnium. Prima eſt caſtigata ratiocinatio diuinæ obumbrationis: ſecunda, deſicata ferrugineis paleis ſuæ deiectionis: tertia eſt expolita lima ſobrietatis: quarta eſt, ornata electro Diuinitatis, & Humanitatis. Per primam, ruptus eſt funis peccati, quo trahebatur genus humanum. Propter ſecundam, colliſa eſt ſuperbia, qua ante ruinam exaltatum eſt cor dæmonum. Per tertiam, debilitatus eſt fomes peccati, per quod non inuenio in me; hoc eſt carne mea bonum. Per quartam excluſa eſt

Prou. 9.1.

maledictio terræ noſtræ, ſcilicet, *Spinas, & tribulos germinabit tibi.* Nam, *terra noſtra dedit fructum ſuum.* *Geneſ. 3.18.* *Pſ. 84. 13*

Reclinatorium aureum, ipſum eſt caro aſſumpta in Virgine, in qua habitauit *plenitudo diuinitatis corporaliter.* Aurum pretioſius eſt cæteris metallis; & illa caro omnibus creaturis. Pretioſior in vtero: pretioſior in mundo: pretioſior in cœlo. In vtero, cunctis generatis: in mundo, omnibus creaturis: in Cœlo, Angelis. Primo, quia pollutio coitus non interuenit. Secundo, quia in Reſurrectione glorioſior omnibus creaturis, caro Christi refloruit. Tertio, quia ſedens ad dexteram Patris ſuper Cherubim aſcendit. Primum ſignum eſt, remiſſionis. Secundum, incorruptionis. Tertium, diuinæ viſionis. *Aſcenſum* (inquit) *purpureum.* Hic aſcenſus ſicut, dictum eſt, eſt patientia, quæ purpurea dicitur, propter effuſionem ſanguinis, quæ frequenter ibi fit.

Nota *Coloſſ. 2.9*

Caro aſſumpta reclinatorium aureũ cunctis creationis omnes

Purpura ſignificat patientiam

Triplex gradus patientiæ. *§. CDLXVIII.*

HÆc tres gradus habet. Primò, ei debemus eſſe pacati: ſecundò, patientes: Tertiò, pacifici. Pacati autem præcedenti murmuratione: patientes, vt ſuſtineamus ſine turbatione: pacifici, facientes pacem, his, qui ſunt in ſeditione. Per iſtum aſcenſum purpureum poſſumus ligna Libani imitatione tangere, & columnas à longe palpare. Sed alia purpurea oportet aſcenſum colorare; vt poſſimus ad reclinatorium venire; id eſt, Christi ſanguine, ſicut, & ipſe aſcendit, *Aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.* Sed quia filiæ Hieruſalem, id eſt, infirmi, nec Patrum poſſunt expreſſe imitari religionem, nec columnam tangere perfectionem, nec ad reclinatorij ſe ingerere conſummationem; *Media charitate conſtrauit,* vt ſaltem propter Dei, & proximi veniant ibi dilectionem.

Heb. 9 e

Nota.

Qui non poſſunt aſcendere per gradus paſſionis, aſcendant per gradus dilectionis Dei, & proximi.

Triplex ſignificatio filiarum Hieruſalem. *§. DCLXIX.*

FIliæ Hieruſalem dicuntur, nunc debiles, nunc feruentes, nunc beatiores. Primæ propter ſexus infirmitatem: Secundæ, propter mulierum amorem vehementiorem: Tertiæ, quia non

Nota.

labo-

laborantes ſicut viri feminæ, habent requiem. De primo, vt hic. De ſecundò: *Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Hieruſalem*. De tertio, *Filia Hieruſalem, nuntiate dilecto, quia amore langueo*. Ferculum Eccleſiæ, media charitate conſtranit, vt ſint in charitate fundatæ. Ferculum animæ, media charitate inflamauit, vt ſint feruidæ. Ferculum Mariæ, media charitate conſtranit, vt ſint ſecuræ. De primo: *In charitate radicati, & fundati*. De ſecundò: *Lampades eius Lampades ignis, atque flamarum*. De tertio: *Charitas nunquam excidit*.

Cant. 5. 4 — *Cant. 8. 6.* — *1. Cor. 13. e*

Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die ſolemnitatis ſuæ, & in die lætitiæ cordis eius.

Cap. VI.

Nota.

MATER Chriſti beata Maria, hæc coronauit eum diademate, quando ex ea carnem aſſumpſit: & hoc in die ſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis eius. Quando enim Diuinitatem ſuam humilitati noſtræ copulauit, in carne noſtra licet paſſionem pertulit, de Redemptione noſtra vehementer exultauit. Sed, cùm Diadema pro gloria aſſumatur; ipſe verò non gloriam, ſed confuſionem in carne habuerit: quomodo coronam accepit? Sed quia inde coronabimur, qui ſumus eius membra, ipſe verò caput; corona membrorum propter corporis vnitatem capiti Chriſti attribuitur.

Virgo Maria, quomodo, & quando Chriſtum coronauit.

Triplex egreſſus. §. CDLXX.

Nota. *Geneſ. 12. a*

ABRAHÆ triplex egreſſus indicitur à Domino: *Egredere* (inquit) *de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*: *De terra*, id eſt, de carnali voluptate. *De cognatione*, id eſt, de fluxa cogitatione. *De domo patris tui*, id eſt, de mundana conuerſatione. Hunc triplicem egreſſum fecerunt filij Iſrael euntes ad terram Promiſſionis. Primò, de Ægypto: Secundò, de mari Rubro: Tertiò, de deſerto. Primò, ne ſeruirent in luto, & latere carnis ſuæ. Secundò, ne mergerentur fluctuante cogitatione. Tertiò, ne tabeſcerent venenoſa mundi vanitate. Primus difficilis. Ait enim Pharao. *Non exibitis*. Secundò: *Ite ſacrificate Deo, & non longius abeatis*. Tertiò. *Ite, ſed peccora veſtra relinquetis*. Quartò, compelluntur exire, mortuis primo genitis. Primo enim obſiſtit diabolus, ne de voluptate carnis exeamus ſed ſtatim nos tentat ne longius abeamus, id eſt, ne perſeueremus. Deinde, vt peccora, id eſt beſtiales appetitus ei relinquamus. Vltimo Deus, primogenita Ægypti, id eſt, cogitationes, occidit. Et ſic egredimur. Sed occurrunt fluctus maris, id eſt, fluxus ſæcularium cogitationum, quos in virga Moyſi, id eſt, in diſciplina egredimur. Hæ cogitationes ſunt populus Amalech, qui alligans interpretatur. Sed pereunt, ſi Regem eorum prius occidamus, ſcilicet Agag, qui meditatio interpretatur. Demum nos oportet egredi de deſerto mundi, vbi ſunt venenoſi ſerpentes mundanæ vanitatis, ſi aſpiciamus ſerpentem in ligno, id eſt Chriſtum in Cruce. Vt hos egreſſus Chriſtus adiuuaret. Et ipſe tertiò egreſſus eſt. Primò de cælo: ſecundò, de Virginis vtero: tertiò, de ſepulchro. Quia igitur peccando, tranſgredimur; Primò egrediamur: ſecundò, ingrediamur: tertiò, aggrediamur: quartò, congrediamur: quintò, progrediamur: ſextò, regrediamur. Primo, egrediamur de carne, de cognatione, de mundo. Secundò, ingrediamur campum. Tertiò, aggrediamur bellum. Quartò, congrediamur, tenentes inimicum. Quintò, progrediamur, ad triumphum. Sic Abrahã ibat vadens, & proficiens ad meridiem. Et Iſaac, *progrediens, & ſuccreſcens, donec magnus effectus eſt*. Sexto regredimur ad Patriam Noſtram, id eſt, ad Paradiſum cum Chriſto. Salomon, Pacificus, interpretatur. Sic nos decet egredi, vt ipſum videa-

Figura.

Quid ſit exire de terra ſua, & cognatione.

Exod. 8.

Quid ſit primogenita occidere.

Amalech interpretatur.

Agag interpretatur.

Triplex Chriſti egreſſus.

Gen. 26. 13.

videamus, & ſuſcipiamus pacificum in mundo, patientem in cruces, pacatum in iudicio, ipſam pacem in regno. *In diademate*, inquit.

Corona. §. CDLXXI.

Nota.

TRes legimus Chriſti coronas. Prima, carnea: ſecunda ſpinea: tertia, aurea. Duæ ſunt manifeſtæ. De tertia in Apocalypſi. *Vidi* (ait) *Angelum deſcendentem de cælo, & coronam auream in capite eius*. Prima, miſeriæ: ſecunda, contumeliæ: tertia, gloriæ. Prima coronauit eum Mater: ſecunda, Nouerca: tertia, Pater. In prima videamus eum, ne nos terreant flagella: in ſecunda, vt ſuſtineamus ludibria: in tertia, vt nos trahant præmia. Per primam nobis contulit conſolationem: per ſecundam, nos erudit ad compunctionem: per tertiam, nos inuitat ad beatitudinem.

Apoc. 14. 14.

Chriſtus coronatur à matre, à Nouerca, & à Patre

Tres Coronæ noſtræ. §. CDLXXII.

ITem tres ſunt Coronæ, quæ ad nos pertinent. Prima eſt, ſanctitatis ſignificatio, ſecunda iuſtitiæ, tertia, gloriæ. Per primam eſt tonſura capillorum, quæ ſignificat perfectionem in nobis. vnde de Aaron: *Corona aurea ſuper caput eius, expreſſa ſigno ſanctitatis*. De ſecunda Paulus: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*. De tertia David: *Gloria, & honore coronaſti eum Domine*. Prima eſt in exilio: ſecunda erit in iudicio: tertia in Regno. Prima in ſignum: ſecunda in teſtimonium: tertia in præmium. In ſignum gratiæ: in teſtimonium militiæ: in præmium victoriæ. *In die* (inquit) *ſponſationis ſuæ*.

Eccli. 45. 14

2. Tim. 4. 7
Pſal. 8. 6.

In tribus locis coronabimur, in hoc exilio, in iudicio, & in regno.

Cant. 3. 11. d

De Matrimonio. §. CDLXXIII.

MAtrimoniũ eſt initiatũ: eſt perfectũ eſt conſummatũ. Primũ in deſpõſatione: ſecundum, in coniunctione, ſub teſtimonio Eccleſiæ: tertium in copulatione. Hoc ordine iunxit ſibi Chriſtus Eccleſiam. Priùs deſponſauit, ſed tertio facta eſt deſponſatio: ſicut ait Oſee Propheta. *Et ſponſabo te in ſempiternum: & ſponſabo te in iuſtitia, & in iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus: & ſponſabo te in fide*. Prima facta eſt circumciſione: ſecunda ſub lege: tertia ſub gratia. Prima per Abraham; ſecunda, per Moyſen; tertia, per Chriſtum. Prima, facta eſt in ſempiternum ad firmitatem: ſecunda, iuſtitia, propter æquitatẽ, & propter iudicio auſteritatẽ. In miſericordia, propter dilectionem: & miſeratione, propter operationem. Tertia, in fide, ad Trinitatis cognitionem. Dicitur & hoc de anima, ordine conuerſo. Priùs enim oportet ſponſari, in fide, vt credat. Secundo, in iudicio, vt ſua peccata diſquirat: & iuſtitia, vt diſquiſita puniat. In miſericordia, vt ei Deus peccata dimittat: & miſeratione, vt eleemoſynam ipſa anima faciat. Tertiò in ſempiternum, vt eam Deus in bono cuſtodiat. Prima facta eſt incipiente nocte: ſecunda nocte mediante: tertia, in die. vnde dicitur: *In die deſponſationis ſuæ*. Ecce matrimonium initiatum, in Paſſione perfectum, in ſancti Spiritus aduentu conſummatum. *In die* (inquit) *lætitiæ cordis eius*: hoc eſt in Paſſione. Quamuis enim ipſe dolores ſuſtinuit, tamen de ſalute noſtra lætatus eſt.

Matrimoniũ triplex.

Oſee 2. 19.

Matrimonium ſiue animæ deſponſatio triplex, ſed è conuerſo.

Cant. 3. d

Triplex lætitia. §. CDLXXIV.

EST lætitia carnis: & eſt lætitia corporis: & eſt lætitia animæ, & corporis. Prima eſt de temporalibus, ſecunda de ſpiritualibus, tertia de cæleſtibus. De prima; *Lætantur cùm male fecerint*. De ſecunda: *Lætare Hieruſalem, & diem feſtum agite*. De tertia, *In terra ſua duplicia poſſidebunt: lætitia ſempiterna erit eis*.

Prou. 2. c
Iſai. 66. 10.
Iſai. 61. 7.

Quam pulcra es amicà mea, quam pulcra es, & decora! Oculi tùi columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet. Cap. VII.

QVIA hæc ſuperius expoſuimus, ideo non repetimus. Sed quia adiunctum eſt, *abſque eo, quod intrinſecus latet*: Videamus quomodo ſuperioribus coniungatur. Pulchra eſt, quia temporalia amplecti dedignatur; & ſi aliquando aliquid in hoc mundo ei placet, tamen poſt concupiſcentias ſuas ire deteſtatur. Sed multo pulchrius, & honeſtius eſt, quòd cordis deſiderium illibatum retinere conatur; quòd æternæ beatitudinis claritatem in mente retinet.

Pulchritudo ſponſæ exaltatur, quia poſt concupiſcentias ſuas nō abit, ſed poſt deſideria æternæ beatitudinis.

Duplex Animæ pulchritudo. *§. CDLXXV.*

Nota. Prou. 5. 15.

B*Ibe aquas de ciſterna tua, & in plateis aqua tuæ deriuentur*, ait Salomon. Vbi notatur duplex pulchritudo Animæ. Prima eſt claritas: ſecunda, charitas. Prima pertinet ad contemplationem ſupernorum: ſecunda ad ſolicitudinem exteriorum. Prima eſt aqua, quæ cadit de cælo: ſecunda naſcitur de homo quia exterius deriuatur eius ſolicitudo exterius enim occupatur circa proximi ſalutem, circa ſuam vtilitatem, circa Dei honorem. Et ideo ſecundum iſtam; tertio replicat: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, & decora;* Quod alibi in hoc cantico non fit. Et hoc, *Abſque eo, quod intrinſecus latet*. Id eſt, illa pulchritudine, quæ claritas dicitur.

In prima pulchritudine ſponſa laudatur vita contemplatiua.

Igitur exteriùs, in tribus eſt pulchra: in ſermone, in opere; in diſciplinæ moderatione. Quatuor ſunt, quibus pulchra eſt in ſermone: ſcilicet in confeſſione: in oratione: in Prædicatione: & in Dei laude. De quibus Dauid, *Confitemini Domino, & inuocate nomen eius annuntiate inter gentes opera eius. Cantate ei, & pſallite, & narrate omnia mirabilia eius*. Pulchra eſt etiam in opere pœnitentiæ, & in opere miſericordiæ, & in opere pietatis. De primo: *Pœnitentiam agite*. De ſecundo: *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis*. De tertio: *Honora Dominum de tua ſubſtantia*. Pulchra eſt quoque in diſciplinæ moderatione. vnde Iob: *Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram*. Hæc pulchritudo eſt, *abſque eo, quod intrinſecus latet*. Quædam vero mala latent: ſicut de ſeruo, qui abſcondit pecuniam Domini ſui in ſudario. Quædam vero bonis latent, & hoc tribus de cauſis. Primo enim, qui abſcondit, timet à ſagitta volante in die vulnerari. Secundus timet ſanctum dare canibus, & margaritas ſpargere inter porcos, ne videat pedibus conculcari. Tertius videt ineffabilia; *Quæ non licet homini loqui*. Primus propter infirmitatem: ſecundus, propter rei æſtimationem: tertius, propter rei incomprehenſibilitatem. Primus, timet ne vanitas ei aliqua ſubrepat: ſecundus timet, ne propter vaſa immunda res deterior fiat: tertius timet præſumere magna, ne deficiat. Primo dicitur: *Ne acquieſcas, ſi te lactauerint peccatores*. Secundus dicit: *Quia indignos vos feciſtis verbi Dei; ecce conuertimur ad Gentes*. Tertius dicit: *Secretum Regis abſcondere, bonum eſt*.

Nota. Ipſa ſecunda pulchritudine ſponſæ celebratur vita actiua, & ſpecialiter in quatuor.

Pſal. 104. a

Matth. 5. a

Luc. 2. f

Prou. 4. b

Iob 29. d

Quid ſit intrinſecus latere.

Prou. 1. b

Act. 13. d

Tob. 12. g

Primus ſolicitus eſt à fructibus ſuis auferre præputium. Secundus dubitat ponere vinum nouum in vtres veteres. Tertius, ſolus aſcendit in montem Sinai ad Dominum. De primo, qui, ſolicitus eſt auferre præputium, dicitur in lege: *Cùm intraueritis terram, quam daturus eſt vobis, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia ab eis. Quarto anno conſecrabitis ea laudabili Domino. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma, quæ proferunt*. Terra eſt cor noſtrum. Primo anno terram ingredimur, quando cor noſtrum ad bene operandum conſulimus. Secundo anno ligna pomifera plantamus, quando virtutes in corde locamus, vnde poſtmodum fructus operum colligamus. Tertio anno, præputia auferimus, quando vanæ gloriæ extollentiam ab operibus noſtris

Figura.

Præputia operum auferenda.

Leu. 19. e 23.

Cor noſtrum quomodo terra dicatur.

ſtris remouemus. Quarto anno laudabili Domino conſecramus, quando de collatis bonis ei gratias referimus. Quinto anno ex eis veſcimur, quando de eis in conſcientia delectamur.

De varijs Vaſis. §. CDLXXVI.

Peccatores obſtinati, vtres veteres.

SEcundus in vtres veteres timet vinũ nouum mittere, id eſt, ſerotinorum ſaporem peccatoribus, qui ſunt vaſa immunda, aperire. Sunt enim vaſa iræ, ſicut vtres veteres; id eſt inueterati in malitia. His dicit Apoſtolus: *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut & eſtis azymi.* (1. Cor. 5. b) Hi ſunt indigni, ſunt enim vaſa lutea, & lignea: lutea ſunt carnales: lignea ſunt temporalibus nimis inhiantes, & hi ſacrificijs excluduntur, qui minoribus egent. vnde Apoſtolus: *Lac vobis potum dedi, non eſcam, tanquã carnalibus.* (1. Cor. 3. a) Sunt vaſa ænea. Hi ſoli venialibus laborant. De primis dicitur, quod confringantur per pœnitentiã, quia ſunt in contumeliam. Æneum verò conſtricabitur per leuem aliquam ſatisfactionem, & ſic in ſacrificijs erit ad vſum. Sunt & argentea, ſcilicet innocentes, qui admittuntur, quia ſunt in honorem. Sunt & aurea, ſcilicet perfecti ſapientia; de quibus Apoſtolus: *Sapientiam loquimur ad perfectos. Non ſolum ſunt in magna domo vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & lutea.* (2. Tim. 2.) Tertius ſolus aſcendit in montem Sinai ad Dominum, ſcilicet habens cor ſurſum ad Deum leuatum. vnde in lege: *Terra iſta non eſt ſicut terra Aegypti*, quia non eſt tenebroſa, in qua in morem horti *aquæ ducuntur irriguæ*; (Deut. 11. 10) ſcilicet de terra, quæ ſunt carnales appetitus; *Sed montuoſa*, quia ſurſum eleuata; *Et campeſtris*, ſcilicet, ſine vitiorum ſpinis; *De cælo expectans pluuiam*, ſcilicet voluntariam, *quam ſegregabit Deus hæreditatis ſuæ*: (Pſal. 67. b) Id eſt, deuotio, & gratia; *Et Dominum inuiſit eam*, ſemper fraternatum rerum dulcedine; *Et oculi eius ſunt ſuper eam à principio anni vſque ad finem*; quia *oculi Domini ſuper iuſtos*, (Pſal. 33. 16) vt delectetur in eis; & ipſi in eum aſpicientes ſimpliciter, vt ſubiungatur:

Oculi tui columbarum: capilli tui ſicut grex caprarum, quæ aſcendunt de monte Galaad. Cap. VIII.

SICVT per oculos Prædicatores intelliguntur, quia orationis viã oſtendunt, ita per capillos Apoſtoli deſignantur, quia, & ipſi Eccleſiæ ornamẽtum tribuunt. Bene ergo capilli Eccleſię capreis comparantur, quia dum præcepta legis attendentes cæleſtia contemplantur. Munda ſunt animalia, & in altis paſcuntur. Galaad vero aceruus teſtimonij interpretatur: per quem multitudinem martyrum intelligimus, qui in paſſione ſua, Chriſto teſtimonium præbuerunt. Grex ergo iſte de monte Galaad aſcendit, quia eo magis ſe ad æterna gaudia ſuſpendunt, quando fortius ſanctos martyres teſtimonium perhibuiſſe ſciunt. Caput noſtrum eſt anima; capilli, cogitationes, quibus ornatur caput.

Apoſtoli dicũtur capilli.

Galaad interpretatur.

In Capra tria. §. CDLXXVII.

CApra tria habet, propter quæ capillis comparatur. Fœtet: in arduis quærens paſcua aſcendit. Acute videt. In hæc ſecundum tria genera cogitationum. Sunt enim cogitationes de temporalibus; ſunt de ſpiritualibus; ſunt & de cæleſtibus. Primæ per fœtorem: ſecundæ per arduum: tertiæ per viſum acutum deſignantur. Cæleſtes quandoque ſuperbia annihilantur: ſpirituales voluptate maculantur: temporales, puluere fuſcantur. Sic enim cæleſtes ſunt quandoque ad occaſionem interitus: ſpirituales ad occaſionem defectus: temporales ad occaſionem prouectus. Interitus, gehennæ: defectus, gratiæ: prouectus, vitæ. Primi capilli ſunt Abſalonis, per quos periit: ſecundi Sãſonis, quos per voluptatem amiſit; tertii Ioſeph, quos egrediens de carcere totondit,

Nota.

Tria cogitationum genera in capra demonſtrantur

Capilli Abſalon Capilli Sãſonis, Capilli Ioſeph quid.

dit, quia forſitan puluere carceris erant fuſcata.

Aſcendentium genera tria.
S. CCCCLXXVIII.

QVa *aſcenderunt* (inquit) *de Galaad*. Quidam aſcendunt in montem Gelboe, qui interpretatur lubricum, & ibi moriuntur ſuperbi, ſicut Abſalon. Hic precioſos habebat capillos, ſcilicet cogitationes de cæleſtibus; ſed quia inde ſuperbiuit, periit. Capillos enim ventus ſuperbiæ in altum leuauit, & in quercu obſtinationis pependit; quercus enim dura eſt. Adueniens Ioab, id eſt diabolus, tribus lanceis cor eius perforauit. Is ſcilicet primo contemnit proximum; ſecundò, exaltat ſe ipſum, tertiò, obliuiſcitur Deum.

Gelboe interpretatur.

Nota.

Figura.

Samſon à ſpiritualium cogitationum gratia defecit, dum delectatur iacens in gremio Dalidæ. Nam Phyliſthijm, id eſt, diaboli, ſeptem capillos capitis eius, id eſt, ſeptiformem ſancti Spiritus abraſerunt. Ioſeph verò, etſi in carcere puluerem leuem, cogitando de temporalibus capillis, aſperſit, egrediens caput totondit, & ſic accedens ad ſeruitutem Dei, cogitationes illas euacuauit, & ſic aſcendens profecit. Quidam aſcendunt in montem Galaad, qui dicitur aceruus teſtimonii, vt Ioſeph. Audi aſcenſum iſtum. *Meus eſt Galaad*, id eſt, acernans peccata ſua in confeſſione. *Et meus eſt Manaſſes*, qui concupiſcentias dat obliuioni, quia Manaſſes obliuio dicitur. *Et Ephraim*, fructificatio Si poſt obliuionem, bene fructum ad virtutum aſcenditur. *Iuda* (inquit) *Rex meus*, quia confeſſio, quod ſonat Iudas, nos regit, vtpote neceſſaria in omnibus. Audi deſcenſum in Galgala. *Aſcendunt ad cælos*, per contemplationem, dum habent gratiam, qua perdita, *Deſcendunt vſque ad abyſſos*; quia de claritate vſque in Dei obliuionem. Et quomodo ſequitur? *Anima eorum in malis tabeſcebat*, veneratam trabe nequitiæ. *Turbati ſunt* affluentium vitiorum confuſione, *Et moti ſunt ſicut ebrij*, nullam tenentes certitudinē vitæ, id eſt, diſciplinæ. *Et omnis ſapientia eorum deuorata*, quia commutatur ſapor cæleſtis, pro ſapientia carnis. Ecce hi cadunt in defectum. *Sed clamauerunt ad Dominum, cùm tribularen tur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.* Audi quomodo aſcendunt in montem Gelboe. *Aſcendam* (ait Sathanas) *ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo*. Sed deuenit ſic aſcendendo, in interitum æternū. Sed nec prætereundum, quod Laban, qui dicitur dealbatio, id eſt mundus, Iacob, id eſt ſupplantatorem vitiorum, in hoc monte deprehendit: ſed cum nihil de ſuo inueniat apud eum, percutiunt fœdus inuicem, ſe non eſſe tranſituros ad ſe inuicem, & in teſtimonium pacti acernum lapidum ponunt; vnde nomen accepit. Lapis iſte eſt Chriſtus. Sed plures ibi dicuntur poni, propter multa, in quibus habemus Chriſti teſtimonium.

Ioſeph cur in carcere totondit caput.

Galaad interpretatur.

Manaſſes interpretatur. Ephraim interpretatur.

Pſ. 106.26.

Pſal. ibidem

Iſai. 14. d

Figura.

Laban interpretatur dealbatio.

Triplex teſtimonium. **S. CDLXXIX.**

IN tribus enim montibus aſcēdit Chriſtus; vnde triplex nobis debet teſtimonium. Primum de contemptu mundanorum: ſecundum de gloria reſurgentium corporum: tertium de gloria Angelorum. Aſcendit enim in montem, vnde diabolus oſtendit ei omnia regna mundi, quæ contempſit. Secūdo aſcendit in montem Thabor, qui interpretatur Veniens lumē, & ibi coram Diſcipulis ſuis ſe transfigurauit, oſtendens futuram gloriam Reſurrectionis. Tertio de monte Oliueti ad Patrem aſcendit, quia per amorem ſumus aſcenſuri.

In tribus montibus Chriſtus aſcendit.

Thabor interpretatur.

Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ aſcendunt de lauacro. Cap. VIIII.

Nota.

SICVT in capillis Eccleſię populi fragilioribus adhuc dedi, ſic perfectiores ad regēdam Eccleſiā apti deſignantur in dentibus, quia illi numeroſitate; iſti præſtant firmitate. Iſti intus verbo reficiunt; illi Eccleſiā bonis operibus ornant. Deus erat Petrus, cùm ei dicebatur: *Macta, & manduca*. Et iidem ſuperius dicti ſunt oculi, quia ſecreta Eccleſiæ vident præ cæteris. Dentes quia improbos verbo veritatis corripiunt & ad ſanctæ Eccleſiæ membra reducunt. Dentes ſunt, quia panem doctrinæ debilioribus parant. Hi dētes gregi tonſarum

Act. 10.13. & 11.7.

quæ

quæ aſcenderunt de lauacro, comparantur, quia & baptizati fonte ſunt mundati, & facultatum ſuarum abiectione nudati.

De dentibus. §. CDLXXX.

SVnt dentes ſerpentum, & ſunt dentes ouium. Hi venenatè mordent, vt occidant: illi blande premunt, vt viuificẽt.
Figura. De primis dictum eſt in Apocalypſi. Draco, quem Ioannes videbat, in ore habebat tres ordines dentium; ſic enim ſolẽt diſtingui dentes. Alij ſunt morſorij, alij canini, alij maxillares, vel molares. Primi mordent, ſecundi lacerant, tertij ruminant. Mordent verbo, lacerant facto, ruminant odio. Vel mordent, blaſphemia,
Murmuratorum dentes. contumelia, dura increpatione: lacerant detractione: ruminant nocendi machinatione. Mordent, vt confundant: lacerant, vt bona eorum minuant: ruminant, vt nocendi opportunitatem quærant. Confundantur, vt ſic ratione deſtituant: minnunt bona, vt ſic viliùs habeantur: quærunt opportunitatem, vt omnino deleantur. His dentibus vſi ſunt Iudæi in Stephanum, quando *Stridebant dentibus in*
Act. 7. g *Pſal. 56. a* *eum*. *Filii hominum, dentes eorum arma, & ſagitta*. Quibus vſi etiam in Chriſtum
Ioan. 7. c mordebant dicentes, *Dæmonium habet.*
Ibidem. Lacerabant eum, dicebant enim: *Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit*. Ruminabant quando *Collegerũt Pontifices, & Phariſei conſilium dicentes:*
Ioan. 11. 47. *Gal. 5. c* *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* De primis, ait ſic Apoſtolus; *Si mordetis, & comeditis ab inuicem, videte ne adinuicem conſumamini*. De alijs Iob:
Iob 29. c *Conterebant* (inquit) *iniqui molas, & dẽtibus eius auferebam prædam.* Dentes ouini, & ipſi mordent, lacerant, ruminant. Mordent increpatione, lacerant comminatione, ruminant eruditione. Increpatione vitiorum, comminatione
Doctorum dentes. infernalium pœnarum, eruditione cæleſtium beatitudinum. Iſti dentes ſunt mandibulæ aſini, cum qua Samſon, qui inter-
Sãſonis interpretatio. pretatur, Sol eorum, id eſt, Chriſtus, qui eſt Sol iuſtitiæ, occidit Philiſthijm, qui interpretatur Duplex ruina, vel potatione torquens. Hi dentes, ſcilicet Doctores,
Cant. 6. 5. ſunt ſicut oues, quæ *Aſcenderunt de lauacro*. quia prius ſe ipſos lauerunt, deinde alijs prædicauerunt.

Quot modis fiat ablutio peccatorum. §. CDLXXXI.

SEptem modis fit iſtud lauacrum. Lauantur enim peccata baptiſmo, Pœnitentia, Euchariſtia, Martyrio, Eleemoſynam dando, peccatorẽ conuertendo, quod in ſe commiſum eſt remittendo. Sunt, & dentes maiores, ſcilicet ſenſus interiores quibus ruminamus, id eſt diſtinguimus actus noſtros, & mores: ſcilicet, quid ſit bonum, quid malum, quid verum, quid falſum, quid commodum, vel incommodum. De quibus etiam in Leuitico de ho- *Figura.*
locauſtis bonis inſtruimur. *Detracta* *Leuit. 1. 6.*
(inquit) *pelle*, id eſt, non gloriando in exteriori conuerſatione, *artus*, id eſt opera *in fruſta concident*, id eſt diſcernẽt: ſupponent ignem charitatis *Compoſita ante ſtrue lignorum*; id eſt ſanctorum cogitationum, quæ igne amoris nutriunt. Si cut ligna ordinabunt membra, *quæ caſa ſunt ſuper ea*, id eſt opera diſtincta in cogitationibus charitatis. De his Hiere-
mias: *Confregit ad numerum dentes meos.* *Thren. 3. 16*
De his etiã dictum eſt, *quod Moyſes non* *Deut. 34. 7.*
mutauit dentes, quia ſemper actus ſuos di- *Quare Moyſes non mutauit dentes.*
ſcutiebat.

Audi dentes ruminantes. Reuoluunt inter ſe peccata ſua, & aliena, præterita, præſentia, & futura; vt de præteritis ſatisfaciant; de præſentibus ſe explicent; de futuris caueant. In his debet præcedere circumſpectio, ſequi ratio, ſubſequi deliberatio. Circumſpectio, proponit negotium: ratio facit iudicium: deliberatio apponit conſilium. Circumſpectio-
ni dicitur. *Leua in circuitu oculos tuos &* *Iſai. 7. c*
vide. Rationi dicitur: *Si noſmetipſos diiu-* *Rom. 2. a*
dicaremus, non vtique iudicaremur. Deliberationi dicitur: *Omnia fac cum con-* *Eccli. 32. d*
ſilio, & poſt factum non pœnitebit. His
reſpondet circumſpectio: *Recogitabo tibi* *Iſai. 38. c*
omnes annos meos in amaritudine animæ
meæ. Et ratio: *Feci iudicium, & iuſtitiã.* *Pſ. 118. 121.*
Et deliberatio: *Quid retribuam Domino,* *Pſal. 115. a*
pro omnibus, quæ retribuit mihi? Iſta ruminantes, & ſibi, & alij dentes, ſunt iſti quaſi grex tonſarum, quæ vellera ſua in tonſione deponunt, quia ſimiliter deponunt veterem conuerſationem, quaſi tõſæ vellus.

Digitized by Google

De tonſione, tunſione, & tenſione Sanctorum. S. CDLXXXII.

NOtandum autem, quòd denres iſti ſcilicet, prædicatores pro Eccleſia, primo tondentur, ſecundo tunduntur. tondentur in relinquenda veteri conuerſatione: tunduntur mundana perſecutione. Tonduntur in fatigabili longanimitate Tondentur, iuxta ſententiam Apoſtoli Petri, *Deponentis omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem &c.* Tondũtur cum tribus pueris in camino ignis, ſed conſolationem habent, *quia Angelus Domini fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem*. Tondentur cum Iacob, *Cui videbantur pauci dies præ amoris magnitudine*. Sciamus ab vno, exemplum. Paulus tondebatur, cùm relinquebat priſtinam conuerſationem, ſuperbiam temporalem, cognationem. Audi conuerſationem. *Prius* (ait) *fuit perſecutor, & blaſphemus, ſed miſericordiam conſecutus ſum* Audi ſuperbiã tẽporalẽ. *Quæ fuerunt lucra, facta ſũt mihi detrimẽta propter Chriſtũ propter quem omnia detrimentum feci, & arbitratus ſum vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciam*. Audi derelictam cognationem: *Paulus autem magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos*; ex quibus natus erat. Hæc ſunt tria, quibus impeditus erat Laxarus in tumulo, ne reſurgeret. Erat enim inſtitis pedes, & manus ligatus, ſudario inuolutus, lapide coopertus. Inſtitis, id eſt. amore temporalium bonorum, ne ea erogaret: ſudario, id eſt, amore carnalium amicorum, ne ab eis recederet: lapide induratæ conuerſationis, vt obſtinatus remaneret. Ecce quomodo tondentur magiſtri: ſequitur, vt tondantur, & tendantur. Propter primum enim dixerunt Apoſtoli ad Ieſum; *Ecce nos reliquimus omnia*. Propter ſecũdum, *Et ſecuti ſumus te*, per paſſiones multas tenſi Propter tertium: *Quid ergo erit nobis*. Ac ſi dicerent: Per longanimitatem, pro his expectamus à te pręmium. Audi ergo quomodo tundebantur. Paulus tundebatur verbo, tundebatur periculo, tundebatur flagello. Verbo, irriſionis: periculo, timoris: flagello paſſionis. Nonne verbum irriſionis erat; *Paule, multæ litteræ te duxerunt ad inſaniam*. De periculo ipſe ait: *Periculum in mari, periculum in falſis fratribus &c.* Auditunſionem flagelli: *Ter virgis caſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci pro Chriſti nomine*. Ecce quomodo tuſus. Audi quomodo tenſus.

Prædicatores quomodo dicantur dentes. — *1. Petr. 2. a* — *Dan. 3. e* — *Geneſ. 29. 21* — *1. Tim. 1. e* — *Ibidem.* — *Act. 9. e* — *Inſtitis, id eſt e annis faſciolis.* — *Cur Lazarus ligatis manibus, & pedibus ſudario inuolutus & lapide coopertus dicatur?* — *Matth. 19. e* — *Paulus quibus tũdebatur* — *Act. 26. 24.* — *2. Cor 11. 26.*

Tenſus eſt, longanimi oratione in portãda ſua infirmitate; tenſus in ſuſtinenda perſecutione; tenſus & in præmiorum expectatione. De primo: *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus ſathanæ, qui me colaphizet: propter quod, ter Dominum rogaui.* Et ſequitur; *Libẽter gloriabor in infirmitatibus*. Inde nos admonebat ſine intermiſſione orare. Audi quomodo tenſus in perſecutione. *Quis nos ſeparabit* (ait) *à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? &c.* Audi tenſum, in expectatione: *Si quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus*. Non ſolum ante ſed & ſimiliter tondebantur Patres antiqui, tonduntur, & moderni, tondentur vniuerſi. Primi, quia expectabant primum Chriſti aduentum: ſecundi ſecundum: tertij, tertij, tertium. Primi vt eos ab inferno (id eſt de limbo) liberaret: ſecundi, vt eos à peccatis abſolueret: tertij, vt eos in regno glorificaret. De primo gaudebat Dauid, quaſi iam factum eſſet dicens: *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis*: vnde alius Propheta ait: *Si moram fecerit, expectabo eum, quia veniet, & non tardabit*. De ſecundis dicitur: *Te expectamus expectatio Iſrael, & Saluator eorum in tempore tribulationis*. Et illud: *Domine miſerere noſtri te enim expectauimus: eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in die tribulationis*. Pro tertijs ait Iacob. *Salutare tuum expectabo Domine*. Et Hieremias: *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei*: Ecce illi ſunt grex tonſarum. Sequitur Quæ aſcendunt de lauacro.

2. Cor. 12. 7. & 9. — *Rom. 8. 35.* — *Rom. 8 25.* — *Vniuerſi tondentur, & tunduntur.* — *Pſal. 39. a* — *Abac. 2. a* — *Ierem. 14. 8. & Eccli. a.* — *Iſaia 33. 2.* — *Gen. 39. 18* — *Thren. 3. 26*

Quatuor lauacra, & aterbologia lauacri. S. CDLXXXIII.

QVatuor ſunt lauacra, de quibus aſcendimus. Primum eſt baptiſmatis: ſecundum Dominici ſanguinis: tertium: confeſſionis: quartum ſuperni fontis. Primum lauat: ſecundum liberat: tertium releuat: quartum reformat. Lauat à peccato, liberat ab Inferno, releuat à lapſu quotidiano, reformat liberans à miſeria, quæ eſt in hoc exilio. Vnde iuxta hæc quatuor, quatuor aſſignamus interpretationis huic nomini *lauacrum*:

Iuxta primam dicitur lauacrum *lauans crimen*. Iuxta ſecundum dicitur lauacrũ, *lauans cruore*. Iuxta tertium dicitur lauacrum, *lauans crudos*. Iuxta quartum dicitur lauacrum *lauans cruciatus*. De primo ait propheta: *Erit fons patens domui*

Nota — *Ethimologia triplicis lauacri.* — *Zach. 13. 1.*

mui Dauid in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. De ſecundo, *In ſanguine*
Zach. 9 11. *teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu*,
vbi non erat aqua. De tertio Hieremias:
Ierem. 9. 1. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis*
meis fontem lacrymarum, & plorabo ſu-
per interfectos populi mei? Hæc enim eſt
lacrymoſa confeſſio, de qua dicitur: *Con-*
Eccl. 34. d n. 30. 31 *fitemini alterutrum peccata veſtra*. Et ite-
Quid ſit baptizari à mortuo. rum: *Qui baptizatur à mortuo, & ite-*
rum tangit eum; quid proficit lauatio il-
lius? Inde, & Chriſtus: *Qui lotus eſt non*
Ioan 13. 10 *indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus*
totus. Ac ſi diceret: Loti eſtis in baptiſ-
mate; & ideo mundi: ſed quia ſine pec-
cato, ſaltem cogitationum, non poteſtis
Quid ſit lauare pedes viuere, neceſſe habetis pedes veſtros, id
eſt, affectiones, quotidie, in confeſſione
lauare. *Septies enim cadit iuſtus*: Sed per
hanc fortior reſurgit. Quartum lauacrum
Cant. 4. 15. dicitur *Fons hortorum, puteus aquarum*
Sedulius. *viuentium quæ fluunt indeficienter de*
Libano. Et Sedulius.

Effect. lauacri ſuperni. *Fonte ſuperno*
Lætificata ſeges, ſpinis mundatur
ademptis.

De primo itaque aſcendit homo mun-
Figura dior: de ſecundo, ſecurior: de tertio for-
tior: de quarto aſcendit glorioſior. In
primo itaque ſunt quatuor effectus: re-
laxat culpam, remittit pœnam, fomitem
peccati debilitat, gratiam donat. Iſta
figurata ſunt in his, quæ acciderunt filijs
Iſrael in mari rubro: hoſtes in eo ſub-
merſi ſunt, ecce peccata remiſſa. A
labore luti, & lateris ſunt liberati: ecce
pœna peccati dimiſſa. Qui prius Ægy-
ptijs nō audebant repugnare, contra re-
ges in circumciſos pugnauerunt viriliter
in deſerto: ecce fomes peccati debilita-
tus. In deſerto manna de cœlo comede-
runt: ecce gratia. Secundum lauacrum
fit per ſanguinem Chriſti.

Triplex ſanguis. §. CDLXXXIV.

Nota NOtandum autem, quòd triplex eſt
ſanguis: ſcilicet, holocauſti, ſan-
guis Chriſti, ſanguis Martyrum. Per pri-
mum lauabatur caro humana: per ſecun-
dum mundatur conſcientia: per tertium,
acquiritur corona. De primo, & ſecun
Hebr. 9. b do ait Paulus: *Si ſanguis hircorum, aut*
vitulorum inquinatos ſanctificat ad emū-
dationem carnis; quanto magis ſanguis
Chriſti emundabit conſcientiam noſtram,
ad ſeruiendum Deo viuenti? De tertio ca-
nit Eccleſia: *Viri ſancti glorioſum ſan-* Eccleſia
guinem fuderunt pro Chriſto; & ideo
coronas triumphales meruerunt.

Rubri nam fluido ſanguine laureis Hymnus.
Ditantur bene fulgidis.

Primus hiſtorialiter fundebatur in atrio:
ſecundus figurabatur in vitula rufa: ter-
tius in pellibus arietum rubricationis, in
tabernaculo.

Confeſſio tria habet. §. CDLXXXV.

TErtium lauacrum fit per lacrymoſam
confeſſionem. Iſtud primum eſt
amarum: ſecundo verecundum: tertio Nota.
aſperum. Amarum in contritione, vere-
cundum in prolatione, aſperum in ſatiſ- Lauacrum confeſſionis tria habet.
factione. Habet ergo amaritudinem Eze-
chiæ: verecundiam mulieris ſanguinariæ:
aſperitatem Ioannis Baptiſtæ. De primo Iſai. 38. 1.
dicitur: *Ego dixi, In dimidio dierum meo-*
rum vadam ad portas inferi. De ſecundo,
mulier cùm non auderet ad Chriſtum ac-
cedere, dicebat ſtans à tergo: *Si tetigero* Marc. 6. g
vel fimbriam veſtimenti eius: ſalua ero. De
tertio dicitur, quod Ioannes Baptiſta Marc. 1. 6
erat veſtitus pilis cameli, & zona pellicea
circa lumbos eius. Quartum lauacrum
eſt fons ſupernus. Hic fugat inopiam, au-
fert triſtitiam, expellit miſeriam. De
primo, confert omnium bonorum copiā.
Pro ſecundo, lætitiam. Pro tertio vitam
æternam. De primo; *Qui biberit ex hac* Ioan. 4. 13.
aqua, non ſitiet in æternum: ecce abun-
dantia. De ſecundo: *Fluminis impetus* Pſal. 45. 5.
lætificat ciuitatem Dei. Ecce lætitia. De Ioan. 4 b
tertio: *Qui biberit ex hac aqua, fiet in*
eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam:
ecce vita æterna. In primo ergo lauit
nos Chriſtus, per lauacrum regeneratio-
nis, & renouationis Spiritus ſancti, quæ
effudit in nos abundè. In ſecundo, *San-* Apoc. 7 d
cti lauerunt ſtolas ſuas, & candidi facti Ioan. 13 b
ſunt in ſanguine agni. In tertio, *Qui lo-*
tus eſt, dicit: *Laui pedes meos, quomo-* Cant. 5. b
do inquinabo eos? In quarto lauabit Chri- Iſai. 4. b
ſtus, *qui abluit ſordes filiarum Sion in ſpi-*
ritu iudicij, & ſpiritu ardoris.

Omnes

Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas. Cap. X.

Nota.

Gemellos fœtus, oues Chriſti pariunt quando amorem Dei, & proximi: fidem, & opera docent.

GEMELLOS fœtus pariunt oues Chriſti, quia eorũ prædicatione habetur amor Dei, & proximi, vel fides, & opera, & ſic non eſt ſterilis in eis; quia fœcundæ ſunt operibus, & affectionibus, & virtutibus.

Triplex ſterilitas ouis, & triplex fœcunditas. CDLXXXVI.

Nota.

Bonis ouibus in ſterilitate fœcunditas.

OVis triplicem patitur ſterilitatem, ſcilicet, lactia, agni, velleris. Primum, ex inedia paſcuæ: ſecundum, ex corruptione vuluæ; tertium, ex veprum frequentatione. Paſcuæ doctrinæ; vuluæ obſtinatæ malitiæ; Veprũm, malorum frequentatione. Iſtæ ſic non ſunt ſterilea, ſed dant lac ſimplicitatis, agnum manſuetudinis, vellus bonæ conuerſationis. *Lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.* De ſecundo: iubetur Agnus offerri in lege mulieri, quæ peperit. De tertio, Dominus: *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium.* Vel lac ſimplicis doctrinæ: *Lac vobis potum dedi, non eſcam.* Agnum patientiæ, & innocentiæ. *Sicut Agnus coram tondente ſe, ſic nõ aperuit os ſuum.* Vellus neceſſariæ prouidentiæ. Iob: *De velleribus ouium mearum calefactus eſt.*

1. Petri 2. a — *Matth. 7. b* — *1. Cor. 3. a* — *Iſai. 53. b 7.* — *Iob 31. b*

Aſcendentium diuerſa ſunt genera. §. CDLXXXVII.

Quomodo à quatuor lauacris debemus aſcendere.

SEd ex his, qui aſcẽdũt quaſi de lauacro quidam aſcẽdunt. De lauacro; quidã aſcendunt à ſuperbia; quidam à concupiſcentia; quidam ab ignorantia; quidã à charitate. Aſcendentibus à ſuperbia, tres ſunt gradus, timor, dolor, amor. Aſcendentibus a concupiſcentia carnis, tres, patientia, miſericordia, compunctio. Ab ignorantia, cognitio, meditatio, contemplatio. A Charitate, Temperantia, Prudentia, Fortitudo. Adam, primum creatus fuit in charitate, ſed cecidit in ſuperbiam, demum in concupiſcentiam, poſtmodum in ignorantiam. Ergo vbi cecidit primum, inde primum aſcendit, id eſt à ſuperbia: & vbi calcat ſerpentis caput, id eſt, ſuperbiam, in ſecundo calcauit ventrem ſerpentis, id eſt, concupiſcentiam. Tertio, calcauit pectua ſerpentis, id eſt, ignorantiam. Aſcendens de charitate, vnde ceciderat, totum preſſit ſerpentem complicatum, quando cœpit primo reuertitetiua rupit caudam, qua in malo perſeuerauimus, vſque ad pœnitentiam.

Nota.

Adam fuit radix humanæ ruinæ Chriſtus vero caritatis radix.

Quia igitur iſti lapſus Adæ fuerunt radix humanæ ruinæ, oportebat vt veniret homo, qui radix eſſet, ex qua repullularet nobis chatitas. Hæc alia non fuit, quàm Chriſtus, qui accenderet iterum in nobis charitarem, & ſacrificium fieret pro Eccleſia. Hanc ideo inuocabant eum patres antiqui cum magno deſiderio dicentes: *O radix Ieſſe, qui ſtas in ſignum populorum, ſuper quem continebunt Reges os ſuum, ipſum gentes deprecabuntur: veni ad liberandum nos, iam noli tardare.* Ieſſe dicitur *Incendium*, vel *Sacrificium inſula* vt ſcilicet per radicem Ieſſe charitas accendatur in Eccleſia, pro qua ſacrificatur, ipſa eſt enim, quia inſula, vndis tribulationum concuſſa.

Eccl. — *Ieſſe interpr.*

Quadruplex eſt radix. §. CDLXXXVIII.

Nota

Quatuor radices quatuor voluntates ſignificant.

QVadruplex eſt radix. Eſt enim radix arboris exſiccatæ: eſt radix de terra ſitiente: eſt radix, quæ mittitur ad humorem aquæ: eſt quoque radix Ieſſe. Prima eſt mala voluntas peccatoria: ſecunda bona voluntas pœnitentis; tertia eſt voluntas affecta gratia deuotionis: quarta eſt filius Virginis. Prima reminiſcit appoſito cophino ſtercorum: ſecunda, languet, ex vehementia deſideriorum: tertia viret, & germinat præ magnitudine ſpiritualium gaudiorum: quarta ſtat in ſignum populorum. Super primam aperient peccatores os ſuum. Super ſecundam, aperient oratores os ſuum. Super tertiam aperient laudatores os ſuũ

Su-

uũ; Superquartam continebunt reges os ſuum. Primæ enim, mādata Dei prædicabuntur. Secundæ, deſideria ſua impetrabuntur. Tertiæ, ſpiritualia chariſmata augebuntur. Quartam gentes deprecabuntur. Et ſic, *Veni ad liberandum nos iam noli tardare*. De prima dicitur:
Luc.13.8. *Dimitte arborem & hoc anno, vt fodiam circa radices eius, & mittam ſtercora*. De
Iſai.53.1. ſecunda; *Egredietur quaſi virgultum coram eo, & quaſi radix de terra ſitienti.*
Pſ. 1.3. De tertia; *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*; quod ad humorem mittit radicem ſuam. De quarta hic habemus. Igitur ſuper primam aperient prædicatores, os ſuum, & audient Dei mandata, & reuiuiſcent, appoſito cophino ſtercorum.

Quadruplex genus ſtercorum.
§. CDLXXXIX.

QVatuor ſunt genera ſtercorum. Eſt enim ſtercus hominis, & eſt ſtercus bouis, & eſt ſtercus iumentorum, & eſt ſtercus columbæ; quę in diuina pagina inueniuntur. De primo Ezechiel: *Fili*
Ezech.4.nu.12.& 15. *hominis fac panem, & operies illum ſtercore hominis*. De ſecundo: *De ſtercore*
Eccli.22.2. *boum lapidatus eſt piger*, ait Salomon. De tertio: *Computruerunt iumenta in*
Ioel. 1.17. *ſtercore ſuo*. De quarto, in libro regum
4.Reg.6.25 legitur; quòd vendebatur præ fame ſtercus columbæ. Primum eſt peccatum prælatorum; ſecundum, pecuniſorum: tertium, luxurioſorum; quartum, idiotarum. Primi, cùm ſint magiſtri, pec- peccant ſcienter; ſecundi, confidenter; tertij, impudenter, quarti, ſimpliciter. Primi enim alijs prædicantes, inde cadunt in vanam gloriam, & ſuperbiam. Secundi, quaſi boues, pro temporalibus laborantes, & inde eleemoſynam dantes, confidentiùs, male quærunt pecuniam. Tertij, quaſi iumenta portantes onus pœnitentiæ, impudenter cadunt in luxuriam. Quarti, cùm ſint idiotæ, peccant per ignorantiam. De primis; *Qui alios*
1.Cor.13.a *doces, te ipſum non doces*. Secundis, Apoſtolus; *Si expendero omnes facultates meas, in cibos pauperum; charitatem autem non habuero; nihil mihi prodeſt*. Tertijs dicit idem; *Induimini Dominum Ieſum Chri-*
Rom.13.d *ſtum, & curam carnis ne feceritis in deſiderijs veſtris*. Quartis, idem; *Timeo ne*
2.Cor.11.3 *ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua; ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu*. Primis igitur proponatur, quomodo cecidit per ſuperbiam diabolus. Secundis, quomodo perijt diues ille euangelicus purpuratus. Tertijs, quomodo ſubuerſa eſt Sodoma. Quartis, quomodo ſeducta eſt Eua.

Ecce Cophinus ſtercorum huic radici poſitus eſt. Tranſeat ergo in ſecundam radicem, ſcilicet in pœnitentium bonam voluntatem, & erunt de terra ſitienti, dum cor ſiccum, id eſt ſine deuotione, deſiderat deuotionem. Hoc ergo ordine procedat. Primo, duritia confringatur: ſecundò, de peccato conuertantur: tertium, bonum à malo diſcernatur; vt dum ſoli bono vacatur, deuotio, quam deſiderat, habeatur. Hunc ordinem Iſaias docet ſic: *Confractione confringetur* Iſai.24.d
terra, contritione conterebitur terra commotione commouebitur terra. Confringetur igitur, quaſi in alueo, per malleum: conteretur, quaſi in mortario, per piſtellum: agitabitur, quaſi in cribro, per aperturas foraminum. Confringetur in alueo occurentis damnationis, malleo timoris: conteretur in mortario propriæ reprehenſionis, piſtello compunctionis: agitabitur in cribro iugis meditationis, per foramina diſcretionis. Sic enim Pigmentarij ſolent ſpecies ſuas in puluerem redigere. Audi alueum damnationis:
Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit Matth. 22.b
fletus, & ſtridor dentium. Audi malleum
timoris: *Timor mortis conturbat me, quia* Eccl.
in inferno nulla eſt redemptio. Vnde ſub-
dit idem Iſaias: *Formidinem & foueam,* Iſai.24 18.
& laqueum, quis effugiet? Formidinem
moriendi: foueam Inferni: Laqueum iu- Nota
dicis. De primo, *Cor meum conturbatum*
eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper Pſ 54.5.
me. De ſecundo: *Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea*. De
tertio. *Pluet ſuper peccatores laqueos ignis*. Pſal.93.13
Audi mortarium propriæ accuſationis:
Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſte Pſal. 10.b
egimus, iniquitatem fecimus. Piſtellum
docet Dauid; *Quæ dicitis in cordibus ve-* Pſal. 105.b
ſtris, in cubilibus veſtris compungimini. Pſal.4.b
Audi cribrum. Aſſiduæ meditationis. *Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabam, & ſcopebam ſpiritum meum*. Audi 1. Theſſ. 5.
foramina diſcretionis: *Omnia probate;* 21.22.
quod bonum eſt, tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ecce inutilis graſſitudo, quæ remanet citra cribrũ, id eſt, peccatum. *Quod bonum eſt tenete*. Ecce puluis ſubtilis, qui tranſit foramina cribri. Hoc guſtato puluere, ſentit dulcedinem deuotionis, quam deſiderauit: Ergo iam deſinit eſſe radix de terra ſitienti. Et vt languorem deponat, fit tertia radix, quæ ad humorem eſt.

Tertia radix, quæ ad humorem mittitur, ſcilicet voluntas affecta diuotione: primò habet aquam munditiæ; ſecundò, rorem gratiæ: tertiò, hilaritatem in deuotione; quartò, charitatem in ædificatione. Aquam mundam, qua radix humectata germina bonorum operum prodit, producit. Rorem gratiæ, quo meſſem virtutum, ad maturitatem prouchit. Hilaritatem in deuotione, quæ guſtando ſuperna gaudia, quadam nouitate gloriæ, & ſcientiam efficit in ædificatione, cuius exemplo, quaſi quadam ſagitta amoris, ſancta emulatione cor proximi transfigit. Hanc ſeriem oſtendit

Iob.29.19. Iob, ita: *Radix mea aperta eſt ſecus aquas*; ecce primum. *Et ros in meſſione mea morabitur*; ecce ſecundum. *Gloria mea ſemper innouabitur*; ecce tertium. *Et arcus meus inſtaurabitur in manu mea*, Ecce quartum. Arcus enim in manu inſtauratur, cùm ex interna deuotione, iuxta mandata nouæ legis, ac veteris, quæ deſignantur in arcu, operatur. Inde, quando ſagitta æmulationis per exemplum ad cor proximi tranſmittitur. De primo; *Effundam ſuper vos*, ait Dominus, per Prophetam, *aquã mundam, & mundabimini, ab omnibus iniquitatibus veſtris*. De ſecundo ait Dominus, per Oſee Prophetam: *Ero quaſi ros, Iſrael germinabit quaſi lilium*. De tertio, ſubſequenter; *Et erit quaſi oliua gloria eius*. De quarto idem ſubiungit: *Et odor eius, vt Libani*; ſcilicet, odor bonæ opinionis, qui proximos ad amorem accendit. Vnde ſponſa vulnerata charitate ego ſum. Hoc enim vulnus amoris fecit radix Ieſſe: ſcilicet, ſuccenſio charitatis, quod dicitur Ieſſe, vel ſacrificium inſulæ, id eſt, Eccleſiæ, quæ pulſatur aduerſitatibus mundi, quaſi maris fluctibus inſula. Ad hoc enim dicitur: *Qui ſtat in ſignum populorum*, id eſt, in ſignum Crucis.

ibidem · *ibidem* · *Ezech.36.e* · *Oſee.14.b* · *Nota.* · *Ieſſe interpretatur* · *Quid ſit ſtare in ſignum populorum.*

Quatuor ſigna radicis Ieſſe.
§. CDXC.

Nota TAmen radicis Ieſſe ſunt quatuor ſigna. Primum eſt ſignum miraculorum: ſecundum, ſacramentorum: tertium populorum: quartum, glorificatorum. Primum, Dei incarnati: ſecundum, Dei regnantis: tertium, Dei morientis: quartum, Dei viui. Per primum enim, ad fidem illuminamur; per ſecundum, à peccatis regeneramur: per tertium, à diabolo liberamur: per quartum, in gloria coronamur. De primo ait Nicodemus; *Nemo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo*. Et Dominus; *Signa eos, qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent; & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit*. De ſecundo in Apocalipſi: *Dignus es, Domine accipere librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius*; id eſt, aperire ſacramenta. De tertio dictum eſt in Ezechiele viro, qui indutus erat lineis, vt imprimeret ſignum Thau in frontibus credentibus id eſt ſignum Crucis. De quarto in Apocalypſi: *Vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem ſignum Dei viui*. Ex omni tribu filiorum Iſrael viſi ſunt, duodecim millia ſignati. Habebant enim quoddam inſigne prænoſticum futuræ reſurrectionis in gloria.

Ioan 3.1 · *Marci 6.17* · *Apoc.5.9. Aperire libro eſt aperire Sacramenta.* · *Ezech.9.4 Signũ Thau ſignũ Crucis.* · *Apoc.7.a* · *Quod ſignũ haberent duodecim millia ſignati.*

In primo igitur ſigno Chriſtus ambulauit; in ſecundo; iacuit: in tertio, ſtetit; in quarto ſedebit. Ambulauit, nos ad regnum trahendo; iacuit, nobis cum participatione ſacramentorum ſe humiliãdo; ſtetit in Cruce, pro nobis viriliter pugnãdo; ſedit in throno maieſtatis ſuæ, nos iudicando. Ad primum nos inuitat Apoſtolus dicens; *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare*. Secundum nobis oſtendit, quando baptizatus eſt à Ioanne, qui in præſepio iacuit, nobis humilians ſe. De tertio in Apocalypſi: *Vidi ſupra montem Sion Agnum ſtantem ſimilẽ occiſo*. De quarto in Daniele; *Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit*. Sicut enim ſedebit cùm venerit ad iudicandum, habens ſignum, & veritatem glorioſæ reſurrectionis, habebit enim in veſtimento, & in fœmore ſuo ſcriptum; *Rex Regum, & Dominus dominantium*. Signum verò Crucis dicitur *Signum populorum*, quia per illam congregauit nos in vnum Chriſti amor, vt eſſemus populus eius, & oues paſcuæ eius. Super quem *continebunt Reges os ſuum*. Immo continebunt os ſuper eum oratores; continebunt philoſophi, & Reges; oratores non habentes aduerſus eum argumentoſam allegationem; philoſophi, ignorantes, quæ ſuper naturam eſt, veritatem; Reges humiliãtes el imperioſam poteſtatem. De primo dicebant Phariſæi, quaſi inſolubilem proponentes quęſtionem; *Licet cenſum dari Cæſari, an non?* Et ille reſpondit: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo*. *Et vltra*, ait ſcriptura, *nemo auſus eſt eum interrogare*. De ſecundo ait Pilatus, neſciens quid diceret; *Quid eſt*

1.Ioan.2.a. · *Apoc.14.a.* · *Dan.7.9.* · *Apoc.19.e* · *Nota Crucis ſignũ dicitur ſignũ populorum.* · *Iſai.52.15.* · *Luc.20.25 & 41.* · *Ioan.18.38.*

eſt veritas? Ipſe autem ſciebat, nam de-ſedixit: *Ego ſum via, veritas, & vita.* De tertio; continuit os ſuum, ne quis improperaret ei, Regulus ille, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Sed & Tiberius Cæſar, audiens eius miracula, inter Deos eum præcepit coli. Sequitur; *Ipſum gentes deprecabuntur*. Notandum, quòd Iudæi imprecabuntur, Gentes deprecabuntur, Chriſtiani precantur. Imprecantur damnationem; deprecantur peccatorum remiſſionem; precantur ſaluationem. De primo dicitur; *Reus eſt mortis:* Et, *Crucifige, Crucifige, Crucifige eum*. Secundo, deprecantur Gentes dicentes. *Veni ad liberandum nos, iam noli tardare.* De tertio precantur Chriſtiani dicentes; *Veni ad ſaluandum nos Domine Deus virtutum.*

Tyberius Cæſar Chriſtum inter Deos coli præcepit

Matth. 26. g

Eccl.

Eccl.

Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Cap. XI.

LABIA ſponſæ cocco aſſimilātur, quia Dominici ſanguinis, quo redempta eſt, precium prædicare non ceſſat Eccleſia, ſed declamat: *Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Nec ſimpliciter coccum dicit, ſed vittam coccineam: vitta enim ſolet capillos aſtringere. Si ergo in capillis eius fideles accipiuntur. Vitta, quæ hos aſtringit, & ad caput, quod eſt Chriſtus coaptat: doctrina veritatis intelligitur, quæ ne eos defluant per illicita ad caput ſuum, quod eſt Chriſtus, colligit. *Et eloquium tuum dulce*; quia laſciuos nihil ſic terret, quam vt pietas dominicæ paſſionis eis prædicata Sanguinem Chriſti in manibus habemus.

Gal. 6. 14.

Sicut vitta colligit, & aſtringit capillos ad caput, ſic prædicatio populum ad Chriſtum.

Multiplex ſanguis, Vbi & de quinque Animalibus, quæ lex præcipit immolari. §. CDXCI.

MVlti ſunt ſanguines. Eſt enim ſanguis appetitus, ſanguis culpæ, eſt ſanguis pœnæ, eſt ſanguis compunctionis, & eſt ſanguis emundationis. De primo; *Vita animæ in ſanguine eſt*. De ſecundo: *Carnem cum ſanguine non comedetis*. De tertio: *Sanguis eius in ipſo erit*. De quarto Gregorius: *Lachryma quidam ſanguis animæ eſt*. De quinto: *Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*. Primus, ſuggerit: ſecundus, offendit: tertius, punit: quartus, implorat; quintus, impetrat; Primus, ſuggerit venenum: ſecundus, offendit Deum: tertius, punit reum: quartus, implorat miſericordiam: quintus, impetrat veniam. Primus, ſuggerit leuiter: ſecundus, offendit miſerabiliter: tertius, punit ſeruiliter: quartus implorat, ſimpliciter: quintus, impetrat vniuerſaliter. Pro his quinque, in Leuitico, quinque genera animantium immolari iubentur. Primum eſt Bos, qui eſt magni corporis; cuius ſanguis ſignificat appetitum carnis, qui effundendus eſt, ne perueniat ad peccatum. Quod ſi peruenerit, ſequitur de Capra, quæ eſt fœtidum animal, cuius ſanguis, qui deſignat fœtorem peccati, effundi debet, ne amplius agatur. Sequitur de Oue, quæ eſt innocens animal, cuius ſanguis contra pœnam effunditur, ne iræ Dei flagello puniatur. Sequitur quarto de Auibus, quæ altæ volant; quarum ſanguis deſignat lachrymas ad Deū miſſas. Prædictorum ſanguis funditur ad oſtium tabernaculi, quia nondum ſunt propinqui Deo: Auium vero iuxta altare, quia lachrymæ nos appropinquare Deo faciunt.

Leuit. 17. 11 & 14.
Geneſ. 9. 5.
Ezech. 18. 13
Apoc. 1. 5.

Cur quinque genera animalium in leuitico iubentur offerri.

Lachrymæ aues quæ ad Deum volat.

Nota.

De triplici altare. Vbi de Rabab. §. CDXCII.

NOta quòd triplex eſt altare. Altare dicitur Eccleſia, iuxta illud, *Cùm intraueritis terram, quam Deus dabit vobis facietis altare Deo, de lapidibus, quos ferrum non tetigit*: Id eſt, de pacificis, & non ſchiſmaticis. Dicitur & Chriſtus altare. vnde Apoſtolus: *Habemus altare, de quo non habent poteſtatem edere, qui tabernaculo deſeruiunt*: Id eſt, carnē Eſt & cor noſtrum altare; vnde: *Oblatio iuſti impinguat altare*: Id eſt cor. Sanguis iſte in Altari, quod eſt Eccleſia, debet effundi, quia in fide Eccleſiæ, & in Altari cordis, quia de corde emanare

Deu. 27. 6.

Eccleſia ex pacificis conſtruitur non ex ſchiſmaticis.

Heb. 13. 10.

Eccli. 35. b

debent. Vel iuxta Altare, ſicut lex dicit, ad orientalem plagam, id eſt, ad Chriſtum, qui eſt ſol iuſtitiæ. Vel notitiam Dei; & veſiculam gutturis, id eſt, ſuperbiam; & plumas, leuitatem conuerſationis, quia viſa celſitudine Dei, ſuperbiam noſtram deponimus, & ſanguinem lachrymarum pro his effundimus.

Lachrymæ ſanguis redemptionis.

Eſt & ſanguis redemptionis, ſcilicet Chriſti,

Zach. 9. 11.

In ſanguine, inquit, *teſtamenti redemiſti vinctos de lacu, in quo non eſt aqua*. Hic ſignificatus eſt in vitta coccinnea.

Ioſ. 2. 15.
Gen. 38. 28.

Sed ad idem ſignificandum inuenimus funiculum concinneum in domo Rahab meretricis, per quem demiſit exploratores Iericho. Ad idem etiam, manus Zare, cùm naſceretur, inuoluta eſt panno coccineo.

Sanguis Chriſti tria mirabilia operatur.

In his tribus figuratur ſanguis Chriſti, ſed ad diuerſa. Vitta enim ſtringitur: funiculus trahit: pannus ornat. Stringit diſſoluta, trahit aduerſos, ornat iuſtos. Diſſolutas, ne à capite ſuo Chriſto recedant: aduerſos, ne in infernum deſcendant: iuſtos, vt in iudicio gaudeant. Quidam habent vittam, quidam funiculum, quidam pannum: vittam in ore, funiculum in corde, pannum in corpore. In ore doctores, in corde ſpirituales, in corpore martyres. Doctores in prædicatione, ſpirituales in voluntate, martyres in ſanguinis effuſione.

Cant. 4. 3.

Prædicatoribus enim dicitur; *Et eloquium tuum dulce*: Meretrici, ſcilicet noſtræ, quæ manet in Iericho, id eſt, in mundo.

Iericho interpretatur.

Iericho enim *Luna* dicitur, propter inſtabilitatem: habet domum, id eſt conuerſationem. Hæc habet duo ſolaria, ſcilicet ſenſualitatem, & ſpiritualitatem ſuperius. In hoc abſconduntur duo exploratores, ſcilicet ratio, & affectus. Affectus ad paſſionẽ inuitat: Ratio, quomodo fiat, ordinat. Sed in eo quæriteos Rex Iericho, id eſt, diabolus; vt quod non poteſt per carnem, per vanam gloriam faciat. Sed abſconduntur in vili ſtipula lini, quia in humilitate ſe protegunt.

Nota.

Tandem per funiculum eius deſcendunt, ad Paſſionem Chriſti confugiendo.

Paſſio Chriſti funiculus triplex.

Iſte funiculus triplex. Et funiculus triplex difficile rumpitur, & hoc propter tres effectus: peccata remittit: tentationes excludit: iuſtis regnum aperit.

Quid petrarum & veli ſciſſio in morte Chriſti innuerit.

Audi adhuc triplicem. Petram ſcidit, velum rupit, infernum ſpoliauit; ſcilicet, dura corda molliendo, inimicitias inter Deum, & hominem diſſoluendo, iuſtos de inferno extrahendo. Adhuc audi triplicem. Intulit terris tremorem, infernis timorem, cælo ſtuporem.

Pſal. 65. b
Pſal. 23. b
Iſai. 63. a

De primo, *Terra tremuit, & quieuit*. De ſecundo; *Attollite portas principes veſtras. Quis eſt iſte Rex gloriæ?* De tertio, Angeli: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtis de Boſra?* Eſt & coccinum, quo Chriſtus veſtitus eſt in paſſione. In his quatuor coccinis deſignatur Agnus paſchalis, in quatuor partibus domorum Iſraelitarum poſitus: ſcilicet, in inferiori limine: in ſuperiori, id eſt in ſenſualitate, & affectione: & in ſiniſtro poſte, id eſt in opere: & in dextro, id eſt in ore.

Coccinum, quo veſtitus eſt Chriſtus in paſſione, quid?

Qui eſt in ſiniſtro, id eſt in opere, nos redimit, ſcilicet, coccinum in manu Zare. In inferiori limine, id eſt In ſenſualitate, nos abluit. Hoc eſt coccinum, quo Chriſtus veſtitus eſt, in paſſione. In dextro poſte, id eſt in ore, nos portat, id eſt vitta coccinea. In ſuperiori limine, id eſt in affectione, nos ornat. Hic eſt funiculus Rahab, in ſuperiori ſolario. Quomodo digne ſumatur, additur in aſſatis carnibus, azymis panibus, lactucis agreſtibus.

2. Reg. 1. d

De hoc coccino ait Dauid ad filias Iſrael: *Qui veſtiebat vos coccino in delitijs*; Saul, ſcilicet, quem plangebat.

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo, quod intrinſecus latet.

Cap. XII.

PER genas, verecundia deſignatur, quia in erubeſcẽtia ſolet nos rubor perfundere; malum autem punicum, quia roſei coloris eſt, paſſionem Domini conuenienter ſignificat. Quia ergo Eccleſia non erubeſcit crucem Chriſti, ſed gaudet in paſſionibus, & contumelijs pro Chriſto, vexillumque illius ſolet geſtare in facie; meritò genas mali punici geſtare dicitur.

De Eccleſia pulcherrima ſimilitudo.

Et bene dicitur, *Sicut fragmen*

men mali punici, quia in eo pars ruboris, qui patebat videtur; & pars, quæ intus latebat candoris, aperitur. Habet ergo ruborem, cùm Domini paſſionem fatetur: *Nota.* Oſtendit albedinem fracti mali, cùm pulſata preſſuris puritatem ſeruat cordis. Et ſicut multa grana mali punici videri non poſſunt, niſi frangantur; ſic nec virtutes *Anima cur cõparetur malo punico.* Eccleſiæ, niſi tribulationibus probentur. Comparatur anima malo punico, propter imitationem paſſionis Chriſti, qui fuit malum punicum, hac ratione. Malum punicum habet in corpore pallorem, in ſpecie grauiorem ruborem, interius latentem candorem. Similiter Chriſtus in Humanitate aſſumpta habuit pallorem noſtræ infirmitatis; qua fracta in paſſione, apparet rubor ſanguinis: Interiùs latebat candor Diuinitatis. In carne tali ditauit terram, in ſanguine inebriauit eam, ex Diuinitate virtutibus locupletauit eam.

Triplex terra. S. CDXCIII.

Nota. SEd hæc triplex terra. Eſt enim terra, vterus Beatæ Virginis: & eſt terra vterus Eccleſiæ militantis: & eſt terra Eccleſiæ triumphantis. In prima aſſumpſit carnem: in ſecunda ſuſtinuit tribulationem: in tertia recepit beatitudinem. Pri- *Pſal. 67. d* mã viſitauit afferens benedictionem; *Benedixiſti Domine terram tuam*. Secundã, afferens reconciliationem, & pacem. vnde Propheta: *Et pax erit cum venerit*. Tertiam, reducens captiuitatem: *Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem*. *Quomodo Chriſtus viſitauit primã terram.* Primam, id eſt, Beatam Virginem, viſitauit, angelica videlicet ſalutatione; inebriauit ſancti Spiritus obumbratione; multipliciter locupletauit ſua incarnatione. Angelica ſalutatione, vt aduentus inſtitueretur: obumbratione, vt totaliter Spiritus ſancti amore impleretur, & gratia augeretur: ſua incarnatione, vt totus mundus per eam locupletaretur. Sed quia iſta *mirabilis facta eſt, & non potero ad eam*; ad ſecunda me tranſfero, ſcilicet militantis Eccleſiæ. Iſtam ſequendo, & venerando conſilio Poetæ,

Poetæ verſus. *Tu longe ſequere, & veſtigia ſemper adora.*

Domine Ieſu, parũnè tibi erat, deſcendiſſe de Ebron in Sichem in Dothain? Ebron *Sichem interpretatur.* dicitur *viſio æterna*, id eſt cæleſtis; vnde, venit in Sichem, quod dicitur *humerus*, vel *labor*, id eſt in vterum virginis, vbi *Dothaim interpretatur.* noſtros labores ſuſcepit: inde in Dothaim id eſt, *defectum*, ſcilicet mortis. Scire velim Domine:

Quæ te vicit clementia, *Hymn.*
Vt ferres noſtra crimina?

Ego, inquit, *Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Aegypto, & deſcendi, vt liberarem eum.* *Exod. 3. 8* Vere eum vicit clementia; vidit enim fratrem ſuum Ioſeph, commota ſunt omnia viſcera eius, & ingreſſus in vterum virginis, fleuit ibi, fletus, & dolores noſtros ſuſcepit. Bene aduenisti Domine: quia *Feciſti iudicium meum, & cauſam meam.* *Pſal. 9. 5.*

Triplex noſtrum iudicium eſt diabolo, & triplex cauſa noſtra cum Deo. S. CDXCIV.

IN tribus habemus iudicium cum diabolo, in tribus cauſam cum Deo: quia vt prædiximus, ſeminauit inimicitias in- *Diabolus tria mala nobis fecit.* ter Deum, & hominem; fœdera diſrupit inter Creatorem, & creaturam; Chaos magnum firmauit inter hoc exilium, & *Iſai. 33. 8.* patriam cæleſtem; vnde Iſaias: *Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens per ſemitas, proiecit ciuitates, non reputauit homines.* Ecce inimicitiæ. His facto chirographo, diabolus nos tenebat obnoxios morti perpetuæ: ſed quomodo fecerit iudicium, *Coloſ. 2. c* Paulus non tacuit: *Deleuit chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & tulit de medio, affigens illum cruci.* Deus Pater in tribus habebat iudicium aduerſus nos: ſcilicet, vt reſtitueremus ei hominem abſque peccato, quem in Adam ei abſtulimus: vt ſatisfaceremus ei de iniuria, qua Deo relicto, diabolum ſequuti ſumus: vt repararemus viam ad regnum, quæ noſtra negligentia deleta eſt. Sed quia pauper ſum, & bonorum meorum non eges, exoluit debitum, ſine peccato *Chriſtus tribus redemit hominem.* de virgine naſcendo; & quæ non rapuit, tunc exoluit. Expoliauit reatum in paſſione, ſanguinem fundendo. *Vere enim languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* *Iſai. 53. b* Iter reparauit ad regnum a mortuis reſurgendo: quia *Facta ſunt praua in directa & aſpera in vias planas.* *Iſai. 40 4.* Item abſoluendo debitum inimicitias diſſoluit, quia *Inuentus eſt iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.* *Eccli 44.17* Sic pacem Deus reddidit, in ſe reconcilians ima ſummis; expiando reatum fœdera renouauit; vnde gaudens Petrus ait, *Benedictus Deus, qui regenerauit nos in ſpem viuam, in hæreditatem, incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem cõſeruatam in cælis.* *1. Petr 1. a* Vere *incorruptibilem* quia non patietur defectum: *Incontaminatã*, quia ibi non erit peccatum: *immarceſci-*

Digitized by Google

eſtibilem; quia nullus patietur tædium.
Reparando iterum ad regnum, Chaos
Pſal. 106.16 diſſipauit, quando *Contriuit portas æreas*
& vectes ferreos confregit: Inferni clauſtra
Pſal. 106. 7. penetrauit ſuos captiuos redemit, & *de-*
duxit eos in viam rectam, vt irent in Ci-
uitatem habitationis. Audiſtis quomodo
Pſal. 64. 10. Deus terram virginis viſitauit, & *Multi-*
plicauit locupletare eam. Sed qualiter ter-
ram Eccleſiæ inebriauit, & viſitauit? ine-
briauit aqua, & ſanguine; multipliciter lo
cupletatam dono gratiæ viſitauit in paſſio
1. Petr. 2. 21. ne, vt eius exemplo vitam noſtram ordi-
nemus. *Quia Chriſtus paſſus eſt pro nobis*
vobis relinquens exemplum. Et hoc contu-
melia, ſermonis, aſperitate mortis confu-
ſione crucis. Contumelia ſermonis, vt
nos in iudicio liberaret à verbo aſpero; vt
Matth. 27. d eſt, *Aue Rex Iudæorum, & Dæmonem*
habet. Aſperitate mortis, vt nos liberaret
Thren. 1. d à pœnali inferno; vnde Propheta: *O vos*
omnes, qui tranſitis per viam, attendite, &
videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Confu-
ſione crucis, vt nos glorificaret in regno;
Heb. 12. & 2. vnde Paulus. *Propoſito ſibi gaudio; ſuſti-*
nuit Crucem confuſione contempta, & nūc
in dextera Dei ſedet. Eius exemplo: *Cur-*
ramus ad propoſitum noſtrum certaminis
aſpicientes in auctorem fidei Saluatorem
noſtrum. Quia nos pati meruimus, quod
Luc. 23. 41. ipſe: *Nos quidem digna facti ſuſcipimus:*
Gen. 42. 21. *hic autem quid mali fecit? Meritò hæc pa-*
timur, quia peccauimus in fratrem noſtrū.
Igitur libenter ſuſtineamus ſermonis con
tumeliam, aſperam paſſionem, omnimo-
dam confuſionem, vt dicamus cum Paulo.
1. Cor. 4. *Maledicimur, & benedicimus; perſequutio-*
Gen. 37. 20. *nem patimur, & ſuſtinemus; blaſphema-*
mur, & obſecramus: tanquam purgamen-
ta huius mundi facti ſumus omnium peripſe-
Tunica Ioſeph. *ma*. Domine Deus vide, ſi tunica filij tui
ſit, an non; qui pendet in Cruce pro no-
bis, vt habeas dicere pigris, & refugienti-
bus pœnitentiam: *Fera peſſima*, id eſt, mors
deuorauit pro vobis *filium meum Ioſeph*.
Ecce nos conuenit in patibulo, ne nos
Eccliæ. conueniat in iudicio, dicens: *Popule meus*
quid feci tibi, aut in quo contriſtaui te? re-
ſponde mihi. O homo tu quis es, qui re-
ſpondeas Deo? Si nolueris contendere
cum eo nō poteris reſpondere vnum pro
mille. Sed tu bone Ieſu, qui adhoc veni-
ſti reſponde pro me.

Triplex effectus ſanguinis Chriſti.
§. CDXCV.

Sequitur quomodo ſanguine inebria-
uir, ſcilicet, triplici modo. Ille enim
ſanguis attulit incarceratis redemptionē.
Redemptionem miſit Dominus populo ſuo:
vere *Apud Dominum miſericordia, & co-* Pſal. 129. 7.
pioſa apud eum redemptio. Sicut dicitur
per Prophetam. *In ſanguine teſtamenti* Zach. 9. 11.
tui redemiſti vinctos tuos de lacu vbi non
erat aqua. Maculati, attulit ablutionem,
vt in Apocalypſi. *Ipſe prior dilexit nos, &* Apoc. 1. 5.
lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo,
vt mundaret ſibi populum acceptabilem
ſectatorem bonorum operum. Attulit vn-
ctionem languidis, quia miſit verbum Chriſtus attulit vnctionē languidis.
ſuum, & ſanauit eos, quos ſacer cruor
perūxit fuſus agni corpore. Sed & in aqua
lauit, tempore homo ille, de quo idem di-
xit Diſcipulis: *Intrantibus vobis in Ciui-* Marc. 14. 13.
tatem, occurret vobis homo lagenam aquæ
baiulans: vbi & formam dedit noſtri pro-
fectus, vt prius lagena aquę lauemur, poſt-
modum in cœnaculo deuotionis reficia-
mur, ſicut ait Iob: *Antequam comedam,* Iob. 3. 24.
ſuſpiro: vt hæc ablutio toti mundo ſuffice
ret, de corpore eius, quatuor riui mana- Sanguis Chriſti quatuor flumina quæ de Paradiſo manarunt.
uerunt, tanquam quatuor flumina de
Paradiſo, quæ irrigabant vniuerſam ter-
ram, ſcilicet ſanguis, & aqua de latere:
aqua ſudoris, aqua lacrimarum. Hymnus.

Terra pontus, aſtra, mundus,
Quo lauantur flumine.

In lacrymis triplicem fletum nobis inſinua
uit, quia ter lacrymatus eſt. Primum, Chriſtus ter lacrimatus eſt.
ad ſepulchrum Lazari: ecce lacrymæ cō-
tritionis. Secundò, *Videns Ciuitatem* Luc. 19. 41.
fleuit ſuper eam: ecce lacrymę compaſ-
ſionis: Tertio, quando imminente paſſione
aſcendit in montem ſolus orare. Cùm
factus eſt in agonia: ecce lacrymæ deuo-
tionis; ſic inuenitur ſuper Hieremiam:
Diuiſiones aquarum deduxerunt oculi mei Thren. 3. 48.
Sequitur quomodo locupletauit dono ſa
pientiæ, qua collecta conſeruaretur, quia

Non minor eſt virtus, quàm quærere
parta tueri.

Et vt ad illam accedamus, clamat ipſa
ſapientia: *Tranſite ad me omnes, qui con-* Eccli. 24.
cupiſcitis me, & à generationibus meis im-
plemini. Tres ſunt generationes ſapientiæ Tres ſunt generationes ſapientiæ.
ſcilicet, ſæcularis prudentia: litteralis ſcē-
tia: cæleſtis ſapientia. Ecce terræ virginis
attulit benedictionem, terræ Eccleſiæ mi-
litantis reconciliationem, & pacem. Se- Nota.
quitur quomodo Eccleſiæ triumphantis
reduxit captiuitatem, eam enim viſitauit
in Aſcenſione, quando aſcendit in altum
Dominus, ad propriam ſedem remeans.
Inebriauit iocunditate lætitiæ, quia gaui-
ſa ſunt cæli regna reditu vnigeniti. Multi-
pliciter locupletauit angelicæ ruinæ repa-
rationem. ſicut ſcriptum eſt: *Reparabun-* Pſal. 109. 6.
tur ruinæ Ieruſalem, & Implebit ruinas.
Locu-

Crux Chriſti profuit Angelis & hominibus.

Locupletauit glorioſa carnis exaltatione Patris præſentans vultui victricē humanitatē. Locupletauit Angelos, & homines. ſocians in pace, & amore, quia ſoli poli- que patriam vnam fecit rempublicam,

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis; mille clypei pendent ex ea; omnis armatura fortium. Cap. XIII.

Nota.

SVPRA dictum eſt, quòd collum ſignificat Doctores, caput eſt Chriſtus, corpus Eccleſia. Igitur à capite Chriſto, per collum, ſcilicet prædicatores, tranſit cibus doctrinæ ad corpus; ſcilicet Eccleſiam; vnde in Euangelio Diſcipulis ſuis panes diſtribuit; Diſcipuli autem turbis appoſuerunt & manducauerunt, & ſaturati ſunt. Hoc collum bene Turri comparatur. Si enim Ciuitas Ieruſalem eſt Eccleſia, in ea meritò eſt turris, doctorum conſtantia, à Dauid, id eſt, manu forti conſtructa. Propugnacula, quibus hæc turris defenditur, ſunt ſacra ſcriptura, vel Eccleſię ſacramēta, vel facta ab eis miracula. Mille clypei qui pendent ex turre, mille ſunt præſidia diuinæ diſpenſationis, quibus à Domino ſunt adiuti ne vinci poſſint. Omnis armatura fortium eſt, quam Paulus enumerat dicens: *State ſuccincti lumbos veſtros in veritate*, & quæ ibi ſequuntur. Et bene dicitur turris Dauid, non Salomonis, quia fortitudine opus eſt in bello, Salomonis autem turris vſum ſuum habet in pace. Conſtantia dicitur turris iſta. Clypei ſunt patientiæ diuerſa genera: ſed quia mille dicuntur, facilius tractantur genera ſingulorum, quàm ſingula generum.

Prædicatores colli Eccleſiæ

Epheſ. 6.

Patientia Clypeus.

Quatuor clyplei: vbi & de Ioſue. §. CDXCVI.

Nota.

QVatuor igitur ponimus clypeos. Primus eſt ferreus, ſecundus æneus, tertius argenteus, quartus aureus. Primus obſtinationis, ſecundus ſimulationis, tertius innocentiæ, quartus charitatis. Primus eſt rebellium, ſecundus eſt hypocritarum, tertius manſuetorum, quartus diligentium. Primum portauit Saul, & in montibus Gelboe ſub eo eſt proſtratus: Æneum Golias, & à Dauid interfectus eſt. Argenteum habuit Ioſue, & eo eleuato, adiutus à ſocijs combuſſit Ciuitatem. Aureum Machabæi, & diſſipauerunt Gentium fortitudinem. Primi ſunt aſſini, ad corporalem afflictionem: meretrix, ad illatam confuſionem: aſpis, ad verborum correctionē; vrſus inſidians ad adulationem. De primo: *Percuſſiſti eos, & non ſunt ſanati: afflixiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinā.* De ſecundo, *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi.* De tertio: *Furor illius ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas.* De quarto: *Vrſus inſidians factus eſt mihi.* Sicut ait Iacob: *Maledictus furor eorum, quia pertinax & maledicta iniquitas eorum, quia dura. In conſilio eorum non veniat anima mea.* Hanc imponebāt amici Iob, ei dicentes: *Quis eſt vir, vt eſt Iob, bibens ſubſannationem quaſi aquam?* Hunc clypeum habuit Saul, qui Samuelis increpationem ſuſtinebat, & à malis non ceſſabat: & ideo in montibus Gelboe, id eſt, ſuperbia, abiectus eſt clypeus ille: ſecundus, ſcilicet. Æneus, eſt hypocritarum, qui videntur habere aureum colorem, & non eſt aurum; ſicut hypocritæ videntur pati ex charitate, quod patiuntur ex vanitate. Et hoc ex tribus cauſis; vt vitent imminens incommodum. vnde Sathan de Iob. *Pellem pro pelle, & quod habet homo, dabit pro anima ſua.* Secunda, eſt, cùm patiuntur propter aliquod temporale emolumentum, ſcilicet, quia *quæſtum exiſtimant pietatem*, ſicut ait Apoſtolus. Tertia eſt, cùm patiuntur propter laudes hominum; ſicut illi, *qui exterminant facies ſuas, vt pareant hominibus ieiunantes*. Hic erat clypeus Goliæ. *Et Clypeus*, ait, *æneus tegebat humeros eius*. In eo tota erat fiducia Philiſthinorum, qui fortis credebatur, & eius clypeus æneus inexpugnabilis. Tertius Clypeus dicitur, argenteus. Hic eſt naturalis innocentia; ſcilicet, quando in homine eſt bona, & temperata compoſitio humorum: quæ tamen per ſe non eſt virtus, ſed inſormata

Hierem. 5.

Hierem. 3. 3.

Pſal. 57. 5.

Thren. 3. 10.

Geneſ. 49. 6.

Iob. 34. 7.

Gelboe interpretatur.

Hypocriſis Clypeus deauratus non ex auro dicitur.

Iob. 2. b.

1. Tit. 6. 5.

Matth. 6. 16.

1. Reg. 17. 6.

mata charitate tranſit in virtutem. Hunc habuit Ioſue, qui cùm expugnaret vrbem, Hai eleuauit eum; cumque eleuaſſet Clypeum inſidiæ quæ latebant ſurrexerunt cito, & pergentes ad Ciuitatem ceperunt eam, & ſuccenderunt. (Ioſue 8. 19.) Quidam enim clypeum iſtum dimittũt in terram, dum ad terrena commoda ſuam applicant innocentiam. Quidam in altum leuant, ſcilicet, qui ad hoc habent, vt eam in Dei ſeruitio expendant: tunc aſſociantur & aliæ virtutes, & quaſi ſocij de inſidijs exeuntes ad vincendos hoſtes adiuuant. Hanc Iob habebat cùm diceret: *Qui deridetur ab amicis ſuis ſicut ego, inuocabit Dominum, & exaudiet eum. Deridetur* enim *ſimplicitas iuſti. Lampas contempta apud cogitationes diuitum.* (Iob. 12. 4. & 5.) (Nota.) Quartus clypeus eſt aureus, ſcilicet patientia, quæ ex ſola charitate habetur. Iſta portat in ſe Chriſti imaginem. Dat proximis fulgorem, aduerſarijs terrorem, ſicut hic aduertere poſſumus: *Refulſit ſol in clypeos aureos.* (Math. 6. c) Ecce imago veri ſolis, id eſt, Chriſti. *Et reſplenduerunt montes ab eis.* (Ibidem.) Ecce proximis, fulgorem. Montes ſunt mundi huius potentes, qui religioſorum patientiam videntes, illuminantur. *Et fortitudo gentium diſſipata eſt.* (Ibidem.) Ecce aduerſarijs terrorem, quia aduerſus patientes ſe vident nihil poſſe; qui corpus poſſunt occidere, animæ autem non habent quid faciant. Hi dicunt cum Iob: *Qui cœpit, ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me.* (Iob. 6. 9.) Item: *Si flagellat, occidat ſemel.* (Iob 9. 23.) Et Abacuc: *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulationis.* (Habac. 3. 16) Tales clypei pendent in turri, quæ eſt collum ſponſæ.

Triplex Turris. §. CDXCVII.

(Nota bene.) Sciendum verò, quòd tres ſunt turres. Prima virginitatis: ſecunda martyrij: tertia humilitatis. Omnes enim continentes ſimiliter ſunt vna ciuitas, in qua ſuperueniet quaſi turris, virginitas. Item, omnes ſuſtinentes tribulationem, vna ciuitas eſſe videntur, in qua Martyriũ quaſi turrim erigimus. Item, quaſi quedam ciuitas ſunt omnes participes humilitatis, in qua turris erigitur, ſcilicet amor propriæ deiectionis. Prima eſt contra luxuriam, ſecunda contra perfidiam, tertia contra ſuperbiam.

Duo vbera tua ſicũt duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilij, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Cap. XIV.

(Prædicatores dicuntur oculi, Dentes, & Collum.) IDEM prædicatores, qui ſupra, oculorum, & dentium, & colli deſignati ſunt, nunc vberum vocabulo exprimuntur. Qui rectè dicti ſunt *oculi*, quia occulta ſacramentorum perſpiciunt. *Dentes*, quia improbos corripiendo mortificant, & in corpus Eccleſiæ traijciunt. *Collum*, quia Eccleſiæ quaſi vitalem flatum, æterna gaudia prædicando, miniſtrant. *Vbera* apte dicuntur, quia paruulis adhuc in Chriſto lac verbi ſalutaris infundunt. Sicut hinnuli capreæ ſunt, qui mundis ſui cordis oculis, quæ agenda ſunt, & quæ vitanda ſunt, diſcernunt. Hinnuli pedum velocitate, & oculorum acumine plurimum valent; per quos hi ſignificantur, qui tradibus viam ſcientiæ, & veritatis demonſtrant. Bene gemelli, quia in vna fide, vna Matre Eccleſia geniti, paſcuntur *inter lilia*, id eſt, puris ſcripturarum floribus: (Quid ſit paſci inter lilia.) *Donec aſpiret dies*, id eſt, vſque ad finem ſæculi. Poſtquam enim aſpirauerit dies illa, de qua dicit Dauid, *Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia*; (Pſal. 83. c) Iam non erit locus docendi, ſed inclinabuntur vmbræ: id eſt, conſumptis tenebris huius mundi; *Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno Patris eorum.* (Matth. 13. f) Duo vbera ſponſæ ſunt, compaſſio, & congratulatio. Prima, de malis; ſecunda, de bonis.

Quod in quatuor proximo compati debemus. §. CDXCVIII.

(Nota.) IN quatuor compatiendum eſt proximo: In paupertate, in infirmitate, in tentatione, in afflictione. In paupertate deficientium, in infirmitate corporum;

rum; in tentatione ſuggeſtionum; in af-
flictione perſequutorum. Primò, conſe-
rendo ſubſidium; ſecundò, ſolatium; ter-
tiò, conſilium; quartò, auxilium. De
primo enumerat Iob, opera miſericor-
Iob. 31.17. & 18. diæ, quæ agebat: *Si comedi* (inquit) *buc-
cellam meam ſolus, & non comedit pupil-
lus ex ea. Quia ab infantia mea creuit
mecum miſeratio, & de vtero matris meæ
egreſſa eſt mecum.* De ſecundo, præci-
pimur viſitare infirmos. De tertio Pau-
1. Cor. 10. c lus: *Tentatio vos non apprehendat, niſi hu-
Iob. 29. 13 mana.* De quarto Iob: *Benedictio peritu-
ri ſuper me veniebat.*

Quadrifaria Paupertas.
§. CDXCIX.

Nota bene. VEruntamen paupertas, quadrifaria
eſt. Prima eſt paupertas cenſus:
ſecunda ſenſus: tertia fructus: quarta
ſpiritus. De prima: *Semper pauperes
Ioan. 12. b habebitis vobiſcum, me autem non ſemper
habebitis.* De ſecunda: *Tu dicis, Diues
Apoc. 3. c ſum & multi locupletatus, cùm ſis miſer,
& pauper.* De tertia: *Cito anticipet nos
Pſal. 78 8. miſericordia tua, quia pauperes facti ni-
Luc. 6. e mis.* De quarta: *Beati pauperes ſpiritu.*
Prima eſt oneroſa; ſecunda, probroſa;
tertia, criminoſa; quarta, glorioſa. Pri-
Quæ paupertas fugienda & quæ amplectenda ſit. ma, eſt ſuſtinenda: ſecunda, ſupplenda:
tertia, fugienda: quarta, amplectenda.
Prima eſt ſuſtinenda per patientiam: ſe-
cunda, complenda per pietatem: tertia,
fugienda, per ſuam ſterilitatem: quarta,
amplectenda, quia ducit ad beatitudi-
nem. Et hæc de vbere compaſſionis. Se-
quitur de vbere congratulationis, quæ eſt
de fraternis bonis.

*Quod de tribus debeamus proximo con-
gaudere.* **§. D.**

TRia ſunt, in quibus debemus con-
gratulari proximo ſi liberatur à pec-
catis: de fructu religionis: De expectatio-
ne æternæ ſalutis. De primo dictum eſt.
Nota. Luc. 15. c ibidem. *Congratulamini mihi, quia inueni drach-
mam, quam perdideram. Angelis etiam
eſt gaudium ſuper vno peccatore pœniten-
tiam agente.* Et de filio prodigo: *Gau-
Luc. 15. dere* (ait) *oportebat, & epulari, quia fi-
lius meus mortuus fuerat, & reuixit
perierat, & inuentus eſt.* De ſecundo
Apoſtolus: *Gratias ago Deo, quia fuiſtis* Rom. 6. 17.
*aliquando ſerui peccati, obediſtis autem
ex corde in eam formam doctrinæ, in qua
traditi eſtis.* De tertio: *Lætatus ſum* Pſal. 121. 1.
*in his, quæ dicta ſunt mihi. In domum
Domini ibimus.* Ibimus, inquit, non
ibo, quia ſic gratulatur de ſalute proximi, Gaudere debemus de proximi ſalute ſicut noſtra.
ſicut de ſua. Hæc vbera ſunt hinnuli, qui
ſunt veloces; quod pertinet ad compaſ-
ſionis velocem, & hilarem operationem.
Acute vident; quod ſpectat ad congra-
tulationis diſcretam inſpectationem. *Qui
paſcuntur in liliis.* Lilium habet odorem,
qui eſt in compaſſionis opere. Habet in
aſpectu iocunditatem, quæ eſt in congra-
tulatione; Donec aſpiret dies æternæ cla- Quid ſit Diē aſpirare, & vmbras inclinare.
ritatis, & inclinentur vmbræ huius mi-
ſeriæ caliginis. Item hinnuli velocitas
ſpectat ad velocem obedientiæ impletio-
nem. Acutus viſus, ad ſui, & Angeli, & Obedientia debet eſſe velox.
Dei ſpeculationem. Sed vt hoc ſpeculum
videamus, debemus inſpicere, tenere,
tergere. Inſpicere ipſum, eſt ratio cor-
dis humani: quod tenere debemus ne
currens terræ per amorem inhæreat:
tergere, ne malarũ, cogitationum puluc-
re ſordeſcat. Inſpicere, ne ad inania ſtu-
dia intentionis ſuæ oculum reflectat. In
hoc ſunt quaſi tres cæli, quia alia eſt di-
gnitas ſpiritus humani, alia ſpiritus an- Diuerſitas ſpiritus humani Angelici, & diuini.
gelici, alia vero excellentia ſpiritus diui-
ni. Humanus enim ſubiacet culpæ & pœ-
næ; angelicus eſt expers vtriuſque: ſed
incomparabiliter ſupergreditur, diuinus,
qui fecit vtrumque. Hoc eſt, ad tres cæ-
los aſcendere.

Cognitio Dei triplex. **§. DI.**

COgnitionem Dei, quæ hic poteſt ha-
beri, poſſumus tribus gradibus di-
ſtinguere, & ſecundùm triplicem graduũ
differentiam per tres cælos diuidere. Ali-
ter enim Deus videtur per fidem: aliter Triplicis cognitionis gradu ad tertiũ Cælum aſcēditur.
cognoſcitur per rationem: aliter cernitur
per contemplationem. Prima viſio, ad
primum: ſecunda, ad ſecundum; tertia,
ad tertium pertinet. Prima eſt infra ra-
tionem, ſecunda iuxta rationem, tertia
ſupra rationem. Ad primum, & ſecun-
dum poſſunt homines aſcendere: ſed non
ad aliud, quod eſt ſupra rationem, niſi
per exceſſum mentis humanæ.

Explicit Liber Sextus.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS in Canticum Canticorum SALOMONIS.

Cant. 4.6.

Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad colles Libani, vel thuris, & loquar ſponſæ meæ. Cap. Primum,

Nota.

IN myrrha, mortificatio carnis, vel paſſionum propriarum tolerantia. In thure, deuotio celſipetax orationis exprimitur. Mons autem myrrhæ, & collis thuris, eſt ipſa ſublimitas mentis eorum, qui carnem vincunt, & ad amorem cæleſtium ſe ardenter leuant. Ad quem montem, & collem vadit Dominus, quia illorum corda, qui virtutibus ſtudent, ſæpius viſere, & inhabitare dignabitur. Hoc eſt apertè dicere: Frequentabo tales, & pia deuotione, & illuſtratione glorificabo. *Et loquar ſponſæ meæ*, eruditionem, conſolationem, promiſſionem: & hoc interna inſpiratione. Item, *Ibo mihi* (ait) *ad montem myrrhæ*. Sibi vadit, quia ſingularis amor participem ſecreti non recipit. Sponſus eſt Deus, ſponſa eſt anima. Ideo ſponſa, quia donis gratiarum ſubarrhata. Ideo ſponſa, quia prole virtutum fœcundata. Omnis anima, huius ſponſi arrham ſuſcepit. Arrha eſt communis, & eſt arrha ſpiritualis. Communis eſt, quòd nati ſumus, quòd ſentimus, quòd ſapimus, quòd diſcernimus. Spiritualis arrha eſt, quòd regenerati ſumus, quòd remiſſionem peccatorum accepimus, quòd chariſmata virtutum accepimus, & quòd quiſquis habet hoc, cuique arrha eſt. *Ibo mihi* (inquit) *ad montem myrrhæ*. Mirrha, quæ amara eſt, ſignificat mortificationem carnis. Libanus, qui interpretatur *candidatio*, munditiam cordis. Hæc eſt via, per quam ſponſus ad ſponſam venit, ſcilicet mons mirrhæ, & colles Libani; quia primum, per abſtinentiam, concupiſcentiam carnis occidit: demum per munditiam cordis, ignorantiam mentis affligit. Poſtremò, quaſi pro XIII. die ad colloquium ſponſæ veniens, deſiderio ſuo animam accendit. Benè dixit, *Mons myrrhæ*, quia in afflictione debemus eſſe conſtantes. Et *Colles Libani*, quia in ſucceſſu virtutum debemus eſſe humiles. In monte myrrhæ accepimus fortitudinem contra carnis concupiſcentiam: in collibus Libani, illuſtrationem mentis contra ignorantiam: in colloquio ſponſi charitatem contra mollitiem. Potentia ad Patrem, ſapientia ad Filium, charitas ad Spiritum ſanctũ pertinet. *Loquar* (inquit) *ſponſæ meæ*.

Quomodo Deus loquatur ad cor ſponſæ

Myrrha, & Libanus, quid ſignificent.

Quid in Myrrha monte, & collibus Libani accipiatur.

Duplex eſt ad animam diuina locutio. §. DII.

Nota.

DVobus modis loquitur Deus ad animam. Aliter ad fornicariam; aliter ad ſponſam; aliter ad fœdam, & aliter ad pulchram; aliter ad peccatricem, & aliter ad iuſtificatam. Illius fœditatem increpat, huius pulchritudinem laudat. Illam increpando, timorem concutit: iſtam laudando, ad amorem accendit. Illi loquitur, quando ei maculas ſuas oſtendit: iſti quando dona, quæ contulit ei, in memoriam reducit. *Loquar* (inquit) *ſponſæ meæ*. Iterum tria proponũtur. Mons myrrhæ, collis Libani, vel thuris: colloquium ſponſæ. Ad primum venit Dilectus ſuſtinens mundi calamitatem: ad ſecundum, interpellans pro nobis Patrem: ad tertium, afferens prædicationem. In primo, ſuo exemplo nos inuitat ad amaritudinem paſſionis: in ſecundo proponit nobis fructum orationis: in tertio, docet nos viam ſalutis. Audi primum

Deus bonis & malis non dedignatur loqui.

Iſa. 53. b

mum. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* De ſecundo, pro tranſgreſſoribus orauit, vt non perirent. Pro tertio, clamabant Patres antiqui: *Veni ad docendum nos viam prudentiæ.* Venit autem primo ad vallem myrrhæ: ſecundò ad collem myrrhæ: tertio ad montem myrrhæ. Ad vallem, ſuſcipiens noſtræ carnis infirmitatem: ad collem, ſuſtinendo tribulationes & deriſionem: ad montem, perferendo paſſionem. Vallis, ad quam venit, fuit Virginis humilitas: collis, iuſtorum ſanctitas: mons, martyrij ſublimitas. Venit ergo ad vallem myrrhæ, Mariæ, ad collem Ioannis Baptiſtæ, ad montem Caluariæ: Ad primum per incarnationem; ad ſecundum per aſperæ aduerſationis conformitatem; ad tertium, per paſſionem. De valle, dicitur miſſus Ioſeph de valle Ebron, quod dicitur *viſio æterna*, ad viſitandos fratres. De collibus dicitur: *Exultatione colles accingentur.* De monte, Chriſtus qui ſuper montem aſcendit Caluariæ, dicitur: *Erit mons domus Domini ſuper verticem montium, & confluent ad eum omnes gentes.*

Eccleſia.

Quomodo Chriſtus venit ad vallē ad collem, & montem myrrhæ.

Ebron interpretatur.

Pſal. 64. c

Iſa. 2. a

In hunc itaque montem, ſcilicet Caluariæ, qui dicitur *Mons myrra*, propter amaritudinem paſſionis Chriſti, venit Dilectus homini, venit Angelo, venit ſibi. *Ibo mihi* (ait) vt ad totum montem acquiſiti ne legatur; id eſt ad vtilitatem. Venit homini ad neceſſitatem: Angelo ad iocunditatem: ſibi ad ſublimitatem. Ad neceſſitatem, vt redimeret: ad iocunditatem, vt angelicam ruinam repararet: ad ſublimitatem, vt Dilectus exaltaretur. De primo clamabant Patres antiqui: *Veni ad redimendum nos in brachio extento.* Propter ſecundum, in natiuitate Chriſti: *Facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtium clamantium, & dicentium, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Pro tertio dicebat Dauid: *Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me*, &c, *Exaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.*

Caluariæ mons interpretatur.

Nota.

Luc. 2. b

Pſal 29. a

Pſal. 144. 1

Triplex Myrrha. §. DIII.

Nota.

NOtandum quòd inuenitur myrrha prima, myrrha electa, myrrha probatiſſima. Prima eſt infirmorum, ſecunda iuſtorum, tertia martyrum. Prima eſt in pœnitentia vel ſatisfactionibus anguſtians: Electa in virtutū elegantia: probatiſſima in paſſionis experientia. De prima dixit: *Labia ſponſi ſtillantia myrrham primam.* Labia enim ſponſi dicuntur labia peccatoris confitentis peccata ſua in amaritudine animæ ſuæ. De ſecunda dicitur: *Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.* De tertia: *Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* Non eſt ſimplex hæc triplex myrrha, ſcilicet condita. Prima enim condita eſt vini auſteritate: ſecunda auro, thure: tertia aromatum dulcedine. Vinum primæ eſt auſteritas in pœnitentia: aurum ſecundæ, eſt charitatis ſplendor; thus vero, orationum fragrantia. Aromata tertiæ ſunt ſuperni ſaporis affluentia. In figura primæ *Dederunt Iudæi Domino vinum myrrhatum bibere:* Vt myrrha deſignet cordis contritionem, vinum, exterioris pœnitentiæ auſteritatem. In figura ſecundæ *obtulerunt Magi Domino aurum, thus, & myrrham.* Pro tertio dictum eſt. *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis à domibus eburneis.*

Mirrha prima.

Mirrha electa, & Mirra probatiſſima in quibus reperiatur.

Labia peccatoris confitentis peccata ſua dicuntur ſtillātia myrra primam in amaritudine animæ ſuæ.

Cant. 5. 5.

Marc. 15. c

Matth. 2. b

Pſal. 44. b

Triplex Collis. §. DIV.

ITem, ſunt colles diaboli, ſunt colles mundi, ſunt colles Libani, vel thuris, quod idem eſt. Primi, qui imitantur diabolum in ſuperbia: ſecundi, qui eleuantur in mundi dignitatibus & potentia: tertij ſequuntur Chriſtum in iuſtitia. De primis ait Iſaias: *Omnis mons & collis humiliabitur.* De ſecundo Abacuc: *Incuruati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.* De tertijs. Pſal. 71. *Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam.* Et iterum, *Exultationes colles accingentur.* Ad primos venit Chriſtus, vt conferat humilitatem: ad ſecundos, vt admoneat æquitatem: ad tertios, vt doceat veritatem. Humilitatem, ſecundum æquitatem iudicij: veritatem, ad cognoſcendam viam fidei, charitatis, & ſpei. Humilitatem ſui, mediante confeſſione: æquitatem iudicij dictamine. Idem venit ad cognitionem viæ doctæ prudentiæ. Primi colles ſe eleuant in ſuperbiam dum caput erigitur, lingua diſſoluitur, manus extenditur. Caput erigitur ad exterrendum, lingua diſſoluitur ad obiurgandum, manus extenditur ad opprimendum. Sed confeſſio, caput, id eſt, cogitationem ſtultam, quæ eſt initium peccati, abſcindit in contritione; linguam, in peccati prolatione; manus in ſatisfactione. Hoc totum deſignat illud factum Iudæ Machabæi. Demetrius, qui dicitur,

Iſa 40.

Abacuc. 3.

Pſal. 71. a

Pſal 64. 13.

1. Mach. 7. 26.

Demetrius interpretat.

Figura. Nicanor interpretatur. Superbi ſimiles Elephantibus quorum oſſa, quia iuncturis carent ſunt inflexibiles. 2. Mac. 15. 30 Iudas interpretatur.

tur, *Nimium perſequens*, id eſt, diabolus, miſit Nicanorem, qui dicitur, *Lucerna ſtans*, id eſt, exaltatio cordis, contra Iudam, qui dicitur *Confeſſio*. Qui Nicanor præerat Elephantibus, quorum oſſa iuncturis carent, quia ſuperbia inflexibilis eſt. Sed Iudas eum occidit, & abſcidit caput eius, & linguam, & manus. Sed in corde peccatoris tres ſunt ſcrupuli, qui eum in confeſſione deprimunt: timor, dolor, pudor. Deſperat timor propter peccati magnitudinem: dolor, propter multitudinem: pudor, propter turpitudinem. Cùm ergo recolit turpia, quæ geſſit, merito erubeſcit confiteri: cum verò multitudinem, meritò timore langueſcit. Scrupuli iſti vt lapis ſunt expoliendi.

Scrupuli ſicut lapis ſunt expoliendi.

De lapidis politione. S. DV.

IN lapidis politione ſunt tria, oleum, lapis, manus. Oleum ſuperfunditur, lapis ſuperuoluitur, manus lapidem trahendo voluitur. Oleum vero benignitatis, aſperitatem lenit: aſſiduitas pœnitentiæ, quaſi lapis, peccatorum ſcrupulos terit: puritas conſcientiæ, quaſi manus, ſordes tergit. Hoc eſt oleum: hic eſt lapis angularis: hæc eſt dextera Dei Patris. Primum lenit: ſecundum, premit: tertium, trahit. Primò igitur Deus dolorem lenit; ſecundò vanum timorem premit; tertiò, operi manuum ſuarum dexteram porrigit. Hoc de primis collibus.

De ſecundo & tertio colle vbi de Fide, Spe, & Charitate. S. DVI.

Nota.

SEcundos ad æquitatem inuitat, quod ſic fit. Primò, debet ratione conſulere: ſecundo, iuſtum ab iniuſto ſeparare: tertiò, cuique, quod ſuum eſt tradere. Conſule igitur Regem Salomonem, meretrices mulieres iudicantem. Primo præcepit gladium afferri; ſecundò, infantem diuidi; tertiò, vtrique partem ſuam dari. Hæc de ſecundis collibus. Tertios, vero inuitat ad veritatem, vt teneant viam fidei, ſpei, & charitatis, vt ſciant, quid credere, quid ſperare, quid amare debeant; ne inueniatur in fide ſcrupulus erroris, in ſpe defectus terroris, in charitate offendiculum rancoris. Fides igitur muniatur boni operis exercitio: ſpes, æternitatis deſiderio: charitas, exhibitionis obſequio. Propter fidem, quæ eſt de occultis, Rahab meretrix exploratores Iericho abſcondit: propter ſpem, funiculum coccineum in feneſtra miſit: Iſti ſunt *colles Libani*, ad quos deſcendit: *Et thuris*. Thus eſt gutta, quæ prius latet in arbore per fidem: ſecundò, igne crematur, propter charitatem: tertiò, fumum mittit in altum, propter ſpem.

Figura. Fides bono opere muniatur. Nota. In thure reperitur fides, ſpes, charitas.

Sponſi ad ſponſam locutio. S. DVII.

ET *loquar* (inquit) *ſponſa*. Aliter alloquor ſtultam: aliter incautam: aliter honeſtam. Primam increpat: ſecundam, inſtruit: tertiam, laudat. Propter primam, ait: *Sub arbore malo ſuſcitaui te; ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*. Propter ſecundam: *Si ignoras te, o pulcherrima mulierum, egredere, & abi poſt veſtigia gregum*. Pro tertia, *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*. Iſti dicit: *Et loquar ſponſa mea*. Qui dum loquitur ſubdit. *Veni de Libano, veni, coronaberis*. Nam *tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*. Omnis anima, vel auerſa eſt à Deo, vel conuerſa ad Deum. Auerſa, alia remota; alia remotiſſima: conuerſa alia propinqua; alia proxima. Quæ remota eſt, turpis eſt, ſed non tota: quæ remotiſſima eſt, tota turpis eſt. Item quæ propinqua eſt, pulchra eſt, ſed non tota: quæ proxima eſt, tota pulchra eſt. Quid ſponſus dixit audiuimus: qua via debeat venire ſponſa, audiamus.

Cant. 8. 5. Cant. 1. 7. Cant. 1. 14. Cãt. 4. 7. & 8

Via Sponſa. S. DVIII.

VEni de Libano ſponſa. Venies, & pertranſibis per montem Sanir, vel Seir. Seir interpretatur *hiſpidus* vel *piloſus*. Sanir, *nocturna auis*, vel *fœtor* Seir eſt concupiſcentia carnis. Seir, habet montem, habet campum, habet vallem. In valle eſt debilis, in campo fortis, in monte inſuperabilis. In monte eſt appetitus carnis in neceſſitate: in campo eſt appetitus carnis in ſatietate: in valle eſt appetitus carnis in voluptate. Quando ad viuendum tantum caro ſuſtentamentum capit, Seir in monte eſt: quando ad nutrimentum robur quærit, Seir, in campo eſt: quando ad laſciuiendum delitias poſcit, Seir in valle eſt. In monte eſt inſuperabilis, quia ſuſtentamentum in hoc exilio viuentibus neceſſarium eſt. In campo eſt fortis, quia robur carnis aliquãdo animæ profectibus vtile eſt. In valle debilis, quia voluptas car-

Seir interpretatur. Sanir interpretatur.

carnis ſemper ſuperflua eſt. In valle prohibetur; in campo conceditur: in monte remuneratur. In valle ſeruit: in campo pugnat: in monte regnat. In valle eſt luxuria: in campo eſt temperantia; in mõte parſimonia. In valle adiuuante gratia facile calcatur; in campo cum difficultate vincitur; in monte ne ſuperari valeat ipſe quotidianus defectus vires iugiter ſubminiſtrat. Qui ſuperflua reſecat, Seir in valle conculcat: qui de neceſſarijs aliquid minuit, Seir, in campo vincit; qui ad ſuſtentamentum naturæ, neceſſaria tantum tribuit, quaſi Seir, in monte exactori obſequium reddit.

Sanir interpretatur.

Si legatur Sanir idem vitiũ deſignat; interpretatur enim *fætor*, vel *nocturna auis*, quia voluptas carnis, & fætet, & occulta venit.

Hermon interpretatur.

Hermõ interpretatur *Anathema eius*, cuius eius, ſcilicet diaboli, qui primus ſeparatus eſt à Deo. Anathema vero anathematis eſt, qui ſeparatur à Deo.

Nota:

Notandum, quod alij ſunt mons Hermon, alij campus; alij vallis. Vallis ſunt, qui per fidem à diabolo iam ſeparati ſunt, ſed adhuc per vitam carnalem in deſiderijs iacent. Campus ſunt, qui medium ſtatum tenentes, nec per voluptatem in ima deſcendunt, nec per ſpiritualem conuerſationem ad ſuperna erigi poſſunt. Mons ſunt, qui non ſolum per fidem à diabolo ſunt ſeparati, ſed per imminentiam virtutis, & conſtantiam mentis contra diabolum ſunt erecti. Per cubilia Leonum ſopita crudelitas intelligitur; id eſt, carnis voluptas, quæ priùs placet per experientiam, ſecundò torquet per conſcientiam, tertiò flagellat per gehennam.

Per Leopardum deſignatur Hypocrita.

Nota.

Leopardus, varij coloris eſt, per quem deſignatur hæreticus, vel hipocrita, vel varij vitijs dediti, & ſuperbi amatores huius ſæculi.

Cant. 4. 7.

Item ab illo loco, *Tota pulchra es amica mea. & macula non eſt in te*: nõ ex imminentioribus membris, electorũ tãtum quæ partim enumeraui, pulchra es, verum etiã in illis, qui puſilli videntur, & fragiles & decore refulges virtutum, & vitiorum macula cares.

Libani interpretatio. Hebrayca, & Græca.

Libanus ſecundum Hebraicam etimologiam *Candidatio* dicitur; ſecundum Grecam, *Thus*. Cernit ergo ſponſam in Libano ſitam, eamque ad ſe venire admonet.

Nota.

Cùm enim videt Dominus animam fidelem in bonis actibus candidatam, & incenſum ſibi puræ orationis afferentem, delectatus pijs ſtudijs, vt cœptis inſiſtat hortatur. Tertio ſponſam de Libano venire præcipit, quia perfectum electis ſuis bonæ operationis, ſalutiferæ locutionis, puræ requirit cogitationis. Vel certè, *Veni* per optimam vitam, quam in corpore viuens exerceas. *Veni* abſoluta corpore, ad percipiendam animæ vitam æternam. *Veni*: tertiò, recepto corpore ad vidẽda reſurrectionis gaudia perfecta. Tunc enim coronaberis; ſed vnde? *De capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum.* *Cantic. 4. 8.*

Montes Cyliciæ ſunt corda infidelium in quibus immũda ſpiritus ſedẽ habent.

Amana, Sanir, & Hermon mõtes ſunt Cyliciæ, & Iudææ, Leonibus, Pardiſque, & alijs feris luſtra præbentes. Hæc ſunt ſuperba infidelium corda, in quibus immundi ſpiritus ſedem habent. Leones ſunt dæmonia propter ſuperbiam; pardi propter crudelitatem, ſiue varietatem artium, vel linguarum.

De Myrrha. §. DIX.

Cant. 4. 6.

Item in illo loco, *Ibo mihi ad montem myrrhæ*. Myrrha amara eſt, ideo paſſiones deſignat. Myrrha habet campum, habet montem, habet collem. Campum aſperæ conuerſationis; collem interioris compunctionis; montem in effuſione ſanguinis. In colle ordinat, in campo pugnat, in monte triumphat. Ordinat exercitum, pugnat aduerſus inimicum, triumphat, vt accipiat præmium: exercitum, virtutes: inimicum, diabolum: præmium, gloriam Angelorum. Hæc ſunt tria genera martyrij.

Tria genera martyrij.

In campo ſunt tria, ſcilicet, cõtinentia in iuuentute, largitas in paupertate, ſobrietas in vbertate. Item in colle tria ſunt, contritio peccati, compaſſio proximi, anxietas deſiderij. In monte vincamus per tria, ſi ſuſtineamus contumeliæ exprobationem, vilitatis confuſionem, paſſionis aſperitatem.

Nota:

Chriſtus in colle ordinauit prædicando in mundo; in campo pugnauit, tentãti diabolo reſiſtendo; per mortem triumphauit, in monte Caluario. Venit Dominus ad colles Libani, qui interpretatur *Candidatio*, per reſurrectionem.

Glorificatio corporis triplex. §. DX.

Nota:

Tres dotes corporis in tribus montibus demonſtrãtur.

Vnde triplicem nobis oſtendit corporis glorificationem, ſcilicet, claritatem, ſubtilitatem, agilitatem. Primum in monte Thabor per transfigurationem, quando facta ſunt veſtimenta eius alba ſicut nix. Secundo, in monte Sion, quando intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis. Tertio, in monte Oliueti, vnde aſcendit ad Patrem. *Matth. 17. 2* *Ioan. 20. 26.* Sic veniens loquitur ſponſæ; ſcilicet, hæc quatuor, quæ ſequuntur. Primo, *Tota pulchra es*; ſecundo, *Veni à Liba-* *Act. 1. 9.*

Digitized by Google

Libano; tertio, *Coronaberis*; quarto, *Vulnerasti cor meum*. Primo laudat, ſecundò vocat, tertiò inuitat, quarro rememotat. Primo laudat munditiam, ſecundò vocat ad patriam, tertiò inuitat ad coronam, quartò, rememorat ei ſuam beneficentiam. Primò laudat munditiam, vt hilaris fiat; ſecundò, vocat ad patriam, vt peregrina ad ſuam Ciuitatem redeat; tertiò inuitat ad coronam, vt per præmia alliciat: quartò, rememorat beneficentiam, vt gratias ei re ſerat. Sed tertio dicit, *Veni de Libano*: Libanus *Canditatio* diciturş quod, & ad bonum, & ad malum ſpectare poteſt. *Libanus interpretatur.*

Candidatio mala triplex, & bona triplex
§. DXI.

Nota bene. TRiplex eſt enim cādidatio in malum: ſcilicet, voluptas, vanitas, ſimultas. Prima carnalium, ſecunda ſuperborum; tertia hypocritarum. De prima: *Si apparuerit candor in vulnere, lepra eſt*, ait Moyſes. De ſecunda: *Qui habuerit albuginem in oculo, non miniſtret in tabernaculo*. De tertia vocat Dominus hypocritas, *ſepulcra dealbata*.

Num 12. c Figura. Leuitic. 21. d Matt. 23. 27.

Nota. Eſt & triplex candidatio in bono: ſcilicet continentia, innocentia, ſapientia. De prima, & ſecunda: *Candidiores niue, nitidiores lacte*. De diuina ſapientia dicitur: *Candor eſt lucis æternæ*. De triplici malo, nos peccatores vocat, vt conuertat: De triplici bono vocat ſponſam, vt melius proficiat. *Eccleſia. Hymn.*

Caput Diaboli triplex. §. DXII.

COronaberis (ait) ſed obquam victoriam debeat coronari adiungit: ſcilicet, *De capite Amana*, id eſt diaboli, qui eſt caput omnium malorum, & eius capita ſunt tria: primum ſuperbia, ſecundum ſuggeſtio, tertium fomes peccati, ſiue originale peccatum. Primum præcipitauit eum de cælo; ſecundum Adam de paradiſo; tertium inquinat omnem hominem in mundo. De his Dauid: *Contribulaſti capita Draconum in aquis: tu confregiſti caput Draconis in aquis*: ſcilicet baptiſmi. Sanir, fœtor dicitur, ſcilicet carnis, eius venter eſt ſuperbia carnis. Hermon dicitur, Anathema, id eſt ſeparatio, qui verticem habet mundanam elationem; ab eo ſeparari debemus. Cubilia Leonum, latens ferocitas. Montes Pardorum, apertæ malitiæ varietas. Ergo coronabitur anima, quæ omnia vicit.

Nota. Diabolus habet tria capita. Pſal. 73. c Cubilia leonum, & montes Pardorum quid.

Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum. Cap. II.

Cant. 4. 9.

Nota. COMMEMORATIONE vulnerati cordis magnitudinem amoris, quem erga Eccleſiam habet, exprimere voluit. Quam rectè ſororem ſuam nominat, & ſponſam, quia cæleſtis eā thalami ſibi fœdere coniunxit: quia, & ipſe homo fieri, ac inſuper ei naturaliter exiſtere dignatus eſt. Poteſt & iuxta illud intelligi, quod Iſaias dicit: *Ipſe autē vulneratus eſt propter iniquitates noſtras*. Et qua de cauſa hoc ſit, ipſe ſubiungit. *In vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*.

Iſai. 53. 5. Cant. 4. 9.

Nota. In vno oculo, vnitas magiſtrorum, & in vno Crine vnitas ſubditorum oſtenditur. Supra in pluribus oculis plures magiſtros; in pluribus capillis plures ſubditos ſignificauimus. Nunc in vno oculo vnitas magiſtrorum, in vno crine vnitas ſubditorum accipitur, ac ſi diceret: Tota forma tui corporis mihi pulchra appares: ſed hoc eſt, quod præ cæteris ad te amandam me accendit, quia vnitatem fidei, ac dilectionis, & in ſubditis, & in Prælatis habere probaris. Hoc eſt, quod ad excipiendum vulnus pro tua vita adduxit. Charitas huius vulneris, fuit cauſa, qua ad imitationem Chriſti vulnerarentur multi. Nō mirum igitur, quia video alios vulneratos, alios ligatos, alios languentes, alios deficientes. Charitas vulnerat, charitas ligat, charitas languidum facit, charitas deficientē adducit.

Duplex charitatis effectus.
§. DXIII.

AVdi dē charitate: *Vulneraſti cor meū ſoror mea ſponſa*. Audi de charitate ligante: *In funiculis Adam traham eos*; in vinculis charitatis. Hæc charitatis vin-

Cant. 4. 9. Oſee 11. 4.

Digitized by Google

[*Bonuſt in Dei vincula*] vincula ſuat Dei beneficia; ſcilieer bona naturæ, gratiæ, & gloriæ. Naturam condidit, gratiam contulit, gloriam repromiſit.

Triplex funiculus. S. DXIV.

[*Nota.*] [*Eccl. 4. 12*] [*Quid ſit funiculus triplex*]

ECce funiculus triplex. Dona conditionis; bona iuſtificationis, præmia glorificationis, *Funiculus triplex difficilè rumpitur*. Hic tamen ruptus eſt. Adiecit autem Dominus reſarcire charitatis vincula. Nobis bona contulit, mala noſtra pro nobis pertulit; & nos ex vtroque ſibi obnoxios reddit. Audi de charitate languente: *Filiæ Hieruſalem nunciate dilecto, quia amore langueo*. [*Cant. 5. 8.*] Audi de charitate deficientem adducente: *Defecit in ſalutare tuum anima mea*. [*Pſ. 118. 81.*] In præmis deſiderijs vide quid agant iſti gradus. In primo, transfigit affectionem; in ſecundo, ligat cogitationem: in tertio diſſoluit actionem. [*Nota.*] Affectio itaque captiuatur in primo; cogitatio, in ſecundo; actio, in tertio. Quarto, cui nil ſatisfacere poteſt, humanæ poſſibilitatis metas excedit. Hic deficientem adducit, & de remedio deſperare facit. [*Nota.*] Primus itaque gradus eſt, quando mens deſiderio ſuo reſiſtere non poteſt: ſecundo, quãdo obliuiſci non poteſt; tertio, quando ei nil ſapere poteſt: quartus, quando nihil ei ſatisfacere poteſt. In primo, amor eſt inſuperabilis; in ſecundo, inſeparabilis; in tertio, ſingularis; in quarto, inſatiabilis. [*Amor debet eſſe inſuperabilis inſeparabilis & ſingularis.*] Inſuperabilis eſt, qui alicui affectui non cedit; inſeparabilis, qui à memoria nunquã recedit: ſingularis, qui ſocium non recipit; inſatiabilis, cum ei ſatisfieri non poſſit. In primo gradu notatur amoris excellentia: in ſecundo, eius vehementia: in tertio, eius violentia; in quarto, eius ſupereminentia. In humanis affectibus primus gradus poteſt eſſe bonus; ſecundus ſemper eſt malus; tertius, non ſolum ſemper eſt malus, ſed etiam incipit eſſe amarus: quartus vero, omnium eſt peſſimus. Pretioſus eſt ille primus gradus in Dei amore, quando eſt inſuperabilis; pretioſior ſecundus, quando ardens affectus incipit eſſe inſeperabilis. Multò melior, quando in alia re, quam in Deo, delectari non poteſt. Summus eſt quando ſuo deſiderio nil ſatisfacere poteſt. In primo, *Aquæ non potuerunt extinguere charitatem, & flumina non obruent illã*, [*Cant. 8. 7.*] eo quod inſuperabilis ſit. In ſecũdo ponit anima dilectum ſuum ſuper cor ſuum, ſicut ſignaculum, eo quod obliuiſci non poſſit. In tertio, *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam*: [*Ibid.*] eo quod in alia re delectari non poſſit. In quarto, *Fortis eſt, vt mors, dilectio; dura ſicut infernus æmulatio*; [*Cant. 8. 6*] eo quod ei parum ſit, quicquid pro Deo facere, vel ſuſtinere poteſt. In primo, inſuperabilis amor dicit: *Diligam te Domine fortitudo mea*. [*Pſal 17. 1*] In ſecundo, inſeparabilis amor dicit: *Adhæreat lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui*. [*Pſal. 136. 6.*] In tertio, ſingularis amor dicit; *Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum*. [*Pſal. 76. 4*] In quarto dicit inſatiabilis amor: *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?* [*Pſal. 115. 3.*] In primo inſuperabilis dicitur; *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti*. [*Rom. 8. 35. 1.*] In ſecundo, *Charitas nunquã excidit*, [*1. Cor. 13 8.*] eo quod inſeparabilis ſit; vnde, *Adhæſit anima mea poſt te*. [*Pſ. 62. 9.*] In tertio, *Omnia arbitratur vt ſtercora vt Chriſtum lucrifaciat*. [*Ad Philippen 3. 7. & 1. 21*] In quarto: *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ* eo quod *cupiat diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. [*Nota.*] In primo gradu diligitur ex corde; in ſecundo, ex toto corde; in tertio, ex tota anima; in quarto ex omni virtute. In primo: *In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi*. [*Pſ. 118. 11.*] In ſecundo, *In toto corde meo exquiſiuit te*. [*Pſ. ibid.*] In tertio; *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore*. In quarto; *Non timebo quid faciat mihi homo*. [*Pſ. 55 5.*] In primo fit deſponſatio, in ſecundo nuptiæ, in tertio, copula, in quarto, puerperium. De primo dicitur. *Sponſabo te mihi in ſempiternum*. [*Oſee 2. 19.*] In ſecundo fiunt *Nuptiæ in Cana Galilææ* [*Ioan. 2. 1.*] De tertio, *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt*. [*1. Cor. 6. 17.*] De quarto, *Concepimus, & parturiuimus & peperimus ſpiritum*. [*Iſa. 26. 18.*] In primo, ſuſpenſa ad reditum dilecti clamat. *Veni dilecte mi, ſimilis eſto capreæ, hinnuloque ceruorum*. [*Cant. 2. 17.*] In ſecundo ſponſa inuitatur, & dicitur ei: *Veni de Libano ſoror mea ſponſa*. In tertio ipſa dicit: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, [*Cant. 4. 8.*] In quarto dicit Paulus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*. [*Gal. 4. 19.*]

Triplex vulnus Chriſti, & de Samſon. S. DXV.

[*Nota.*] [*Chriſtus pro ſponſa vulneratus in toto corpore.*]

VVlneratus eſt Chriſtu pro ſponſa, in corpore, in corde, in capite. In corpore, clauis; in corde, lancea; in capite, ſpinea cornna. Primo, vt affligeretur; ſecundo, vt occideretur: ter-

tio

Digitized by Google

Iſai.50.6. tio, vt illuderetur. De primo: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas*
idem c.53.12 *vellentibus*. De ſecundo: *Tradidit in mortem animam ſuam*. De tertio, dice-
Marc.15.18 bant Iudæi ſpinis coronato: *Aue Rex*
Iſai.53.4.5. *Iudaeorum*. In primo! *Dolores noſtros ipſe portauit*. In ſecundo, *Languores noſtros ipſe tulit*. In tertio, diſciplinam oſtendit. Dolores infirmitatis, & pæne languores: culpæ diſciplinam pacis noſtræ. *Diſciplina* (inquit) *pacis noſtra ſuper eum*. Et nos imiremur eum. Habemus enim corpus inſtrumentum; cor, domicilium; caput, ſpiraculum. Inſtrumentum laboris, domicilium amoris, ſpiraculum auræ vitalis. In primo igitur vulneremur, clauis timoris in corpore: in corde, lancea compunctionis: in capite, ſpinis diſciplinati rigoris. De pri-
Pſ.118.120. mo, *Confige timore tuo carnes meas*. In
1.Reg. 24.6. figura ſecundi, *Percuſſit Dauid cor ſuum quando ſcidit oram clamydis Saulis*. De
Eccli.28.28. tertio, *Sepi aures tuas ſpinis*. In corpore vulneremur, ne propter operum diſſolutionem affligamur: vulneremur in corde, ne propter euaginationem cogi-
Nota. In vno oculorum ſponſæ dicatur vulneratus Chriſtus. tationum occidamur: vulneremur in capite, ne à diabolo nobis propter curioſitatem illudatur. In vno oculorum vulneratus eſt Chriſtus. Duo ſunt oculi in anima: vnus reſpicit inferius, ad ordinanda temporalia: alius ſuperius, ad cognoſcenda ſuperna. Vnde homines *aſcendunt*
Pſ.106.26. *vſque ad Cœlos*: primum tamen *deſcendunt vſque ad abyſſos*.

De Samſone. §. *DXVI*.

Nota. SEptem crines raſos de capite Sãſonis, ſeptem dona Spiritus ſancti ſcimus interpretatos. Inter hæc præcipuus eſt Spiritus ſapientiæ, quia quæcumque operantur alia dona, iſtud ducit ad ſaporem, & delectationem. Talis crinis, qui facit
Qualis ſit ille Crinis quo ſponſi cor vulneratur. hominem delectari in Deo, vulnerat amore cor ſponſi. Hic crinis naſcitur in capite ſpiritualis affectionis; deſcendit per collum rationis, ad ornandum corpus ſenſualitatis. Primo enim ſapor ille diuinus in affectu naſcitur: ſecundò tranſit per rationem, à qua vtrum ex Deo ſit, diſquiritur, & ordinatur. Tertiò, deſcendit ad ſenſualitatem, quæ ex eo ornatur dum guſtato illo ſapore, conſuetum vſum quo corpus ſenſificat, obliuiſcitur. Vul-
Ægritudo ſponſi vulnerati noſtra ſanitas. nus iſtud, non ponit in Deo grauamen paſſionis: ſed vehementiam charitatis, quam habet in nobis. Ægritudo huius vulnerati, nobis eſt medicamentum, eruditio ad bellum, amoris indicium.
Inde, & congrue in libro Regum dicitur; *Figura*
ægrotauit Eliſeus, & deſcendit ad eum 4.Reg.13.14
Rex Iſrael. *Beatus, qui intelligit ſuper* Pſ.40.2.& 4
egenum: & pauperem, cuius Dominus vniuerſum ſtratum verſauit *in infirmitate eius*. Ipſe eſt Chriſtus, qui noſtræ carnis ſumpſit infirmitatem: ad eum deſcendit, qui complantatur ſimilitudini mortis eius, qui diſcit ab eo eſſe vir dolorum, & ſciens infirmitatem. Hic Rex Iſrael, bellum habet contra Syriam, quæ dicitur
elata, id eſt, contra ſuperbiam. Iſte ve- *Syria interpretatur.*
nit cum arcu, intenſo ſtudio, & propenſo affectu. Duo eius cornua curuantur ad inuicem, cum ſe reſpiciunt, profeſſio, & conſummatio, mediante conuerſatione continua, qua corda attingit à fine vſque ad finem fortiter. Vel primum cornu poſſumus intelligere primam conditionem naturæ: aliud, vltimæ naturæ glorificationem. Hæc ſe reſpiciunt, per chordam, id eſt per gratiam, quæ naturæ ſtatum, reintegrat, & gloriam confert. Cornu ſuperius curuatur, cùm ſuperior gloria, vt eam poſſimus contemplari, capacitati noſtræ ſe inclinat. Itaque in inferioribus fit diſtricta diſciplina, in ſuperioribus ſuſpenſa deuotio. Cum ergo per gratiam, id eſt, chordam, ſic arcus fuerit intenſus, ſagittas ſpirituales emittit, quæ multipliciter vulnerant.

Quatuor ſunt Sagittæ. §. DXVII.

SVnt enim iſtæ ſagittæ quatuor. Prima vlneratur diabolus: ſecunda, à Deo auerſus; tertia, deuotus; quarta, Chriſtus. Prima, vt victus tribuetur: ſecunda, vt reuocetur: tertia, vt inflãmetur: quar-
ta, vt pro nobis moreretur. Prima, Rex *Figura*
Achaz fuit occiſus. De qua, *Emitte ſagit-* Pſ.143. 6.
tas tuas, & conturbabis eos. Secunda, & tertia, quas Ionathas miſit in ſignum, quod à Dauid intelligeretur: ſcilicet, quòd pater eius, id eſt diabolus eſſet fugiendus. *Sagitta Ionathæ à quo fugiendum indicat.*
De ſecunda Iob: *Sagittæ Domini in me* Iob 6.4.8
ſunt, quoniam indignatio ebibit ſpiritum
meum. De tertia: *Sagitta Ionathæ nun-* 2 Reg.1.22
quam rediÿ retrorſum. Et, *Sagittæ po-* Pſ.119.4.
tentis acutæ; Item, *In luce ſagittarum* Abacuc.3.11
tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. De quarta: *Poſuerunt* (dicitur) Thren.3.12
me quaſi ſignum ad ſagittam. Hæc, eſt ſagitta, qua Iudas Machabeus pro deffenſione populi ſui eſt occiſus. De primo
vulnere dicitur. *Numquid non percuſ-* Eſai 51.9.
ſiſti ſuperbum? vulneraſti draconem? De
ſecundo. *Increpationes Domini ne reprobes*. Iob 5. 17.18

bus. Ipſe enim vulnerat, & medetur, percutiet & manus eius ſanabunt. De tertio, vulnerata charitate, dicit: *Inuenerunt me cuſtodes ciuitatis, percuſſerunt me & vulnerauerunt me.* De quarto; item in eodem canticorum cap. 4. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa.* In hoc autem loco de vulnere agitur, quo hoſtis vulneratur.

Cant. 5. 7.
Cant. 4. 9.

De Syria ter percuſſa. §. DXVIII.

Figura 4. Reg. 13. 17

A*Peri mihi feneſtram orientalem* (ait Eliſeus) *& iace ſagittam contra Syriam, & percuties eam in Aphech.* Contra Orientem iacit ſagittam, qui affectũ ſuum, & cogitatum, ad feriendum ſuperbum illum intendit, de quo dicitur per Iſaiam: *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris?* Percuties (ait) eam in Aphech. in furore nouo: id eſt cũ furore, qui de charitate procedit. Hũc enim iactum vocat Eliſeus, iactum ſalutis. Hic duplicem nota ictum, ſcilicet, ſagittæ, qui fit de longinquo, de quo dictum eſt, *& iunge*, quæ fit de propinquo de quo nunc agitur, cum dicit Propheta. *Percute iaculo terram. Et percuſſit tribus vicibus, & ceſſauit.* Percute in Syria hoſtis ſuperbi, quam tibi mittit ſuggeſtionem. Percute terram, quæ de carne tua naſcitur oblectationem: hæc eſt enim tibi propinqua, illa longinqua. Bona eſt feneſtra orientalis, per quam non mors intrat, ſed percutitur hoſtis. Syriam ferire enim eſt, per diuinam reuelationem mundi occidere elationem. Terram ferit, qui carnem ſuam caſtigat; tribus vicibus, ſi triplex animæ vitium refrenat. Eſt enim iraſcibilis, concupiſcibilis, rationalis. In primo, reprimit iræ furorem: in ſecundo, libidinem: in tertio, feruorem. Sed debet percutere quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties. Quinquies, retinendo quinque ſenſuum contumaciam: ſexties, per operationem bonam: ſepties, per gratam mentis quietem.

Iſai. 14. 12.
Aphech interpretatur.
4. Reg. 13
Quid ſit per feneſtram orientalem Syriam percute ſagitta.
Quomodo terram ſagitta ter percutere debemus.

Pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror, mea ſponſa: pulchriora vbera tua vino. Cap. III.

SICVT in oculis Doctores, cæleſtia contemplantes in collo perfectioribus ſpiritualem gratiam infundentes, in dentibus peruerſos reprehendentes; ſicut in mammis deſignantur infirmos, ſimpliciori lacte doctrinæ nutrientes, quæ meritò pulchræ propter effectum dicuntur; quia infirmos adhuc fuligine peccatorum nigros ad pulchritudinem iuſtitiæ adducunt. Sponſam dicit, quia de ipſo concipit, & ipſi parit: ſororem, quia cum eo idem opus facit. Ipſe ſponſus cibus eſt Angelorum; In eo, quod, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum.* Panis ſpiritualium, in eo, quòd *Verbum caro factum eſt.* Lac paruulorum, in eo quòd *habitauit in nobis.* Vbera ſponſæ pulchriora ſunt vino, id eſt Euangelicæ Doctrinæ ſuauitas, quam legalis obſeruantiæ auſteritas: omnium Chriſto militantium mater eſt gratia. Hæc habet mammam, habet vber, habet mammillam. De prima, vt hic; *Pulchra ſunt mammæ tuæ.* De vbere in ſequenti; *Pulchriora ſunt vbera tua vino.* De tertio Iſaias; *Mammilla Regum lactaberis.* De prima, lac extrahitur. De ſecunda, pinguedo olei effunditur. De tertia, mel ſuſcipitur.

Chriſtus cur vocat Eccleſiam ſororẽ, & ſponſam.
Ioan. 1. 1.
ibidem.
Pulchrior eſt euangelicæ legis ſuauitas quàm auſteritas legalis Obſeruantiæ.
Cant. 4. 9.
Iſai. 60. 16.

Etherologia mamma, vberis, & mamilla. DIXX.

IN de dicitur mamma, quaſi *Manus manans;* Veber, quaſi *Vngens imber.* Mãmilla, quaſi *manans melle.* Prima, blanditur; ſecunda, conſolatur; tertia ſugẽs dulcoratur: Blanditur, promiſſione; conſolatur, deuotione; dulcoratur ſuſpirans ineffabili dulcedine ſupernæ gloriæ. Primò dicitur, *Lac vobis potum, dedi non eſcam.* Secundo; *Impinguaſti in oleo caput meum.* Tertio dicit Salomon: *Comede mel fili, quoniam bonum eſt.* Prima, potantur infirmi; ſecunda, ſatiantur validi; tertia, inebriantur perfecti. Vnde Iſaias primis; *Gaudete gaudio, vniuerſi,* Secundis; *Vt ſugatis & repleamini ab vbere conſolationis eius.* Tertijs; *Vt mulceatis & delicis afluatis ab omnimoda glo-*

Mamma, Vberis, & Mãmillæ interpretatio.
1 Cor. 3. 2
Pſal. 22. 5.
Prou. 24. 13.
Iſai 66. 10.

Pſ. 35. *ria eius*. Hinebriabuntur ab vbertate domus Dei, Nota Mammæ ſunt pulchræ; vbera pulchriora; mãmillę, pulcherrimæ. Sunt pulchræ, lactis candore: pulchriora, Dei nitore: pulcherrimæ, materia mellis, id eſt florum, ex quibus fit varietate, candore innocentiæ, nitore conſcientiæ; varietate florum, ex cæleſtium beatitudinum commemoratione. Primus eſt, Pſal. 23. 4. *Innocens manibus, & mundo corde*. Secundus dicit, *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*. 2. Cor. 1. 12. Tertius frequenter recordatur: Matth 5. 3 *Beati pauperes ſpiritu. quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Primum eſt de corde puro: ſecundum, de conſcientia bona: tertium, de fide non ficta: De mamma fluunt benedictiones; Geneſ. 49 25. *Abyſſi iacentis deorſum*. De vbere; *Benedictiones vberum, & vuluæ*. De mammilla, *Benedictiones cæli de ſuper*. Has benedictiones dedit Iacob filio Ioſeph. De mamma fluunt miſericordia, & veritas: de vbere, datur nobis de pinguedine terræ, & de rore cæli abundantia: de mammilla, diuitiæ, & gloria. De mamma, veritas in confeſſione, miſericordia in remiſſione. Terra eſt corpus; cœlum, eſt anima, itaque de vbere accipimus, de pinguedine terræ, ſtudium corporalis operationis: de rore cœli copiam deuotionis; de mãmilla diuitias, ſcilicet expectationem perpetuæ incorruptionis, gloriam diuinæ viſionis. Sed pauliſper loquamur de vberibus ſine diſtinctione nominum.

Quomodo Mãmæ ſunt pulchræ, Vbera pulchriora, & Mammilla pulcherrima.

Quas benedictiones dederit Iacob, Ioſeph filio ſuo.

Tria genera vberum. §. DXX.

TRia ſunt genera vberum. Vbera bruti animalis, vbera mulieris, vbera virginis. Brutum animal eſt Prælatus carnalis: mulier, doctor ſpiritualis: virgo, eſt Mater Saluatoris. Ipſi enim Prælati carnales habent verba prædicationis. Vnde Paulus: *Quid enim, dum omnimodis, ſiue per occaſionem. ſiue per veritatem, Chriſtus annuntietur?* Philip. 1. 18. Spiritnales inſtruebat Petrus dicens: *Paſcite, qui in vobis eſt, egregem Domini. Non turpis lucri gratia, nec quaſi dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo*. 1. Petri 5. De Matre Saluatoris dictum eſt; *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti*. Luc. 11. D. Primis vberibus datur lac herbarum ſucci: ſecundis, humani cibi: tertia, plena ſunt de rore cœli. Herbarum ſucci, terræ dono, humani cibi artificio. De rore cœli, adueniente Spiritu ſancto. Primum lac fit de herba terræ, quia carnales Prælati, carnales voluptares docent cauere, quia de ſpiritualibus nec ſapiunt, nec ſciunt erudire. Secundum fit humano cibo, artificio parato; id eſt, ſpiritualis intelligẽtiæ ſcripturæ, qua docetur, quæ ſurſum ſunt ſapere. Tertium lac eſt à Spiritu ſancto, quo nutritur Rex gloriæ. A primo ablactatus eſt Samuel, vbi non eſt factum conuiuium, ſed allati ſunt vituli; ſcilicet, immolatio carnis; & ſimila, ſcilicet puritas mentis; & amphora vini, ſcilicet feruor charitatis. A ſecundo, ablactatus eſt Iſaac: *Et factum eſt grande conuiuium, quod non fecit pater eius in natiuitate*. Geneſ. 21. 8. Cum primo conuertimur tunc naſcimur. Ibi non eſt locus conuiuio lætitiæ, ſed triſtitiæ. Sed dicitur, *Vt potemini à lacte*: nec etiam cum ab hoc primo lacte ſeparemur, ſicut Samuel: ſed cum à ſecundo fuit Iſaac, tunc faciendum eſt conuiuium: *Et cum auulſi fueritis à lacte epulemini ab introitu gloriæ eius*, id eſt, tertio lacte. Iſa. 28. 9.

Prælati carnales, carnales voluntates docent cauere: ſed de ſpiritualibus, nec ſapiunt, nec ſciunt erudire.

Et odor vnguentorum tuorum ſicut odor aromatum. Cap. IV.

ODOR vnguentorum Eccleſiæ ſpiritualium, eſt fama chariſmatum, de quibus ſcriptum eſt; *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Pſal. 18. A Et cùm Maria Magdalene Dominum nardo perfudit in typum Eccleſiæ, ſcriptum eſt: Nota Ioan. 12. A *Et domus impleta eſt, ex odore vnguenti*. Vnde figuratum eſt myſtice, quod deuotis Eccleſiæ ſeruitijs, quæ erga Redemptorem ſuum exercet, omnis eſſet mundus implendus. Per aromata ſuauiſſimus ſanctorum rumor indicatur.

Tunc Eccleſia repletur ex odore vnguenti quando deuotis ſeruitijs circa redemptorem ſuum ſe exercet.

De

De vnguentis. S. DXXI.

Nota,

SVnt vnguēta pretioſa,ſūt pretioſiora, ſūt pretioſiſſima. Prima ad ſanitatē, ſcoūda ad mitigationē, tertia ad confortationē. Ad ſanitatē languoris, ad mitigationem doloris, ad confortationem ſtuporis. Doloris, viſcerum, languoris, corporum, ſtuporis capitum, quando turbatum eſt cerebrum. Faciamus ergo quēdam interiorem hominem, cui iſta aſſignentur: habeatque corpus congeriem virtutum; tamquam membrorum viſcera affectionum, caput intentionum.

Nota:

Sicut enim eſt vnum corpus ex multis peccatis; vnde Paulus, *Vt deſtruatur corpus peccati*: Ita ex aduerſo, ex multis virtutibus.

Rom. 6. a

Item Iſaias de his viſceribus, *Venter meus ad Moab, quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum coctilateris*.

Iſai. 16. d

Item de capite intentionum: *Omne caput languidum, & omne cor mærens*.

Iſai. 1. b

Sicut aggregatio multorum peccatorum dicitur corpus peccati: ſic aggregatio multarū virtutum dicitur corpus virtutis.

Corpus virtutum dolorem patitur per tentationem: viſcera affectionum per teporem languent; caput intentionis ſtupet per errorem. Contra dolorem tentationis faciamus vnguentum pretioſum ex his tribus ſpeciebus; afflictione, conciliatione, propitiatione. Afflictione, penitentialium operum; conciliatione, eleemoſynarum, propitiatione, orationū. Afflictione penitentialium operum, vt non inueniatur aduerſario locus. Conciliatione, vt in eam nobis teſtis exiſtat egenus: propitiatione operum, vt iudex nobis fiat aduocatus.

Figura

Hoc vnguento venerunt mulieres vngere corpus Chriſti ad monumentum.

Nota.

Hoc faciebat Angelus Tobie, cùm diceret: *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis, quàm comportare theſauros auri*.

Tob. 4.

Affectum habemus ad nos, ad proximum, ad Deum. Ad nos, vt de peccatis noſtris nos ipſos odio habeamus, de bonis in Domino glorîemur. Si hoc contemnimus, languet in nobis erga nos affectus. Ad proximū, vt in neceſſitatibus ei compatiamur, in bonis ei congratulemur: quòd ſi malis eius gaudemus, & bonis inuidemus, erga eum noſter languet affectus. Ad Deum, vt diligamus vt patrem, honoremus vt Deum, timeamus vt Dominum. Si verò hæc obliuiſcimur, languet affectus noſter erga Deum.

Deus diligendus, vt pater honorandus vt Deus; timendus, vt Dominus.

Sed contra hoc faciamus vnguentum, quo vnxit Maria pedes Chriſti. Pedes enim Chriſti ſunt affectus noſtri. Prima huius ſpecies eſt, memoria æternæ damnationis: Hoc facit redire affectum ad nos, quando cogitamus, quia *In inferno nulla eſt redemptio*. Secunda eſt Chriſti Paſſio, cùm cogitamus, quia *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum*: Redit ad proximum affectio.

1. Petr. 2. d

Tertia eſt, quando memoramur beneficia creatoris: per hanc enim redit ad Deum affectio; *Clamabo* inquit, *ad Deum altiſſimum, Deum, qui benefecit mihi*.

Pſal. 16. a

Hoc eſt pretioſius primo. Contra languorem viſcerum, faciamus & tertium, contra ſtuporem capitis, & contra errorem intentionis: huius prima ſpecies eſt, in Domino confidentia fidelis: ſecunda dilectio Dei: tertia, deſiderium pacis ſupernæ. Has tres vno breui verſiculo ponit Propheta: *Qui confidunt in Domino, intelligent veritatem*; Ecce prima: *Et fideles in dilectione acquieſcent illi*; Ecce ſecunda: *Quia donum, & par eſt electis Dei*; Ecce tertia.

Sap. 3. b

Per hoc vnguentum, vnctionem habemus à ſancto, ſcilicet, qui docet nos de omnibus.

Nota

Cum ieiunas, inquit, *vnge caput tuum*. Scilicet vnguento, vt ſana intentione illud facias.

Matth. 6. c

Hoc effudit Maria ſuper caput Domini. Odor primi eſt ſuper quædam aromata: odor ſecundi, ſuper multa aromata: odor vero huius tertij, ſuper omnia aromata.

Quo vnguento debeamus vngere caput noſtrum cum ieiunamus.

Aromata ſunt virtutes quædam, vt prudentia, temperantia, & faciunt ne tentationes veniant. Sed maius eſt, fortiter reſiſtere ſi veniant: quod facit primum vnguentum, & ideo eſt ſuper quædam aromata. Item, multæ ſunt virtutes, quæ bene ordinant affectiones noſtras, quod magnum eſt, ſicut iuſtitia, fides, ſpes; ſed medium vnguentum exordinatum temperat quod maius eſt. Et ideo odor eius ſuper multa aromata. Tertio vero vnguento, quia totum hominem reformat in amorem Dei, nulla virtus comparatur: & ideo odor eius, ſuper odorem aromatum.

Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel, & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. Cap. V.

Nota.

FAVVS mel in cera eſt: mel in cera, ſpiritualis diuinorum eloquiorum ſenſus in littera diſtillãs. Fauus cũ plus habet mellis, quàm capiat, theca eſt. Sic eſt ſancta ſcriptura, quæ breui verſiculo continet, vnde multiplex pagina impletur. Labia ſponſæ ſunt doctores, in quibus diſtillat fauus mellis, cùm ſubditis ſuis multa exponunt de ſcripturis. *Mel, & lac ſub lingua tua.* In lacte eruditio paruulorum; in melle doctrina, quæ perfectioribus competit, deſignatur. Ait Apoſtolus de lacte; *Facti eſtis, quibus lacte, opus eſt, non ſolido cibo.* De melle ait Salomon: *Mel inueniſti, comede, quod ſufficit tibi:* habet ſub lingua mel, & lac; cum rectè diſcernit, quæ paruulis, quæ maioribus ſunt porrigenda. In lingua habet, cum ea commodo profert. *Odor,* inquit, *veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris.* Veſtimenta Eccleſiæ ſunt eius opera: vnde in Apocalypſi: *Vxor agni parauit ſe, & datum eſt ei vt ſe operiat byſſino ſplendenti, & candido.* Byſſinum enim ſunt iuſtificationes ſanctorum. In thure deſideria, & orationes ſanctorum ſignantur, quia non ſolum voces, & orationes ſunt affectiones: ſed omnia bona, quę operamur, vbi poſſumus, impleti illud Apoſtoli: *Sine intermiſſione orate,* quod implemus etiam dormiendo.

Scriptura ſacra dicitur fauus ſtillãs varios, & dulciſſimos ſenſus diuinorum eloquiorum.
Cant. 4. 11.
Hebræor. 5. 12
Prou. 25. 16.
Quæ ſint veſtimenta Eccleſiæ.
Apoc. 19. b 7. & 8.
1. Theſſ. 5. 17

Inuenimus ignem in lingua, inuenimus & lac, inuenimus & mel. In primo dicitur: *Apparuerunt Apoſtolis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum* Spiritus ſanctus, eſt ignis ad examinandum, & etiam ignis ad illuminandum, & eſt ignis ad erudiendum. Primus eſt ad examinandam noſtram patientiam, qui ſcrutatur renes, & corda: ſecundus, ad illuminandum noſtram ignorantiam, quia corda diſcipulorum inuiſibili perluſtrauit potentia: tertius ad ſublenandum, *Vt ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia:* quartus, ad erudiendam linguam humanam, vt loquatur Dei magnalia. Primus eſt rubus igneus, qui apparuit Moyſi: ſecundus columna ignea, quæ duxit filios Iſrael per deuia deſerti: tertius currus igneus, qui ſubleuauit Eliam *Ad ſublimia Cœli.* Quartus de quo dicitur: *Apparuerunt diſpertitæ linguæ tanquam ignis.* Primum ſenſerunt tres pueri in fornace, quando *ceciderunt in medio ignis colligati.* Per ſecundum *Omne datum optimũ, & omne donũ perfectum, de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum:* tertius, eſt currus charitatis quatuor habens rotas igneas, id eſt quatuor feruores, quartus eſt, qui apparuit Apoſtolis in linguis igneis.

Act. 2. 4
Spiritus ſanctus dicitur ignis ad tria.
Eccl ſia.
Nota.
Spiritus ſanctus in quatuor antiquis patribus apparuit ſub ſpecie ignis.
Figura.
4. Reg. 2. 11.
Act. 2. 3.
Dan. 3 23.
Iac. 1. 17.

De linguis. §. DXXII.

NOtandum autem quòd ſunt linguæ, quę perierunt: & ſunt linguæ, quæ paruerunt: ſunt linguæ quæ aperuerunt: & ſunt linguæ quæ apparuerunt. Primæ perierunt, ob meritum ſuperbiæ: ſecundæ paruerunt diuinæ potentię: tertiæ aperuerunt ſecreta gratiæ: quartæ apparuerunt in ſignum miraculoſæ eloquentiæ. Primæ perierunt in Babylone: ſecundæ paruerunt in hominibus & beſtijs: tertiæ fuerunt in Prophetis, & Apoſtolis: quartæ in forma Ignis. De primis ait Dominus: *Venite confundamus linguas eorum.* Iſtę ſunt linguæ murmurantium, detrahẽtium, adulantium, decipientium, oſtentantium. Itaque natura ſunt viperęę iſtæ: ſecundæ lacteæ: tertiæ mellifluæ: quartæ ſunt igneæ. Viperæ ſunt per vitium peruerſæ locutionis: lacteæ, propter ſimplicitatem deuotę orationis: mellifluæ, propter dulcedinem prædicationis: ignitæ, propter feruorem prædicationis. De prima, *Caput aſpidum ſuget, & occidit eum lingua viperarum.* De ſecundo, & tertio, *Mel, & lac ſub lingua tua.* De quarto apparuerunt Diſcipulis linguæ tanquam ignis.

Linguæ quatuor ſpecialiter in ſacra ſcriptura notantur.
Gen. 11. 7.
Murmuratorum linguæ viperea, bonorũ vero, lactea, melifluæ, & ignitæ.
Iob. 20. c
Cant. 4. 11.

Item notandum, quòd linguarum Doctorum, aliæ ſunt tepidæ, aliæ pigrę, alię ſunt aridę. Tepidę, per charitatis indigentiam, taedę per negligentiam, aridæ, quia non habent ſapientiam. E contra quędam ſunt feruidę, quædam veloces, quædam medicinales. Feruidæ, per charitatem; veloces per ſpiritus inueſtigationem; medicinales, per conſolationem. De primo, *Apparuerunt linguæ tãquam ignis.* De ſecundo: *Lingua mea calamus ſcribæ.* De tertio: *Lingua canum tuo-*

Doctorũ linguæ quot
Act. 2. 3
Pſal. 44.
Pſal. 67. c

Luc. 16. f

tuorum ex inimicis ab ipſo. Item, *Et canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* Item quatuor ſunt igneæ linguæ: Lingua precantis; lingua vapulantis; lingua iudicantis; lingua prædicantis. Prima eſt lingua mundi: ſecunda diuitis in inferno ſepulti: tertia Chriſti; quarta Apoſtoli. De prima

Linguæ igneæ ſunt in quadruplici differentia.

Iacob 3. 6.

Lingua conſtituitur in mẽbris noſtris quæ maculat totum corpus, & inflãmat rotam natiuitatis noſtræ, inflãmata à gehenna.

Luc. 16. f

De ſecunda: *Mitte Lazarum, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.*

Iſai. 30. f

De tertia: *Ecce nomen Domini venit de longinquo: labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorans.*

Act. 2. 3

De quarta, *Apparuerunt Apoſtolis diſpertitæ linguæ tanquã ignis. Sedıtque ſupra ſingulos eorum.* Sedet Chriſtus, ſedet diſcipulus, ſedet Spiritus ſanctus: Chriſtus iudicans in veritate: diſcipulus, in tranquillitate: Spiritus ſanctus in cordis puritate. Chriſtus diſcernens merita: Diſcipulus expectans dona gratuita: Spiritus ſanctus infundens chariſmata. De

Luc. 24. g

Act. 2. 6.

primo, *Sedit Dominus contra Gazophylacium.* De ſecundo: *Sedete in Ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.*

Ibid.

Item, repleuit Spiritus ſanctus totam domum, vbi erant ſedentes Apoſtoli. Iſtud ſedere eſt requieſcere. Spiritus ſanctus requieſcit in thalamo humilitatis, in quo eſt lectulus tranquillitatis, oſtium timoris. Humilitatis, quo ſe deijciat homo: tranquillitatis, quo pacem teneat: timoris, quo ſpiritum amittere timeat. De primo

Pſal. 36. b

Subditus eſto Domino, & ora eum. De ſecundo: *Factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in ſancta Sion.*

Pſal. 75. a

De tertio. *Cum oras intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum, qui videt in abſcondito.*

Matt. 6. a

Item, *Iam oſtium meum clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, noli mihi moleſtus eſſe*; vnde dicitur: *Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum, & tementem ſpiritũ meum.* Ideo de Chriſto dicitur: *Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini.*

Luc. 11. a

Iſa. 11. 2.

Item incarnationem Chriſti in manibus habemus quia Mariam verſiculus iſte ſic alloquitur. *Fauus diſtillans labia tua, mel, & lac ſub lingua tua.* Tria ponuntur in virgine, labia, lingua, veſtimentum. In labijs, oſculum: in lingua, eloquium: in veſtimento, ornamentum. Oſculum, Patris, eloquium Filij, ornamentum, & odor Spiritus ſancti. Oſculum, quo Pater reconciliatur: eloquium, quo Verbum, id eſt Filius Dei prædicat, & prędicatur, ornatus virtutum, quo virgo Spiritu ſancto obumbrante decoratur, & odoratur in ipſa. *Sub lingua*, id eſt, in ventre eius mel Diuinitatis, & lac, ſcilicet, caro aſſumpta ſine peccatis. In labijs, vbi eſt oſculum; *Fauus diſtillans*, id eſt, verbum incarnatum, oſculo Patris in ſe reconcilians ima ſummis: odor in veſtimento Humanitatis ex thore Diuinitatis, deſignatur Filius,

Cant. 4. 11.

In Virgine quomodo oſculum Patris, eloquium Filij ornamẽtũ, & odor Spiritus ſancti reperiantur.

Philip. 3. b

Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ cõfiguratũ corpori claritatis ſuæ. Fuit mel, & lac ſub lingua, incarnatus in vtero; fauus diſtillans in labija, & prædicans, & prædicatus in mundo. Moraliter tria opponuntur. Fauus diſtillans in labijs: mel, & lac ſub lingua: odor in veſtimentis. Primum in ore, ſecundum in corde, tertium in corpore. Primum in ore eſt ſermonis gratia; ſecundum in corde eſt, in conſciẽtia, & ſapientia: tertium in corpore eſt cõuerſationis elegãtia. Sermonis gratia, vt duros emolliat, iuxta illud Salomonis,

Fauus diſtillans in labijs Virginis mel, et lac ſub lingua quid?

Prou. 25. a

Reſponſio mollis frangit iram & ſermo durus ſuſcitat furorem. Conſcientia, vt ſecurus fias; ſemper enim præſumit ſæua turbata conſcientia. Sapientia, vt in ſupernis delectationem habeas, quæ ſurſum ſunt ſapias. Conuerſationis elegantia, vt alijs te ſpeculum exhibeas, vt videntes opera tua bona, *Glorificent Patrem tuum, qui in cælis eſt.* De ſermone, ſapientia, & conſcientia plura pluries diximus. Ideo ad odorem veſtis tranſeamus.

Matth. 5. 16

In quatuor laus veſtis. §. DXXIII.

VEſtis in quatuor eſt laudabilis. In materiæ pretio, in texturæ artificio, in ſplendore coloris, in ſuauitate odoris. Materia veſtis triplex eſt. Fit enim quandoque de pilis, animalium, vt de lana: quandoque de cortice herbarum, & fit multa attritione veſtis linea; quandoque de viſceribus vermium, vt veſtis ſerica. De duabus primis dicitur, quod illa fortis mulier: *quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manũ ſuarũ.* De tertia

Prouerb. 31. b

Purpura & byſſus, indumentum eius Purpura enim veſtis eſt ſerica. Prima igitur eſt experientia in laboribus: ſecunda, patientia in tribulationibus: tertia, eleemoſyna, quando ventri noſtro tanquam viſceribus ſubtrahitur, vnde reficiatur egenus. De primo: *Quicquid poteſt inuenire manus tua, inſtanter operare.* De ſecunda, *Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* De tertia: *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.* Eſt

Ibidem.

Eleemoſyna deſignatur in veſte ſerica, quia vermes ſicut illa viſcera ſua expoliant, vt alios veſtiant ſic nos facere debemus.

Eccleſiaſt. 9. 10.

Matth. 5.

Luc. 11. f

etiam

etiam hæc veſtis landabilis in artificio texturæ,quæ triplex eſt. Debes enim bonum facere prius ad Dei honorem;vnde, *Honora Dominum de tua ſubſtantia*. Secundo, ad ruam vtilitarem; vude: *Miſerere animæ tuæ, placens Deo*. Tertio fiat ad proximi pacem. vnde, *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam*. De his tribus dictum eſt de muliere forti: *Veſtem ſtragulatam fecit ſibi*. Dicitur enim ſtragulata, quaſi triangulata, propter iſta tria. Ecce artificium huius veſtis. A ſplendore coloris laudatur, quia pura apparet: ad exemplum hominibus; vnde, *Luceat lux veſtra coram hominibus*. Hæc eſt veſtis Domini in transfiguratione, alba ſicut nix. Hæc laudatur ab odore, non quolibet, ſed thuris.

Proverb. 3. *Eccli. 30.* *Hebr. 12. b* *Prou. 31. e* *Nota.* *Veſtis ſtragulata quæ ſit.*

De thure. S. DXXIV.

THus bonum dat odorem, cùm de ſua arbore colligitur: meliorem, cum Sole temperatur: optimum, cùm igne crematur. Primus eſt, cùm temporalibus bonis aliqua ſeparamus à nobis in pauperis alimentum. Secundus eſt, cùm imitamur Solem iuſtitiæ per laboria experimẽtum. Tertius eſt, quando crematur igne tribulationum. Hic ſentit Iſaac fragantiã veſtimentorum, & clamat: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*. Vel, thus ſit oratio, quia omnis conuerſatio bona odoratur.

In tribulatione ſuauiſſimus odoris fragrãtia ſentitur. *Geneſ. 27. d*

Cant. 4. 12.

Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa: Hortus concluſus, Fons ſignatus. Cap. VI.

HORTVS eſt Eccleſia, quæ multa ſpiritualium operum germina gignit, quæ ſub varijs aromatum vocabulis ſubſequenter enumerantur. Fons, eſt, quia doctrina ſalutari redundat, qua mentes fidelium, quaſi areolas aromatum rigat. vnde, ſcriptum eſt: *Aqua profunda, verba ex ore viri; & torrens redundans fons ſapientiæ*. Concluſus eſt, quia Domini protectione munita eſt Eccleſia, ne dæmones, vel peruerſi homines licenter irrumpant. Fons eſt ſignatus, quia ſermo fidei, qui in Euangelio eſt ſignaculo tutatus, nulla errantium valet inquietatione turbari. Quod ſignaculum viui fontis, qui ſoluere nitiunt, errat.

Proverb. 18. a *Quomodo Eccleſia ſit Hortus concluſus & fons ſignatus.*

Quatuor ſunt Horti. S. DXXV.

Nota.

QVatuor ſunt horti. Hortus eſt Patria cæleſtis, Paradiſus, Eccleſia militans, vterus virginalis. Primus, eſt beatudinum; ſecundus voluptatum; tertius ſacramentorum; quartus gratiarum. De primo: *Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa*. De ſecundo: inuenitur hortus, qui interpretatur Paradiſus. De tertio: *Deſcendi in hortum meum*. De quarto: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum*. In primo ſeminatum eſt ſemen ſapientiæ; ſed aſcendit in culmine ſuperbiæ; peruenit ad ſpicam Angelicæ ruinæ; protulit fructum damnationis æternæ.

Cant. 5. 1. *Cant. 6. 10.* *Cant. 5. 1.*

Sapientia Triplex. S. DXXVI.

TRiplex eſt ſapientia, à qua deuiauit. Prima, ſcire creatorem: media, amare ipſum: extrema, non auerti ab eo. Vide quomodo in triplicem cecidit ſtultitiam. Prima eſt, neſcire creatorem: ſecunda, contemnere: extrema, nolle reuerti ad ipſum. Audi eius ſapientiam: *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore*. Audi quomodo aſcendit in ſuperbiam: *Aſcendam*, inquit, *ſuper altitudinem nubis, ſimilis ero Altiſſimo*. Audi ruinam. *Quomodo cecidiſti de cælo, Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes*. Audi fructum damnationis æternæ. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius*. Habet hortus iſte violas confeſſorum, roſas martyrum, lilia virginum, aurum Angelorum. Ibi enim liuor confeſſorum vertitur in ſandicem inuiolabilem: ſanguis martyrum in purpuræ Regiam dignitatem: puritas virginum, in lilioſum candorem: aurum Angelorum, perpetuam tenet claritatem. Hic hortus concluſus eſt, inſuperabili Dei potentia. *Poteſtas enim eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur*,

Homo quia deuiauit a triplici ſapiẽtia cecidit in triplicem ſtultitiam. *Ezech. 28. a.* *Iſai. 14. 14.* *Iſai. 14. 12.* *Ibidem.* *Matth. 25.* *Dan. 7. 14.*

retur ; & regnum eius , quod non corrum-
Pſal. 90. 10. *pitur . Non accedet* , ait , *ad te malum* ,
& flagellum non appropinquabit taberna-
culo tuo . In eo eſt fons æternæ beati-
tudinis . vnde Auguſtinus , *Ibi bibetur*
vita Beata in fonte ſuo . Quoniam apud
te eſt fons vitæ , qui ſignatus eſt ſignacu-
lo Diuinæ prædeſtinationis , vt non in-
Rom. 8. 30. *trent , niſi prædeſtinati . Quos enim præ-*
deſtinauit , hos & vocauit miſericordia ;
& quos vocauit , hos & iuſtificauit gratia ;
& quos iuſtificauit , hos & magnificauit
gloria . Sed hortus eſt Paradiſus . In
eo ſeminauit Deus præceptum obedien-
Deut 32. b tiæ ; creuit herba inobedientiæ ; venit ad
fructum miſeriæ . Fuit enim *incraſſatus ,*
impinguatus , dilatatus . Incraſſatus , pro-
pter amœnum locum ; impinguatus , ob
conditionis beneficium ; dilatatus , pro-
Pſal. 1. 1. pter gratiæ donum . Ideo recalcitrauit
per inobedientiæ vitium . Ita *abijt in*
concilio impiorum , & in via peccatorum
ſtetit , & in cathedra peſtilentiæ ſedit . Abijt
conſentiendo , ſtetit defendendo , ſedit
docendo . In abeunte , leuitas ; in ſtan-
Luc. 15. c te , pertinacia ; in ſedente , notatur ſu-
perbia . In primo : *Filius prodigus abijt*
in regionem longinquam . In ſecundo :
adhæſit vni ciuium . In tertio , *pauit por-*
cos . Præceptum factum eſt de vita ani-
mæ , conceſſum de vita corporis ; Illici-
tum , contra vitam animæ . Præceptum
ligat , conceſſum iuuat , illicitum violat .
Præcepto , debent obedientiam : conceſ-
ſo temperantiam : illicito fugam . Sed
hic inobedientia præceptum fregit , con-
Geneſ. 2. d ceſſum reſpuit , ad illicita flagrauit . Au-
di obedientiam : *De ligno ſcientiæ boni ,*
Ibidem . *& mali non comedes* . Audi inobedientiam :
Vidit lignum , quod eſſet pulchrum viſu ,
Ibidem . *& comedit* . Audi miſeriam : *In ſudore*
Quatuor flumina Paradiſi , quatuor virtutes ſignificant. *vultus tui veſceris pane tuo* . In hoc ſunt
arbores diuerſi generis . Eſt & fons ille ,
qui diuiditur in quatuor flumina , qua-
tuor virtutes ſignificantia ; quorum no-
Nota . mina , & interpretationes , quia nota ſunt ,
prætereo . Sed tam hortus ille eſt con-
cluſus , quàm fons ſignatus , angelica cu-
ſtodia , ſcilicet Cherubim habens verſa-
tilem gladium .

Tertius hortus eſt , militans Eccleſia ,
in quo creſcunt fidei Chriſtianę Sacra-
menta ; ſeptem , ſcilicet Natiuitas , ba- Quid ſignificant ſeptem ſignacula in Apocalypſ. 5. 1.
ptiſmus , paſſio , reſurrectio , in infernum
deſcenſio , aſcenſio , Spiritus ſancti miſ-
ſio . Hæc ſunt ſeptem ſignacula in Apo-
calypſi , quæ nemo erat dignus aperire ,
præter agnum , qui occiſus eſt . In hoc hor-
to ſeminatur Verbum Dei : *Semen enim* Matth. 13. b Luc. 8. a
eſt Verbum Dei . Germinat auditus , cre-
ſcit fides aſcendit ſpes , charitas fructifi- Rom. 10. 17.
cat . *Fides ex auditu : auditus autem per*
Verbum Chriſti . Item per Apoſtolum : *Ma-* 1. Cor. 13. 13
nent fides , ſpes , charitas , tria hæc . Iſte
hortus concluſus muro , qui eſt Chriſtus : Iſai. 26. 1.
Vrbs fortitudinis noſtræ Sion Saluator ,
ponetur in ea murus , & antemurale . Item Eccleſia .
Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos
Domine . Vnde Propheta : *Erit fons pa-* Zach. 13. 1.
tens domus Dauid in ablutionem peccato- Baptiſmus dicitur murus .
rum , & menſtruatæ . Hic fons ſignetur
illo ſignaculo , quo primogenita Ægypti
moriuntur , & Iſrael liberatur ; ſcilicet
Paſſio Domini , ſine quo baptiſmus non Rom. 6. a
prodeſt . *Quicunque* enim *Baptizati ſu-*
mus in Chriſto Ieſu , in morte ipſius ba-
ptizati ſumus . Quartus hortus eſt vte-
rus Beatæ Virginis , in quo creſcit inte- Vterus Virginis hortus concluſus in quo omnium virtutũ flores abundanter creuerũt .
gritas , ſingularitas vtilitas . Integritas vir-
ginitatis ſingularitas fœcunditatis vtilitas
humanæ neceſſitatis . Virginitatis priuile-
giatæ , ſingularitatis ſine maſculo huma-
næ neceſſitatis , quæ liberat à peccati vin-
culo . Hic eſt concluſus muro humilita-
tis : *Reſpexit* enim Dominus *humilitatem* Iacobi 4. b
ancillæ ſuæ ; & , *Dominus ſuperbis reſi-*
ſtit , humilibus autem dat gratiam . Ipſe Luc. 1. 48.
eſt fons gratiæ . *Aue gratia plena* . Hic
fons eſt ſignatus ſignaculo totius Trinita-
tis , quia ne per violentiam corrũperetur , Virgo fons ſignatus ſignaculo totius Trinitatis , & quomodo .
cuſtodiuit eam Pater potentia : ne frau-
de circumueniretur , cuſtodiuit eam Fi-
lius ſapientia : ne odio deprauaretur , cu-
ſtodiuit eam Spiritus ſanctus beneuolen-
tia . Scriptum eſt ergo in hoc ſignaculo
potentia , ſapientia , beneuolentia .

Boſſ.

Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Cap. VII.

Cant. 4. 13.

HÆC eſt Eccleſia, quæ ſupremo fonte irrigata, Paradiſum ex ſe emiſit, non qualiumcunque arborū, ſed malorum punicorum cum pomorū fructibus. Alia quippe punica ſanguineo rubent colore, ſcilicet martyres, qui poſt fontis, id eſt, baptiſmi ablutionem, etiam ſuo baptizati ſunt ſanguine. Pomorum fructus, generalium opera virtutum, vel ipſos virtuoſos indicant. *Cyprus cum nardo, nardus, & crocus*. Cyprus eſt arbor aromatica in Ægypto, candidior ſemine coriandri: coquitur in oleo, & premitur, & fit inde regale vnguentum, quod cyprus vocatur, quod cæleſtem gratiam ſignificat, & ex charitate patientiam. Nardus, quòd memoriam paſſionis Chriſti ſignificet, ſanctarum mulierum opera demonſtrant. Crocus, quia aurei coloris eſt, eos ſignificat, qui ampliori charitate abundant. Nardus, quia calidę eſt naturæ, amore paſſionis feruentes ſignificat. Fiſtula, quæ eſt caſſia, eſt robuſti corticis, & purpurei, & curat viſcerum moleſtias, & parua eſt; eos ſignificat, qui robuſti ſunt ad ſuſtinendas Chriſti paſſiones, & humiles ſpiritu. Cinnamomum eſt arbor frutice breuis, odore præcipua, & ad vſus medicinæ fiſtulæ duplo præſtans, & ſignificat perfectè humiles; & cùm ſit cinerei coloris, eos ſignificat, qui dicunt, *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis, & cinis*. Amomum, gręcè, *Immaculatum* latine, cum vniuerſis lignis Libani, altæ ſunt arbores, & dęſignant eos, qui maioris ſunt meriti in Eccleſia. Myrrha, & Aloe, continentiā carnis exprimunt; quia ex eis peruncta corpora mortuorum, non putreſcunt. Prima vnguenta ſunt, de quibus dicit Apoſtolus: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens*. Hoc bene iungitur, myrrhæ, & aloe, quia caſtis conuenit.

Eccleſia cur dicatur, Paradiſus malorum punicorum, cum fructibus pomorum.

Cant. 4. 14.

Quæ Arbores quæue poma in Eccleſiæ Paradiſo reperiantur, quidue ſignificēt

Gen 18. 27.

1. Cor. 13. a

Quatuor ſunt emiſſiones.
§. DXXVII.

QVatuor ſunt emiſſiones de cælo. Prima, emiſſus eſt Diabolus: ſecunda, bonus Angelus: tertia, Dei Filius: quarta, Spiritus ſanctus. Diabolus ne admittatur: Angelus, ne præmittatur: Chriſtus, vt remittat: Spiritus ſanctus, vt immittat. Diabolus, ne admittatur ad præſumptam celſitudinem: Angelus, vt præmittatur ad Mariam Virginem: Chriſtus, vt remittat culpam, tam actualem, quàm originalem: Spiritus ſanctus, vt immittat in corde charitatem. In prima, mundus mortificatur: in ſecunda, Maria præmunitur: in tertia, mundus purificatur: in quarta, homo in Domino exhilaratur, De prima: *Inuidia Diaboli, mors introiuit in Orbem terrarum*. De ſecunda: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*. De tertia: *Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit?* De quarta: *Non eſt regnum Dei eſca, & potu, ſed charitate, & gaudio in Spiritu ſancto*. Emiſſio quoque facta eſt, de Virginis vtero. De ea Chriſtus emiſſus eſt in mundo, vt condonaret, donaret, redonaret, culpam peccatoribus, dona hominibus, gloriam bene viuentibus. De primo: *Mulier, remittuntur tibi peccata tua*. De ſecundo: *Captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus*. De tertio, dicitur ſtabulario: *Curam illius habe, & quodcunque ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi*. Sunt emiſſiones de corde humano, cùm de bonis interioribus, bona emittitur opinio. Harum ſpecierum, quę hic enumerantur, quædam conferunt ſanitatem, quædam ſpectant ad ſanitatis conſeruationem, quædam ad delectationem.

Nota.

Perſonæ quatuor miſſæ de Cęlo, ad quid

Sap. 2. d

Luca 1. d

Luc. 7 g

Rom. 4. e

Math. 9. a

Ephes. 4. b

Luc. 10. f

Contritio cordis eſt, ſpecies habens tres emiſſiones, quæ conferunt animæ ſanitatem, ſcilicet, lacrymarum effuſionem; oris confeſſionem, & orationem; pœnitentiæ ſatisfactionem. vnde Propheta: *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu*. Spiritualis ſolicitudo emiſſiones habet tres,

Ioel. 2. 12.

quæ

quæ ſpectant ad ſanitatis conſeruationem, ſcilicet, circumſpectio operum ſuorum; iuſta liberatio, ſapida eorum deuotio. Primum, contra peccatum: ſecundum, vt bonum ordinatum: tertium, vt ſit earum. vnde: *Beatus vir, qui in*
Eccli. 14. 22. *ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur: & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei*. Speculatio emiſſiones habet tres, ſcilicet, Dei rememoratio, accipiendæ æternæ hæreditatis, quædam ſecura præſumptio. In his meditationibus, quædam ſpiritus dulcedo, vnde: *Spiritus meus ſuper mel dulcis, &*
Eccli. 24. 27. *hereditas mea ſuper mel, & fauum. Memoria mea in generationes ſæculorum*. Iuſtæ meditationes ſunt, quaſi Paradiſos delectabilis. Ad tales habendas conſolationes, & ad deprehendendas dæmonum aſtutias, de cælo Spiritus ſanctus
Nota. emittitur.

Sed notandum quoties eſt datus Spiritus ſanctus. Ter datus eſt. Primo, ante paſſionem; ſecundò, poſt reſurrectionem; tertiò, poſt Pentecoſtem. Primò, ad reprimendam Diaboli poteſtatem: ſecundò, ad peccatorum remiſſionem: tertiò, ad virtutum collationem. De primo. Dedit diſcipulis poteſtatem calcandi ſuper ſcorpiones. De ſecundo: *Accipite*
Luc. 10. d. *Spiritum ſanctum, quorum remiſe-*
Ioan. 20. 22. *ritis peccata, remittuntur eis*. De tertio: *Factus eſt repente de cælo ſonus tan-*
Act. 2. a. *quam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes*; Virtutibus ſcilicet. In primo ergo, Diabolo reſiſtitur: in ſecundo verò, peccatum remittitur: in tertio, gratia cor vngitur. In primo occurritur venienti: in ſecundo, res aufertur poſſidenti: in tertio, illuditur fugienti. In primo ergo eſt circumſpectio doli; in ſecundo, remedium mali; in tertio, poſſeſſio boni. In primo itaque, ſolo datur verbo; in ſecundo, flatu, & verbo; in tertio, viſibili ſigno, audibili ſono, plenitudinis officio. De verbo.

Triplex Verbum. §. DXXVIII.

TRia ſunt verba, quibus Diabolo aduerſamur: verbum increpationis, verbum orationis, verbum adiurationis. Per primum, ei reſiſtitur; per ſecundum eijcitur; per tertium, capitur. De primo: *Cùm Sathan eſſet à dextris Ieſu ſa-*
Zach. 3. 2. *cerdotis magni. dictum eſt ei: Increpet in te Dominus Sathan*. De ſecundo ait Do-
Matt. 17. 20 minus: *Hoc genus non eijcitur niſi in oratione, & ieiunio*. De tertio legitur, quod Salomon per adiurationem in vaſe dæmones clauſit.

De Scorpio. §. DXXIX.

SCorpius iſte quoſdam trahit ad cordis indurationem. Dicitur enim ſcorpius, quaſi ſine cordis pietate. Quoſdam ad Hypocriſim, per ſimulationem. Vnde Scorpij interpretatio.
item dicitur, ſcorpius, quaſi ſcotia pietatis. Quibuſdam inuidet religionem; vnde dicitur ſcorpius, quaſi ſugillans corda piorum. De ſecundo datus eſt Spiritus ſanctus; non ſolum verbo, ſed, & flatu. Tria facit flatus Spiritus ſancti. Nota.
Primo per lacrymabilem compunctionem tollit cordis duritiam: ſecundo, renouatur dum remittit culpam: tertio, quaſi mortuum reducit ad vitam. De primo: *Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ*, ſcilicet lachrymarum. De ſecundo hic dicitur: *Inſufflauit eis dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*. Spiritus enim Domini ferebatur ſuper aquas lacrymarum, vt hanc impetrarent miſſionem. Itaque facta eſt renouatio. vnde: *Spiritum rectũ innoua in viſceribus meis*. Item: *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ*. De tertio Propheta: *Veni ſpiritus à quatuor ventis, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant*. Sic *inſpirauit in faciem hominis ſpiraculum vitæ. Et factus eſt homo in animam viuentem*.

Spiritus ſancti flatus, tria in corde noſtro operatur, remouet ab eo duritiam, renouat illud, & mortuum reducit ad vitam.
Ioan. 10 f. Super quas aquas Spiritus Dei ferebatur.
Pſal. 50.
Eccleſia.
Ezech. 37. 9
Geneſ. 2. 7.

Donatio Spiritus ſancti ad quos pertineat. §. DXXX.

PRima donatio Spiritus ſancti pertinet ad ſubditos: ſecunda ad presbyteros: tertia ad prælatos. Ad ſubditos, qui agunt prælia: ad presbyteros, qui reuelant cæleſtia myſteria. De his quippe dictum eſt: *Moyſes, & Aaron in ſacer-* Pſal. 98 b
dotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Moyſes Prælatorum, Aaron ſacerdotum, Samuel vero deſignat perſonam ſubditorum. Hic ſit *vnguentum* Pſal. 132. a
in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in oram ve- Figura.
ſtimenti eius. Caput, in quo eſt vnguentum Spiritus ſancti, eſt Chriſtus; barba dextera, prælatus: barba ſiniſtra, ſacerdos: veſtimentum, Eccleſia: ora eius ſubditi ſunt. Deſcendit ergo gratia Spiritus ſancti à Chriſto capite in præla-

Quid vnguentum in capite, Aaron barbam, & veſtimentũ.

tos ; à prælatis, in ſacerdotes ; à ſacerdo-
Figura. tibus in ſubditos. In figura ſubditorum, induxit Spiritus Domini Samſon, vt pugnaret contra Philiſthijm. In figura ſacerdotum, tulit Dominus de ſpiritu Moyſi, & dedit ſeptuaginta viris, qui loco eius miniſtrarent populo. In figura Prælatorum, datus eſt Eliæ ſpiritus Heliſæi, vt ſecreta cæli pro eo reuelaret, prophetando.

Ad quid in die Pentecoſtes datus eſt Spiritus ſanctus audibili ſono, ſigno viſibilis ignis, & plenitudinis officio. §. *DXXXI.*

SEd nunc transeamus ad illud, quod in Pentecoſte Spiritus datus eſt audibili ſono, ignis inuiſibili ſigno, plenitudinis officio. Primum ad eruditionem: ſecundum ad inflammationem : tertium ad perfectionem. Ad eruditionem religionis : ad inflammationem dilectionis: ad perfectionem miniſtrationis. Propter hoc inuenimus, quòd Spiritus ſanctus eſt mobilis, acutus, ſubtilis. Mobilis ſubditis, acutus presbyteris, ſubtilis prælatis. Subditis, ne ſint pigri ad bella : presbyteris, vt pungant peccata : prælatis, vt intelligant ſecreta cæleſtia. Mobilis erat, quando irruit in Samſon ad pugnandum contra Philiſthijm. Et inſiluit in Dauid, vnde : *Cùm audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad pugnam.* Audi, acutum. *Cum autem venerit ſpiritus ille veritatis, ipſe arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.* Audi ſubtilem. *Paraclytus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnem veritatem.* Item : *Effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ.* Sic ſpiritus prælatorum percipit omnia, etiam profunda Dei. Notandum, quòd die quinquageſimo datus eſt Spiritus ſanctus, in igne.

Spiritus ſanctus qua diſcretione prælatis & ſubditis detur & quæ differentia in eis operetur.

2. Reg. 5. 24. *Ioan. 16. b* *Ioan. 14. b* *Ioel. 2. b*

Tres ſunt Quinquagenæ. §. *DXXXII.*

PRima, Pſalmorum ; ſecunda, dierum : tertia, annorum. Prima, propter peccatorum remiſſionem : ſecunda, propter gratiæ infuſionem : tertia, propter gloriæ perceptionem. Hic eſt annus iubileus. Eſt ergo ignis, qui quinquagenas apprehendit ; & eſt, qui non tangit ; & eſt, qui conſumit. Primus eſt ignis charitatis : ſecundus eſt diabolicæ inſtigationis : tertius, diuinæ animaduerſionis. Primum ergo tangit ignis charitatis, quia in ea eſt datus Spiritus ſanctus : ſecundum non tangit, quia ignis fornacis Nabuchodonoſor quadraginta nouem cubitis aſcendit, ad quinquaginta non peruenit, in quo forſitan erant tres pueri, qui ſaluati ſunt : tertius ad preces Eliæ quinquagenarios conſumpſit. Eſt & alia miſſionum diſtinctio. Fuit enim miſſus Angelus ; fuit miſſus homo Deus, fuit miſſus homo purus. Primus de cælo, ſecundus de Patris ſolio, tertius fuit homo miſſus à Deo. Primus, cui nomen Gabriel : ſecundus, cui nomen Emmanuel : tertius, cui nomen erat Ioannes. Primus venit in miniſterium : ſecundus in adiutorium : tertius in teſtimonium. In miniſterium, vt ſecretum Regis loqueretur cũ virgine : in adiutorium, vt miſericordiam faceret cum homine : in teſtimoniũ, vt teſtimoniũ perhiberet de lumine. Audi ſecretũ : *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Et ſecundum : *Confitebor ei, quia fecit nobis miſericordiam ſuam.* Et tertium, *Ecce Agnus Dei.* Iſti miſſi ſunt miraculoſe. Primum miſit ſuperna Ciuitas : ſecundum peperit virginitas : tertium genuit ſterilitas. Primus fuit nuncius ſecuturæ fœlicitatis : ſecundus, vt faceret opera charitatis : tertius, vt perhiberet teſtimonium veritati. De primo habemus lætitiam : cum ſecundo, operemur iuſtitiam : per tertium, redimus ad pœnitentiam. De primo Dauid : *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi : In domum Domini ibimus.* De ſecundo : *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo ? Qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam.* Ait tertius : *Pœnitentiam agite ; appropinquauit enim regnum cælorum.* Angelus, nuntius dicitur. Iſti tres, Angeli dicti inueniuntur in Theologia. De primo : *Miſſus eſt Angelus Gabriel.* De ſecundo : *Vocabitur magni conſilij Angelus.* De tertio : *Ecce mitto Angelum meum, qui præparabit viam.* Iſti tres figurati ſunt in illis tribus, quos vidit Abraham deſcendentes per viam, *tres vidit, & vnum adorauit*, quia nec Gabriel, nec Ioannes adorandi erant, ſed ſolus Chriſtus. Sed vt ad nos iſti moraliter mittantur, neceſſe eſt. Primum ergo in nobis ſit Gabriel, id eſt, *fortitudo Dei.* Secundo, Emanuel, vt ſit *nobiſcum Deus.* Tertio, Ioannes, id eſt, *gratia Dei.* Primo ergo habeamus fortitudinis potentiam : ſecundo, Dei præſentiam : tertio, Domini gratiam. Primum ad peccatorum extermina-

Ad quid & quomodo fuit miſſus Gabriel, Ioannes & Chriſtus.

Luc. 1. d *Nota.* *Pſal. 121. a* *Pſal. 14. a* *Matth 3. a* *Iſai. 9. b* *Exod. 23. e* *Gen. 18. 1.* *Nota.*

na-

Digitized by Google

nationem: ſecundum in tribulationibus,
ad refrigerium : tertium, ad operationis
auxilium. In figura enim peccatoris di-
Tob. 5.d ctum eſt ad Tobiam cæcum. *Forti ani-
*mo eſto, in proximo eſt, vt à Domino cu-
reris. Et, *Eſtote fortes in bello*. De ſe-
Pſal. 45. cundo: *Dominus virtutum nobiſcum*,
vnde: *Deus noſter refugium, & virtus*.
Pſal. 120. a De tertio: *Leuaui oculos meos ad montes,
vnde veniet auxilium mihi*. vnde Paulus:
1.Cor.50.10 *Plus omnibus laboraui.non autem ego ſo-
lus, ſed gratia Dei mecum*.

Quod Ioannes fuerit miſſus à Deo, tribus probatur. S.DXXXIII.

QVod autem Ioãnes miſſus eſt à Deo
triplex eſt probatio. Prima à con-
ceptione: ſecunda à collatione: tertia
à comparatione. A conceptione, mira-
culoſa: à collatione, gratioſa: à compa-
ratione, virtuoſa. Prima, angelica an-
nuntiatione: ſecunda, materna confabu-
latione: tertia, Eliæ conuerſatione. De
Luc.1.13. primo Angelus: *Eliſabeth vxor tua pariet
Luc.1.39. tibi filium*. De ſecundo: *Abijt Maria
Luc.1.17. in montana, & ſalutauit Eliſabeth*. De
tertio: *Ipſe præibit in ſpiritu, & virtu-
te Eliæ*. Videamus nunc de conceptio-
ne. Gabriel fit baiulus, & Zacharias in-
credulus; vterque parens vetulus. Baiu-
lus, nouæ geniture; incredulus rei futu-
ræ; vetulus tranſcendit metas naturæ.
Gratia noua, per angelum innoteſcit; ſe-
Luc.1.13. nectus refloreſcit. De primo. *Et voca-
Ibid. 20. bis nomen eius Ioannem*. De ſecundo:
Et eris tacens, nec poteris loqui. De ter-
Ibid. 36. tio: *Eliſabeth cognata tua concepit filium
in ſenectute ſua*. Et moraliter ad pri-
mum videamus, quid in nobis concipi-
tur: in ſecundo, quid reſcinditur: in ter-
tio, quid occiditur. Concipitur gratiæ
nouitas. Reſcinditur ſuperflua loquaci-
tas. Occiditur inueterata iniquitas.
Primum, vt concipiatur in nobis deuo-
tionis affectus: ſecundo, vt inueniatur
in nobis orationis diuinæ laudis, prædica-
tionis effectus: tertio, vt refloreſcat in
nobis virtutum profectus. De primo Pau-
1 Cor.15.10 lus. *Gratia eius in me vacua non fuit*.
Cant. 5.8. Audi affectum. *Filia Hieruſalem nun-
ciate dilecto, quia amore langueo*. De ſe-
Epheſ.4.29. cundo: *Omnis ſermo malus de ore veſtro
non procedat: ſed ſi quis eſt bonus, ad ædi-
ficationem fidei, vt det gratiam audienti-
Cant.2.14. bus*. vnde ſponſa dicit: *Sonet vox tua
in auribus meis; vox enim tua dulcis*. De
1.Cor.5.7. tertio: *Expurgate vetus fermentum, vt
ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi*. Et

ſponſa. *Hyems tranſijt imber abijt, & Cant. 2. 12.
receſſit; ſurge propera columba mea flo-
res apparuerunt in terra noſtra*. Hyems,
malignitas in corde: imber, mollicies
in carne: flores, virtutes in opere. Ecce
conceptio miraculoſa.

In Ioanne Baptiſta conceptione quomodo hyems tranſijt imber abijt, & flores apparuerunt.

De collatione gratioſa. S.DXXXIV.

SEquitur collatio gratioſa. Vere gra-
tioſa, vbi Maria ſalutat, Eliſabeth
prophetat, Ioannes exultat. Salutat
matrem præcurſoris, prophetat aduen-
tum redemptoris, exultat in præſentia
ſui laudatoris. De primo: *Venit in do- Luc.1.39.
mum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth*.
De ſecundo: *Vnde hoc mihi, vt veniat Nota. Ibidem.
Mater Domini mei ad me?* De tertio:
Exultauit in gaudio infans in vtero meo.
Et moraliter. Eliſabeth interpretatur *Eliſabeth interpretatio.*
Domus Dei. Maria, *Stella maris*. Ioannes, *Interpretatio Mariæ.*
Gratia. Ieſus, *Saluator*, vel *Salutaris*. *Interpretatio Ioannis.*
Domus Dei eſt cordis ſynceritas: ſtella *Interpretatio Ieſus.*
maris eſt intelligentiæ ſpiritualis veritas.
Eliſabeth ergo, id eſt, domus Dei con-
cipit Ioannem, dum ſpirituali intelligen-
tia, & credit Chriſtum glorificatum &
ad eum ſe ſperat peruenturam in poſte-
rum. De primo: *Inuenit Dominus cor- Eccleſia.
da diſcipulorum receptacula munda, & tri-
buit eis chariſmatum dona*. vnde ſponſa:
*Tigna domorum noſtrarum cedrina, la- Cant. 1. 17.
quearia noſtra cypreſſina*. Ecce domus
Dei. Sed audi chariſmatum dona infu-
ſa: *Lectulus noſter* (ait) *floridus*. De
ſecundo: *Pax; quæ exuperat omnem
ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelli- Philippen. 4. b
gentias veſtras, in Chriſto Ieſu Domino
noſtro*. Inde ſponſus; *Quæ eſt iſta quæ Cant. 6. 3. 9.
progreditur quaſi aurora conſurgens, pul-
chra vt luna, electa vt ſol, terribilis
vt caſtrorum acies ordinata?* Progredi-
tur quaſi aurora, dum conſcientiæ reſpi-
cit puritatem: pulchra eſt vt Luna, quan-
do exemplo proximo facit vtilitatem:
electa vt Sol, quando, & videt, & ſupe-
rat Chriſti glorificati claritatem. Ecce
de collatione.

De comparatione Ioannis. §. DXXXV.

SEquitur de comparatione. *Præibit Luc.1.17 Eccleſia.
(inquit) in ſpiritu, & virtute Eliæ,
parare Domino plebem perfectam*. In ſpi- *Quid ſit præire in ſpiritu, & virtute Eliæ.*
ritu eſt Prophetia: in virtute perfecta iu-
ſtitia: in comparatione, exemplum, &
doctrina. Primum, quo Agnus Dei de-

monſtratur; ſecundum, quod a Chriſto
laudatur: tertium, quo proximus con-
Ioan. 1. 36. uertitur. De primo. *Ecce Agnus Dei,*
ecce qui tollit peccata mundi. De ſecun-
Ioan. 11. 11. do: *Inter natos mulierum non ſurrexit*
Luc. 1. 17. *maior Ioanne Baptiſta.* De tertio, *Vt*
conuertat cordapatrum in filios.

Moraliter, ſpiritum prophetiæ habemus
dum futura prænidemus: perfectam iuſti-
tiam, dum quæ nobis fieri nolumus, alijs
non facimus: tertio, proximum conuerti-
mus verbo, & doctrina. In primo inſpi-
citur inferni calamitas, & cæli fælicitatas
in ſecundo, libenter ſuſtinetur aduerſitas:
in tertio, proximi quæritur vtilitas. De
Matt. 18. b Primo: *Melius eſt tibi in vitam ingredi ta-*
cum quàm duos oculos habentem mitti in
Cant. 1. 4. *gehennam ignis;* vnde ſponſa: *Nigra*
ſum, ſed formoſa filia Hieruſalem. De
Matth. 5. f ſecundo. *Si percuſſerit te quis in dexteram*
maxillam, præbe ei, & aliam. Et ſponſa
Cant. 1. 5. *Filii matris meæ pugnat contra me.* De
Galat. 6. a tertio. *Si præocupatus fuerit homo in ali-*
quo delicto vos, qui ſpirituales eſtis huiuſ-
modi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Tales
Cant. 5. 1. inuitat ſponſa dicẽs. *Comedite amici, &*
inebriamini charißimi. Ecce comparatio
Sequitur cui nomen erat Ioannes.

De Ioannis nomine. §. DXXXVI.

Iohãnes in- IOannes *Dei gratia* dicitur. Meritò hoc
terpretatur. nomen ab Angelo ſpiritualiter, ei da-
tur, cui totius Trinitatis gratia, nunc vi-
ſu, nunc auditu in baptiſmo aliquatenus
Nomen Ioan reuelatur: vnde hoc nomen triſyllabum
nis quare in omni caſu manet immobile: vidit enim
triſyllabum. & Filium in carne, Spiritum ſanctum in co
lumba, Patrem audiuit in voce. Harum
genus perſonarum triplicem agnouit gra
tiam; eſt enim gratia adoptationis, eſt
gratia incarnationis, & eſt gratia opera-
tionis. Prima Patris, ſecunda Filij, ter-
tia Spiritus ſancti. Prima, Pater nos vo-
cat ad hæreditatem: ſecunda, Filius no-
ſtram aſſumpſit infirmitatem: tertia, Spi-
ritus ſanctus nos deducit ad Ciuitatem.
Prima, Patris ſumus hæredes, & filij: ſe-
cunda, Chriſti cohæredes, & ſocij: tertia
nos regit ſpiritus conſilij. De prima Pau-
Galat. 1. c lus: *Qui me ſegregauit ex vtero matris meæ*
& vocauit per gratiam ſuam. De ſecunda
1. Cor 12. a *Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri om-*
nibus hominibus, erudiens nos. De tertia:
Diuiſiones gratiarum ſunt, vnus autem
Spiritus. De primo, & ſecundo: *Heredes* Rom 8. c
quidem Dei; cohæredes autem Chriſti. De
tertio *Spiritus tuus bonus deducet me in* Pſ. 142. c
terram rectam. Sequitur. *Hic venit in te-* Ioan. 1.
ſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de
lumine. De lumine, quod dilueret, quod
ablueret, quod lueret: dilueret obſcurita-
tem: ablueret fœditatem: lueret captiui-
tatem. Obſcuritatem legis Moſaycæ: fœdi
tatem tam actualis, quàm originalis cul-
pæ: captiuitatem humanæ creaturæ. Pri-
mum, doctrina, & miraculis: ſecundum
aqua baptiſmatis: Tertium effuſione ſan-
guinis. De primo, verbo, & miraculis:
vnde; *Quæ cœpit Ieſus facere, & docere.* Act. 1.
Nox præceſſit, dies autem appropinquauit Rom. 13. 12
De ſecundo; *Effundam ſuper vos aquam* Ezec. 36. e
mundam, & mundabimini ab omnibus in
quinamentis veſtris. De tertio: *In ſangui-* Zach. 9. c
ne teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de
lacu, in quo non erat aqua. Huic lumini
tres teſtimonium perhibuerunt demon-
ſtratiuis dictionibus. Perhibuit Pater,
Petrus, perhibuit Ioannes. Pater, quòd
eſſet Filius: Petrus, quòd eſſet Chriſtus:
Ioannes, quòd eſſet agnus. Agnus, qui
lauaret: Chriſtus, qui vngeret: Filius, qui
induceret. Lauaret lauacro miſericordiæ:
vngeret oleo lætitiæ: induceret in re-
gnum gloriæ. De primo *Ecce agnus Dei,* Ioan. 1. d
ecce qui tollit peccata mundi. Hoc aduer-
bium (*Ecce*) demonſtratiuum eſt. De ſe-
cundo: *Tu es Chriſtus filius Dei viui* (ait Matth. 6. c
Petrus) *Vt exhilaret faciẽ in oleo* (*Tu*) pro Pſal. 103. 15
nomen eſt: demonſtratiuum (*Chriſtus*)
vnctio dicitur. De tertio, *Hic eſt filius* Matth. 3. d
meus dilectus, in quo mihi bene complacui
(ait Pater) *Hic,* Pronomen demonſtratiuũ
eſt. Moraliter, Ioannes, *Gratia;* Petrus
Firmus: Pater vero, nomen eſt dilectio-
nis. Vt igitur Chriſto cum Ioanne teſtimo
nium poſſimus perhibere, oportet vt
gratia ipſius à peccatis abluamur, qui in
humeris ſuis centeſimam ouem reporta-
uit ad gregem: in vnctione deuotionis,
fortiter perſeueremus, in dilectione am-
bulemus. Itaque teſtimonium perhibeat
Chriſto munda conſcientia: ei fortiter
adhæreat noſtra conſtantia: ipſum aſſidue
ſequamur ardenter amoris vehementia,
vt cum Ioanne gaudeamus in veri lumi-
nis gloria.

Fons

Cant. 4. 15

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Cap. VIII.

ISTE fons eſt doctrina cæleſtis, quæ ſurgit in horto Domini concluſo, id eſt, in primitiua Eccleſia, vt alios hortos, id eſt, Eccleſias ex ea naſcẽtes irriget. Item dicitur *Puteus*. Puteus, quia non omnibus patet: fons, quia ſpiritualibus patet, & etiam minoribus; maioribus vero, per reuelationem Spiritus ſancti. Aquæ viuentes ſunt, quæ de fonte perpetuo manant, nõ ſicut ciſternæ, quæ de niuibus, vel pluuijs implentur. Non ſic iſte: ſed *Fluunt impetu de Libano* (Libanus,) *Candidatio* interpretatur. Hæc eſt Eccleſia, quę candida eſt per vitam. De his fluminibus dicitur: *Qui credit in me, flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ*. Fluere dicuntur cum impetu, quia Apoſtolis prędicantibus, cis nemo potuit reſiſtere, ſed prędicando, animas ſuas impenderunt.

Libanus interpretatur. *Ioan 7 f* *Apoſtolorum prædicationi nemo potuit reſiſtere.*

Nota triplicitem immunditiam.

Iſte fons eſt multiplex: lauat, rigat, potat: immundum, aridum, ſitibundum. Quia vero triplex eſt immunditia noſtra, triplex eſt fons, qui abluit. Prima eſt culpa originalis: ſecunda culpa actualis: tertia noſtræ corruptionis. Primam abluit fons baptiſmatis; ſecundam, fons lacrymoſę confeſſionis; tertiam fons ſupernę beatitudinis. De primo; *Erit fons patens domus Dauid in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ*. De ſecundo: *Quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lacrymarum?* De tertio Boetius:

Zach. 13. a *Ierem. 9. a*

Da Pater anguſtam mentem conſcendere ſedem,
Da fontem luſtrare boni;

Ezech. 36. f

Effundam (ait Dominus) *ſuper vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*. Iſte eſt fons hœdorum: ſecundus, fons hortorum: tertius fons agnorum. In primo lauantur hœdi, id eſt, peccatores, vt ſint mundi: ſecundo rigantur horti, id eſt, virtutibus ſtudentes, vt ſint fœcundi: tertio, potantur agni, id eſt, innocentes & manſueti, vt inebrientur ab vbertate domus Dei. Secundus fons, rigat noſtram ariditatem. Iſte enim fons exijt de Paradiſo, & irrigat totam terram. Habemus enim in horto noſtro vallem, campum, collem, montem. Vallis arida eſt pœnitentia ſine lacrymarum effuſione; campus aridus, cõpetta neceſſitas proximi ſine compaſſione: collis aridus, ſuſtentatio tribulationũ cum murmuratione; mons aridus, agnitio cæleſtium ſine deuotione. *Sed dedit Caleph Axæ filiæ ſuæ irriguum ſuperius, & irriguum inferius*: id eſt, & montis, & vallium. Et vbi hæc duo ſunt, & duo media ſunt. Iſte fons prius rigat vallem, ſicut Dauid, *Lacrymis meis ſtratum meum rigabo*. Rigat campum: *Eritque anima eorum ſicut hortus irriguus*; hortus enim nutrit, vnde alios paſcit, & hæc eſt compaſſio. Rigat collem aduerſitatum; vnde Propheta, *Irrigabit Dominus torrentem ſpinarum*, qui eſt impetus tribulationum. Rigat & montes; vnde *rigans montes de ſuperioribus ſuis*. Itaque ſi habeat pœnitentia lacrymarum effuſionem, proximus compaſſionem, tribulatus exultationem, contemplans deuotionem; perfecta erit irrigatio, quia *Valles abundabunt frumẽto, campi replebuntur vbertate, exultatione colles accingentur. & erit mons Dei, mons pinguis*. Tertius mons, potat. Tres ſunt ſitientes. Sitit pœnitens, vt poſſit pro Deo labores ſuſtinere. Sitit proficiens, quæ ſurſum ſunt ſapere. Sitit perfectus Deum videre. Proximo dicturus eſt Dominus: *Sitiui, & non dediſti mihi bibere.* Pro ſecundo, Samaritanæ mulieri: *Da mihi bibere*. Pro tertio: *Sitio*, dixit in Cruce. Primus fons eſt, de quo Rebecca quæ *Patientia* interpretatur, potauit Damaſcum, & camelos. Secundus, qui Samſoni datus eſt, poſt interfectos Phyliſthæos. Tertius eſt, qui in porta Bethleem, quæ *Domus panis* interpretatur, de quo ſitiuit Dauid. De primo: *Sitientes venite ad aquas*. De ſecundo: *Qui ſitit, veniat, & bibat. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* De tertio: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*.

Nota. *Pœnitentia ſine lachrymis eſt arida* *Ariditas triplex quomodo ſit in nobis* *Iudic. 1. 11.* *Pſal. 6.* *Hierem. 31. c* *Ioel. 3. 18.* *Pſal. 103. b* *Nota tres ſiticates.* *Matth. 25. f* *Ioan. 4. a* *Rebecca interpretatur.* *Iſai. 55. 1* *Ioan. 7. f* *Pſal. 41. a*

Sitis animæ quadruplex.
§. DXXXVII.

NOtandum autem, quòd anima aliquando ſitit Deum: aliquando ſitit ad Deum: aliquando ſitit in Deum: aliquando ſecundum Deum. Deum ſitit, qui dicit, *Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritus meus in præcordijs meis; de mane vigilabo ad te.* Ad Deum anima

Iſai. 26. 9.

Pſal.118.20 anima ſitit, quæ dicit: *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tua. in omni tempore*. Sitit anima Deum, quæ cupit experiri quàm ſuauis eſt Dominus. *Quomodo Anima ſitiat Deum, ad Deum, in Deum, & ſecundũ Deũ.* Sitit anima ad Deum, quando ſuper ſe leuari, & Regem in decore ſuo videre deſiderat. In Deum anima tunc ſitit, quando per mentis exceſſum tota in Deum tranſire concupiſcit. Secundùm Deum anima ſitit, quando de propria voluntate nil ſuo arbitrio reliquit, vt dicat: *Ioan.4.34.* *Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me*. In primo, Deus intrat ad animum, & animus redit ad ſeipſum: in ſecundo, aſcendit ſuper ſeipſum, & eleuatur ad Deum: in tertio, animus eleuatur ad Deum, & totus tranſit in Deum: in quarto, animus exit propter Deum, & deſcendit ſub ſemetipſum. In primo animus ingreditur ad ſe ipſum: in ſecundo, tranſgreditur ſe ipſum. In primo intrat meditatione: in ſecundo, aſcendit contemplatione: in tertio, introducitur iubilatione: in quarto, egreditur ex contemplatione. Fons eſt gratia pluribus in euidenti poſita: Puteus, gratia ſolis ſpiritualibus manifeſta.

Nota. Differẽtiam inter fontem & puteum.

Tres ſunt Putei, vt iam diximus, quos fecerunt ſerui Iſaac. Primum appellauit, calumnias: ſecundum, inimicitias: tertium, abundantiam. De primo ſumitur aqua ſæcularis prudentiæ: de ſecundo, litteralis ſcientia: de tertio, cæleſtis ſapientiæ. *De puteis qua Aqua auriatur.* De his aquis dicitur in Iob: *Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui cum eis habitant*. *Iob 26.5.*

De Gigantibus. S. *DXXXVIII*

GIgantes in tribus, præ cęteris hominibus, notabiles ſunt. *Nota.* Primò, quia geniti ſunt de terra; Secundò, quia magni. Tertiò, quia fortes. Primi enim quærunt terrena: ſecundi, alta, ſed philoſophica: tertij, quia fortiter ſequuntur, cæleſtia. Primi tractant de terrenis, propter terrena: ſecundi de cæleſtibus, propter terrena: tertij, de cæleſtibus, propter cæleſtia. Primi quærunt temporalem vtilitatem: ſecundi gloriæ vanitem: tertij ſupernam dulcedinem. Primi, quæ ſunt ſuper terram quærunt: ſecundi, cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt: tertij, quæ ſurſum ſunt, ſapiunt, id eſt, aquas, quæ cum impetu de Libano fluunt; id eſt, de candore ſupernæ gloriæ veniunt.

Cant.4.16.

Surge Aquilo, & veni Auſter: perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Cap. IX.

IN Aquilone, & Auſtro, duæ tentationes Eccleſiæ deſignantur. In Aquilone, qui eſt frigidus ventus, auſteritas mundi terrentis: in Auſtro, qui eſt calidus, blanditia fallentis accipitur. Hac gemina tentatione fatigari Eccleſiam, in parabola de bono ſemine oſtendit Dominus ſic exponens: *Matth.13.b* *Nam, qui ſupra petram cecidit, hi ſunt, qui cum gaudio ſuſcipiunt verbum Dei, ſed radicem non habent, quia facta perſequutione propter verbum, ſtatim ſcandalizantur: & quod cecidit inter ſpinas, hi ſunt, qui ſuſcipiunt verbum, ſed à fallacia diuitiarum ſuffocantur*, & ſine fructu efficiuntur: *Luc.8.a* *Spiritus ſanctus in Auſtro, & ſpiritus malignus in Aquilone deſignatur.* Auſter eſt Spiritus ſanctus. Aquilo ſpiritus malignus, qui quaſi confligunt pro ſalute, & damnatione hominis. Aquilo enim ex ſignis exterioribus internam noſtram perſpiciens intentationem; primò velox eſt ad excogitandam malignitatem: *Diaboli verſutia.* ſecundò, importunus ad tentationem: tertiò, grauis ad obſtinationem; & hoc iuxta nominis interpretationem. *Aquilonis, ethimologia.* Quia primum dicitur Aquilo, quaſi aquilis ocior. vnde Hieremias: *Hier. 4. d* *Velociores fuerunt aquilis equi illius*. Iuxta ſecundum dicitur Aquilo, quaſi à quiete longe. vnde: *Pſal. 139. 3.* *Cogitauerunt iniqui in corde; tota die conſtituebant prælia*. Iuxta tertium, dicitur Aquilo, quaſi aquas ligans onere, ſcilicet congelando in obſtinatione. vnde Propheta. *Hier. 5. d* *Indurauerunt faciem ſuam ſuper petram*. De primo: *Iob 26.7.* *Qui extendit aquilonem ſuper vacuum*. *Ezech. 1. a* *Ventum turbinis ab aquilone*. De tertio: *Hierem. 1.c* *Ab aquilone pandetur omne malum*. Cum hunc Spiritus ſanctus expellit, aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe . . .

Tria

Tria genara ſpirituum.
§. DXXXIX.

SVnt enim ſeptem ſpiritus boni: ſunt ſeptem nequaquam: ſunt ſeptem nequiores. Spiritus bonus, ſpiritus ſapientiæ, cui opponitur nequam, ſcilicet ſpiritus inſipientiæ: nequior eſt ſpiritus ſimulatæ ſcientiæ. Spiritus bonus, ſpiritus intelligentiæ: malus, ſcilicet, ſtultitiæ: nequior, ſimulatæ diſciplinę. Bonus ſpiritus, conſilij: nequam, ſpiritus imprudentiæ: nequior, ſimulatæ prouidentiæ. Bonus ſpiritus, fortitudinis: nequam ſpiritus, ignauię: nequior, infirmitas fallens virtutis obumbratione. Bonus eſt ſpiritus ſcientiæ: nequam, ignorantiæ: nequior, vſurpatio ſcientiæ. Bonus eſt ſpiritus pietatis: nequam, impietatis: nequior, falſæ pietatis, id eſt, ſpiritus fictæ religionis. Bonus eſt ſpiritus timoris; nequam, ſpiritus temeritatis. Auſter vero adueniens contra prædicta tria operatur: velocitatem malignantis temperat importunitatem extinguit: obſtinationē liqueſacit; iuxta triplicem ſui nominis interpretationem. Primum, dicitur, auſter, quaſi auras temperans. Iuxta ſecundum dicitur, Auſter, quaſi Aquilonis vredinem ſternens. Iuxta tertium, dicitur Auſter, quaſi augens ſemina terræ; vel quaſi auferens ſterilitatem. Contra primum, dat auſter peccatori fontem lacrymarum. Contra ſecundum, fructum virtutum. Contra tertium, vt humo totus pergat in Deum. De primo; *Conuerte Domine captiuitatem noſtram. ſicut torrens in auſtro.* De ſecundo: *Plumeſcit accipiter, expandens alas ſuas ad auſtrum.* De tertio: *Duxit me per viam auſtralem; & ecce porta, quæ reſpicit ad auſtrum.* Contra malignitatem; apparuit in Columbæ ſpecie; contra æſtum importunitatis, in nube: contra frigus obſtinationis, in igne. Sic auſter adueniens, hortum cordis noſtri recreat: Si enim inuenerit cor lucidum, in cęlum amplius prouehit: ſi tenebroſum, vt abiſſum, ad claritatem reducit: ſi conſtantia ſolidum, vt terram efficit: ſi lubricum, vt aquam, ad ſoliditatem retrahit. *Quia omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis: educens nubes ab extremo terræ.* Primum, terræ, ſunt opera bona: & medium, indifferentia, vt comedere, & bibere. Extrema terræ ſunt peccata, propter quæ ſequuntur iſta: *Nubes*, id eſt, caligo confuſionis: *Fulgur*, terror maieſtatis: *Pluuia*, fletus compunctionis. Sic enim operatur in nos Spiritus ſanctus. Priùs enim de recordatione peccatorum confundimur: ſecundò, terrore concutimur: tertiò, in fletu compungimur. Nubem aſpicio ſuper me, quoties confuſio faciei meæ cooperit me. Fulgura excipio, quoties terrores Domini militant contra me. Pluuia deſcendit, quoties poſſum lacrymis meis ſtratum meum rigare.

De Auſtro, & E tereologia eius.

Spiritus ſanctus tria operatur in nobis.

Auſter interpretatur triplici interpretatione.

Pſal 125.5.

Iob 39 26.

Ezech 43.

Spiritus ſanctus cur in Columba ſpecie, nubis & ignis apparuerit.

Omnia quæcumque vult facit.

Pſal.134.6.

Ibidem.

Spiritus ſanctus quomodo operetur in nobis, vt ad Deum reuertamur.

De ſeptem virtutibus, & ſeptem ſpiritibus, & quatuor mundi partibus, & de homine interiori. §. DXL.

POſt talem pluuiam, venti de theſauris producuntur, quia poſt fletum ſequitur conſolatio ſancti Spiritus, ex qua ducūtur ſeptē dona eius, quę nos conſolātur. His primogenita Aegypti percutiuntur, *ab homine*, id eſt, ab arrogātia ſanctitatis, *vſq; ad pecus*, id eſt, ſuperbia vanitatis. Quatuor ex ſeptem venti pertinent, ad intellectum: tres ad affectum. Ad intellectum enim pertinet ſapere, intelligere, diſcernere, ſcire. Ad affectum, confidere, diligere, timere. Ex his quatuor, primum ſurgit intellectus, quia prius eſt intelligere, demum affici intellectis. Spiritus ſapientiæ ſpirat à meridie: ſpiritus intellectus, ab oriente: ſpiritus conſilij ab aquilone: ſpiritus ſcientiæ ab occidente. Theſaurus, vnde emanant, in quatuor Gazophylacia, diſtinguitur. Primū fabricatur ex parte occidentali, ex ſenſu hiſtorico: ſecundum erigitur in plaga ſeptentrionali, ex ſenſu morali: tertium ex allegoria inſtructum, ſtat ab oriente: quartum vero, ex anagoge, in meridie. In occidentali reconditum eſt argentum eloquentiæ: in ſeptentrionali variæ, & innumeræ virtutum gemmæ: in orientali continentur purpura, & byſſus, & cætera ornamenta regalia. In meridiano cuſtoditur aurū cæleſtis ſapientię. In Sacramentis Eccleſiæ. In primo fides eruditur: in ſecundo operatio inſtruitur: in tertio deuotio exercetur: in quarto cæleſtium contemplatio inchoatur. Per hiſtoriam, quid factum ſit diſcimus: per moralitatem, quid faciendum ſit cognoſcimus: per allegoriam, ſacramenta Eccleſiæ, præcedentium rerum figuris prænunciari intelligimus: per anagogen, inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpicimus. Ab his quatuor ventis venit ſpiritus, vt reuiuiſcant mortui, ſicut in Ezechiel legitur. Faciamus ergo quendam

Pſal.134 8.

Nota.

Nota.

dam

dam hominem interiorem, cuius oſſa ſint naturales potentiæ: vt pudicitia, ſobrietas, quæ ſine charitate non ſunt virtutes, & ſic ſunt oſſa arida. Superponantur nerui fortitudinis, ne diſſipata iaceāt. Superinducat opus pietatis, quæ ad ſouendum carnem pauperem ſpectat. Superextendatur cutis honeſtatis, in conuerſatione per timorem; formatus eſt homo. Sed adhuc non viuit, donec informet iſta charitas, ſcilicet, Spiritus ſanctus, qui venit à quatuor ventis prædictis per intelligentiam. Surge igitur aquilo, & veni auſter, id eſt, Spiritus ſanctus; Et perfla hortum cordis noſtri. Sed primo ſufflat, & fugiunt phantaſmata; afflat, & veniunt chariſmata: perflat, & fluunt aromata. Phantaſmata ſuggeſtionum iniquarum: chariſmata ſpiritualium gratiarum: aromata cæleſtium diuitiarum. Audi ſufflationem. Cum Chriſtus poſt reſurrectionem apparuit diſcipulis ſuis; inſufflauit eis dicens: *Accipite Spiritum ſanctum*. Quomodo fugiunt phantaſmata, ſubdit: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Per afflationem quoque, ſic veniunt chariſmata,

Semper oſſa arida erimus niſi Spiritus ſanctus à quatuor ventis veniens, ſua nos Charitate informet.

Semper oxa.

Ioan 20. f

Ibidem.

Hymnus.

Impleta gaudent viſcera
Afflata ſancto Spiritu.

Audi chariſmata.

Voces diuerſas intonant,
Fantur Dei magnalia.

1. Cor. 12. b

Quia alij dantur genera linguarum, alij interpretatio ſermonum &c. Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Hic audi perflationem: *Perfla*, inquit, *hortum meum, & fluent aromata*. Audi ſponſam fluentem aromatibus: cæleſtium deliciarum *Quæ eſt iſta* (inquit) *quæ aſcendit de deſerta delicijs affluens?* Sed ipſa ſponſa in aduentu Spiritus ſancti deſiderans eius repleri gratia, & charitatis feruore in ſuis membris accendi, vt per eum amor augeatur, Dei, & proximi, & diſcretio ſpirituum per eum comparetur, clamat: *Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.*

Cant. 4. 16.

Cant. 8. 5.

Eccleſ.

Quadruplex ſpiritus. Vbi, quòd immundus ſpiritus in tribus polluat, & in tribus vexet, & mentiatur in tribus. §. DXLI.

Nota.

QVatuor ſunt ſpiritus. Eſt enim ſpiritus carnis: eſt ſpiritus mundi: eſt ſpiritus diaboli: eſt ſpiritus Dei. Primus eſt ſpiritus immundus: ſecundus, ſpiritus vanus: tertius, ſpiritus iniquus: quartus, Spiritus ſanctus. Primus inficit, ſecundus illudit, tertius fraudem inuenit, quartus ad ſuccurrendum venit. Primus incendit deſiderium, ſecundus facit hominem ludibrium, tertius virtutibus euacuat cor imprudentium, quartus replet ſuorum corda fidelium. Primus, deſideriorum motus extendit: ſecundus, pauoris velum expandit: tertius, erroris laqueos tendit: quartus, ſui amoris ignem accendit. De primo ait Apoſtolus, *Quoſdam eſſe inflatos ſpiritu carnis ſuæ*. De ſecundo: *Nos ſpiritum huius mundi non accepimus*. De tertio; *Spiritus Dei malus vexabat Saul*. De quarto; *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & aufert ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu*. Primus itaque ſpiritus eſt, ſpiritus impuritatis; ſecundus ſpiritus falſitatis; tertius ſpiritus iniquitatis; quartus ſpiritus eſt, veritatis. Primus enim maculat guloſitate, & luxuria; ſecundus decipit vana gloria; tertius dolet culpa remiſſa, & collata gratia; quartus retribuit ſua promiſſa. De primo dicitur; *Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit*. De ſecundo; *Cùm loquitur mendacium, de proprio loquitur*. De tertio; *Aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe*. De quarto, *Cum aſſumptus fuero mittam vobis ſpiritum veritatis*. Sed quia non omnibus datur diſcretio ſpirituum, ſolicitè oportet penſare, vt non credamus omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint. Iſte ſpiritus immundus polluet in dilectione, in conſenſu, in operatione. Inde Ioannes in Apocalypſi vidit *tres ſpiritus immundos egredientes de ore draconis, in modum ranarum*. Rana enim in palude habitat, ventre tangit terram, pedibus frequentes ſaltus facit. In palude enim habitat, qui in luxuria delectatur: ventre tangit terram, qui conſentit: pedibus dat ſaltus, cooperatione. Iſte ſpiritus immundus inquinat, primò per fluxum cogitationum: ſecūdò, cùm incendit deſiderium: tertiò, per effectum operum: quartò, per ſuperfluitatem conuerſationum. Inde eſt, quòd puerum mittebat ſæpe in ignem, & frequenter in aquam, & allidebat in terram, & ſpumare faciebat. In aquam enim mittit per fluxum cogitationum: in ignem: dum accendit deſiderium: collidit in terram per patrationem operum: ſpumare facit per ſuperfluitatum multitudinem; ſpuma enim ex ſuperfluitate naſcitur humorum.

Spiritus ſanctus contra tres malos ſpiritus nobis ſubuenit.

Coloſſ. 2. d
1. Cor. 4. d
1. Cor. 2. e
1. Reg. 18. b
Sap. 1. 5.

Nota.

Matth. 12. 43.

Ioan 8. 44.

Matth. 12. 45
Ioan. 15. 26.

Apoc. 16. 13.

Luxurioſi Ranæ.

Luxuriæ effectus in filio lunatico omnes continentur

Spi-

Digitized by Google

Spiritus mendax. §. DXLII.

SEquitur Spiritus mendax. Ipſe men-
titur inuentione, mentitur promul-
gatione, mentitur promiſſione. Menti-
tur inuentione, quia mendacium ge-
Diabolus triplici mētitur arte. nuit: mentitur promulgatione, quia ad
mendacium inſtruit: mentitur promiſſio-
ne, quia promiſſum non reſtituit. Pri-
mò fuit eiectus: ſecundo, homo infectus:
Ioan.8. 43. tertio, homo deceptus. De primo: *Cùm
loquitur mendacium, ex proprijs loqui-
tur, quia mendax eſt, & pater eius*. De
3 Reg.22,22 ſecundo ait: *Ero ſpiritus mendax in ore
omnium prophetarum Achab*. Mentitur
proximo, mentitur ſibi, mentitur Deo.
Ipſo ſuggerente, homo mentitur proxi-
mo, dum verum pro falſo, vel falſum
Gen.3.1. pro vero affirmat. In tertio mentitus eſt
Euæ, cùm dixit: *Cur præcepit vobis Deus
ne comederetis de ligno ſcientiæ boni, &
mali?* Et illa: *Ne fortè moriamur*. Et
ille: *Nequaquam moriemini. Sciebat
enim Deus, quia in quacunque die come-
deritis ex eo, eritis ſicut dij*. Mentitur
ſibi, dum peccatum ſuum diſſimulat. Men
titur Deo, dum votum ſuum adimplere
non curat. Proximo mentiebatur, cùm
Dan. 13.55. dixit Daniel: *Rectè mentitus es in caput
tuum*. Vt enim Suſannam occiderent,
mentiebantur Sacerdotes impudici. De
Pſal. 26. 12. ſecundo ait Dauid: *Inſurrexerunt in me
teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſi-
bi*. Sic mentitus eſt Adam, qui pecca-
tum ſuum excuſauit: ſic Ananias, & Sa-
phira, qui pecunias abſconderunt. Menti-
Iob. 13. 7. tur Deo; vnde Iob: *Nunquid Deus ve-
ſtro indiget mendacio, vt loquamini pro
eo dolos?* Sic mentiti ſunt filij Iſrael, qui
corde redierunt in Ægyptum.

Spiritus nequitiæ. §. DXLIII.

SPiritus nequitiæ, ſicut dictum eſt, frau-
des inuenit, virtutibus euacuat ani-
mas imprudentium, laqueos tendit. In-
uenit fraudes, vt Euæ cum filijs ſenſum
corrumpat: virtutibus euacuat animas
imprudentium, & ſic deſcendentem ab
Dæmon trina notabilia dāna in nobis operatur. Ieruſalem in Iericho deſpoliat. Laqueos
intendit, vt ſic hominem, ligatis mani-
bus & pedibus, in tenebras exteriores
eijciat. Primo, amittit viam; in ſecun-
do, Domini ſui perdit gratiam; in tertio,
aduerſarij ſuſtinet angariam. De primo
Iſai.33.8. ait Propheta: *Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſa-
Gen 49. 17. uit tranſitus per ſemitas*. Sic enim *Dan
coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens
vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro*.
Ipſe enim ſpiritus dicitur malus, qui
agitat Saul. De ſecundo: *Miſit hoſtis* *Thren.1 10.*
*manum ſuam ad omnia deſiderabilia
eius*. Vnde idem: *Diſperſi ſunt lapides
in capite omnium platearum*; quia Na-
buzardan, princeps militiæ, *tranſtulit* *4.Reg.25.15*
vaſa Domus Dei in Babylonem. Iſtud
facit nequam ſpiritus; vnde, *Aſſumit* *Math.12.45*
*immundus ſpiritus ſeptem alios nequio-
res ſe*. Iſte nequam ſpiritus dicitur ſe- *Nota.*
ptiformis, quia ſeptiformi priuat gratia.
De tertio: *In via hac, qua ambulabam,* *Pſal.139 6.*
abſconderunt laqueum mihi. Vnde Iob
de Behemoth: *Nerui teſticulorum eius per-* *Iob. 40 12.*
plexi. Hic ſpiritus ita obſtinat hominem, *Spiritus nequā obturat os, & aures hominis.*
vt nec os ſuum aperiat ad orationem,
& confeſſionem, nec aures ad prædica-
tionem. De quo Dominus in Euange-
lio: *Surde & mute exi ab homine*. *Marc.7. 32.*

De terra inani & vacua. §. DXLIV.

ECce, terra inanis eſt, & vacua, & *Gen. 1. 2.*
tenebræ ſuper faciem abyſſi. Quan-
tum ad ſpiritum immundum, *tenebræ
erant ſuper faciem abyſſi*: quantum ad
vanum, terra eſt inanis: quantum ad ne-
quitiam, terra eſt vacua. Tenebroſa,
propter guloſitatis & luxuriæ caliginem:
inanis, propter mundi vanitatem: vacua, *Gen. 1, 2.*
propter amiſſam virtutem. Sed *ſpiritus
Domini ferebatur ſuper aquas* iſtas, quia *Spiritus ſanctus quomodo tribus bonis obuiet ſpiritui malo.*
ſpiritui immundo opponit ſpiritum mun-
dum, ſpiritui vano ſpiritum ſapientiæ,
ſpiritui iniquo ſpiritum rectum. Primum,
vt immundo ſpurcitiam: ſecundum, vt
auferat vano mundi ſtultitiam: tertium,
vt faciat iuſtitiam. Primum opponit im-
mundo, quia ſpiritus attingit vbique,
propter ſuam munditiam: ſecundum,
vano; benignus eſt enim ſpiritus ſapien-
tiæ: tertium, iniquo; ipſe eſt enim ſpiri-
tus principalis; vnde, *Spiritu principali* *Pſal. 50. 14*
confirma me. Eſt enim ſpiritus vanitatis.

Quo ordine veniat ſpiritus. §. DXLV.

PRimò itaque venit ſpiritus hoc ordi-
ne. Primò ſpirat, ſecundo inſtruit,
tertiò euacuat, quartò præmunit. Spi-
rat gratiam præuenientem: inſtruit mili-
tantes ad mali fugam, & boni electionem:
euacuat arrogantiam præſumptionum:
præmunit pigritantium inſidam ſecuri-

Ff ta.

tatem. Primum, vt homo corde compungatur: ſecundò, vt compunctus iuſtificetur: tertiò, ne gratia præueniens meritis imputetur: quartò, ne fuga gratiæ timeatur. De his quatuor dicitur:
Ioan 3.8. *Spiritus vbi vult ſpirat: ſed neſcis vnde ſit, aut quò vadat. Vbi vult ſpirat*, dum confert gratiam: vocem eius audis, dum noſtra inſtruitur malitia. *Sed neſcis vnde veniat*, quia quod ex meritis procedat,
Spiritus ſanctus dum ſpirat; & vocem eius audimus quomodo neſcimus vnde veniat, aut quo vadat tua non habet conſcientia: *Aut quò vadat*, quia neſcis, ad quem finem tua veniat iuſtitia.

Sequitur: *Reple tuorum corda fidelium.* Primò, ſupplet: ſecundò, replet: tertiò, complet. Supplet, quod noſtra non poteſt infirmitas: replet, quod euacuauit iniquitas: complet, quòd perſeueret in nobis ſanctitas. Primum, vt ad operandum ſit homo robuſtior; ſecundum, vt ſit virtutibus locupletior; tertium, vt
Pſ.50.14. ſit in ſpe longanimior. De primo Dauid:
Rom.8.26 *Spiritu principali confirma me.* Sed *Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Quid enim oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed Spiritus ipſe orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*; vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur.
Spiritus ſanctus, non ſanctum noſtram adiuuat infirmitatem; ſed pro nobis orat Eccleſia
Act.2.4 De ſecundo: *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui.* De ter-
Pſ 142.10. tio: *Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam.* Sequitur, *Et tui amoris in eis ignem accende.* Eccleſia

Ignis Spiritus ſancti tria facit.
S. DXLVI.

ISte ignis, primò conſumit, ſecundò accendit, tertiò vrit. Conſumit ſalubriter, accendit ſuauiter, vrit fœliciter. Primum, in conuerſis: ſecundum, in iuſtis: tertium, in ſanctis, & angelis. In primo, peccatum incipit recedere: in ſecundo, mens excedere: in tertio, gaudet Angelus, & homo exutus hac mortalitate. Primum fuit in Maria Magdalene: ſecundum, in Ioanne Euangeliſta: tertio afficiuntur Seraphim ardentia. De primo Paulus: *Deus noſter, ignis conſumens eſt.* Vnde, *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.* De ſecundo: *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi vt ardeat?* Iuxta hunc dicitur: *Ego diligentes me diligo; & qui manè vigilant ad me, inuenient me.* De tertio: *Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.* Hinc angeli aſſiduè ardẽt, vnde: *Charitas nunquã excidit*; quia habita in via, habetur in patria. Deut.4.24. Hebr.12.29. Luc.7.47 Luc.12.49 Prou.8.17. Pſ.103.4. 1.Cor.13.8. *Charitas cur nunquam excidat.*

Cant.5.1. Veniat Dilectus meus in hortum ſuum, vt comedat fructùm pomorum ſuorum. Cap. X.

VENIAT Dominus in Eccleſiam ſuam, vt eam conſeruet immaculatam, ac fidei fruge fœcundam. Quandiu enim dicere
Pſ. 17.1. poterit: *Diligam te Domine, fortitudo mea.* Eripiat me de inimicis meis, & ſuper excel-
Cant.5.1. ſa ſua ſtatuat me. *Vt comedat fructum pomorum ſuorum.* Vnde ait diſcipulis
Ioan.4.32 ſuis: *Ego habeo cibum manducare, quem vos neſcitis.* Poteſt & hoc ex voto perfectorum dici, qui ſe ſincera deuotione Deo ſeruire ſciunt: *Veniat Dilectus meus*
Cant. 5.1. *in hortum ſuum, vt comedat fructum pomorum ſuorum.* Ac ſi apertè ſponſa dicat: Veniat pius Dominus, & de fructu operum noſtrorum, quæ ipſe dedit comedere dignetur, vt poſtmodum in ſuo regno mercedem nobis reſtituat.

Hortus quadruplex.
S. DXLVII.

EST hortus quadruplex: eſt hortus olerum, hortus pomorum, hortus nucum, hortus aromatum. De primo Sedulius:

Nonnulli venantur olus, molleſque per hortos
Vimina ſicca rigant.

De ſecundo in hoc loco: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum.* De tertio: *Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium.* De quarto: *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum.* Vt primo veſcamur, priùs ferro deſecatur: ſecundò, in olla ponitur: tertiò, igne coquitur. Primum olus ſecatur; ſecundum, ſcilicet pomum, decoriatur: tertium, id eſt nux, frangitur, & à ſua teſta confracta ſeparatur: quartum, Cant 6.10. Cant.6.1. Nota.

aro.

Digitized by Google

aromata, mortario contunduntur. Pri-
mi ſunt pœnitentes; ſecundi exteriorem
ſauorem ſuorum bonorum, quaſi pomi
ſcoriam abijcientes: tertij, confractionem
afflictionum voluntariè ſuſtinentes: quar-
ti illatas paſſiones, imbuti ſuperno ſapore
non ſentientes, & inde alijs bonum odo-
rem largientes. Primi reſecantur, ſua
Baruch 2.12 peccata diiudicantes, cum dicunt: *Pec-
cauimus cum patribus noſtris, iniuſtè egi-
mus, iniquitatem fecimus*. Ponuntur in
olla diſciplinæ, quibus dicitur: *Omnis di-*
Hebr.12.11. *ſciplina videtur in præſenti non eſſe gau-
dij, ſed mœroris: ſed poſtea fructum pa-
catiſſimum exercitatis per eam reddet iu-
ſtitiæ*. Coquitur igne; de quo dicitur;
Pſ.25.2. *Vre renes meos, & cor meum*. Vide quo-
modo ſecundus aufert gloriam fauoris,
Pſ.113.9. ſcilicet, ſcoriam, à ſe; *Non nobis, Domi-
ne, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*,
& , *Qui gloriatur, in Domino glorietur*.
1.Cor.1.31.
2.Cor.4.16. Vide quomodo confringat teſtam; *Licet
is, qui foris eſt, vetus homo noſter cor-
rumpatur; is tamen, qui intus eſt, refor-
matur de die in diem*. Audi quomodo
quarti ſunt inſenſibiles ex ſuperna dul-
Eccleſia. cedine. *Lapides*, inquit, *torrentis illi dul-
ces fuerunt*. Primi adhuc Dominum ex-
pectant; ſecundi vocant; à tertijs iam
ſuſcipitur; in quartis iam paſcitur. Pri-
mi, pro verecundia; ſecundi, pro pura
conſcientia; tertij, pro patientia; quar-
ti, pro ſapientia. Primi dicunt cum
Centurione; *Domine, non ſum dignus vt*
Matth 8.5. *intres ſub tectum meum*. Secundi dicunt
Luc.7.2. cum Cleopha, & Amaon; *Mane nobi-*
Luc.24.29. *ſcum Domine*. Tertij gaudentes cum
Luc.22.12. Zachæo, ſuſcipiunt illum in domum ſuã.
Quarti habent cœnaculũ grande, ſtratum,
Marc.14.15 vbi Paſcha cum diſcipulis ſuis mãducãt.

Nota Vel, ſi placet in vno homine hos qua-
tuor hortos accipere. In primis, incipit
In pœnitente quatuor inueniuntur quatuor fructus. homo, quaſi olera vilia ſe per humilitatem
reputare. Secundò, tanquam pomi ſco-
riam, temporalia bona à ſe ſeparare, in
operibus miſericordiæ. Tertiò, quaſi
teſtam nucis ſe confringit in afflictione.
Quartò, proximos, quaſi aromatibus, ſpi-
ritualis vitæ reſpergit odore. In primis
enim audit Dominum dicentem; *Diſcite*
Matth 11.29 *à me, quia mitis ſum, & humilis corde*.
Secundo audit; *Qui non renunciat om-*
Luc.14.33. *nibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe*
Ioan. 12.25. *diſcipulus*. Tertio audit; *Qui odit ani-
mam ſuam in hoc mundo, in vitam æter-
nam cuſtodit eam*. Quarto audit; *Triſti-*
Ioan. 16.20. *tia veſtra vertetur in gaudium, & gau-
dium veſtrum nemo tollet à vobis*. Ve-
niens itaque dilectus, comedit de his
quatuor fructibus.

Hortus, Beatæ Virginis vterus. §. DXLVII.

HOrtus iſte, eſt vterus Beatæ Virgi-
nis. O beatum & amœnum hor-
tum, triplici flore miraculi venuſtatum.
O beatum fructum, à perſonis religioſiſſi-
mis collectum, & conſeruatum, & Regi
ſũmo in aula ſua præſentatum: ad cuius
horti videndam venuſtatem, & perſona-
rum prædictarum honeſtatem, nos ſic in-
uitat Eccleſia; *Videte miraculum: Matris* Eccleſia
*Domini conceptio, vbi Virginis ingenuitas
comprobatur*. Ad Saluatoris veneratione
quatuor venerabiles concurrunt perſonæ
Ioſeph, Maria, Anna, Simeon. Ioſeph
portat mundi gubernaculum; Maria
exhibet miraculum; Anna profert ora-
culum; Simeon ſuſcipit optatum ſpecta-
culum. Gubernaculum, quod docet
viam veritatis; miraculum, fœcundæ
Virginitatis; oraculum, in Chriſto mor-
turæ infirmitatis; ſpectaculum, incarna-
tæ Diuinitatis. Primum aufert peregri-
no errorem; ſecundum affert naturæ ſtu-
porem; tertium prædicat redemptorem;
quartum oſtendit ſaluatorem. De primo;
Qui regis Iſrael, intende; qui deducis ve- Pſ. 79.
lut ouem Ioſeph. De ſecũdo; *Virgo genuit,*
virgo peperit, virgo poſt partũ, quę genuit Eccleſia.
adorauit. De tertio; *Ecce hic poſitus eſt in* Luc 2.34 & 29.
ruinam, & in reſurrectionẽ multorum. De
quarto; *Nunc dimittis ſeruum tuum, Do-
mine, ſecundum verbum tuum in pace;
quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*.
Ioſeph igitur fert gubernaculum mundi,
quod reget nauigantes per mare, pere-
grinantes in terra, volantes in aere. In Ioſeph Mariæ ſponſus quomodo mũdi gubernaculum tenet.
mare nauigant, qui in fluxis voluptati-
bus carnis volutantur. In terra ambu-
lant, qui in terrenis bonis proſperantur.
In aere volitant, qui ſurſum corda leuan-
tes, in cæleſtibus delectantur. Sed *omnis* Pſ.134.6.
*quæcunque voluit, Dominus fecit, in cœlo,
& in terra, in mari, & in omnibus abyſſis*.
In primo ſaluauit Petrum in mari labo-
rantem. In ſecundo conuertit Paulum,
cùm iret Damaſcum, errantem. In ter-
tio ſuſcepit Eliam in aere aſcendentem.

De *Angelo, qui poſuit pedem ſuum ſuper mare & terra*. §. DXLVIII.

Apoc. 10.6.
IPſe enim eſt Angelus de Apocalypſi, Ioſeph Angelus, qui tenet pedẽ dextrũ ſuper mare, & ſiniſtrũ ſuper terram.
qui poſuit pedem ſuum dextrum ſu-
per mare, ſiniſtrum ſuper terram; leua-

uit manum ſuam ad cælum, iurans quòd
tempus iam non erit. Per primum pedem
calcat carnis voluptatem; per ſecundum,
mundi vanitatem. Per manum leuatam,
inuitat & trahit aſcendentem iurãs quòd
tempus iam non erit; id eſt, mora, vel
motus rerum mutabilium, quia in cælo
Iac. 1. 17. *non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis*
Cant. 2. 10. *obumbratio*. Primis clamat: *Surge, pro-*
pera, amica mea; iam enim hyems tran-
ſijt, imber abijt, & receſſit; ſcilicet, car-
Cant. 4. 8. nalium voluptatum. Secundis dicit: *Ve-*
Cant. 1. 3. *ni de Libano, ſponſa, veni de Libano; co-*
ronaberis; id eſt, de mundi candore;
Libanus interpretatur. Libanus enim, dealbatio dicitur. Ter-
tij clamant: *Trahe me poſt te*. Iſtum por-
tat Ioſeph, qui dicitur *augmentum*; ſci-
Ioſeph interpretatur. licet, *virtutibus creſcens*. Maria exhibet
miraculum.

Triplex Mariæ miraculum. DL.

TRiplex eſt eius miraculum. Primò,
ab Angelo ſalutatur; ſecundo, igne
charitatis augetur; tertiò, virginitas fœ-
cundatur. Primum operatur Angelus:
ſecundum, Spiritus ſanctus: tertium,
Dei filius. De primo: *Inuenerunt me*
Cant. 5. 7. *cuſtodes ciuitatis: percuſſerunt me, &*
vulnerauerunt me: tulerunt pallium meũ.
Nota. Cuſtos ciuitatis, id eſt, Ecceſiæ, eſt An-
gelus, eſt Spiritus ſanctus, eſt Dei Filius.
Angelus percuſſit quodam turbationis ſtu
Luc. 1. 29. pore: *Ipſa enim turbata eſt in ſermone, &*
cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Spi-
ritus ſanctus vulnerauit amore. Chriſtus
tulit pallium, id eſt, velamen ignorantiæ.
Cant. 2. 2. De ſecundo: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic*
amica mea inter filias Adæ. De tertio:
Cant. 7. 2. *Venter tuus, acervus tritici vallatus lilijs.*
Hæc tria miracula, quoad poſſumus; no-
bis ſunt imitanda. Primò igitur, habea-
mus ſtudium angelicę familiaritatis: ſe-
In Virgine tria miracula inueniuntur. cundò, fugiamus peccati rigorem, iuxta
poſſibilitatem noſtræ infirmitatis: tertiò,
glorificemus, & portemus Chriſtum in
cordibus noſtris, merito caſtitatis. Pri-
mum quærimus deuota oratione: ſecun-
dum, in oppugnanda tentatione: tertium,
vehementi dilectione. Hoc enim ordine
egit Manue.

De Angelo, qui apparuit Manue. §. DLI.

PRimò, vidit Angelum, ſecundo locu-
Iudic. 13. 15. tus eſt ei, dicens: *Expecta vt facia-*
mus tibi hædum de capris. tertiò, concepit
Samſon, qui dicitur *Sol eorum*. Maria, vel Samſon interpretatur.
ſancta anima, dicitur vxor Manue, qui Manue interpretatur.
dicitur *Requies de requie*; id eſt, Patris Dei,
in quo requieſcimus æternaliter, ſi quie-
ſcimus à peccato temporaliter. Capræ ſũt
peccata: hœdus, qui dux eſt caprarum,
fomes peccati: quem Deo immolamus,
dum fomitem peccati: nobis ſubijcimus:
quo facto, ſolem iuſtitiæ concipimus.
Primum habeamus per deuotam ora-
tionem: vnde, quando Tobias habuit
ſibi familiarem Angelum, ait ei Angelus
Cùm ieiunares, & orares, ego obtuli Deo
orationes tuas. De ſecundo Paulus: *Video* Tob. 12. 13.
aliam legem in membris meis repugnantẽ Rom. 7. 23.
legi mentis meæ, infœlix ego homo, quis
me liberabit de corpore mortis huius? Gra-
tia Dei per Ieſum Chriſtum. Vt autem
merito caſtitatis concipiamus, dicamus:
Lectulus noſter floridus, propter caſtita-
tem; propter dilectionem, ait Chriſtus. Ioan. 14. 23
Si quis diligit me, ſermonem meum ſerua-
bit, & Pater meus diliget eum, & ad eum
veniemus, & manſionem apud eum facie-
mus. Simeon profert oraculum: *Ecce* Luc. 2. 34.
poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectio-
nem multorum in Iſrael, & in ſignum, cui
contradicetur: & tuam ipſius animam
pertranſibit gladius. *In ruinam*, damna-
tionis: *in reſurrectionem*, reparationis:
in ſignum, probationis. *Pertranſibit gla-*
dius, paſſionis.

Triplex ruina. S. DLII.

TRiplex eſt ruina. Prima fuit de cæ- Nota:
lo in hunc aerem caliginoſum: ſecũ-
da, de paradiſo in mundum: tertia, de
mundo in infernum. Prima de Angelis:
ſecunda de protoplaſtis: tertia de obſtina-
tis. De prima, cum pugnaret Michael
cum dracone, facta eſt ruina magna in cæ- Apoc. 12. 7.
lo. De ſecunda dicit propheta: *Ipſe repa* Iſai. 51. 3.
rabit ruinas Ieruſalem, & Dauid: *Iudi-* Pſal. 109. 6.
cabit in nationibus, implebit ruinas. De
tertia Salomon: *Ante ruinam exaltatur* Prou. 16. 18
ſpiritus. Idem: *Lex ſapientiæ, fons vitæ,* & 13. 14.
vt declinet à ruina mortis. Prima, irre-
parabilis: ſecunda, ſanabilis: tertia, irre-
mediabilis. De prima enim dicitur: *Non* Apoc. 12. 8
eſt amplius locus eorum inuentus in cælo.
De ſecunda: *Alleuat Dominus omnes, qui* Pſal. 144. 14
corruũt, & erigit omnes eliſos. De tertia,
Qui deſcendit in infernum, non aſcendet Iob 7. 9 et 10
vltra, nec reuertetur amplius in locum ſuũ,
ait Iob. Chriſtus igitur, qui eſt ſapientia
Patris, factus eſt primis in ruinam, quia
non

Google

non dubitauerunt æqualitatem huius ſa-
pientiæ appetere: ſecundis, quia noluè-
runt conſilio ſapientis acquieſcere: ter-
tijs, quia noluerunt poſt ſapientiam, &
Chriſtum ambulare. Primus enim dixit:
Iſai, 14. 13. *In cælum conſcendam, ſuper aſtra cæli
exaltabo ſolium meum*. Secundis dicitur:
Prou. 1.25. *Quia deſpexiſtis conſilium meum, & cor-
reptionem meam neglexiſtis; ego quoque in
interitu veſtro ridebo*. Tertijs dicitur:
Ioan. 8. 12. *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris*
Medij, ſicut dictum eſt, poſſunt reſurge-
Luc. 2. 34. re; vnde dictum eſt: *Poſitus eſt in reſur-
rectionem multorum*.

Triplex reſurrectio. §. DLIII.

Nota. Est antem reſurrectio ſpiritualis, eſt
particularis, eſt generalis. Prima
eſt prædeſtinatorum: ſecunda, inſperato-
rum: tertia vniuerſorum: quarta beato-
rum. Prima eſt, per gratiæ infuſionem;
ſecunda ad probationem; tertia ad natu-
ræ redintegrationem; quarta ad retribu
Coloſ. 3. 1. tionem. De prima, *Si conſurrexiſtis cum
Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite*. De ſe-
Matth. 11.5 cunda; *Surdi audiunt, mortui reſurgunt*,
1.Cor. 15.51 De tertia *Omnes quidem reſurgemus, ſed
non omnes immutabimur*. De quarta;
1. Cor. 15.40 *Alia eſt claritas Solis, alia claritas Lunæ.
alia claritas ſtellarum. Sic eſt reſurrectio
Luc. 2. 34.* *mortuorum*. Sequitur, *Et in ſignum, cui
contradicetur*.

Triplex ſignum. §. DLIV.

Est antem ſignum triplex. Eſt enim
ſignum Dei viui, eſt ſignum iuſti, &
eſt ſignum ſigni viuifici. Primum eſt, ex-
hibitio miraculi; ſecundum, exterior di-
ſciplina religioſi; tertium, inſtrumentum
patiendi; hoc eſt ſignum probationis. In
primo enim, Chriſtus probatur Deus, in
ſecundo homo intus, in tertio, vir robu-
Apoc. 7. 2 ſtus. In figura primi ait Ioannes: *Vidi
Angelum habentem ſignum Dei viui*; vn-
Marci 16.17 de: *Signa eos, qui crediderint, hæc ſequē-
tur. In nomine meo dæmonia eiicient &c.*
Ioan. 3. 2. Et Nicodemus; *Nemo poteſt hæc ſigna
facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum
Apoc. 7. 4.* *eo*. De ſecundo; *Ex omni tribu filiorum
Iſrael, duodecim millia ſignati*; ſigno ſcili-
Pſal. 4. 7. cet, religionis. & *Signatum eſt ſuper nos
lumen vultus tui, Domine*: id eſt, claritas
religionis Chriſti, qui eſt vultus Dei. &
Iſai. 8. 16. Iſaias; *Liga teſtimonium, ſigna legem*. De
Ezech. 9. 4. tertio dicitur, *Signa Thau in frontibus
virorum, qui non errauerunt*. & poſtea
Iſraelitarum in Ægypto, ſignati ſunt ſan-
guine agni. &, *Hoc ſignum Crucis erit in* *Eccleſia.*
cælo, cùm Dominus ad iudicādum venerit.
Primo fuit contradictum cùm diceretur,
In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit *Luc. 11 15*
dæmonia. Secundo ſic, *Quare cum publi-* *Matth. 9.11.*
*canis, & peccatoribus mãducat magiſter
veſter?* &, *Homo iſte potator eſt vini*. Ter *Matt. 11,19*
tio, vt ait Paulus; *Inimici ſunt crucis Chri* *Philipp 3.19*
*ſti, quorum finis interitus, quorum Deus
venter eſt*. Sequitur, *Tuam ipſius animã* *Luc. 2. 34.*
pertranſibit gladius.

Gladius paſſionis. §. DLV.

Gladius hic paſſionis iuit, tranſiuit,
pertranſiuit. Iuit vſque ad animam
Saluatoris, tranſiuit ad animam martyris,
pertranſiuit ad animam Virginis. In pri-
mo, Chriſtus animam ſuam impendit, in
ſecundo martyr animam ſuam rependit,
in tertio Maria animam ſuam ſuſpendit.
Impendit paſſione, rependit paſſionis re-
compenſatione, ſuſpendit ab omni con-
ſolatione. Vide quomodo: id eſt, flagel-
latum vide, ſputis illitum, clauis confi-
xum, lancea perforatum. Sic *inclinato* *Ioan. 19. 30*
capite emiſit ſpiritum. Vide pendentem.
Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ *Pſal. 115.12*
*retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam
& nomen Domini inuocabo*. Vnde Ste-
phanus mortem, quam Saluator pro om-
nibus dignatus eſt pati, hanc ipſe primus
reddidit Saluatori. Suſpenſa Maria dice-
re poterat: *O vos omnes, qui tranſitis per* *Thren. 1.12.*
*viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſi-
cut dolor meus*. &, *Nigra ſum, ſed formo-*
ſa, quia decolorauit me Sol. Nigra, dolo- *Cant. 1. 5*
ris atrocitate; *formoſa*, charitate: *decolo-
rauit me Sol* iuſtitiæ.

Spectaculum Simeonis. §. DLVI.

Sequitur deſideratum ſpectaculum,
quod accepit Simeon. O beata vita,
quæ ſpectaculum vidit. O beatum ſenem,
qui ſalutare Dei vidit, lumẽ portauit, glo-
riam agnouit. Salutare omnium, quos
prædeſtinauit: Lumen gentium, quas fi-
de illuminauit: Gloriam Iſraelitarum, de
quibus carnem aſſumpſit. vnde ipſe ait:
Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine, in *Luc. 2. 29.*
pace. De primo: *Quia viderunt oculi mei
ſalutare tuum*. An non portabat Lumen,
de quo dictum eſt, *Senex puerum porta-
bat: puer autem ſenem regebat?* Lumen
ergo erat, quod ſenem regebat. Gloriam
Iſrael agnouit: Iſrael enim dicitur *Vir* *Iſrael inter-*
videns Deum. Gloria ergo eſt eorum, qui
vident Deum hic per ſpeculum, & in *pretatur.*
ænigmate, in patria, facie ad faciem.

Veni

Cant. 5. 1.

Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.

Cap. XI.

VENI, ſæpiſſime inquit, in Eccleſiam meam, quia hoc facere nullo modo, tempore peregrinationis eius deſiſto, vt errantes corrigam, infirmos adiuuem, dubitantes in fide confirmem, & bene agentium fructibus paſcar. Per myrrham deſignantur ij, qui martyrio vitam finierunt, vel ipſi carnem ſuam crucifixerunt, cum vitijs & concupiſcentijs. Per aromata, omnes, qui bonorum operum ſunt fama inſignes. Merit, quando martyres, & alios perfectos, quadam quaſi falce mortis ab hac vita præcidit, & ad cellaria ſupernæ beatitudinis perducit. *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.*

Quam Myrrham, & quæ Aromata Chriſtus in Eccleſia ſua metat.

Matt. 20. 16

Vocat Dominus impios, infirmos, & iuſtos. §. DLVII.

VOcat Dominus impios, vocat infirmos, vocat iuſtos. Primos ad pœnitentiam, ſecundos ad conſtantiam, tertios ad gloriam. Ad pœnitentiam, qua ſe purificent: ad conſtantiam, qua perſeuerent: ad gloriam, præmia recipient. De primis per Zachariam Dominus: *Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, ait Dominus, ne ſitis ſicut patres veſtri ad quos clamabant Prophetæ priores?* De infirmis: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* De tertijs: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum.* Ideo vocat, quia primi in peccatis ſuis moriuntur: ſecundi difficultate viæ grauantur: tertij cum multo deſidio præſtolantur. Primorum quidam recuſant, nec excuſant: quidam recuſant, & excuſant: quidam nec recuſant, nec excuſant. Primi nullum habent timorem, ſecundi habent ſeruilem, tertij filialem. Primi non excuſant, quia hoc exilium ſummam reputant felicitatem: ſecundi excuſant, Deum autumantes ſupra modum mitem: tertij nec recuſant, nec excuſant, ſcientes Deum futurum iudicem, & largum remuneratorem. Primi dicunt: *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Secundi, in excuſationem prætendunt carnis voluptatem, ſenſuum curioſitatem, vel mundanam occupationem, vel mundi dignitatem, ſicut inuitati ad nuptias. Quorum vnus dixit, *Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire.* ecce voluptas carnis. Alius dixit, *Iuga boum emi quinque, & eo probare illa.* ecce curioſitas, vel mundana occupatio. Tertius dixit, *Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre eam.* ecce mundi dignitas, vel vanitas. Illi, qui ſe non excuſant, nec recuſant, dicunt; *Veniet Dominus, & reddet cuique iuxta opera ſua.* Iuſtis dicitur, *Meſſui myrrham,* ac ſi diceret; Reddo pro humilitatis deiectione coronam, pro dolore cordis lætitiā pro confuſione paſſionum, laudem & gloriam. Sic in Iſaia legitur: Dabo inquit, *coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mæroris.* Sic myrrham amaritudinis metit. Sed & aromata ſuauitatis meret ſic, quando beati erunt pauperes ſpiritu, id eſt humiles, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum; mites, id eſt, manſueti, poſſidebunt terram, modò cordis, tunc corporis, vel etiam patriæ cæleſtis; quādo beati pacifici erunt filii Dei, mundo corde Deum videbunt,

Zachariam. Iſai. 45. 22. Matt. 11. 28 Matt. 25. 34 Iſai. 22. 13. Luc. 14. 20. Ibid. 19. Ibid. 18. Cant. 5. 1. Iſai. 61. 3.

De Aromatibus Virtutum. *§. DLVIII.*

VIde adhuc aromata repoſita in cellarijs; ſcilicet, Fidem, Spem, Charitatem. Fides enim tranſibit in certitudinem; Spes apprehendet ſuam expectationem; Charitas non euacuabitur, ſed excreſcet in perfectionem; id eſt, perpetuum Dei & proximi amorem. Item audiuimus ſponſum, audiuimus ſponſam, audiuimus hortum. Sponſum, à quo ſponſa citatur: ſponſam, quæ inuitatur: hortum, ad quem vocatur. In primo habemus liberalitatem: in ſponſa affinitatem: in horto amœnitatem. Liberalitatem, qua ſponſus numerat ſua gaudia: affinitatem, qua dicitur ſoror, & ſponſa: amœnitatem, vbi nominantur myrrha, & aromata. Verè liberalis eſt, qui donat egentibus, donat laborantibus, donat peccatoribus. Egentibus refectionem: laborantibus conſolationem: peccato-

Inter myrrhā tribulationis & aromata bonorum operum; Chriſtū manet Amaniam.

cato.

catoribus remiſſionem. Reſectionem alimentorum: conſolationem tribulationum: remiſſionem peccatorum. Quæ bene figurauit Abraham, cùm tres viros hoſpitio ſuſcepit. In figura primi, dedit eis cibaria: de ſecundo, collocauit eos ſub ilicis vmbra: pro tertio, lauit eorum pedes aqua. Inde etiam dicit Samuel ad Saul.

Figura
Gen. 18.

De tribus Viris ad quercum Thabor. §. DLIX.

1. Reg. 19. 3.

C*Vm veneris ad quercum Thabor, occurrent tibi tres viri: vnus portans tres hœdos: alius tres tortas panis: tertius lagenam vini.* In hœdis enim intelligitur remiſſio peccatorum: in panibus reſectio: in vino, quod lætificat, conſolatio. De primo Dauid: *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* De ſecundo: *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.* De tertio: *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.*

Pſal. 146. 9
2. Cor. 1. 4.
Pſal. 146. 3.

Efficacia panis triplex. §. DLX.

SEd notandum, quod triplex iſte panis panem illum, qui de cælo deſcendit, figurat. Tria enim efficit: deficientem reparat: etiam ſanum roborat, eſurientem ſatiat. Reparat ad gratiam, roborat ad pugnam, ſatiat dum dat guſtare ſapientiam. Primum deſignant quinque panes, quibus pauit turbam in Deſerto, vnde ait: *Si dimiſero eos ieiunos, deficient in via.* De ſecundo: *Panis cor hominis confirmat.* In fortitudine cuius Elias ambulauit vſque ad montem Dei Horeb. De tertio: *Frange eſurienti panem tuum.* Hunc panem dedit Achimelech ſacerdos Dauid, cùm eſuriret, fugiens à facie Saul: ecce reſectio. Sequitur conſolatio. Hæc eſt lagena vini.

Euchariſtiæ panis tria facit
Marci 8. 3.
Iſai. 58. 16.
1. Reg. 21. 6.

Vinum triplex. §. DLXI.

VInum modicè ſumptum, tria facit: ſcilicet, hominem ſubtilem, audacem, hilarem: ſcilicet, contra tres tribulationes hominis. Debet enim eſſe ſubtilis contra dæmonis machinamenta: audax contra tentationum ſpicula: lætus, ſuſcipiendo illata flagella. In primo ergo habenda eſt diligentia: in ſecundo audacia: in tertio, lætitia. De primo vino dictum eſt: *Pulchriores ſunt oculi eius vino*: id eſt, maior eſt ſubtilitas diſcipulorum Chriſti, quam cæterorum ſubtilitas, quæ vino comparatur. Secundum exprobrat Iſaias Iudaico populo, ſic: *Vinum tuum mistum eſt aqua*, id eſt, audacia tua puſillanimitate. De tertio: *Vinum lætificat cor hominis.* Ecce conſolatio.

Gen. 49. 12.
Diſcipuli vinobus eminēt quia ſunt oculi Chriſti.
Iſai. 1. 12.
Pſ. 103. 15

In tribus hœdis triplex remiſſio. §. DLXII.

SEquitur remiſſio; quæ in tribus hœdis deſignatur, quia hœdus peccatum deſignat. Tres ſunt iſti hœdi: quia eſt peccatum originale; eſt actuale; eſt debitum mortis æternæ. Primum in natiuitate Chriſti interrumpitur: ſecundum pœnitentia deſtruitur: tertium Chriſti paſſione relaxatur. Primus eſt ille hœdus, qui à Manue in annunciatione Samſonis, Angelo immolatur. Secundus, qui à Iuda propter coitum Thamar promittitur. Tertius, cuius ſanguine veſtimentum Ioſeph à fratribus tingitur. vnde: *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.* Audi primum diruptum: *Dirupiſti vincula mea; tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo*, ait Dauid. Audi ſecundum deſtructum: *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cum Chriſto, vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato.* Cum Chriſto enim deſtruitur, cùm paſſioni eius nos conformantes pœnitentia diluimus. O quàm liberalis eſt, qui reſtaurat perdita; donat gratuita, conſeruat tradita! In primo, vide Domini indulgentiam: in ſecundo, amici beneuolentiam: in tertio, aduocati diligentiam. In primo, fugitiuus reuocatur: in ſecundo, habenti donatur: in tertio, datum retinetur. Primum nobis repræſentat pater ille, ſuſcipiens filium: ſecundum, homo ille, qui *abijt in regionem longinquam*, & tradidit ſeruis ſuis bona ſua: tertium, mulier illa, *quæ abſcondit fermentum in farinæ ſatis tribus.* Mulier eſt ſapientia diuina: hæc abſcondit fermentum, id eſt, charitatem in conſcientiæ puritate conſeruat.

Tres hœdi tria peccata ſignificant.
Iudic. 13 15.
Gen. 38 17.
Gen. 37. 31.
Figuræ tres. Iſai. 63. 3.
Pſ. 115. 17.
Rom 6 6.
Luc 15. 20.
Luc. 19. 12.
Matt. 13 33
Sapientia diuina quomodo in nobis Charitatem conſeruet.

De

De filio prodigo. §.DLXIII.

Luc. 15. 20. & deinceps.

SEd non eſt prætereundum, quod fecit pater ille filio prodigo. Primo enim à longe vidit: ſecundò, ei occurrit: tertiò, ſuper collum eius ruit: quartò, in oſculum pacis ſuſcepit: quintò, ſtolam primam cum annulo & calciamento dedit: ſextò, occiderunt vitulum ſaginatum: audiuntur ſymphonia, & chorus. Primo quatuor prima conueniunt: Vidit à longe, per præſcientiam: occurrit, per præuenientem gratiam: irruit ſuper collum, per potentiam: per oſculum, dedit veniæ confidentiam. Tria, quæ ſequuntur, ad ſecundum pertinent; ſcilicet, ad dona gratuita. Dedit enim pater calciamenta, ad munimen pedum, id eſt, affectuum, ne per concupiſcentiam tangant terrena. Dedit & primam ſtolam; id eſt, animæ iuſtificationem, vt ſit virtutibus ornata. Dedit & annulum in manu, vt habeat perfectionem ad opera. Ecce quomodo reddit perdita, quomodo dat gratuita.

Deus verò pœnitenti reddit perdita, & donat gratuita.

Sequitur, Conſeruat tradita. Primò, in aduerſitate dat patientiam: ſecundò, in proſperitate ſeruat virtutum conſonantiam, ne diſcordent per voluptatem, vanitatem, & ſuperbiam: tertiò, amorem ſuum infundit, vt refundatur in dilectionem proximi, ad faciendum in eum miſericordiam. Primum facit vitulus ſaginatus, id eſt, caro Chriſti, qui eſt cibus ſpiritualis, roborans ad tolerantiam. Secundum, ſymphonia, quæ dicitur à *ſym*, quod eſt, *ſimul*; & *phonos*, quod eſt, *cantus*; id eſt, *ſimul cantus*, quod vocat virtutum conſonantiam. Tertium, chorus, qui duos habet calamos: ſcilicet, ſuperiorem, per quem flatum accipit: & inferiorem, per quem ſonum refundit, *ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*: quia dilectio Dei, & proximi, multum operatur ad virtutum cuſtodiam. Tali dicitur: *Veni in hortum meum*. Ecce liberalitas Dilecti. Sequitur cognatio, ſcilicet, *Soror mea ſponſa*.

Chriſti caro eſt Vitulus ſaginatus.

Symphonia interpretatur.

Pſal 71. 6.

Cant. 5. 1.

De profectu ſponſæ. §.DLXIV.

TRipliciter eſt ſoror ſponſi. Primò, animaliter: ſecundò, ſpiritualiter: tertiò, regaliter. Primò, per cognationem: ſecundò, per religionem: tertiò, per adoptionem. Primò enim Chriſtus cum perſonis Eccleſiæ, de parentibus eiſdem naſcitur: ſecundò, religioſi vnanimes, & vnius moris in domo conuerſantur: tertiò, in regno coronantur. Primò, ſoror eſt paruula; ſecundò, adulta; tertiò, perfecta. Primò enim paruam affert pro Chriſto vtilitatem: ſecundò, facit Dei voluntatem: tertiò, peruenit ad hæreditatem. De primo: *Soror mea paruula, & vbera non habet*. De ſecundo: *Qui facit voluntatem Patris mei; ille mater, frater, & ſoror mea eſt*. De tertio hic dicitur: *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa*. De primo Apoſtolus; *Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam*. De ſecundo. *Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu*. De tertio: *Erimus hæredes quidem Dei; cohæredes autem Chriſti*.

Religio eſt ſoror Chriſti.

Cant. 8. 8.

Matt. 12 50

1. Cor. 3. 1.

Rom. 8. 9 & 17.

Triplex ſoror hominis. §.DLXV.

TRes habet quilibet homo ſorores. Prima eſt corruptionis tentatio: ſecunda, ratio: tertia, ſapientiæ perfuſio. Prima pungit, ſecunda deducit, tertia paſcit. Pungit, vt ſic examinetur: deducit, quia illuminatur: paſcit, vt ſupernis illiciatur. De primo: *Putredini dixi, Mater mea es; & ſoror mea vermibus*. Hæc eſt Maria ſoror Moyſi, quæ murmurauit contra eum. De ſecundo: *Quid faciemus ſorori noſtræ, in die quando alloquenda eſt?* Alloquimur enim rationem, quando eam conſulimus. Hæc eſt Sara, cui dixit Abraham deſcendens in Ægyptum: *Dic, obſecro, quòd ſoror mea es*. De tertio: *Sapientiæ dixi, ſoror mea es*. Hæc eſt Martha; quæ miniſtrat: etiam Lazarus eſt vnus ex recumbentibus, quem paſcit.

Iob 17. 14.

Cant. 8. 8.

Gen. 12. 13.

Prou. 7. 4.

Triplex admiſſio ſponſæ. §.DLXVI.

SPonſa admittitur ad liberorum procreationem, ad lectuli pauſationem, ad ſecretorum cognitionem. Primò, eſt ſtudioſa: ſecundò, ſpinoſa: tertiò, voluptuoſa. Studioſa, vt creſcat numerus fidelium: ſpinoſa, ſine fuco temporalium: voluptuoſa, à guſtu cæleſtium. De primo Apoſtolus: *Saluabitur mulier per filiorum generationem*. Hæc eſt illa fortis mulier, quæ *de fructu manuum ſuarum plantauit vineam*; ad quam deſcendit ſponſus in hortum nouum, vt videat poma conuallium, & inſpiciat, ſi floruit vinea, & germinauerint mala punica. Cui obuiat illa, quaſi mater honori-

1. Tim. 2. 15.

Prou. 31. 16.

Cant. 6. 10.

Eccli. 24. 24. norificata, dicens: *Ego mater pulchræ dilectionis, & agnitionis, & ſanctæ ſpei;* ac ſi diceret: ego tibi genero diligentes, cognoſcentes, ſperantes. Eſt & ſponſa; *Cant. 4. 7.* vnde ei dicitur: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te:* temporalis ſcilicet ſolicitudinis. Eſt enim illa mulier, *Apoc. 21. 2.* de qua in Apocalypſi: *Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, nouam, deſcendentem de cælo ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Et ſic ad lecti pauſationem accedit, vt di- *Cant. 1. 11.* cat: *Cùm eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis.* Admittitur etiam ad cognitionem ſecretorum; vt per Paulum, per Ioannem Euangeliſtam, per Prophetas, per viros ſpirituales, qui reuelata facie ſpeculantur gloriam Dei. Inde eſt delicioſa. vnde: *Quæ eſt iſta, quæ deſcendit de Deſerto, delicijs affluens?* *Cant. 8. 5.* Hæc eſt illa mulier *amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius.* Ecce affinitas; propter quam vocat eam ſponſus, ſic: *Veni in hortum meum,* ad amœnitatem ſupernam: Veni, *meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* Vbi ſcilicet, amaritudinem pœnitentiæ gratam accepi, & aromata cœleſtis dulcedinis electis meis præparaui. *Apoc. 12. 1.* *Cant. 5. 1.*

Comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo.

Cant. 5. 1.

Cap. XII.

Doctores & Prædicatores fauus mellis dicuntur. FAVVS ſunt ij, qui ſcripturas intelligunt, & alijs aperiunt. Mel dicitur, qui appoſitas ſibi epulas verbi & libenter guſtant, & inſatiabiliter deſiderant. In *In vino ſummi, Cœleſtiū Prædicatores, & in lacte, auditores deſignantur.* vino, fortes ac ſummi cæleſtium prædicatores: in lacte, infirmi adhuc auditores accipiuntur. Cùm enim Dominus filios Eccleſiæ videt his ſtudijs feruere, *Cant. 5. 1.* ſubdit: *Comedite amici, & inebriamini chariſſimi.* Ait Iſaias: *Faciet Dominus* *Iſai. 25. 6.* *in monte Sion conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ: pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ.*

Affectus quadruplex: vbi & de conuiuio pinguium. §. DLXVII.

HÆc ſunt quatuor affectus, quos habemus erga duos exploratores Iericho; ſcilicet, Filium, & Spiritum ſanctum. Primus affectus eſt *conuiuium* *Human. tas Chriſti fauus Mellis.* *pinguium,* quem habemus circa Chriſti Humanitatem, quæ hìc fauus dicitur. *Iſai. 25. 6.* *Conuiuium pinguium medullatorum,* affectus, quem habemus erga Chriſti Diuinitatem, quæ hìc *mel* appellatur. *Con-* *Diuinitas Chriſti Mel.* *uiuium vindemiæ,* eſt affectus erga Spiritum ſanctum, propter ſimplicium conſolationem; quod tamen hìc lac dicitur. *Conuiuium vindemiæ defecatæ,* eſt affectus in Spiritum ſanctum, propter affluentiam chariſmatum, quam perfectioribus largitur circa Chriſti Humanitatem. Affectum primum erga natiuitatem: ſecundum erga paſſionem: tertium erga reſurrectionem. Primum, humiliatis: ſecundum, compaſſionis: tertium, exultationis. Humilitatis, quia *ſemetipſum* *Nota.* *exinaniuit, formam ſerui accipiens.* Com- *Philipp. 2. 7.* paſſionis, quia factus eſt Patri *obediens vſque ad mortem.* Exultationis, quia liberabitur à ſeruitute corruptionis creatura ingemiſcens, & parturiens. Per natiuitatem informamur: paſſioni conformamur: reſurrectione reformamur. Informamur audientes, quòd *Deus ſuper-* *Iac. 4. 6.* *bis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Conformamur, quia *Chriſtus paſſus eſt* *1. Pet. 2. 21.* *pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Reformabi- *Philipp. 3. 21.* mur, *quando reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Ecce conuiuium pinguium, in quo comedimus fauum: comedamus mel, & erit nobis conuiuium medullatorum pinguium. Hic eſt affectus erga Diuinitatem Chriſti; qui triplex eſt. Af- *Chriſtum propter tria ſpecialiter amore proſequi debemus.* ficimur enim erga eum, propter dignationem, propter charitatem, propter liberalitatem. Propter dignationem, quia humanitatem noſtrā aſſumens, ſemetipſum exinaniuit. Propter charitatem, qua nos Patri reconciliauit. Propter liberalitatem, quia regni cæleſtis ſuos cohæredes nos fecit. Bibamus & lac; hoc eſt, conuiuium vindemiæ; id eſt, affectus erga Spiritum ſanctum, ſimplicium conſolatorem; qui eſt triplex.

Tripex lac: vbi & de illo Iſaiæ nutriet homo vaccam boum.
§. DLXVIII.

Nota.
1. Cor. 3. 2.
Iſai. 7. 22.

AFficiuntur enim erga eum ſimplices per lac triplex: ſcilicet, doctrinæ; innocentiæ, ſimplicitatis. De primo: *Lac vobis potum dedi, non eſcam.* De ſecundo: *Quaſi modò geniti infantes, rationabile ſine dolo lac concupiſcite.* De tertio: *Vt potemini à lacte.* De hoc triplici lacte ait Iſaias: *Nutriet homo vaccam boum, & duas oues; & præ vbertate lactis comedet butyrum.* Pro vbertate lactis Bouum, doctores ſolent accipi. Lac igitur vaccæ boum, eſt doctrina ſimplicium. Sequuntur duæ oues; quarum vna dat lac innocentiæ: ſecunda, ſimplicitatis. Et inde comeditur butyrum, id eſt, pinguedo deuotionis in Spiritu ſancto; ſine quibus non manet in nobis; ſicut dicitur in libro Sapientiæ. *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum*; hoc eſt contra ſimplicitatem; *& auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu*; hoc eſt contra doctrinam; *& corripietur à ſuperueniente iniquitate*; contra innocentiam. Bibamus ergo vinum vindemiæ defecatæ; ſcilicet, affectum in Spiritum ſanctum, qui triplex eſt.

Sap. 1. 5.

Affectus noſtri in Spiritum ſanctum dicitur vindemia defecata.

Spiritus ſanctus tria facit.
§. DLXIX.

Vinum, non vulgare, ſed optimum tria facit; quæ etiã Spiritus ſanctus operatur in nobis.
Hymnus.

VInum enim tria facit: calefacit, lætificat, inebriat. Sic etiam Spiritus ſanctus calefacit adueniendo, lætificat viſitando, inebriat abundantiùs infundendo. De his dicitur:

Veni creator Spiritus,
Mentes tuorum viſita:
Imple ſuperna gratia
Quæ tu creaſti pectora.

Calefacit, ad dilectionem: lætificat, ad deuotionem: inebriat, ad exteriora hominis ſenſuum obdormitionem. De primo: *Concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* De ſecundo: *Non eſt regnum Dei eſca & potus; ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.* De tertio: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.*

Pſal. 38. 4.
Rom. 14. 17.
Pſal. 35. 9.

De comedentibus fauum.
§. DLXX.

ITem, fauus eſt caro Christi, quam comedimus: mel, dulcedo ſalutis æternæ, quam expectamus. Notandum, quòd quidam cum melle ſuo comedunt fauum: quidam ſine melle: quidam cum melle non ſuo. Primi ſunt occulti hæretici, qui comedunt corpus Chriſti, ſed non credunt ex eo prouenire æternam ſalutem. Secundi, Chriſtiani; qui in crimine ſunt, & ſumunt, & credunt in eo eſſe ſalutem; & eſt quidem, ſed non eorum. Tertij, ſunt boni Chriſtiani, qui ſumunt, & ſuam ſalutem in eo conſtituunt. Per vinum intelligitur ſanguis, nam ex vino conficitur. Per lac, quod candidum eſt, & nutrit paruulos, ablutio peccatorum, & nutrimentum virtutum; quæ fiunt per ſanguinem Chriſti, ſed & per corpus Chriſti: ſed ſãguini plus ſolet attribui, quia liquor eſt, & vulnera lauantur ex eo vino ſcilicer, ſicut ſcriptũ eſt: *Ipſe prior dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Eadem quoque eſt in eo diuiſio, quæ in fauo. Quidam enim bibunt vinum ſine lacte; ſcilicet, qui non credunt, remiſſionem peccatorum, & nutrimentum virtutum in eo eſſe. Quidam cum lacte non ſuo; quidam cum lacte ſuo; ſicut dictum eſt.

Chriſti caro diuerſimode comeditur.
Nota.
Lac ablutionem peccatorum ſignificat.
Apoc. 1. 5.

Notandum, quòd dicitur fauum, ſed non meum; ſed mel, meum; quia corpus, Chriſti eſt; ſalus autem, quæ inde prouenit, noſtra eſt. *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*: id eſt, Vos, qui eſtis amici mei, facientes quæ præcipio vobis, eſtis chariſſimi, integra dilectione amplectendo. Obſecro vos; vt factis ſanctorum, quaſi epulis præcipuis, præcordia veſtra repleatis. Non ſolum enim poſt eſum faui & mellis, poſt potum vini & lactis, inebriari, eſt, de mirandis virtutibus bonorum gaudere; ſed eos imitari, & per eorum retractationem torporem mentis diſcutere, & ad amorem ſupernorum viuaciùs aſcendere.

Cant. 5. 1.

Triplex conuiuium. §. DLXXI.

CHriſtum legimus propoſuiſſe nobis tria conuiuia. Primum, imminente paſſione: ſecundum, in aſcenſione: tertium, celebrata generali reſurrectione.

ne. Primum, quando paſcha cum diſcipulis ſuis manducauit: ſecundum, quando conueſcens ne à Ieroſolymis diſcederent, præcepit: tertium, militibus ſuis promiſit: *Ego*, inquit, *diſpono vobis regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo*. In primo comedimus, ad comparandam nobis contra labores fortitudinem: in ſecundo, ad ſatiandam eſuriem: in tertio, ad delectationem. Primus eſt corporum, ſecundus ſpirituum, tertius angelorum. Primo vtuntur ſerui, ſecundo comedunt amici, tertio inebriantur chariſſimi. In primo tria ſunt conſideranda: Quid, Quando, Quantum comedamus: ſcilicet, cibi ſpecies, hora, menſura; ne illicitum, aut extra horam, aut vltra menſuram, aliquid ſumamus. Illicitum comedit Adam in paradiſo, & expellitur: Extra horam Ionathas, & à patre maledicitur: Populus Iſrael ad ſepulchra concupiſcentiæ, vltra menſuram, & occiditur. Tranſgreditur Adam præceptum Domini: frangit Ionathas, quod obſeruabat multitudo populi: decipitur Iſrael in ſaturitate cibi. Sic igitur tranſgreſſio meruit expulſionem: negligentia voti communis, maledictionem: ſaturitas, mortem.

Luc. 22. 29.

In conuiuio debemus benè perpendere cibi ſpeciem, horam, & menſuram.

Tria debent obſeruari in cibis. §. DLXXII.

Religioſi in cibis tria debent obſeruare: modum, menſuram, numerum. Modus eſt, vt moderatè vtantur appoſitis: menſura, vt appoſita, ſuſtentationi non delectationi ſufficiant: numerus, vt ex aliquo appoſitorum reficiantur, ne caro nimia abſtinentia deficiat, aut ſaturitate luxuriet.

Menſura quadruplex. §. DLXXIII.

Menſuræ ſunt quatuor. Prima, auaritiæ: ſecunda, voluptatis: tertia, diſpenſationis: quarta, neceſſitatis. Prima, eſt nimia parcitas, ſecunda: ſuperfluitas: tertia, benignitas: quarta, ſufficiens æqualitas. Auaritia ſubtrahit neceſſitati: voluptas neceſſitatem excedit: diſpenſatio neceſſitati miſericorditer addit: neceſſitas debitum indigentiæ requirit. Sequitur conuiuium ſpirituum.

Auaritia peſſima eſt menſura.

In ſpiritu Menſa triplex. Vbi de diuerſis generibus ferculorum, & de menſura bona. §. DLXXIV.

IN ſpiritu ſunt tres menſæ, tres intellectus ſcripturæ, hiſtorialis, myſticus, moralis. Prima ſimplicibus, ſecunda doctoribus, tertia communis ambobus. In prima eſt cibus groſſior, in ſecunda ſubtilior, in tertia dulcior. Prima paſcit miraculis, ſecunda figuris, tertia verbis. Res miraculorum roborat fidem: impletio figurarum, ſpem: doctrina morum, charitatem. His menſis apponit Moyſes panem conſperſum: Apoſtoli, hordeaceũ: Elias ſubcinericium. Hordeaceus eſt legalium obſeruationum, conſperſus panis lacrymarum, ſubcinericius peccatorum. Apponuntur huic menſæ tria fercula carnis: caro agnina, caro arietina, caro vaccina. Abel agnum, Abraham arietẽ, Ioſue vaccam apponit. Agnus obmutescens coram tondente: Chriſtus humilis in paſſione: nos patientes in tribulatione. Aries adhærens inter vepres cornibus: Chriſtus in cruce manibus: nos obedientiæ operibus. Aries præcedens gregem: Chriſti vita, plebem: Prælati, exemplum congregationem. Vacca occiſa extra caſtra: Chriſtus extra Ieruſalem: nos extra mundi vanitatem. In agno ſimplicitas cordis: in ariete, fortitudo operis: in vacca, lac prædicationis. Simus ſicut illi, *qui vt nubes volant: prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*: ne ſit nubes ſine pluuia, ſerpens ſine prudentia, columba ſine ſimplicitate. Careat columba felle, ſerpens veneno, nubes ſiccitate; vt ſit ſimplicitas ſine amaritudine, prudentia ſine malignitate, doctrina ſine vanitate. Piſcium quidam apponuntur de mari, quidam de flumine, quidam de ſtagno. De mari, ſæculares: de flumine, doctores: de ſtagno, clauſtrales. Habent ſquammas, id eſt, aſperitatem conuerſationis; & pennulas, id eſt, alas contemplationis. Tobias deſcendit ad flumen: Chriſtus ad mundum: ſapiens, vel iuſtus, ad lacrymas. Tobias, vt pedes lauaret: Chriſtus, vt culpas dilueret: iuſtus, vt carnales affectus mundaret. Inuenit Tobias piſcem, Chriſtus diabolum, iuſtus quodlibet diaboli membrum. Piſcem Tobias extrahit, diabolum Chriſtus eiecit, iuſtus impium conuertit. Exenterat Tobias piſcem, interiora proijciendo: Chriſtus diabolum, malignitatem eius

Tres ſacræ ſcripturæ ſenſus ſunt tres menſæ ſuper quas noſter intellectus paſcitur, ac nutritur.

Figura trium menſarum in veteri teſtamẽto.

Agnus Chriſtum humilẽ in paſſione. Aries Chriſtũ in Cruce manibus hærentem, & Vacca extra Ieruſalem patientem ſignificãt.

Iſai. 60. 8.
Matt. 10.16

Quomodo debemus eſſe nubes, ſerpentes, & Columbæ.

Piſcium tria genera quid?

Chriſtus quomodo in Tobia figurabatur.

aperiendo; iuſtus, per confeſſionem occulta pectoris aperiẽdo, vel eiiciẽdo. Habet Tobias materialem ſalem, Chriſtus myſticum, iuſtus moralem. Habet Tobias materialem ſalem, quo piſcis condiatur: Chriſtus ſalem prudentiæ, quo diabolus caueatur: iuſtus ſalem ſapientiæ, quo conuerſus doceatur. Ecce conuiuium ſpirituale, in quo comedunt amici; ſequitur conuiuium, in quo comedunt chariſſimi. Nihil aliud eſt illud conuiuium, niſi participatio ſupernorum gaudiorum. Tot ſunt genera ferculorum, quot genera beatitudinum; ſicut in Euãgelio: *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem, dabunt in ſinu veſtro.* *Luc. 6. 38.* *Bona*, erit in corporum claritate: *conferta*, in ſubtilitate: *coagitata*, in agilitate: *ſupereffluens*, in Dei viſione. Notandum, quòd eſt menſura fluens, eſt effluens, eſt pereffluens, eſt ſupereffluens. Fluens eſt, *Menſura triplex.* quando primò gratia infunditur; effluens, quando infuſa proximo participatur; pereffluens, quando vſque ad mortem in ea perſeueratur; ſupereffluens, quando Deum facie ad faciem videbimus. Vnde, *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Et, *Erit anima mea quaſi hortus irriguus.* *Pſal. 16. 15.*

Ego dormio, & cor meum vigilat. Cap. XIII.

AC ſi dicat Eccleſia, ceſſantibus ad tempus perſecutionum flatibus aliquãtulum, in præſenti etiam vita; Requiem in Domino cœpi habere, & toto deſiderio ad eam requiem, quæ neſcit finem, vigilare non ceſſo; & cor meum vigilat. Quia quò liberius vaco ab incurſibus externis, eò altiùs intus video, quoniam ipſe eſt Dominus.

Eccleſia quanto magis quieta dormit tanto magis vigilat.

Quatuor vigiliæ; vbi de confeſſione, & ablutione manuum.
§. *DLXXV.*

QVatuor ſunt vigiliæ. Prima eſt nocturna, ſecunda matutina, tertia meridiana, quarta veſpertina. De prima; *Quarta vigilia noctis venit Dominus ad diſcipulos, ambulans ſuper mare.* *Matth. 14. 25* De ſecũda: *Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me.* *Sap. 6. 15.* De tertia: *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.* *Pſal. 66. 1.* De quarta: *Immolauit Abraham vaccam triennem, arietem, & capram.* *Gen. 15. 9.* Prima eſt contritionis: ſecunda, confeſſionis; tertia, ad cuſtodiendã virtutem: quarta, contra tentationem. Prima, ad medelam, vt per contritionem peccatum ſanetur. Secunda, ad ſequelam, vt propoſitum contritionis confeſſio proſequatur. Tertia, ad cautelam, qua virtus cuſtodiatur. Quarta, ad tutelam, vt contra tentationem conſcientia defendatur. *Vigilare quid ſit.* Vnde de prima dicitur: *Vigilo*; id eſt, vitiorum gibbos luſtro oculis. De ſecunda, *Vigilo*; id eſt, vitam gyro luce oculi. De tertia, *Vigilo*; id eſt, vigeo lumine oculi. De quarta, *Vigilo*; id eſt, iure gyro loca. In prima eſt, *Conſurge in nocte, in principio vigiliarum tuarum.* *Thren. 2. 19.* In ſecunda, *Effunde ſicut aquam cor tuum, ante conſpectum Domini Dei tui.* *Ibid.* In tertia, *Leua ad eum manus tuas.* In quarta, *Miſerebitur tui.* *Nota* De prima, ſcilicet nocturna, dicitur: *Erant paſtores in regione eadem, cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.* *Matt. 14. 25* Et quarta vigilia noctis venit Ieſus ad diſcipulos ſuos, *ambulans ſupra mare.* *Marc. 48.*

Nox eſt quandiu homo eſt in peccato. Sed nox quatuor habet vigilias. Prima, quando homo rememorat peccatum ſuũ: ſecunda, quando dolet feciſſe: tertia, quando odit peccatum: quarta, quando abominatur. *Homo quatuor habet vigilias.* In hac venit Dominus ambulans ſuper aquas, vt ſanet; *Qui ſanat contritos corde*; *Pſal. 146. 3.* hæc enim fit ad medelam. In hac eſt conſurgendum à peccato. Secunda vigilia, eſt matutina, in qua circa confeſſionem vigilamus, quia in ipſa cõfeſſione oritur in nobis quædam claritas conſcientiæ, quaſi quædam matutina lux. Vnde Sapientia: *Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me.* *Sap. 6. 15.* Vnde quidã; *De mane vigilabo ad te.* In hac ergo ſubmerguntur currus Aegyptiorum. *Factum eſt*, inquit, *in vigilia matutina reſpexit* Dominus *ſuper caſtra Aegyptiorum, & ſubuertit rotas curruum, ferebanturque in profundũ*; *Exod. 14. 24. & 25.* quia in confeſſione ſubmerguntur Aegyptij, id eſt, turpes motus, qui animam faciunt tenebroſam. Aegyptus enim, *Aegyptus interpretatur.*

tene-

Digitized by Google

tenebræ, interpretatur. Iſta fit ad ſequelam, ſcilicet, ad proſequendum propoſitum contritionis. In prima conſurgimus: in ſecunda effundimus ſicut aquam cor noſtrum. Notandum, quòd in prima cor noſtrum confunditur: in ſecunda effunditur; in tertia diffunditur; in quarta infunditur. Confunditur pudore, effunditur confeſſione, diffunditur prædicatione, infunditur ſpirituali conſolatione. Iubentur effundi ſicut aqua. Alij enim effundunt ſicut oleum; alij ſicut mel: alij ſicut vinum: alij ſicut lac: alij ſicut aquã. Cùm oleum effunditur, ſemper de eius ſubſtantia aliquid in vaſe remanet, ob pinguedinem eius. Hi ſunt, qui partim peccata ſua confitentur, partim abſcondunt. Sicut mel effundunt, qui omnia confitentur, ſed dulcedinem delectationis retinent, ſicut vas mellis. Sicut vinũ effundunt, qui odorem retinent, ſicut vas vini: hoc eſt, quando libenter audiũt retractari ea, quæ incitant ad peccandũ. Sicut lac effundunt, qui colorem peccati retinent, ſicut vas candorem lactis; hoc eſt, quando delectationem mundi libenter accipiunt: ſicut aquam effundunt, qui nec pinguedinem, nec dulcedinem, nec odorem, nec colorem in vaſe relinquunt.

Nota.

Peccata in cõfeſſione debent effundi ſicut aqua, non ſicut oleum, vel Mel, vel Vinum, vel Lac.

Figura.

Quarta vigilia eſt meridiana, ad cuſtodiam virtutum. Hanc non obſeruauit Isboſeth, qui dormiens in meridie, mulierem fecit oſtiariam; id eſt, ſpiritus carnem: quæ cùm malè vigilaſſet, latrones abſtulerunt caput eius. Hoc fit ad cautelam, ne diabolus ſurripiat aliquid de bonis noſtris. Vnde, *Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens deuoret.* Sed quia: *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam:* Leua ad eum manus tuas. Leuandæ ſũt manus, ſacrificij oblatione, ſicut Chriſtus cruce: *Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum.* Leuandæ ſunt in oratione. *Volo*, ait Apoſtolus, *viros in omni loco orare, puras manus leuantes, ſicut & Chriſtus.* Orando leuandæ ſunt, & in eleemoſynæ largitione. *Leuemus*, ait, *corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælis.* Cor, ad diligendum Deum: manus, ad porrigendum: linguam, ad corrigendum. Sic Chriſtus eleuatis manibus ferebatur in cælum, faciens eleemoſynam, donando nobis Spiritum ſanctum. Quarta vigilia eſt veſpertina, ſed contra tentationes. Vnde Dominus: *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.* *Si ſciret*, inquit, *pater familias, qua hora fur veniret: vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam.* Hac vigilabat Abraham, quando immolabat arietem, id eſt, ſuperbiam; & capram, id eſt, luxuriam; & vaccam, id eſt, carnis pigritiam. Et cùm occubuiſſet ſol, id eſt, Chriſtus, de corde, per vehementiam tentationis, horror magnus inuaſit eum, quia vidit clibanum fumantem, id eſt, infernum; & lampadem fulgentem, id eſt, claritatem Beatorũ ad fugam tentatorũ.

1. Pet. 5. 8.

Pſal. 126. 1.

Pſal. 140. 2.

1. Tim. 2. 8.

Thren. 3. 41.

Matth. 26. 41.

Matth. 24. 43.

Figura.

Gen. 15. 9. & ſeqq.

Cant. 5. 2.

Aperi mihi, ſoror mea, columba mea, immaculata mea. Cap. XIV.

PVLSAT Dilectus ad oſtium noſtrum, cùm nos Dominus ad profectum virtutum excitat; cùm de acquirendis regni promiſſis gaudijs admonet. *Ecce ſto*, inquit, *ad oſtium, & pulſo. Si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & ipſe mecum.*

Apoc. 3. 20.

Duobus modis Domino aperimus. S. DLXXVI.

DVobus modis pulſanti Domino aperimus: cùm videlicet cor noſtrum ad ſuſcipiendum incrementum amoris eius, quem iam habemus, pandimus: vel cùm prædicando, ad ſuſcipiendum timorem, vel amorem Dei & proximi, cor aperimus. Tertio, pulſat Dominus, cum nos de hac vita exire admonet. *Soror*, inquit, *mea*, quia regni mei cohæres facta es. *Amica mea*, quia iugum ſeruitutis egreſſa, arcanorum meorum conſcia facta es. *Columba mea*, quia Spiritus mei dono illuſtrata. *Immaculata mea*, quia ſecreta à negocioſis actibus, diuinis es ſublata aſpectibus. Meritò ſibi poſtulat aperiri, qui nobis priùs aperuit.

Chriſto quomodo aperiendum ſit.

Cant. 5. 2.

Aper-

Digitized by Google

Apertio quadruplex, & de nominibus ſponſæ. §. DLXXVII.

QVatuor enim legimus Chriſti apertiones. Prima facta eſt ſuper eum: ſecunda ab co: tertia, in eo: quarta, per
Matth. 3. 16. eum. In prima, *Cæli aperti ſunt ſuper eū*.
Ioan. 19. 34. In ſecūda, quādo *Docens turbas, aperuit os*
Luc. 24. 45. *ſuū*. In tertia, *Vnus de militibus latus eius aperuit*. In quarta, diſcipulis ſuis aperuit ſenſum, *Vt intelligerent ſcripturas*. Quando aperuit os ſuum ſponſa, facta eſt *Immaculata*, quia erudiuit eam ad confeſſionem. Quando aperuit ſenſum, facta eſt *Columba*, vt in ſēſibus haberet ſimplicitatem. Quando apertum eſt latus, facta eſt *Soror*, quia tunc fecit eam æternæ gloriæ cohæredem. Quando aperti ſunt cæli, fecit eam *Amicam*, quia cæleſtium ſecretorum participem. *Immaculata* dilecti eſt quæ gaudet de peccari abolitione. *Columba* eſt, quæ omnia facit bona ſimplicitate. Prima non habet maculam: ſecunda non habet rugam. *Amica* eſt, quę omnia facit
1. Cor. 16. 14. ſeruēti amore. Huic dicitur: *Omnia veſtra in charitate fiant*. *Soror* eſt, quæ Chriſtum imitatur, ſe conformando illi compaſſionibus carnis aſſumptæ, audiens illud Apo-
Rom. 8. 29. ſtoli, *Quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imagini filii ſui*. *Immaculata*, aperit ſuſcipiens dilectum ad conſciētiæ puritatem: *Columba*, ad cordis tranquillitatem: *Amica*, ad amoris ſuauitatē: *Soror*, ad gratiarum actionem. Primæ di-
Cant. 4. 7 cit adueniens: *Tota pulchra es, amica mea & macula non eſt in te*. Secundæ dicit:
Ioan. 1. 47. *Hic eſt verè Iſraelita, in quo dolus non*
Pſal. 44. 8. *eſt*. Tertiæ dicit: *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te*
Prou. 31. 14. *Deus, Deus tuus*: Quartæ dicit: *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum*.

Conſcientia quatuor aperitur. §. DLXXVIII.

AVctore Deo, quatuor aperitur conſcientia noſtra. Primò, aperitur præsbytero: ſecundò, proximo: tertiò, Deo: quartò, Deo, homini, & Angelo. Primò in confeſſione: ſecundò, in attractione: tertiò, in gratiarum actione: quartò, in iudicio, in reddenda ratione. Prima apertio purificat, ſecunda ædificat, tertia gratificat, quarta examinat. In prima clauis Dauid claudit, abſtergēdo, & nemo aperit ſine Dei placito: aperit per gratiam, & nemo claudit contra eius beneuolentiam. De ſecunda: *Aperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua, et in*
2. Mach. 1. 4 *præceptis ſuis*. De tertia dicitur, quòd Danielter in die flectebat genua ſua, apertis feneſtris contra Ieruſalem. De quarta,
Libri ſunt noſtra conſcientia in eodem: *Iuditium ſedit, & libri aperti ſunt*. Libri, id eſt, conſcientiæ. Audi pri-
Dan. 6. 10. mam: *Peccaui ſuper numerum arenæ maris, & non ſum dignus videre altitudinem*
Dan. 7. 10. *cæli*. Audi ſecundam: *Nihil mihi conſcius ſum*. & item dicitur: *Credo quod*
1. Cor. 4. 4 *ſpiritum Dei habeam*. Audi tertiam: *Tu*
1. Cor. 7. 40 *ſcis Domine*, ait Ezechias, *quomodo recte ambulauerim coram te*. Audi quartam:
Iſai. 38. 3. *Nolite ante tempus iudicare, quoad vſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcon*
1. Cor. 4. 5 *dita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium*.

Porta quatuor Ezechielis. §. DLXXIX.

HÆ ſunt quatuor in ædificijs Ezechieli monſtratæ. Prima eſt, ad Occidentem: per eam non eſt monſtratus ingreſſus, quia per eam peccatum egreditur, non ingreditur. Secunda eſt ad Aquilonem, à quo eſt omne malum: per eam ingreditur cōſcientia tua ad cor proximi, qui eſt ad Aquilonem. Tertia eſt ad Auſtrum, per quam ingrederis, dum feruenter de collatis tibi beneficijs gratias agis. Quarta eſt ad Orientem, per eam erit ingreſſus, quando omnium conſcientiæ aperientur.

De Arca Noë. §. DLXXX.

ALiquando dicitur Deus aperire cor noſtrum, aliquando nos aperimus, Inde eſt, quod oſtium Arcæ Deus aperuit, Noë verò feneſtrā, quando voluit. Oſtium deſignat egreſſum de Arca, id eſt, de corde, per operationem: feneſtra, egreſſum per cogitationem. Oſtium deorſum, quia operatio ad corpus, feneſtra ſurſum, quia cogitatio ad animam pertinet. Vnde per feneſtram aues, per oſtium beſtiæ & homines exierunt.

Cur Deus oſtium Arcæ, & Noë feneſtram aperuerit.

Quatuor modis de oſtio eximus. §. DLXXXI.

QVatuor modis de oſtio eximus per operationem. Actiones namque, quædam ſunt carnales, quæ ad vſum corporis

poris

potis pertinent: aliæ ſunt ſpirituales, quæ pertinent ad inſtructionem mentis. Ad vtraſque boni, & mali exeunt. Qui egrediuntur ad terrenas actiones, ad explendam voluptatem, immunda animalia ſunt quæ egrediuntur de Arca. Qui ad vſum neceſſitatis ea tractant, munda ſunt animalia. Qui vero eccleſiaſticum regnum, quod eſt actio ſpiritualis agenda, ſuſcipiunt, & à ſecreto mentis, non ex ambitione, ſed obedientia egrediuntur, ſimiles ſunt Noë. Qui verò propter gloriam propriam hoc faciunt, ſimiles ſũt Cham.

Cordis apertio quadruplex ad contemplationem. §. DLXXXII.

ITem quatuor modis aperimus cor noſtrum ad contemplationem. Primò, quando cõſideramus omnem creaturam, quid ſit ex ſe, & inuenimus omnia vanitatem: quia, ſicut venit ad eſſe de nihilo; ita, quantum in ſe eſt, oſtendit quòd ad nihilum tendit. Secundus modus eſt, quando conſideramus, quid ſit eadem creatura ex dono Creatoris, & videmus in ea diuinæ rationis ſimilitudinem, dum quæ ex ſe mutabilis eſt, immutabilis ex dono Dei eſt, vt non penitus annihiletur. Tertius modus eſt, quando conſideramus quomodo Deus vtatur miniſterio creaturarum, ad implenda iudicia ſua, ſiue in miſericordia, ſiue in iudicio.

Quod ex nihilo habet eſſe ad nihilum tendit.

In hoc genere audiuimus omnem creaturam tribus vocibus nobis loquentem. Prima dicit, *Accipe:* ſecunda, *Redde:* tertia, Fuge. Accipe beneficium, redde debitum, fuge ſupplicium. Prima eſt ſupplicantis, ſecunda admonentis, tertia comminantis. Quartus modus eſt, quando inſpicimus creaturas ſecundùm hoc, quòd homo his vti poteſt ad explendas carnales concupiſcentiæ voluptates, nec in eis cogitamus infirmitatis ſubſidium, ſed libidinis oblectamentum. Qui ſic exeunt, ſimiles ſunt Coruo, qui reuiſus non eſt. Reliqua tria pertinent ad exitum Columbæ, ſi bene meminerimus.

Omnis Creatura tribus modis nobis loquitur.

Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Cap. XV.

Cant. 5. 2.

1. Cor. 11. 3

Quid per cincinnos, & guttas noctium intelligatur.

CAPVT Chriſti eſt Deus, vt dicit Apoſtolus: cincinni autem ſunt in mente fidelium collectæ cogitationes, quæ non ſparſæ defluunt, ſed per diſciplinam conſtrictæ ſunt. Ros verò, & guttæ noctium, quæ in tenebris cum frigore ab alto deſcendunt, iniquorum mentes ſunt, obſcuræ nimirum, & cæcæ, & ea, quæ in terris ſunt, ſemper appetentes, & Chriſtum minùs diligunt, quàm debeant. Cùm multi, quod peius eſt, nullo erga ipſum charitatis affectu teneantur, caput Chriſti plenum eſt rore. Et cùm iniqui ſeruis Dei pro dilectione odium impendunt, cincinni eius guttis noctium madent. Cùm ergo talis viguit tempeſtas, meritò dilectus à ſuaui ſomno cõtemplationis excitat, eãque verbo prędicationis inſiſtere, ac frequenti exhortatione corda peccatorum caleſacere, illuſtrare, ac ſibi aperire præcipit, quia contra illum peccauerant.

De Rore. §. DLXXXIII.

ROs alius vtilis, alius inutilis. Ros noctis, de quo agitur hic, frigidus eſt, & ideo inutilis: Ros auroræ, tepidus, & ideo fertilis. Ros iſte tria facit: refrigerat, humectat, fœcundat. Refrigerat aduſtionem, humectat ſiccitatem, fœcundat ſterilitatem. Aduſtionem tentationis, ſiccitatem deuotionis, ſterilitatem virtutis.

Ros tria facit

Tres ſpecies tentationis: vbi & de tribus pueris in camino. §. DLXXXIV.

ADuſtio tentationis tres habet ſpecies. Sunt enim quidam, qui ſemper fatigantur tentationibus; & aliquando cadunt, aliquando reſurgunt. Sunt qui ſemper laborant, & non cadunt. Sunt qui tentantur, & non cadunt, ſed ita ſunt ſpirituales, quòd non ipſam tentationem ſentiant. Iſti ſunt tres pueri in camino Chaldæorum: ſcilicet, Ananias, qui interpretatur *Gratia Dei*: Azarias, qui dicitur

Azarias interpretatur.

Por.

Fortitudo Dei. Miſael, qui dicitur *Attrectatio Dei*. Sed quartus eſt inter eos, *ſimilis filio Dei. qui facit medium fornacis quaſi uentum roris flantem*. Et ideo primus, ſi cadit, reſurgit, qui eſt Ananias, id eſt, gratia Dei ſubuenit ei, vt dicat: *Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas*; quia ibi eſt *Vox Domini intercidentis flammam ignis*. Secundus non cadit, quia eſt Azarias, id eſt, *Fortitudo Dei*, & dicit: *Igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas*; quia *ſimilis filio Dei facit medium fornacis quaſi uentum roris flantem*; & clamat: *Cùm ambulaueris per ignem, non combureris; quia ego Dominus Deus tuus, ſanctus Iſrael, ſaluator tuus*. Tertius nec etiam ſentit, quia eſt Miſael, id eſt, *Attrectatio Dei*. Hic dicit: *Liberaſti Domine corpus meum à perditione; & à preſſura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus*. Quartus, qui erat ſimilis Filio Dei, cum eis *fecit medium fornacis, quaſi uentum roris flantem*. Secundo dictum eſt, quod humectat ros ſiccitatem.

Dan. 3. 50. Pſal. 16. 3. Pſal. 28. 7. Dan. 3. 50. Iſai. 43. 2. Eccli. 51. 3. Dan. 3. 50.

Triplex ſiccitas. §. DLXXXV.

Contritio ſine lachrymis, compaſſio ſine miſericordia, & contemplatio ſine deuotione ſterilem reddunt animam noſtrā.

Triplex eſt ſiccitas, ſicut iam dictum eſt; ſine lacrymis contritio; ſine miſericordia compaſſio; ſine deuotione contemplatio. Sed ros diuinæ gratiæ humectat contritionem lacrymis, operibus miſericordiæ compaſſionem, deuotione contemplationem. In primo dat Deus de pinguedine terræ: in tertio, de rore cæli abundantiam: de medio non dubitamus, quando rorem cæli habeat, ſicut dicit Iob: *Ros in meſſione mea morabitur*.

Iob 19. 29.

Tertiò dictum eſt, quòd ros fœcundat. Fœcundat virginitatem: fœcundat humanam mentem: fœcundat Eccleſiam militantem. Virginitatem, incarnatione Diuinitatis: hominis mentem, germine virtutis: Eccleſiam, ſacramentis. Primum ad redemptionem, ſecundum ad renouationem, tertium ad regenerationem. De prima dicitur: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant Iuſtum*. De ſecunda, Oſee propheta: *Ero quaſi ros Iſrael; germinabit quaſi lilium, & erumpet radix eius ut Libani. Ibunt rami eius. & erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani*. Tertius eſt ros *Hermon, qui deſcendit in montem Sion*: ſcilicet, ab anathemate, id eſt, ſeparatione, quod ſonat Hermon, Gentilitatis, vel Iudaiſmi, in ſpeculatiuam Eccleſiam, quod ſonat Sion. Vnde ad petitionem Gedeonis, ros primò deſcendit in vellus, id eſt, in vterum Virginis gratia Spiritus ſancti. De vellere expreſſit in concham, id eſt, in cor humanum, quia mediante vtero Virginis, venit ad nos gratia Dei. Tertiò deſcendit in aream, id eſt, Eccleſiam militantem. Primus ros malus erat, quia noctis, & ideo frigidus: iſte verò bonus, & à capite.

Iſai. 45. 8. Oſee 14. 6. Pſal. 132. 3. *Hermon interpretatur.* Iudic. 6. 37 *Figura. Gedeonis ros quid innuerit.*

Cant. 5. 3.

Expoliaui me tunica mea: quomodo induam illam? Laui pedes meos; quomodo inquinabo illos? Cap. XVI.

AC ſi apertè dicat: Deſerui negocia rerum infimarum; qua ratione repetam? Qui enim ad officium prædicatoris ſe accingit, ſicut prouidet ſubditis in ſpiritualibus, ita tenetur eis prouidere in temporalibus: & ideo, qui temporalia tractare refugit, dicit: *Expoliaui me tunica mea: quomodo induam illam?* Per tunicam enim actio temporalis deſignatur. Vnde Saluator de extremo examine loquens ait: *Qui in agro eſt, non reuertatur tollere tunicam ſuam*.

Cant. 5. 3. *Quid tunicæ expoliatio nobis inſinuet.* Matt. 24. 18 *Cur prohibeamur à Chriſto, vt in iudicio non reuertamur ad tollendam tunicam noſtram.*

Laui autem *pedes meos: quomodo inquinabo illos?* Ac ſi diceret: Iam meas cogitationes, quibus aliquando terram tangere conſueueram, frequentibus ſecretæ compunctionis fletibus laui, & quãtum mortalibus poſſibile erat, cæleſti ingreſſu dignos reddidi; ita vt dicere poſſim, quia *ſtantes erant pedes mei in atrijs tuis, Ieruſalem*: id eſt, Etſi necdum mœnia ſupernæ ciuitatis intrare promerui; tamen quædam eius gaudia libaui affectu interiori.

Cant. 5. 3. *Quid ſit lauare pedes.* Pſal. 121. 2.

Quin-

Quinque tunicæ. §. DLXXXVI.

Nota.

QVinque ſunt tunicæ. Prima, corruptio creaturarum: ſecunda, connexio virtutum: tertia, compoſitio morum: quarta, ſpiritualis actio Doctorum: quinta, gloria Beatorum. Prima eſt ſaccus noſtræ mortalitatis, qui in paſſione Chriſti conſcinditur. Quater legimus, Chriſtum depoſuiſſe veſtimenta ſua. Primò, in cœna; ſed reſumpſit. Secundò, ligatus ad columnam; ſed reddita ſunt ei. Tertiò, illuſus à militibus; & reddita ſunt ei. Quartò, crucifixus; & non reſumpſit. Propter ſecundum, & quartum, altaria quinta feria ante diem Reſurrectionis denudantur, & etiam quaſi quodam flagello virgarum, puluis excutitur in ſignum flagellationis Chriſti. Secunda, eſt prima ſtola, qua prodigus filius reuertens induitur. Tertia, eſt, odoriferæ veſtes, quibus Iacob indutus à patre benedicitur. Quarta, ſordida veſtis, qua in Zacharia Ieſus magnus ſacerdos exuitur. Audi primam: *Omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.* Audi ſecundam: *Fructus Spiritus eſt, gaudium, charitas, pax, patientia, &c.* De tertia: *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur, &c.* De quarta: *Argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina.* De quinta: *Fulgebunt iuſti ſicut Sol, in regno Patris eorum.* De prima: *Qui habet tunicam vendat eam, & emat gladium*: id eſt, non dubitet corruptibilem vitam impendere pro gladio, id eſt, verbo Domini. De duabus ſequentibus dicitur: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*: id eſt, qui fulget virtutibus, & moribus, non habentes ſaltem moribus inſtruat. De quarta dicit Dominus de Iudicio: *Qui in agro eſt non reuertatur tollere tunicam ſuam.* Quinta eſt, qua Ieſus magnus ſacerdos, ablata ſordida, induitur. De prima dicitur, quòd fecit Dominus primis parentibus pelliceas tunicas, quæ ſunt de mortuis animalibus; in ſignum noſtræ corruptionis. Secunda, eſt tunica Ioſeph, polymita, & talaris, id eſt, plurium virtutum cum perſeuerantia. Tertia, fuit tunica parua, quam faciebat Anna Samueli filio ſuo; id eſt *Gratia*, quod interpretatur Anna, *poſtulanti Deum*, quod dicitur Samuel, formam morum, quæ eſt parua reſpectu virtutum. De quarta dicitur, quòd Petrus ſuccinxit ſe tunica, vt iret ſuper aquas liber ad Chriſtum; id eſt, ad ſpirituales actiones Doctores attingunt, ne fluctibus mundanæ vanitatis madeant.

Chriſtus quater in paſſione depoſuit veſtimenta ſua. — *Altaria cur feria quinta denudantur.* — Zach. — Rom. 8. 22. — Gal. 5. 22. — 2. Cor. 4. 8. — 2. Tim. 4. 2. — Matt. 13. 43 — Luc. 3. 11. — Luc. 22. 36. — *Quid ſit duas tunicas habere.* — Matt. 24. 18 — Gen. 3. 21. — *Anna interpretatur. Samuel interpretatur.* — Matth. 1. 4 — *Ambulare ſuper aquas, quid ſignificet.*

Quid Prælatus. §. DLXXXVII.

DOctores enim debent ſubditos ſibi defendere, viam exemplo oſtendere, ſcripturis ad cognitionem Dei erudire. Vnde debent accingi, ſuccingi, præcingi. Accingi baltheo patientiæ, ſuccingi cingulo pœnitentiæ, præcingi linteo pudicitiæ. Accingi ad pugnam, ſuccingi ad viam, præcingi ad menſam. Primò, ad reſiſtendum: ſecundò, ad ambulandum: tertiò, ad miniſtrandum. Ad reſiſtendum aduerſarijs: ad ambulandum, vt appropinquet cælo: ad miniſtrandum ſubiecto. Sic enim Petrus accinxit ſe gladio, quando abſcidit auriculam Malchi: Succinxit ſe, quando ambulauit ſuper aquas: præcinxit ſe, exiens de carcere. *Præcingere,* ait Angelus Petro. De primo: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime.* De ſecundo Paulus: *State ſuccincti lumbos veſtros in veritate.* De tertio: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Quinta tunica eſt tunica Chriſti inconſutilis, quam habebimus, quando incorruptelam corruptibile noſtrum induerit, & mortale immortalitatem; qua ita volumus expoliari, vt iſta poſſimus indui.

Prælati quomodo erga ſubditos ſe gerere debent. — Act. 12. 8. — Pſal. 44. 4. — Ephef. 6. 14. — Luc. 12. 35.

De pedibus. §. *DLXXXVIII.*

PEdes ſunt affectus noſtri. Sicut enim pedes corporales portant exteriorem hominem, ſic affectus noſtri interiorem. Iſti ſæpe indigent lauacro, quia aliquando calore aduruntur, aliquando ad lapidem colliduntur, aliquando luto inquinantur, aliquando puluere aſperguntur. Primi vruntur flamma iræ, odij, & inuidiæ: ſecundi frigeſcunt torpore negligentiæ: tertij colliduntur ad lapidem Chriſtum, fidei hæſitatione: quarti inquinantur carnis voluptate: quinti aſperguntur puluere vanæ gloriæ. De primis Salomon: *Nunquid ambulare poteſt homo ſuper prunas ardentes, & plantæ eius non vrantur?* De ſecundis: *Videte ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbatho.* Hyeme enim torpor negligentiæ pedes adſtringit. De tertijs: *Ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.* De quartis Ieremias: *Sordes eius in pedibus eius; nec recordata eſt finis ſui.* De

Pedes noſtri ſunt affectus noſtri, qui ſæpe ſunt lauandi. — Prou. 6. 28. — Matt. 24. 20. — Pſal. 90. 12. — Thren. 1. 9.

Luc. 9. 5. quintis ait Dominus: *Excutite puluerem pedum veſtrorum. in teſtimonium illis*. A primis, quia vtuntur, auferendum eſt calceamentum, vt refrigerentur; id eſt, mortua opera. Vnde Moyſi, & Ioſue dicitur: *Tolle calceamentum de pedibus tuis; locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt*: id eſt, domus religionis. Secundi, quia frigidi ſunt, calceamento ſunt muniendi, quod eſt de pellibus mortuorũ animalium; id eſt, exemplis prædeceſſorum noſtrorum. Vnde de Agno paſchali dicitur: *Comedetis habentes calceamenta in pedibus*. Tertij vngendi ſunt pinguedine. vnde Iob: *Lauabam pedes meos in butyro; & petra fundebat mihi riuos olei*. Butyrum miſericordiæ dedit Chriſtus ante paſſionem, miſſo Spiritu ſancto; dedit oleum gratiæ poſt reſurrectionem. Quarti ſunt lauandi aqua. vnde Dominus lauit pedes diſcipulorum ſuorum, & ait Petrus: *Non tantum pedes, & manus; ſed & manus, & caput*: id eſt, non ſolùm affectus, ſed & manus, id eſt, opera; & caput, id eſt, ſenſuum euagationem.

Cur Moyſi, & Ioſuæ dictum fuerit à Deo, vt ſolueret calceamenta de pedibus ſuis. Exodi 3. 5

Exodi 12. 11

Iob 9. 6.

Ioan 13. 9.

Petrus ad quid dixerit non ſolum pedes, ſed manus & caput.

Sed affectus lauare, penitus eſt difficile. Vnde Ezechiel ductus eſt in aquam vſque ad talos; ſcilicet, lotus à tactu terrenorum, & vſque ad genua, quæ flectuntur, vt rigor ſuperbiæ lauetur; & vſque ad renes, vt fiat ablutio carnalium voluptatum: ſed non vſque ad cor, propter difficultatem lauandorum affectuũ, qui ſunt in corde, hoc eſt, quod non potuit tranſuadare. A quintis excutiendus eſt puluis, ſicut diximus; *Excutite puluerem de pedibus veſtris*. Tamen hæc omnia dicuntur lauatio generaliter.

Figura. Ezech 47. 3.

Ezechiel cur poſitus in aqua vſque ad talos, & vſque ad renes & non vſq; ad Cor?

Luc. 9. 5.

Explicit Liber Septimus.

IN-

INCIPIT.

LIBER OCTAVVS

in Canticum Canticorum

SALOMONIS.

Cant. 5.4.

Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Cap. I.

MANVM ſuam Dilectus per foramen mittit, cùm nos Dominus occulta inſpiratione ad opus virtutum accendit. Item, cùm nobis ad memoriam operationem ſuā reducit, quam operatus eſt in nobis. Item, cùm nos admonet ad opus, quod operatus eſt pro nobis. Nec mirum, cùm incarnatum, flagellatum, mortuum recordamur, ſi venter conſcientiæ noſtræ intremiſcit. Vnde Propheta: *Conſideraui opera tua, & expaui*. Ventris quoque nomine accipitur mollities eorum, & infirmitas, qui refugiunt ſuſcipere onus docendi, vel, qui ſe non credunt idoneos: vel, qui quietem amant,

Deus tunc mittit manū per foramen quando inſpiratione ſua ad bene operandum nos accendit.

Manus Dei mittitur ad tria: vbi de Lamentatione, Carmine, & Va. §. DLXXXIX.

MIttit ſponſus manum ſuam aliquādo ad caput, aliquando ad os, aliquando ad ventrem. Manus ſponſi eſt operatio, quam operatur in nobis. Caput, hic accipitur anima hominis: os eius, inſtrumentum prolationis: venter eſt mollicies carnis. *Tribus vicibus operatur Deus per ſingulos, vt euellat à corruptione animas eorum*, ſicut dicitur in Iob. Mittit ergo Dilectus manum ſuam ad caput, vt aliquid nobis diuinitus inſpiretur: mittit ad os, vt quod eſt inſpiratum pronuntietur: mittit ad ventrem, vt quod eſt inſpiratū, & pronūciatū, caro operetur. Prima miſſio manus ad caput, ad tria fit. Primò, ad fugam, & electionem: ſecundò, ad proximi correptionem, & inſtructionem: tertiò, ad extremi Iudicij videndam diſcuſſionem. De primo ab Ezechiele: *Ecce manus ad me miſſa, in qua erat volumen, & in eo ſcripta erant Lamentationes, Carmen, & Va.* Væ namque debemus fugere, id eſt, inferni tormentum: carmen debemus eligere, id eſt, gloriam & laudem Beatorum: ſed vtique impedimento eſt peccatum, id eſt, Lamentatio, quia pro eo lugendum. Væ fugiendum eſt, quia *in Inferno nulla eſt redemptio*: Carmen eligendum eſt, quia *glorioſum eſt regnum in quo cum Chriſto regnant omnes ſancti*. Pro peccato lamentandum eſt, quia *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur*. Immiſſio ſecundò fit ad proximi correptionem, & eruditionem, per ſancti Spiritus infuſionem. vnde Ezechiel: *Apprehendit me manus in cincinno capitis mei*: Ecce in cincinno, gratiæ infuſio: *Et ſtatuit me in templo*, vbi ſolet fieri plebis eruditio: *Et fodi parietem*, & apparuit imaginis vana depinctio; id eſt, error, propter quem fieret correptio.

Iob 33. 29.

Quādo Deus mittit manū ſuam ad caput tria in nobis operatur

Ezech. 2. 9. Figura.

Ezech. 8. 3.

De foſſione parietis, in triplici diſcuſſione extremi Iudicij. §. DXC.

AD extremi Iudicij diſcuſſionem fit tertia immiſſio manus ad caput: in quo ſunt hæc tria: ſcilicet, peccatorum, quæ fecit homo, diſcuſſio: bonorum, quæ non fecit, exprobratio: damnabilis ſententiæ prolatio. Hæc eſt manus, quam vidit Balthaſar ſcribentem in pariete, ſcilicet, hæc: *Mane*, id eſt,

Chriſtus in iudicio vniuerſali propter tria mittet manum ſuam ad caput.

numerauit : quid? *peccata.* vnde dicitur: *Tremens factus ſum ego, & timeo, dum diſcuſſio venerit.atque ventura ira. Thechel*, id eſt, appendit bona, & parua ſunt inuenta. vnde in Apoc. dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius ægeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & egens, & nudus. *Phares*, id eſt, *diuiſit à regno*; quod faciet per ſententiam damnationis, *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius*. vnde dictum eſt: *Dies illa, dies iræ, calamitatis & miſeriæ*. Manus Dei bis mittitur ad os. Primò, vt purget à ſuperflua loquacitate: ſecundò, vt conferat gratiam eloquentiæ. Pro primo, miſſa eſt manus ad Iſaiam, & tetigit labia eius calculo, & purgauit eum. Pro ſecundo, miſſa eſt manus ad Ieremiam; vnde ipſe ait: *Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & Prophetam in gentibus dedit me Dominus*. Tertiò, mittit Dominus manum ſuam ad ventrem, vt quod eſt inſpiratum, & pronunciatum, caro operetur. Venter, eſt infirmitas humana: foramen eſt anguſta apertura; quod deſignat anguſtiam noſtræ mortalitatis; per quam Dilectus miſit manum ſuam, id eſt, operatus eſt ſalutem noſtram, ſcilicet, ſuſtinendo paſſionem. Quoniam ergo tetigit miſeriam noſtram, carnem aſſumendo, & in ea patiendo; meritò venter, id eſt, infirmitas noſtra, intremuit.

Apoc. 3. 17. *Matt. 25. 41.* *Deus quomodo & ad quid ponat manum ſuam per foramen oris.* *Iſai. 6. 6.* *Ierem. 1. 9.*

Tremor triplex. §. *DXCI.*

TRibus modis tremimus in aduentu magnæ perſonæ: timore damnationis, admiratione magnifici operis, reuerentia maieſtatis. De primo: *Timor & tremor venerunt ſuper me.* De ſecundo: *Exultate ei cum tremore.* De tertio: *Adorant Dominationes, tremunt Poteſtates.*

Pſal. 54. 6. *Pſal. 2. 11.* *Eccleſia.*

Foramen triplex. §. *DXCII.*

TRia ſunt foramina: foramen petræ: foramen aſpidis: foramen acus. In primo ſtetit Moyſes, quando vidit poſteriora Domini tranſeuntis. De ſecundo Iſaias: *Lætabitur infans ſuper foramina aſpidis.* De tertio, fit comparatio cameli, & diuitis. In primo, cognoſcitur Chriſti Humanitas vera: in ſecundo, deprehenditur dæmonis aſtutia: in tertio, paupertate domatur ſuperbia. Cùm mittit Dilectus manum ſuam per foramen, id eſt, cùm operatur ſalutem noſtram per vulnus lateris; meritò venter, id eſt, infirmitas noſtra, contremiſcit. Cùm manum mittit in foramina aſpidis, eijciendo dæmones de corporibus obſeſſis, contremiſcit venter admiratione miraculoſi operis. Cùm mittit manum ad foramen acus, ſuperbos humiliando, contremiſcit venter humiliando, ob reuerentiam Diuinæ Maieſtatis. Venter animæ eſt Memoria, quæ ad primum tremorem concipit dolorem, ad ſecundum parturit virtutem, ad tertium parit fructum operum, & iocundatur per deuotionem. De primo Ieremias: *Ventrem meum ventrem meum doleo.* De ſecundo Iſaias: *Venter meus ad Moab, quaſi cithara ſonabit.* Chordæ enim citharæ, ſunt in anima virtutes conſonantes. De tertio, ſequitur in hoc opere. *Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs.* In tritico fructus, in lilijs iocunditas deuotionis ſignificatur. Hæc omnia operatur manus Domini miſſa per foramen.

Exod. *Iſai.* *Matt. 19. 24 & Marci 10. 25.* *Lucæ 18. 25.* *Anima venter qui ſit.* *Ierem. 4. 19.* *Iſai. 16. 11.* *Cithara cordis in anima quæ?* *Cant. 7. 2.*

Cant. 5. 5.

Surrexi, vt aperirem Dilecto meo: manus meæ diſtillauerunt myrrham, digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Cap. II.

Quot modis dilecto aperire debeamus.

APERIMVS Domino, cùm aduentum ipſius per amorem in corde ſuſcipimus: aperimuſque, cùm dura corda ad ipſum recipiendum, prædicando conuertimus. Ad hoc agendum ſurgimus, vt quod prædicamus, priùs opere compleamus. In digitis accipitur diſcretio, per quam opera diriguntur, quia nulla opera flexibiliora ſunt, vel pluribus diſtincta articulis. In hoc nos admonet, vt quoties alios caſtigamus, priùs conſcientiam noſtram ſolerti

ti diſcretione ſculpamus. Myrrha continentiam carnis, & martyrium ſignificat. Vnde manus ſponſæ diſtillant myrrham, cùm operibus continentiæ ſe mancipant; & digiti pleni myrrha probatiſſima, cùm ſe diſcretione ſolicita examinans, inuenit ſe vincere contineuter, intuitu retributionis æternæ.

De triplici ſurrectione. §. DXCIII.

ORdo congruus. Primò, ſurgit peccator: ſecundò, aperit iuſtus: tertio, diſtillat perfectus. Surgit peccator, ſoluens iugum nequitię: aperit iuſtus portas iuſtitiæ: diſtillat perfectus myrrham patientiæ. Primus à torpore, ſecundus in amore, tertius in odore. A torpore prauitatis, in amore ſanctitatis, in odore beatitudinis. De primo: *Excutere de puluere; conſurge, ſide Ieruſalem; ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.* (Iſai. 54. 1.) De ſecundo: *Aperite mihi portas iuſtitiæ: & ingreſſus in eas confitebor Domino.* (Pſ. 117. 19.) De tertio: *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis.* (Pſ. 44. 9.) Primus eſt Lazarus: ſecundus, Zacchæus: tertius, Stephanus. Lazarus *Adiutus* dicitur, quia ſuſcitatus de ſepulchro, Zacchæus, *Iuſtificatus*; quod factum eſt, quando gaudens aperuit, ſuſcipiens Chriſtum in domo ſua. Stephanus, quaſi *Stans phanum*, myrrham primus poſt Chriſtum diſtillauit, lapides torrentis cum omni alacritate ſuſcipiendo, & inter hos pro inimicis deuotè orando. (Lazarus interpretatur.)

Myrrha triplex. §. DXCIV.

MYrrha quantò eſt amarior, tantò probabilior. Alia enim eſt amara: alia amatior: alia amariſſima. Amara, peccatori in ſatisfactionem: amatior, iuſto, zelando pro religione: amariſſima, perfecto, in ſuſtinenda paſſione. Primus dicit: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* (Iob 10. 1.) De ſecunda, dixit Ezechiel, zelans pro domo Dei: *Abij amarus in indignatione.* (Ezech. 3. 14.) De tertia: *O mors, quàm amara eſt memoria tua!* (Eccli. 41. 1.) Sed quando Deo: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.* (Iſai. 38. 17.) Prima eſt probata: ſecunda, probatior: tertia, probatiſſima. Vel, probata, eſt in vaſis: probatior, in manibus: probatiſſima, in digitis. In vaſis cordis, proponendo: in manibus, operando: in digitis, opera prudenter exercendo.

De Digitis Dei. §. DXCV.

SVnt autem Digiti dextræ Dei: ſunt digiti dextrę humanæ. Digitos Dei legimus quinque. Tribus appendit molem terræ: quarto librat montes in pondere: quinto colles in ſtatera.

Triplex moles Terræ. §. DXCVI.

TRiplex eſt moles Terræ: vanitas, voluptas, malignitas. Hæc terra eſt cor noſtrum. Contra vanitatem eſt digitus, qui dicitur Spiritus ſcientiæ; de quo dixerunt Magi Pharaonis, cùm facerent Moyſes ſciniphes: *Digitus Dei eſt hic*: id eſt, ſpiritus ſcientiæ, ne poſſimus decipere Moyſen. Contra voluptatem eſt ſecundus digitus, id eſt, ſpiritus timoris: vnde dedit Dominus Moyſi Tabulas digito Dei ſcriptas, quia illa ſcriptura, timore pœnæ voluptuoſos refrenabat. Contra malignitatem eſt tertius digitus, qui dicitur pietatis; de quo dicitur in Euangelio, cùm malignitas Iudæorum mulierem adulteram damnaret: Dominus digito ſcribebat in terra: & quid ſcriberet, audite. *Terra terra, ſcribe hos viros abdicatos.* Quartus digitus eſt ſpiritus fortitudinis. Quintus, ſpiritus conſilij. Quartò, librat montes in pondere: quintò, colles in ſtatera. (Exodi 8. 19.) (Quinque digiti Dei quid in nobis operentur.) (Ioan. 8. 6.)

Quid ſit, librare montes, & colles. §. DXCVII.

HÆ ſunt duo genera Dæmonum. Quidam enim nocent hominibus violenter. Hi ſunt montes ſuperbi, quos librat Dominus in pondere fortitudinis, eijciendo. Alij nocent fraudolenter. Hi ſunt colles, qui deprimunt ſe per ſpeciem humilitatis, ne montes videantur. Hos librat Dominus in ſpiritu conſilij, quando libramus, id eſt, circumſpicimus, vtrum boni ſint, an mali: & ſic Digitus quintus eos eijcit. De quarto dictum eſt: *Si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.* (Luc. 11. 20.) De quinto, miſit Dominus digitum ſuum in anticulas ſurdi, & ſanatus eſt. (Marci 7. 33.) (Dæmones quomodo ſint montes & colles.)

De

De Digitis hominis : ſub quibus quinque genera diſcretionis. §. DXCVIII.

Quinque digiti manus quinque diſcretionis gradus, quos nos debemus habere ſignificant.

MAnus hominum ſunt duæ : dextra, & ſiniſtra. In dextra ſunt opera iuſtitiæ : in ſiniſtra, opera miſericordiæ. Vtraque ornatur digitis quinque: nam vtraque operatio, vt ſit ordinata, Indiget diſcretione : & ſicut in manu ſunt digiti quinque, ſic in diſcretione quinque gradus poſſumus aſſignare. Primus eſt diiudicatio : ſecundus, deliberatio, tertius, diſpoſitio : quartus, diſpenſatio: quintus, moderatio. Primum enim eſt, diiudicare quid ſit licitum, quid illicitum. Sed quia non omnia licita expediunt; ſecundò, ad deliberationem confugimus, vt diſcamus, quid ſit expediens. Quo cognito, reſtat quærere, quomodo, vel quo ordine faciamus. Ordine diſpoſito, ſẽper ad gratiam diſpenſationis cõfugimus pro occaſione varia. Vltimum eſt, modum congruum imponere. Primum itaque eſt dijudicationis: ſecundum, deliberationis: tertium, diſpenſationis : quartum, diſpoſitionis: quintum, moderationis. Per dijudicationem, licita ab illicitis ſecernimus: per deliberationem, vtilia ab inutilibus : per diſpenſationem, cuncta in ordinem redigimus : per diſpoſitionem, pro rerum euentu, temporum opportunitati cedimus : per moderationẽ, in omnibus modeſtiam ſeruamus. Dijudicatio diſcernit inter licitum, & illicitum : deliberatio, inter commodum, & incommodum : diſpoſitio, inter ordinatum, & inordinatum : diſpenſatio, inter opportunum, & inopportunum : moderatio, inter moderatum, & immoderatum. Dijudicatio nos effluere per illicita, non permittit: deliberatio, nos à rebus ſuperuacuis reſtringit : diſpoſitio, nihil inordinatum relinquit: diſpenſatio, ſuperuenienti occaſioni cedit : moderatio, in agendis metas prætetire non ſinit. De primo Apoſtolus: *Si nos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* 1.Cor.11.31 De ſecundo; *Sine conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebis.* Eccli.32.24. De tertio : *Iocundus homo, qui miſeretur, & commodat : diſponet ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur.* Pſ.111.4. De quarto : *Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* 1.Cor.4.2 De quinto; *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Philipp.4.5 Hi digiti pertinent ad dexteram, & ſiniſtram.

Cant.5.6.

Peſſulum oſtij mei aperui Dilecto meo; at ille declinauerat atque tranſierat. Cap. III.

Peſſulum oſtij aperire quid ſit.

PESSVLVM oſtij ſui anima ſponſo aperit, cùm cor ſuum diuina viſitatione dignum facit. Peſſulum aperit, cùm ſubita inſpiratione ad deſideranda cœleſtia accenſa, ſatagit latiùs, ſinum mentis, ad capiendum guſtum ſupernæ dulcedinis, aperire. Priùs miſerat ſponſus manum ſuam per foramen, vti vehementer accenſa, non iam per foraminis anguſtiam, ſed plenariè aperta ianua, felici amplexu perfruatur. Sed quia plenariè in hac vita non poteſt haberi, ſubiungit: *At ille declinauerat, atque tranſierat.* Hoc eſt, quod ait Dauid : *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Pſal.63.7 Et Salomon : *Dixi, ſapiens efficiar ; & ipſa longiùs receſſit à me.* Eccleſ.7.24. Nec dixit ſimpliciter, oſtium, ſed peſſulum oſtij : clauſerat enim, & peſſulo ſerauerat, dum cor eius in altum leuauit, ne quis inſidiator intraret; iuxta illud Salomonis : *Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum, quia ex illo vita procedit.* Prou.4.23

Triplex eſt Oſtium. §. DXCIX.

TRiplex eſt oſtium : primum diſciplinæ, ſecundum circumſpectionis, tertium ſolitudinis. De primo : *Audi fili mi diſciplinam patris tui.* Prou.1.18. De ſecundo : *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.* Eccli.14.22. In tertio erat qui dicebat : *Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto;* Pſ.101.8. viuens in ædibus. Hæc tria fuerunt in Tabernaculo. Primum, in atrij introitu : ſecundum, in ſanctuarij ingreſſu : tertium, dat acceſſum ad Sancta Sanctorum. Primum clauditur raptori, ſecundum latroni, tertium negociatori. Raptori, qui eſt manifeſtus; latroni, qui eſt occultus; negociatori, qui eſt importunus. Raptor vagos arripit; latro incautos decipit ; negociator quietum ſubripit. Primum volebat

Pſal.140.3. Cur Dominus clauſerit, à foris oſtium Arcæ. Matth. 6.6.

lebat claudi, qui dicebat; *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantia labijs meis*. Hinc eſt, quòd Dominus clauſit oſtium Arcæ à foris. De ſecundo; *Cùm oras, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum*. Hinc eſt, quòd mulier ad præceptum Prophetæ, fundens oleum, clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper filium ſuum. De tertio in Euangelio: *Quis veſtrum habebit amicum, &c.* Qui amicus dixit petenti; *Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili*. Hoc eſt oſtium, ad quod perſeuerabat Petrus pulſans, elapſus de carcere, vbi erant cęteri Apoſtoli. Poſſunt eadem oſtia bene aperiri. Primum aperitur ad puritatem, ſecundum ad veritatem, tertium ad claritatem. Primum, vt peccator ſuſcepta purificetur: ſecundum, vt purificatus erudiatur: tertium, vt eruditus contempletur. Primum aperuit Iob, qui ait; *Oſtium meum viatori patuit*. Secundum aperuerat Abraham, qui exiſtens in oſtio tabernaculi ſui, *tres vidit, & vnum adorauit*. Tertium apertum vidit Ioannes. *Vidi*, inquit, *oſtium apertum in cælo; & ecce ſedes poſita erat in eo*.

Luc.11.7 · Iob 31.32 · Gen. 18. 1. · Apoc.4.1.

De peſſulis oſtiorum. S. DC.

PRimi oſtij eſt peſſulum, feruor: ſecundi, timor: tertij, amor. Feruor religionis, timor diabolicæ fraudis, amor cognoſcendæ ſupernæ beatitudinis. Primum aperit contrito, ſecundum iam erudito, tertium dilecto. Contrito, vt ingrediatur atrium, vbi animalia immolantur, vt & caro eius ſanctificetur. Iam erudito vt ingrediatur in ſancta, in quo erat menſa propoſitionis, id eſt, doctrina apoſtolica, vt ibi erudiatur. Dilecto, vt de loco, qui eſt Sancta ſanctorum, ad nos egrediatur, & videatur: quo facto viſus ad montem per ſpeculum, & in ænigmate, declinat & tranſit à nobis. Primo venit ad nos: ſecundo declinauit: tertio, tranſijt. Venit per incarnationem, declinauit per reſurrectionem, tranſiit de mundo ad Patrem. Venit, vt nos redimeret: declinauit, vt incorruptionis auidos nos faceret: tranſiit, vt nos ad regnum vocaret. Et moraliter: venit, ad noſtram conſolationem: declinauit, ne tepeſcamus per ſeruitutẽ: tranſiit, vt demonſtraret quòd non habemus hìc manentem ciuitatem. Adhuc habemus, quid de oſtio dicamus.

Chriſtus quomodo ad nos venit, declinauit, & tranſiit.

Triplex oſtium. S. DCI.

FEcit Salomon oſtium in porticu, in templo, in oraculo. Oſtium porticus eſt ſermo propheticus: oſtium templi, Chriſtus: oſtium oraculi, patriæ cæleſtis introitus. In porticu vero renunciationis, moraliter eſt oſtium, cognitio mundi. In templo conuerſionis, cognitio ſui. In oraculo contemplationis, cognitio Dei: quia dum caſum mũdi attendis, quod ponitur in incerto diuitiarũ, in lapſu voluptatum, in periculo dignitatum, ad oſtium porticus accedis. Dum verò propriæ carnis defectum, pueritiæ ortum, momentum iuuentutis, veſperam ſenectutis conſideras; per oſtium templi tranſire feſtinas: Dum autem bonitatem Dei, cui nihil deeſt, attendis, beatitudinem, quæ nullo indiget, & accedis *ad videndum in bonitate electorum ſuorum, ad lætandum in lætitia gẽtis ſuæ*; paras intrare per oſtium oraculi ſpiritualis.

Nota: · In tribus Oſtijs tria contemplari debemus. · Pſal. 105.5.

De Aequinoctio. S. DCII.

NOtandum, quòd Sol æquinoctialis directis radiorum lineis, per illa tria oſtia Arcam Teſtamenti illuminabat, quia à Sole intelligentiæ directus radius conſiderationis nubem cogitationum penetrans, quæ diſcurrunt per aerem meditationis, per ſupradicta oſtia illuminat aream, id eſt, conſcientiam. Hoc fit in æquinoctio, id eſt, cum dies & noctes ſunt æquales. Morales ſunt dies, & noctes proſpera & aduerſa, damna & lucra, triſtia & læta, mentis puritas & conturbatio, lux contemplationis & caligo tentationis. Dum hęc animus deliberat, quaſi ſub æquali menſura dies & noctes librat.

Dies & nox quid indicet.

De tranſitu dilecti. S. DCIII.

NOtandum, quòd dilectus iſte tranſit per bonos, tranſit per perfectos. Ipſe enim eſt vir, de quo mulier ait: *Vir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos. Faciamus ei cœnaculum paruũ, & ponamus in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrum; vt cum venerit ad nos, maneat ibi*. Nihil fit in terra ſine cauſa. Quia enim tres miſerabiles factæ ſunt emiſſiones, ad hoc vir iſte per nos tranſit, vt reparet iſtas per tres laudabiles emiſſiones. Emiſit enim de cælo diabolum, Adam de para-

4.Reg.4. 10.

paradiſo; emittet peccatorem in iudicio, de beatorum conſortio. Prima, propter ſuperbiam: ſecunda, propter inobedientiam: tertia, propter cordis duritiam. Venit ergo, vt prima poſſet reſtaurari; ſecunda releuari, tertia deuitari. Reſtaurari, per numerum beatorum; releuari, per viam peccatorum; deuitari, per cuſtodiam mandatorum. De prima Dauid: *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas*. De ſecunda: *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum*. De tertia: *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus*. Ad primam inuitat ſponſam, ſic: *Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna materiæ*. De ſecunda ipſa ait: *Expoliaui me tunica mea; quomodo induam illam? Laui pedes meos; quomodo inquinabo illos?* Contra tertium. *Anima mea liquefacta eſt vt Dilectus meus locutus eſt.*

Chriſtus quomodo tres malas emiſſiones reparet tribus bonis emiſſionibus.

Pſal. 109. 6.
Pſal. 106. 20.
Pſal. 59. 6.
Cant. 2. 14.
Cant. 5. 3.
Cant. 5. 6.

Tres emiſſiones. §. DCIV.

Hoc vt fieret, factæ ſunt tres emiſſiones de cælo. Emiſſus eſt Angelus: emiſſus eſt Spiritus ſanctus: emiſſus eſt Chriſtus. Immo Angelus eſt miſſus, Spiritus ſanctus immiſſus, Filius admiſſus. Miſſus ad Virginis aurem, immiſſus in mentem, admiſſus in ventre. Ad aurem vt Dei reuelaret conſilium: ad mentem, vt obumbrando, Virgini daret ſolatium: in ventre, vt mundo naufrago ferret auxilium. De primo dictum eſt: *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ*. De ſecundo: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*. Spiritus enim ſanctus in eam venit, peruenit, ſuperuenit. Venit cum voto caſtitatis: peruenit cum virtute humilitatis: ſuperuenit cum myſterio Incarnationis. De tertio: *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei*. Ecce venter Virginis eſt cœnaculum. O cœnaculum, quod ſicut dies verni circundãt violæ falſarum, flores roſarum, lilia conuallium! In eo enim redolet humilitas, feruet charitas, floret virginitas; humilitas in violis, charitas in roſis, virginitas in lilijs. O cella affectibus amœna, moribus ſerena, gratia plena!

Luc. 1. 26 & deinceps.

In Virgine, quomodo Spiritus ſanctus venit, peruenit, & ſuperuenit. Virginis venter cœnaculum Sanctiſſimæ Trinitatis.

De his, quæ paranda ſunt in Cœnaculo. §. DCV.

Ponamus ergo in hoc Cœnaculo lectulum, vnde dicat virgo: *Cùm eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum*. Nos quoque cœnaculum debemus ei facere, ſcilicet, cor noſtrum. Ideo, *Præparate corda veſtra Domino*, vt dicatis: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*. Ponamus ergo in eo lectulum tranquillitatis, & pacis; menſam deuotionis; ſellam propriæ diiudicationis; candelabrum contemplationis. Pacis, vt inueniatur ſine mundana perturbatione: deuotionis, vt ſatietur ſupernæ dulcedinis ſuauitate: diiudicationis, vt accuſet ſe homo ſine excuſatione: contemplationis, in ſupernorum cognitione. In lecto non inuenitur, vir iſte niſi fuerit à peccato mundus. vnde, *In lectulo meo quæſiui per noctes quem diligit anima mea: quæſiui, & non inueni*; quia *vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius*. Dominus ergo *opem ferat illi ſuper lectum doloris eius*, vt poſtea dicat: *Lectulus noſter floridus*; & ſic: *Paululum, cùm pertranſiſſem illum, inueni quem diligit anima mea*. In iſto hodie pax vera de cælo deſcendit. De triplici pace eius quære alibi.

Cant. 1. 11.
Nota.
1. Reg. 7. 3.
Pſal. 107. 2.

Quem lectulum debemus ſponſo præparare.

Cant 3. 1.
Pſal. 40. 4.
Cant. 1. 15.

Tria hic Lectus operatur. §. DCVI.

Hic lectus mitigat languorem, reparat dolorem, miniſtrat ſaporem: languorem tentationis, dolorem ſatisfactionis, ſaporem mundanæ obliuionis. Vir enim iſte, cùm venit ad locum iſtum, leuigat culpam, mitigat preſſuram, aufert ſolicitudinem mundanam. In primo ſanatur languidus in grabato: in ſecundo cõfortatur homo, qui deſcendit ab Ieruſalẽ in Iericho: in tertio, Dominus præcepit diſcipulis vacare ſomno; ſic enim ait: *Dormite iam, & requieſcite*. De primo: *Perficio ſanitates hodie, & cras*. De ſecundo ait: *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*. De tertio dicitur: *Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui; & concupiſcet rex ſpeciem tuam, quoniã ipſe eſt Dominus Deus tuus & adorabūt eum*. Menſã quoque propoſuit huic viro Beata Virgo, quia *Sapiẽtia ædificauit ſibi in ea domum, propoſuit menſam*. Ad hanc vocat Filium, cum dicit: *Veniat Dilectus meus in hortum ſuum: veniat, & comedat fructus pomorum ſuorum*. Et ipſe. *Ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo Si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cenabo cum illo*. Hanc ſenſit ſponſus ſatiatam de menſa illa, cùm ait: *Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel, & lac ſub lingua tua*. Verè mel, quia per

Math. 26. 45
Luc. 13. 32.
Math. 11. 30
Pſal. 44. 11.
Prou. 9. 1
Apoc. 3. 20

torum

totum mundum, *melliflui facti ſunt cæli.* Immo leguntur cæli manniflui, toriflui, melliflui. Manniflui in Deſerto, patribus antiquis: toriflui, in conſummatione legis: melliflui, incipiente benignitatis anno. Primum, in prophetarum promiſſione, ſecundum in conceptione, tertium in natiuitate. De primo: *Manna de cælo pluit illis.* De ſecundo: *Rorate cæli deſuper.* De tertio

Iſai. 45. 8. *Iob 20. 17.* in Iob: *Non videat hypocrita torrentis riuulos, & butyri.* Hanc menſam erigamus huic viro: ad mēſam magnā ſedis diuinæ accedis, quando ipſe pulſat, & tu aperis. In hac cœnabis cum viro hoc, &

Cant. 5. 1. dices: *Comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum melle meo. Comedite amici, & inebriamini chariſſimi.* Sellam quoque præparauit ei Beata Virgo,

Cant. 3. 9. quia *Ferculum fecit ſibi Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, &c.* quæ alibi Beatæ Virgini adaptauimus. In hac ſella ſedit Filius Dei incarnatione.

Virgo Maria ſedes Dei.

Sed & nos ſellam propriæ diiudicationis debemus in nobis erigere, in qua opera noſtra, cogitationes ſermones debemus iuſtè iudicare; ne, ſi malè iudicemus, ſicut Heli ſacerdos de ſella retrorſum cadamus, & fractis ceruicibus emoriamur. Sed de triplici Iudicio alio loco diximus.

Virgo Maria candelabrum quatuor lucernarum.

Erexit & candelabrum Beata Virgo, quatuor lucernarum. Ipſa enim dicta

Num. 24. 17 eſt ſtella; vnde, *Orietur ſtella ex Iacob.* Dicta eſt Luna, Aurora, Sol: vnde,

Cant. 6. 9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur vt aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol?* Stella fuit errantibus: luna, in voluptatibus ſuis dormientibus: aurora, pœnitentibus: ſol perfectè diligentibus. Stella errantibus, vt reducat ad viam: luna in peccatis dormientibus, vt eis impetret veniam: aurora pœnitentibus, vt illis leuiget pœnitentiam: ſol diligentibus, quo deducat ad lucem ſupernam. Audi ſtellam; Maria interpretatur *Stella maris*, quæ reducit ad viam, vnde: *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.* Ad lunam clamant in nocte dormientes, ſic: *Maria interpretatur Eccleſia.*

Cum ſuſceperis vota, culpas noctis orando expelle. Ad auroram clamant pœnitentes, ſic: *Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles.* Miſeris, qui corde conteruntur: Puſillanimes, qui exteriori pœnitentia grauantur: Flebiles, qui lacrymis compunctionis perfunduntur. Sol fuit; vnde, *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, Chriſtus, in ea carnem aſſumens. An non lucet vt Sol, *cuius vita glorioſa lucem dedit ſæculo?* An nō ducit diligētes ad ſupernā claritatē, *cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias?* Ecce vir, id eſt, Chriſtus, trāſit per nos. Habet ergo tabernaculum, Beatam Virginem: lectulum quoque habet, eius vterum; menſam etiam habet, ſpiritualem eius refectionem: ſellam habet, ſcilicet ferculum Salomonis. Habet quoque candelabrum; ſcilicet, illuminat in Eccleſia errantes, peccantes, pœnitentes.

Cant. 5. 6.

Anima mea liquefacta eſt, vt Dilectus loquutus eſt. Quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.

Cap. IV.

QVIA vocem Dilecti per foramen ſecretæ compunctiones accepi, nunc incaluit in me quod erat frigidum, lenitū eſt omne aſperū, liquefactū omne durū. Incaluit charitatis ſuæ mihi dulce, vbi lacrymis reſoluit; &

Cum Deus nobis petentibus non reſpondet debemus eum lacrymis eum quærere.

quē ſua gratia mihi apparentem, mihi retinere non potui, iuuat proſequi lacrymis:

Pſal. 41. 5. & ſic liqueſaciendo, *effudi in me animam meā.* Sed ait: *Quæſiui, & non inueni.* Quotieſcunq; enim anima caſta ingredi cupit ad Dñm, & in carne poſita, ſupernæ beatitudinis guſtu attolli, nec ſtatim impetrat; dicit gemebunda: *Quæſiui, & non inueni.*

Anima tripliciter accipitur.
§. DCVII.

TRiplicitet accipitur anima. Primam dicimus, animalitatem; ſecundam, ſpiritum viuificantem: tertiam, vitam temporalem. Præter iſtas, dicitur ani-

Thren. 1. 11 ma à Deo dilecta, vt propheta ait; *Pec-*
cauit anima tua Deus; ſcilicet, gens, quam
amabas. De prima: *Dederunt precioſa*
quæque pro cibo ad refocillandam ani-
Gen. 2. 8. *mam*. De ſecunda: *Factus eſt homo in*
Ioan. 12. 25. *animam viuentem*. De tertia: *Qui odit*
animam ſuam in hoc mundo, in vitam
æternam cuſtodit eam. Prima habet du-
ritiam obſtinationis: ſecunda, torporis:
Ier. 5. 3. tertia, teporis. De prima Ieremias:
Percuſſiſti eos, & non ſunt ſanati: at-
triuiſti eos, & renuerunt accipere diſci-
plinam. Indurauerunt facies ſuam
ſuper petram, & reuerti noluerunt. De
Iſai. 48. 4. ſecunda Iſaias: *Scimus quia durus es tu,*
& frons tua ænea, & ceruix tua neruus
Marc. 16. 14. *ferreus*. De tertia, exprobrauit Domi-
nus incredulitatem diſcipulorum, & du-
ritiam cordis. Prima impedit conuerſio-
nem, ſecunda cognitionem, tertia de-
uotionem.

Triplex ſermo. §. DCVIII.

Contra iſtas tres loquitur Dilectus
tres ſermones. Contra primam,
ſermonem comminationis: contra ſecun-
dam, eruditionis: contra tertiam pro-
Pſal. 77. 15. miſſionis. De prima liquefactione; *In-*
terrupit petram in heremo, & adaquauit
eos velut in abyſſo multa. De ſecunda,
Complosit Gedeon lagunculas, & appa-
ruerunt lampades ardentes. De tertia,
Maria Magdalene fregit alabaſtrum; *&*
Ioan. 12. 3. *Domus impleta eſt ex odore vnguenti*. De
Luc. 6. 25. prima, *Væ vobis, qui ridetis nunc, quia*
plorabitis & flebitis vos. De ſecunda:
Matth. 16. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemet-*
24. *ipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequa-*
Matt. 5. 3. *tur me*. De tertio: *Beati pauperes ſpiri-*
tu, quoniam ipſorum eſt regnum cælo-
rum.

Anima tripliciter accipitur. §. DCIX.

Ad primum, anima liquefacta eſt in
aquæ liquorem: ad ſecundum, in
ceræ molliciem: ad tertium, in aroma-
ticæ ſpeciei decorem, odorem, ſaporem.
Primi, id eſt, obſtinati, promittunt ſibi
impunitatem, contemnunt Dei bonita-
tem, ignorant eius benignitatem. Im-
punitatem, quia credunt quòd non pu-
nientur: Dei bonitatem, quia ab eo lon-
ganimiter expectantur: benignitatem,
quia Deus dat eis occaſionem vt con-
Rom. 2. 3. uertantur. Vnde Apoſtolus: *Exiſtimas*
ô homo, qui iudicas eos, qui talia agunt,
quòd tu effugies iudicium Dei? An diui-
tias bonitatis Dei, & longanimitatem,
& patientiam contemnis? Ignoras quòd
benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?
Ad hanc vocem anima obſtinati liqueſit,
vt dicat: *Inflammatum eſt cor meum, &* Pſal. 72. 21
renes mei immutati ſunt. Nec mirum,
quia *Eloquium Domini inflammauit eū;* Pſal. 104. 19.
vt fluat in aquam, id eſt, lacrymarum
liquorem, propter peccata ſua. *Emittet*,
inquit, *verbum ſuum, & liquefaciet ea:* Pſal. 147. 17
flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Ec-
ce, quomodo prima anima liquefacta eſt
in aquæ liquorem. Sequitur, quomodo
ſecunda liqueſiat in ceræ molliciem, ſci-
licet, per verbum eruditionis, ex quo
mollitur cor ad intelligenda mandata
Dei. *Loquere Domine, quia audit ſeruus* 1. Reg. 3. 10.
tuus. *Concaluit cor meum intra me, &* Pſal. 38. 4.
in meditatione mea exardeſcet ignis: quia
factum eſt cor meum tanquam cera lique- Pſal. 21. 15.
ſcens in medio ventris mei; vt in eo ſcri-
bantur mandata Dei, & intelligamus ea.
Nam *declaratio ſermonum tuorum illu-* Pſ. 118. 130.
minat, & intellectum dat paruulis.

De Cera, tria. §. DCX.

Notandum, quòd in cera pingimus,
ſcribimus, ſigillamus. Primum,
vt habeamus Patrum memoriam: ſecun-
dò, mandata Dei, vt habeamus eorum
notitiam: tertiò, ſigillamus Regis ſigu-
ram. In bello prodeſt audacia contra
aduerſarium, memoria antiquorum Pa-
trum, ſuffragia orationum. Vnde Iu- 1. Mach. 4. 8
das Machabæus: *Impetum inimicorum*
ne timueritis: mementote eorum, quomo-
do ſalui facti ſunt patres noſtri. Et nunc
clamemus in cælum; & miſerebitur noſtri
Deus noſter. Scribimus; vnde: *Audi*
Iſrael mandata Domini, & ea in corde
tuo quaſi ſignaculū pone Imaginem quo-
que Regis ſigillamus: Deum enim in cor-
de imaginamur, vt dicamus: *Signatum* Pſal. 4. 6.
eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.

Triplex Imago Chriſti. §. DCXI.

Triplex eſt Imago Chriſti. Prima,
eſt corruptibilis: ſecunda, glorifi-
catæ Humanitatis: tertia, Diuinitatis.
Primam debemus in corde ſigillare, vt ei
compatiamur: ſecundam, vt ad ſimili-
tudinem eius ſuſpiremus: tertiam, vt eam Rom. 8. 29.
in regno videamus. De prima: *Quos*
præſciuit & prædeſtinauit conformes fie-
ri

2. Cor. 3. 18 *ri imagini Filij ſui*. De ſecunda: *Reuelata facie ſpeculamur gloriam Domini, vt transformetur in eandem imaginem, à claritate in claritatem*. Coloſſ. 3. 10. De tertia: *Exuentes veterem hominem cum actibus ſuis, induimini nouum hominem, qui renouatur in agnitionem, ſecundùm imaginem eius, qui creauit illam*. Imago, ad quam renouamur, eſt Patris memoria, Filij intelligentia, Spiritus ſancti benignitas. Hæc deformata fuit in primo homine; ſed reformatur in Dei agnitione.

Imaginem Dei perditam quomodo in nobis renouare poſſumus.

Ecce liquefactio in ceræ mollitiem. Sequitur, in aromaticæ ſpeciei pulchritudinem, odorem, saporem: ſpecies enim aromatica, qui præeſt ſubdito; odorifera in mortario contritionis, quæ dat in horto religionis, fragrantiam orationis; in electione paſſionum, & aduerſitatum ex guſtu ſupernæ lætitiæ, in contemplatione. Audi Domini pulchritudinem. Tit. 2. 7. *In omnibus*, ait Paulus, *teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in grauitate*. Audi odoriferam. 2. Cor. 11. 25. *Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium pertuli pro Chriſti nomine*. Coloſſ. 3. 1. Audi docentem ſaporem: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, ſapite*.

Iſtæ tres liquefactiones fiunt à Dilecto. Morem amantis exprimit ſponſus, qui

Virg. Eglog. 3

Fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.

Apparuit priùs ad monumentum, forſitan non vocatus. Ecce, non inuenitur, & quæſitus, & vocatus: forſitan ampliùs quærebat hunc ſcilicet ordinem, vt priùs quæratur; ſecundò, inquiratur; tertiò, acquiratur; quartò, requiratur. Quæratur, abſentatus: inquiratur, abſconditus: acquiratur, inuentus: requiratur, alienatus. Primum, per operationem: ſecundum, per orationem: tertium, per longanimitatem: quartum, per eius miſericordiam, & bonitatem. Tres primos gradus docet ipſe in Euangelio: Matth. 7. 7 *Quærite, ait, & inuenietis: petite, & accipietis: pulſate, & aperietur vobis*. Primum ſcilicet, operatione: ſecundum, oratione: tertium, virtute perſeuerantiæ: quartum, humili ſupplicatione. Primum fecit nobis Dominus per Incarnationem ſuam: ſecundum, per Leges, & Prophetas, & apoſtolicam doctrinam: tertium, per paſſionis anguſtiam: quartum, per Spiritus ſancti gratiam.

Quatuor modis Chriſtus nos quæſiuit, & quatuor modis eum quærere debemus.

De primo dicitur: *Venit* quærere ouem, quæ errauerat. Luc. 5. 32. Matth. 22. 14 De ſecundo: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores*, &, *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*. De tertio: Philipp. 2. 8. *Factus eſt* Patri *obediens vſque ad mortem*. De quarto Dauid: Pſal. 118. 176. *Require ſeruum tuum Domine*. Similiter abſentatus, vocetur: abſconditus, inuocetur, id eſt, intus vocetur: inuentus, aduocetur, id eſt, ad te vocetur: alienatus, reuocetur, id eſt, iterum vocetur. In primo, vocetur admirabili voce: in ſecundo, ſuaui affectione: in tertio, puritate conſcientiæ: in quarto, multa ſatisfactione.

Cant. 5. 7.

Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me; tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.

Cap. V.

Nota,

CVSTODES Eccleſiæ ſunt Doctores, quibus hæc cura delegata eſt, vt hanc à prauorum doctrina defendant, & ad dilectionem accendant. Hi ſponſam quæſitu Dilecti fatigatam inueniunt, percutiunt, & vulnerant, quia animam ſuperno amore anxiam inueniunt, & ſuo exemplo & doctrina ampliùs accendunt; & dum in ea quicquid terrenum remanſiſſe deprehendunt; extinguunt, & eam ad infima velut inſenſibilem reddunt, quaſi eam percutientes vulnerant; ſcilicet, gladio Spiritus, quod eſt verbum Dei. Item, ſunt cuſtodes murorum virtutes, quæ ſponſam ſpoliant pallio, ſcilicet ſæculari inuolucro, vt liberè videat Dilectum. Idem enim eſt pallium, quod ſuperiùs tunica.

Dum euangelici doctores, animam; magis magiſque flamma celeſtium deſideriorum accendunt eā quodammodo vulnerāt atque expoliāt.

Digitized by Google

De tribus Ciuitatibus. §. DCXII.

TRes ſunt Ciuitates, de quibus in
Theologia agitur. Prima, Babylon:
ſecunda, Sion: tertia, Ieruſalem. Pri-
ma, dicitur *Confuſio*: ſecunda, *Specula*:
tertia, *Viſio pacis*. Prima eſt Infernus:
ſecunda, Eccleſia militans: tertia, Ec-
cleſia regnans. Prima cuſtodibus caret:
ſecunda habet: tertia non indiget. Pri-
Matt. 7. 13. ma patet, vt qui vult ingrediatur. *La-
ta eſt via, quæ ducit ad mortem.*

Facilis deſcenſus Auerni:
Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras;
Hoc opus, hic labor eſt.

Secunda clauditur, ne diabolus aliquid
Pſal. 147. 4. in ea machinetur. *Confortabit* Dominus
*ſeras portarum tuarum. Arcta eſt via
quæ ducit ad vitam.*

Ardua molimur: ſed nulla non ardua Virtus.

Tertia ſecura eſt, quia ibi ſur vel raptor,
Matth. 6. 19. non timetur. *Theſaurizate vobis theſau-
ros in cælo, vbi nec ærugo, nec tinea de-
molatur, & vbi fur non effodit, nec fu-
ratur.*

De tribus cuſtodibus. §. DCXIII.

SIon igitur cuſtodes habet tres: Præ-
Iſai. 61. 6. latum, Angelum, Deum. De pri-
ma: *Super muros tuos, Ieruſalem, con-
ſtitui cuſtodes: tota die & nocte non ta-
cebunt laudare nomen Domini.* De ſe-
Hymn. cunda: *Cuſtodes hominum pſallimus An-
gelos.* De tertia: *Niſi Dominus cuſtodie-
rit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſto-
dit eam.* Primus percutit, ſecundus vul-
nerat, tertius pallio denudat. Percu-
tit increpatione, vulnerat viſitatione,
pallio denudat, ſæcularis conuerſationis
mutatione. Sed notate ordinem verbo-
rum: Inuenerunt, Percuſſerunt, Vulne-
rauerunt. Inuenerunt in inuio: per-
cuſſerunt baculo: vulnerauerunt gladio.
In inuio ſolitudinis: in baculo correptio-
nis: in gladio ſeparationis: in pallio ſæ-
cularis conuerſationis. Inuenerunt in
inuio, ne dilationis tædeat: in baculo
correptionis, ne caro laſciuiat: in gla-
dio ſeparationis, ne ſpiritus carni con-
ſentiat. Nudauerunt pallio, ſcilicet, con-
uerſationis, vt ad operandum ſe expe-
diat. Primò, inuenerunt in inuio ſoli-
tudinis.

Tribulationes ſiuè ab hominibus ſiuè per Angelos ſiuè à Deo veniant ſemper æquo animo debemus illas ſuſcipere.

Solitudo triplex. §. DCXIV.

SOlitudo eſt triplex. Prima, vitioſæ
ſingularitatis: ſecunda, derelictio in
anguſtijs tribulationis: tertia eſt in medi-
tatione deſiderij cæleſtis. De prima, *Væ* *Eccl. 4. 10.*
*ſoli, quia ſi ceciderit, non habet ſuble-
uantem.* Talis ſolitarius primus fuit Dia-
bolus. De ſecunda, *In ſolitudinibus er-* *Hebr. 11. 38.*
rantes. Et Chriſtus in paſſione, *Circum-* *Iſai. 63. 5.*
ſpexi, & non erat auxiliator. &, *Similis*
factus ſum pellicano: ſcilicet, *Factus ſum* *Pſal. 101. 7. & 8.*
ſicut paſſer viuens in ædibus. In hac
erat Maria Magdalene, quærens Domi-
num: *Domine*, inquit, *ſi tu ſuſtuliſti* *Ioan. 20. 15.*
eum, dicito mihi; & ego eum tollam.
Secundò, percuſſerunt Baculo corre-
ptionis. vnde, *Virga tua, & baculus tuus,* *Pſal. 22. 4.*
*ipſa me conſolata ſunt. Corripiet me iu-
ſtus in miſericordia, & increpabit me.*
Ego, ait Dominus, *quos amo, arguo &* *Pſal. 140. 5.*
caſtigo. Argue, obſecra, increpa. Cor- *Apoc. 3. 19.*
ripite inquietos, conſolamini puſillani- *Tim. 4. 2.*
mes, ſuſcipite infirmos. Ieremias: *Per-* *1. Theſſ. 5. 14.*
cuſſiſti eos, & non ſunt ſanati: attriui- *Ier. 5. 3.*
ſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam.
Tertiò, vulnerauerunt gladio ſeparatio-
nis. De hoc dixit Dominus: *Non veni* *Matt. 10. 34.*
mittere pacem, ſed gladium. Iſte eſt ſer-
mo Dei *viuus, & efficax, & penetrabi-* *Hebr. 4. 12.*
*lior omni gladio ancipiti, pertingens vſque
ad diuiſionem animæ, & ſpiritus.* Gla-
dium iſtum dixit, ſermonem non pro-
latum, ſed incarnatum. Quarto, tu-
lerunt pallium ſæcularis conuerſationis.

Triplex pallium. §. DCXV.

TRiplex eſt pallium iſtud. Primum,
voluptatis: ſecundum, vanitatis:
tertium, malignitatis. Primum fuit il-
lud, quod Ioſeph reliquit fugiens, in ma-
nu dominæ meretricis. Secundum, il-
lud, quod Elias aſcendens in cælum, in
terra reliquit. Tertium, quod Ioannes
Euangeliſta in manu Iudæorum reliquit.
At ille, ait, *relicta ſindone fugit.* In- *Marci 14. 52.*
uentio cuſtodum aufert deſolationem:
percuſſio baculi facit liuorem: gladius
vulnerans effundit ſanguinem: denuda-
tio pallij reddit expeditum ad operatio-
nem. Deſolationem ſolitudinis, liuorem
contritionis, ſanguinem apperitus ſpiri-
tualis, ad operationem virtutis. Inuentio
cuſtodum affert conſolationem, vt di-
cat: *Benedictus es Domine, qui adiuuiſti* *Pſal. 85. 17.*
me, & conſolatus es me. &, *Secundum*
mul-

Quo miſterio Ioſeph, Elias, & Ioannes, pallium reliquerint.

Pſal. 93. 19. *multitudinem dolorum meorum, conſo-*
lationes tuæ lætificauerunt animam meã.
Baculus facit liuorem. Eſt liuor ex læ-
ſione corporis; & liuor inuidiæ. vnde,
Iſai. 1. 6. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens.* Et
eſt liuor ſpiritualis anxietatis: & hunc,
Iſai 53. 5. & primum, habuit Chriſtus, *cuius liuo-*
re ſanati eſtis. Gladius fundit ſangui-
nem appetitus ſpiritualis. vnde, *Vita*
anima in ſanguine eſt. Vnde ait Dauid:
Effudi in me animam meam. Denuda- Pſal. 41. 5.
tio pallij facit expeditum: vnde Ioſeph Gen. 39. 12.
eo relicto, ad fugiendum fuit velocior. Marci 14.
Ioannes, relicta ſindone ad euadendum 52.
fuit liberior. Elias, relicto pallio in ter- 4. Reg. 2. 12.
ra ad aſcendendũ in cœlum, fuit alacrior.

Cant. 5. 8.

Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis Dilectum, vt anuncietis ei quia amore langueo. Cap. VI.

MERITO languet amore ſponſa, cùm gladio ſpiritus percuſſa, ac vulnerata, carnalis amictum cupiditatis exuit: quia quantum in Deo proficit Anima, tantum
Anima perfecta, non ſolũ languet; ſed moritur donec inueniat dilectũ. in mundanis fit debilis, & infirma. Nec
mirum, ſi anima perfecta languet, cùm
Apoſtolus, eos, qui mundum reliquerunt, mortuos appellet. *Mortui enim*
Coloſ. 3. 3. *eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum*
Chriſto.

Quatuor genera Filiorum: §. DCXVI.

Nota: FIliæ Ieruſalem, ciues ſunt patriæ cœ-
leſtis: ſunt filiæ Babylonis: ſunt fi-
liæ Iuda: ſunt filiæ Sion: ſunt filiæ Ieru-
Pſal. 136. 8. ſalem. De prima: *Filia Babylonis miſera.*
Pſal. 96. 8. De ſecunda: *Et exultauerũt filiæ Iuda.*
Pſal 9 5. De tertia: *Vt annunciarem omnes lau-*
dationes tuas in portis filiæ Sion. De
quarta, in hoc loco. Prima in peccato-
rum confuſione: ſecunda, ſe purgat in
confeſſione: tertia, in ſpeculatione:
quarta, fruitur Dei viſione. Prima
enim interpretatur *Confuſio*: ſecunda,
Confeſſio: tertia, *Speculatio*: quarta, *Pa-*
cis viſio. Prima ridet errore: ſecunda
luit mærore: tertia languet amore: quar-
ta gaudet honore. Prima, Pulchritu-
Prou 31. 30. do: *Fallax gratia, & vana eſt pulchri-*
Cant. 1. 4. & 14. *tudo.* Secunda dicit: *Nigra ſum, ſed*
formoſa. Tertiæ dicitur: *Ecce tu pul-*
chra es, amica mea; ecce tu pulchra es.
Vt dictum eſt, prima ſedet in confuſione,
in fluminibus Babylonis.

Quatuor flumina. S. DCXVII.

QVatuor ſunt flumina Babylonis: *Nota.*
odium fratris, ardor carnalis vo- *Quæ ſint*
luptatis, obliuio Dei, triſtitia mundi. *flumina Ba-*
Iſti ſunt quatuor fluuij inferni, ſicut legi- *bylonis.*
tur in Poetis. Primus eſt Styx, qui inter-
pretatur *Odium*. Secundus, Phlegeton, *Styx interpretatur.*
qui dicitur *Ardens*. Tertius, Lethes, id *Phlegeton in-*
eſt, *Obliuio*. Quartus, Cocytus, id eſt, *terpretatur.*
Luctus. Hi ſecundum ſuas interpretatio- *Lethes inter-*
nes ſunt prædicta flumina Babylonis. *pretatur.*
Aliquando enim homo ſuper flumina: *Cocytus in-*
aliquando ſub fluminibus: aliquando in *terpretatur.*
fluminibus. Super flumina ſunt, qui ten-
tationibus reluctantur: in fluminibus, *Quid ſit*
qui vincuntur: ſub fluminibus, qui in *ſtare ſuper*
tentatione iacere delectantur. Primus *flumina Ba-*
dicit: *Intrauerunt aquæ vſque ad ani-* *bylonis.*
Pſal. 68. 1
mam meam. Secundus: *Infixus ſum*
in limo profundi. Tertius: *Veni in al-*
titudinem maris, & tempeſtas demerſit
me. *In ſalicibus* horum fluminum Pſal. 136 2.
ſuſpendimus organa noſtra. Organa no- *Nota*
ſtra ſuſpendimus in ſalicibus, id eſt, in
ſterilitatibus, quando quod ipſi non *Organa ſuſpendere in*
facimus, alijs prædicare erubeſcimus. *Salicibus quid?*

Quinque ſunt ſterilitates. S. DCXVIII.

QVinque ſunt ſterilitates. Prima
actionis, ſecunda ſermonis, tertia
cogitationis, quarta affectionis, quin-
ta intentionis. De prima: *Defecerunt* Pſal. 77. 33.
in vanitate dies eorum. De ſecunda: *Va-* Mich. 2. 1.
na loquuti ſunt vnuſquiſque ad proxi-
mum ſuum. De tertia: *Vt quid cogita-*
ſtis inutile? De quarta: *Vt quid diligi-* Pſal. 4. 3.
tis vanitatem? De quinta: *Cor eorum* Pſal. 5. 10.
va-

Digitized by Google

uatum eſt. In ſuburbio Babylonis eſt primum, iuxta portam : ſecundum , inter muros : tertium , circa medium ciuitatis : quartum , in intimo ciuitatis : quintum, operum ſterilitas eſt exemplar, quia *uidentur ab omnibus*. Sterilitas locutionis extra portam , quia verbo, quaſi porta interiora manifeſtamus : cætera tria in ciuitate , quia nullus ea videre poteſt. Ecce quinque ſterilitates.

Organa quinque. §. *DCXIX.*

SImiliter quinque ſunt Organa. Primum, doctrina veritatis : ſecundum, inflammatio voluntatis : tertium , impetratio gratiæ : quartum , exhilaratio conſcientiæ : quintum , eſt iubilatio , qua gratias Deo referimus pro interna ſuauitate. Horum organorum primum inſtrumentum eſt eruditionis : ſecundum, exhortationis: tertium, deuotionis : quartum , exultationis : quintum , iubilationis. Ad primum pertinet, indoctos docere : ad ſecundum , negligentes corripere : ad tertium , Domino ſupplicare : ad quartum, in Domino gaudere : ad quintum , in adminiſtrationis magnitudine aſſurgere. In primo organo ſe cantare promittebat , qui dicebat : *Os meum*
Pſal. 18. 15 *loquetur ſapientiam , & meditatio cordis mei prudentiam*. In ſecundo cantabat, qui ait : *Beatus vir , qui ſuffert tentatio-*
Iac. 1. 12. *nem : quoniam cùm probatus fuerit , ac-*
Tib. 4. 20. *cipiet coronam vitæ*. In tertio : *Omni tempore benedic Domino , & pete ab eo, vt*
Pſal. 94. 1. *vias tuas dirigat.* De quarto: *Venite, exultemus Domino.* De quīto: *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis Deus Iſrael ipſe dabit virtutē, & fortitudinē plebi ſuæ benedictus De⁹*
Sed Filia Babylonis ridet errore nō audi-
Prou. 14. 13. ēs *Riſus dolore miſcebitur; & extrema gaudij luctus occupat*. & item , *Riſum repu-*
Eccl. 2. 2. *taui errorem , & gaudio dixi : Quid fru-*
Luc. 6. 25. *ſtra deciperis ? Væ vobis , qui ridetis nunc , quia lugebitis ; & flebitis.* Item
Iac. 4. 9. Iacob : *Riſus veſter euertatur in luctū , & gaudium in mærorem*. Pulchritudo
Prou. 31. 30. eius : *Fallax gratia & vana eſt pulchri-*
Prou. 11. 22. *tudo*, ſcilicet exterior , *Mulier pulchra, & fatua; circulus aureus in naribus ſuis.*
Iob. 5. 3. Et Iob : *Vidi ſtultum firma radice , & maledixi pulchritudini eius ſtatim*. Sed & Poeta :

Forma bonum fragile eſt quantumque accedit ad annos ,
Fit minor , & ſpatio carpitur ipſa ſuo.

De confeſſione , de purgatione peccatorum. §. *DCXX.*

FIliæ Iuda ſe purgant in confeſſione, Nota.
iuxta illud, *Confitemini alterutrum* Iacobi 5. 16.
peccata veſtra , & omnia in confeſſione lauate. Confeſſio enim, ſecunda tabula eſt poſt naufragium. Hæ humiliter dicunt : *Peccaui ſuper numerum arenæ maris , & non ſum dignus videre cælum , præ multitudine iniquitatis meæ*. Hæ purgant illud triplex fermentum, de quo
Apoſtolus; *Expurgate vetus fermentum.* 1. Cor. 5. 7. 8
&, *Non in fermento*, ait, *veteri, nec in fermento malitiæ, & nequitiæ*. Fermentum vetus , eſt ſuggeſtio diaboli , quæ incipit à cogitatione , tranſit in delectationem , prorumpit in conſenſum , peruenit ad actum; & hoc peccando in ſe. Fermentum malitiæ eſt , quando peccamus in proximum, aliquid machinando aduerſus eū , ira , odio , vel inuidia. Fermentum nequitiæ eſt , quo peccamus in Deum , in ſuperbiendo , blaſphemando , non cre-
dendo. Igitur *præoccupemus faciem eius* Pſal. 99. 2.
in confeſſione. Hæc aliquando fuit de filiabus Babylonis : ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum: vnde luget mæro-
re ; quia *plorans plorauit in nocte , & la-* Thren. 1. 2.
crymæ eius in maxillis eius. Iude enim
clamat : *Lauabo per ſingulas noctes le-* Pſal. 6. 7.
ctum meum, lacrymis meis ſtratum meum
rigabo ; memor illius Euangelici, *Beati* Matth. 5. 5.
qui lugent , quoniam ipſi conſolabuntur. Igitur *afflicti quotidie pro peccatis noſtris , cum lacrimis expectamus finem noſtrum*. Hæc quamuis ſit in mærore exultat in ſpe , eo quod fecerit iudicium & iuſtitiam in ſe, in hoc mundo: & ideo,
Non iudicabit Dominus bis in iudicio. Pſal. 96. 8.
vnde *Exultauerunt filiæ Iudæ , propter iudicia tua Domine*. Ideo dicit confi-
denter quod ſequitur ; *Nigra ſum , ſed* Cant. 1. 4.
formoſa : Nigra memoratione peccatorum : Formoſa, ſpe futurorum bonorum. Nigra , iudicio hominum : formoſa, viſitatione Angelorum.

De tribus filiabus Sion : de ſpeculo , & ſpecula. §. *DCXXI.*

TErtiæ ſunt filiæ Sion , quod interpretatur *Specula*; quia , ſicut di- Sion interpretatur.
ctum eſt, iſtæ ſunt ſpeculatiuæ, & lan-
guent amore. Eis dicitur : *Ecce tu pul-* Cant. 1, 14
chra es , amica mea ; ecce tu pulchra es. Nota.
Hic notandum, quòd quidam ſunt in

ſpe-

ſpeculo, & in ſpecula: quidam nec in ſpeculo, nec in ſpecula: quidam in ſpecula, & non in ſpeculo: quidam in ſpeculo, & non in ſpecula. Primi ſunt, coram Deo & hominibus boni: ſecundi, coram Deo & hominibus mali: tertij, coram Deo mali, coram hominibus boni: quarti, coram Deo boni, coram hominibus mali. Primi exemplo proficiunt, ſecundi inficiunt: tertij decipiunt: quarti ſe decipiunt. In ſpeculo ſunt, cùm ſe conſiderant interiùs: in ſpecula, cùm apparent exteriùs. De ſpeculo dicitur: *Oculi ſapientis in capite eius*. De ſpecula: *Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt*. De ſecundis dicitur: *Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi, qui tuliſtis clauem Scientiæ, nec ipſi intratis, nec alios ſinitis intrare*. De tertijs dicitur: *Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*. De quartis dicitur: *Cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum*.

Eccle. 2. 14.
Matth. 5. 16.
Luc. 11. 52.
Hypocritæ ſe ipſos, & alios impediunt ad intrandum in regnum Cælorum.
Matth. 7. 15.
Matth. 6. 6.

Quatuor ſpecula. S. DCXXII.

ITem notandum, quatuor eſſe ſpecula. In primo noſtram conſideramus iniquitatem: in ſecundo, noſtram conditionem: in tertio, pœnas infernorum: in quarto, beatitudinem cælorum. Primum nos trahit ad lamentationem: ſecundum nos inuitat ad humilitatem: tertium nobis incutit timorem: quartum nos inflammat ad amorem. In primo deponimus confidentiam: in ſecundo ſuperbiam: in tertio audaciam: in quarto pigritiam. In primo confidentiam deponunt qui reſpicientes peccata ſua, videntes quòd vanè confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur, habent dicere cum Iob: *Ecce, non eſt auxilium mihi in me*. Item, *Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris*. Adam fuit arbor creatus; primò: folium, quando cecidit ſuggeſtionis vento: ſtipula, eiectus de paradiſo. De primo Iſaias: *Auferam ornamenta de pedibus veſtris, & lunulas, & ſpecula*. Pedes ſunt affectus noſtri, quibus gratia ſubtrahitur cognoſcendi peccata. De ſecundo Iacobus, *Comparabitur*, inquit, *viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo*. De tertio Apoſtolus: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem*; non ſolùm beatitudinem cæli, ſed etiam pœnas inferni. De quarto, in libro Sapientiæ: *Sapientia*, inquit, *candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula*. Ipſa enim Sapientia cœleſtia contemplatur. Primum, vt dictum eſt, nos trahit ad lamentationem, vnde dicitur: *Væ nobis, quia peccauimus, quia cecidit corona capitis noſtri*. Item, *Putruerunt, & corrupta ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*. Item Iob: *Si fuero lotus velut aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ: tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea*. Item, *Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus*. In ſecundo ſpeculo noſtram videmus conditionem, & inuitat nos ad humilitatem. Quippe in eo videmus vile initium, miſerabile exilium, triſtem exitum. Vnde Iob: *Homo natus de muliere, &c. & conteritur*, quia repletus eſt multis miſerijs, *& nunquam in eodem ſtatu permanet*. Ecce exilium miſerabile: *Et fugit velut vmbra*, ſcilicet, *breui viuens tempore*. Ecce habet triſtem & feſtinatum exitum: hoc ſcilicet, ad humilitatem. Hinc dicitur: *Quid ſuperbis, terra, & cinis? Homo cùm morietur, hæreditabit ſerpentes, beſtias, & vermes*. In quarto videmus pœnas inferorum, quibus nobis incutitur timor. Hæ fiunt igne, gelu, verme, famo, fœtore, flagello:

Eſt horror tenebris, & flammea vincula membris.

De igne & fœtore: *Ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum*. De vinculis, & tenebris, & gelu: *Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus, & ſtridor dentium*. De verme: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*. De fame: *Ecce, ſerui mei comedent, & vos eſurietis*. De horrore: *Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat*. Hæc videns, meritò exclamat: *Timor mortis conturbat me, quia in inferno nulla eſt redemptio*. Hoc viderat Iob, cùm clamabat: *Dimitte me paululum, vt plangam dolorem meum, antè quàm vadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine*.

Quatuor ſpecula ante oculos noſtros ſemper debemus habere.
Iob 6. 13. & 25.
Adam quomodo, Arbor, folium, & ſtipula.
Iſai. 3. 18.
Iacobi 1. 23.
1 Cor. 13. 12.
Sap. 7. 26.
Thren. 5. 16.
Pſal. 37. 6.
Iob 9. 30.
Pſal. 105. 6.
Iob 14.
Eccli. 10. 13.
Pſal. 10. 7.
Matt. 22. 13.
Iſai. 66. 24.
Iſai. 65. 13.
Iob 10. 22.
Iob 10. 20.

Quartum ſpeculum. S. DCXXIII.

QVartum ſpeculum, quia in eo videmus cæleſtem beatitudinem, nos inflammat ad amorem. Videt enim, quod

Nota, Eccleſia.

quod *gaudet in talis anima ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti*; & *quam glorioſum eſt regnum, in quo cum Chriſto exultent omnes ſancti*. Ideo clamat: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis*; quia ibi nihil deeſt his, qui Deum diligunt in veritate. De his ſpeculis dicitur, quòd fecit Moyſes labrum æneum de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi. Tabernaculum eſt patria cæleſtis; ad cuius oſtium, id eſt, ingreſſum, excubant mulieres; id eſt, vigilant ſanctæ animæ; ex quarum prædictis ſpeculis Moyſes, id eſt, *Saluatus de aquis*, ſcilicet, Deus ſine peccato, fecit vas quoddam æneum, id eſt, forte, & liuido colore fletum indicans: quadrilaterum, quia ex quatuor ſpeculis: in quo lauabantur ſacerdotes ſacrificaturi, id eſt, carnem ſuam domantes lacrymis emanantibus. De primo latere, id eſt, de memoria peccatorum: de ſecundo latere, id eſt, de miſeria noſtræ conditionis: de tertio, id eſt, timore gehennæ: de quarto, id eſt, amore patriæ.

(Margin: Pſal. 38. 4. — Figura. — Exod. 38. 8. — Speculum quadrilaterum Sacerdotes debent habere.)

Triplex languor, §. DCXXIV.

HÆc dicta ſunt de filia Sion, quæ eſt in ſpeculatione; ſed eadem, vt dictum eſt, languet amore; Languet in defectu, in affectu, in effectu. In defectu peccati, in effectu boni, in affectu Dei. Languet in defectu, eo quod Dilectum offenderit: in effectu, eo quod quantum vellet pro Dilecto pati, non ſufficit: in affectu, eo quod differtur beatitudo, quam appetit. Primo languore languebat qui dicebat: *Omnia, quæ feciſti nobis, Domine, in vero iudicio feciſti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus*. Secundò, languebat qui dicebat: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* & Iob: *Qui cœpit, ipſe me conterat; ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me*. Et Abacuc: *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: vt requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum*. Tertio languore languebat qui dicebat: *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Item, *Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini*. Primo languebat Maria Magdalene, iacens ad pedes Chriſti, vbi *dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Secundo languebat, quando ad vngendum Deum, vnguenta conficiebat, & tanta ſolicitudine ad eum quærendum laborabat. Tertio languebat, quando inuento in ſpecie hortulani, dicebat: *Tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum*: Vnde tanta ſecuta eſt lætitia, cùm diceret Dominus, *Maria*. & illa, *Rabbi, quod dicitur Magiſter*. Ecce, ad tempus, eius languor mitigatus eſt: ſed hæc amplius languit poſt aſcenſionem. Iſti dicitur: *Ecce, tu pulchra es, amica mea; ecce, tu pulchra es*. Bis dicitur pulchra, quia pulchra in affectu, pulchra in effectu: in affectu, diligendo: in effectu, operando. Diligendo Deum, & proximum: operando opera miſericordiæ in proximum; opera virtutis in ſe; opera pietatis in Deum. Item, pulchra eſt in proceſſu, pulchra in exceſſu: in proceſſu virtutis; in exceſſu mentis. In proceſſu virtutis, de virtute in virtutem aſcendendo; in exceſſu mentis, cæleſtia contemplando. Item dicitur ei: *Specie tua & pulchritudine tua, intende proſpere procede, & regna*. *Proſperè*, in ea te humiliando; *procede*, in contemplatione filias Ieruſalem æmulando; *& regna*, ad eatũ pacem peruenien do; quibus nunc dicis; *Nunciate dilecto, quia amore langueo*. Ipſæ iam fruuntur pacis viſione; de quo, *In pace in idipſum obdormiam, & requieſcam*. Ipſæ enim gaudent honore; quibus dicit Dilectus: *Tota pulchra es, amica mea*. Pulchra, ſine culpa: pulchra, ſine miſeria, in ſecula. Primi remanent in ſterquilinio, tanquam impediti. Secundi lento paſſu ambulant, tentationibus compediti. Tertij currunt, tamen ſua adhuc corruptione impediti. Quarti aſcendunt cum Chriſto, à vinculis carnis expediti. Primi dicunt: *Sedeo regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo*. Secundi: *Trahe nos poſt te*. Tertij: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Quarti: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo*. Primi, ſunt obſtinati, aſſiduè reſpicientes Sodomam, cum vxore Lot in ſtatuam lapideam indurati. Secundi, erubeſcentes peccata à tergo, Saluatoris cum muliere ſanguinaria tangunt fimbriam veſtimenti. Tertij, [illegible] cum Maria Magdalena inueniunt in ſpecie hortulani. Quarti, cum regina Saba ingredientes Ieruſalem, audiunt ſapientiam Salomonis, id eſt veri pacifici. Primi excluduntur à ſuperna ſolemnitate: ſecundi admittuntur momentanee: tertij, viſitant eam in frequentatione: quarti,

(Margin: Dan. 3. 31. — Pſal. 115. 3. — Iob 6. 9. — Habac. 3. 16. — Pſal. 41. 2. — Pſal. 83. 3. — Luc. 7. 47. — Ioan. 20. 13. & 16. — Cant. 1. 14. — Anima duplici pulchritudine eſt decoranda ſcilicet dilectione, & operatione. — Pſal. 44. 5. — Cant. 5. 8. — Pſal. 4. 9. — Cant. 4. 7. — Apoc. 18. 7. — Cant. 1. 3. — Cant. 2. 3.)

ſi, poſſident in aſſiduitate. De primis: *Thren. 1. 4.* *Via Sion lugent, eo quod non ſit qui veniat ad ſolemnitatem.* *Ioel. 2. 15.* De ſecundis: *Canite in initio tuba, in die ſolemnitatis veſtræ.* *Pſal. 117. 27* De tertijs: *Conſtituite diem ſolemnem in confrequentibus, vſque ad cornu altaris.* Quarti gaudent cum Chriſto, *Eccleſia.* *in cuius ſolemnitate gaudent angeli, & collaudant Filium Dei.*

Equi Zachariæ. §. DCXXV.

Figura. Zach. Iſti ſunt quatuor equi, quos vidit Zacharias propheta. Vnus erat niger: alius, varius: tertius, rubeus: quartus, albus. Niger equus deſignat primos, qui ſunt nigri, peccati fuligine. Varij ſecundos, qui ex parte ſunt candidi, quia immunes à crimine; ex parte nigri, tentationum fuligine. Tertius, qui rubeus eſt, deſignat tertios inflammatos charitate. Quartus albus, quartos deſignat iam candidatos incorruptione primæ ſtolæ. De primis dicitur: *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum & non ſunt cogniti in plateis.* *Thren. 4. 8.* De ſecundis ait Paulus: *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, & azymi.* *1. Cor. 5. 2.* Azymi ſunt, quia mundi à crimine; ſed adhuc egent purgari à fermento, id eſt ab imminenti tentatione. Propter tertios ait Dauid: *Inflammatum eſt cor meum & renes mei immutati ſunt.* *Pſal. 72. 21.* Propter quartos dictum eſt in Apocalypſi: *Sub altare Dei audiui vocem occiſorum clamantium: Vſquequò Domine non vindicas ſanguinem noſtrum ab his, qui ſunt in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ.* *Apoc. 6. 10.* Iſti ſunt qui volant cum Chriſto ad regnum.

Qualis eſt Dilectus tuus ex Dilecto, ò pulcherrima mulierum? Qualis eſt Dilectus tuus, quia ſic adiuraſti nos? Cap. VII.

Quis ſit Dilectus ex dilecto. DILECTVS ex Dilecto, Filius ex Patre intelligitur: ſic *Lumen de lumine, Deus de Deo.* Sicut enim vna claritas, & vna Deitas Patris & Filij, ſic eſt vna dilectio ſicut ait Ioannes. *1. Ioan. 5. 1.* *Omnis qui diligit eum, qui genuit; diligit & eum, qui natus eſt ex eo.* Eſt dilectus ex dilecto; & eſt dilectus ex dilecta; & eſt dilectus in dilecto. Ex dilecto patre: de dilecta matre: in dilecto fratre. Ex dilecto genitus æternaliter: de dilecta carnem aſſumens temporaliter: in dilecto, ædificans ſibi templum ſpiritualiter. De primo: *Pſal. 2. 7.* *Dominus dixit ad me Filius meus es tu; ego hodie genui te.* De ſecundo; *Ioan. 1. 13.* *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis,* *1. Cor. 3. 17.* vnde: *Templum Domini ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Si quæratur, qualis eſt dilectus ex dilecto; miſericors inuenitur, & ſuauis: de dilecta, obediens, & humilis: in dilecto, glorioſus, & amabilis. De primo: *Pſal. 144. 9.* *Suauis Dominus vniuerſis, & miſericordia eius ſuper omnia opera eius.* De ſecundo: *Philipp. 2. 7.* *Exinaniuit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem.* De tertio: *Eccli. 45. 1.* *Filius ſapiens, gloria patris.* Et ipſe eſt *Dilectus à Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt.*

Triplex Dei miſericordia. §. DCXXVI.

Miſericors eſt, quoniam miſericordia eius nos præuenit, nos comitatur, nos ſequitur. De primo: *Deus meus, miſericordia eius præueniet me.* *Pſal. 58. 11.* De ſecundo: *Et veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo.* *Pſal. 88. 25.* De tertio: *Et miſericordia eius ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Ecce, primò præcedit: ſecundò comitatur: tertiò ſubſequitur. *Deus ſua miſericordia quomodo nos præuenit comitatur, ac ſubſequitur.* Comitatur, vt in via de lacu miſeriæ, & de luto fæcis nos educat. Subſequitur, vt inſidias latronum præueniat. In primo, bonam voluntatem inſpirando: in ſecundo, peccata remittendo: in tertiò, à tentationibus liberando. Vnde Dauid: *Voluntatem timentium ſe faciet,* præparando: *Pſal. 144. 19.* *Et ſaluos faciet eos,* peccata remittendo. *Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe,* à tentationibus defendendo.

Triplex Dilecti ſuauitas. §. DCXXVII.

Item, Dilectus iſte eſt ſuauis, in operibus pœnitentiæ: eſt ſuauis, in affe-

ctionum ordinatione: eſt ſuauis, in ſuper-
norum degustatione. De primo dicitur:
Math. 11. 30 *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus*
Eccleſi. *meum leue.* De ſecundo: *O Sapientia,*
quæ ex ore Altiſſimi prodiſti, attingens à
fine vſque ad finem fortiter ſuauiter-
Pſal. 33. 9. *que diſponens omnia.* De tertio: *Guſta-*
te & videte, quoniam ſuauis eſt Domi-
nus. De dilecta, eſt obediens.

Triplex gradus Obedientiæ. §. DCXXVIII.

TRiplex eſt gradus obedientiæ. Eſt
enim obedientia, quæ exhibetur
propter timorem: eſt, quæ propter com-
moditatem: & eſt, quæ propter amorem.
Propter timorem flagelli, propter comm-
oditatem lucri, propter amorem Dei, &
proximi. Prima eſt ſerui, ſecunda merce
narij, tertia filij. Prima eſt ex murmu-
ratione: ſecunda, ex mundana cupidi-
tate: tertia, ex charitate. Prima eſt aſi-
ni; ſecunda, accipitris; tertia, canis.
Aſinus enim non obedit non flagellatus:
accipiter ad dominum ſuum cedit, eſca
illectus: canis verò ſequitur dominum,
etiam ab eo percuſſus, & repulſus. Pri-
ma fit ſecurus obediens vſque ad flagelli
ceſſationem: ſecunda, mercenarius, vſ-
que ad remunerationem: tertia, eſt fi-
lius, patri obediens vſque ad mortem.
Item, eſt obedientia bona, eſt melior,
eſt optima. Bona eſt, quæ exhibetur
maiori: melior, quæ pari: optima, quæ
inferiori. Prima, indulget culpæ:
ſecunda, operatur beneuolentia: ter-
tia accumulat gratiam. De prima Pau-
Coloſſ. 3. 20. lus: *Filij obedite parentibus veſtris.* De
Gal. 6. 2. ſecunda: *Alter alterius onera portate.*
1. Pet. 2. 13. De tertia: *Subditi eſtote omni humanæ*
creaturæ, propter Deum.

Cauſa quadruplex humilitatis Chriſti. §. DCXXIX.

ITem, Dilectus de dilecto, vnde fit hu-
milis ſecundùm carnem. Quare ſe
humiliauit, ſumma cauſa fuit eius miſe-
Nota: ricordia. Ex hac tamen quatuor cau-
ſæ ſurgunt, quare ſe humiliauit: ſcilicet,
vt peccata noſtra deleret: vt humanæ
conditionis confuſionem releuaret: vt
flagella inferni remoueret: vt dona ſpi-
tualia in vita æterna, in patria nobis
Mich. 7. 19. conferret. De primo: *Deponet omnes*
iniquitates noſtras, & proijciet in pro-
fundum maris omnia peccata noſtra. De
ſecundo: *Reformabit corpus humilitatis*
noſtræ, configuratum corpori claritatis Philipp. 3. 21
ſuæ. De tertio: *Ero mors tua, ò mors: mor-*
ſus tuus ero inferne. De quarto, in ſpiritua- Oſee 13. 14.
libus in via: *Aſcendens Chriſtus in altum,*
captiuam duxit captiuitatem, dedit dona
hominibus. In patria: *Quod oculus non* Epheſ. 4. 8.
vidit, nec auris audiuit, & in cor ho- 1. Cor. 2. 9.
minis non aſcendit, quæ præparauit
Deus diligentibus ſe. Et nos humiliari
debemus, his quatuor cauſis. Propter
culpam ſe humiliauit Maria Magda-
lene, iacens ad pedes Chriſti. Pro-
pter conditionis miſeriam, Abraham,
cùm diceret: *Loquar ad Dominum meum,* Gen. 18. 27
cùm ſim puluis & cinis. Dauid cum ante
arcā ſaltaret, dicens: *Ludam, & vilior fiā* 2. Reg. 6. 21.
pluſquam factus ſum, & ero humilis in
oculis meis. Forſitan ardentiùs quærunt
Dilecti qualitatem, quia fortè audierant Nota.
quod hic dicitur: *Glorioſus Deus in ſan-*
ctis ſuis, mirabilis in maieſtate ſua. Eſt
Deus ſanctis ſuis onerosus, eſt copioſus,
eſt glorioſus. Oneroſus, dum extrahit:
copioſus, dum tribuit: glorioſus, dum
retribuit. Extrahit de profundo vitio-
rum: tribuit dona chariſmatum, retri-
buit gaudia beatorum. Oneroſus pecca-
toribus, copioſus diligentibus, glorioſus
cum eo regnantibus. Oneroſum ſenſit
Dauid, cùm dicebat: *Sagittæ tuæ infixæ* Pſal. 37. 3.
ſunt mihi; & addidit: *Quoniam iniqui-*
tates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meū: &
ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Pſal. 39. 3.
Sed extrahebat; ait enim: *Eduxit me*
de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. Audi
copioſum: *Aperis tu manum tuam, &*
imples omne animal benedictione. Ecce Pſal. 144. 16
tribuit ſic Apoſtolis: nam *tribuit eis cha-*
riſmatum dona. Audi glorioſum: *O quàm*
glorioſum eſt regnum, in quo cum Chri-
ſto regnant omnes ſancti. Hic enim re- Luc. 22. 28.
tribuit. vnde: *Vos eſtis, qui permanſiſtis*
in tentationibus meis: & ego diſponam
vobis regnum. In primo, noſtram abluit
fœditatem: in ſecundo, noſtram ſupplet
ægeſtatem: in tertio, noſtram releuat
vilitatem. Fœditatem carnalis delecta-
tionis: ægeſtatem diuinæ conſolationis:
vilitatem humanæ conditionis. De fœ- Thren. 1. 9.
ditate: *Sordes eius in pedibus eius, nec re-* Ezech. 24. 13
cordata eſt finis ſui. Item, *Immunditia*
tua execrabilis eſt: mundare te volui, &
non es mundata à ſordibus tuis. De ægeſta
te: *Tu dicis quia diues ſum, & nullius* Apoc. 3. 17.
egeo; cùm ſis miſer, & pauper, & cæcus
& nudus, & miſerabilis. De vilitate: Thren. 1. 11.
Vide Domine, & conſidera, quoniam
facta ſum vilis. Igitur oneroſus eſt, vt
mutet fœditatem in munditiam: copio-
ſus,

Digitized by Google

ſus, vt mutet egeſtatem in abundantiam: glorioſus, vt conuertat vilitatem in gloriam.

Quibus oneroſus ſit: S. DCXXX.

PRimùm ergo, quibus ſit oneroſus, videamus. Eſt oneroſus damnatis, eſt oneroſus malis, eſt oneroſus iuſtis. Dãnatis, ob æternam aſſlictionem: malis ad correptionem: iuſtis, ad gloriæ agnitionem. Primorum, eſt onus *Babylonis*, quod dicitur *Confuſio*: ſecundum onus *Aegypti*, quod dicitur, *Tenebræ*: tertium, onus *Iumentorum Auſtri*, ſcilicet, Spiritus. In primo, *Vnuſquiſque onus ſuum*
Gal. 6. 5. *portabit*; vnde dicebat Pharao: *Ite ad one-*
Eccli. 33. 25. *ra veſtra*. De ſecundo: *Cibaria, & virga, & onus aſino*. Inde Apoſtolus: *Alter al-*
Matt. 11 30 *terius onera portate*. De tertio: *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*. *Nam leue fit, quando bene fertur onus*.

Triplex onus Damnatorum:
S. *DCXXXI*.

DAmnatis eſt onus triplex: aſſlictio flagellationis corporeæ: vermis conſcientiæ: deſperatio veniæ. Hoc eſt, quod
2 Reg. 12 30 Ioab, quando cepit ciuitatem Rabath, fecit tranſire ſuper omnes homines ciuitatis illius tribulas & trahas, & carpenta ferrata. Tribulæ enim ictu percutiunt: trahæ dentibus pungunt: carpenta, oſſa
Amos 1. 3. conterunt. De quibus: *Super tribus ſceleribus, & ſuper quartum Damaſci, non conuertam eos, qui triturauerant in plauſtris ferreis Galaad*. Damaſcus dicitur *Potus ſanguinis*; ſcilicet, dæmones, qui ſitiunt ſanguinem noſtrum. Ioab dicitur *Aduerſarius*; id eſt, diabolus: hic eſt ſatelles Dauid, id eſt Chriſti, quia eius imperio punit malos. Rabath dicitur *Immenſa*, hoc eſt mundus, qui magnus eſt. Illum diabolus capit, dum mundanos ad ſe trahit, & ſicut dictum eſt, punit. Ecce oneroſus damnatis.

Quomodo Deus ſit Oneroſus damnatis. *Damaſcus interpretatur.* *Ioab interpretatur.* *Rabath interpretatur.*

Eſt quoque oneroſus malis. Primò, diuina animaduerſione: ſecundò, in voluptatis ſeparatione: tertiò, in pœnitentiæ ſatisfactione. Primum enim fit, vt conuertatur: ſecundum, vt mundetur: tertium, vt Deo reconcilietur. Primum comminabatur Dominus per prophetã
Ezech. 6. 11 ſic: *Percute manum tuam, & allide pedem tuum, &c. Qui longe ſunt, peſte morientur: & qui prope, gladio corruent: & qui intus obſeſſi, fame morientur*. Ab Eccle-

Quomodo Deus ſit oneroſus malis.

ſia lõgè, ſunt deſperati: prope ſunt credentes, ſed crimine irretiti: intus, ſunt idiotæ, errantes quia pereunt fame verbi Dei. Primi itaque pereunt peſte deſperationis: ſecundi gladio diabolicæ deceptionis: tertij, fame prædicationis. Peſtis illa figurata eſt in Ægyptijs, qui perierunt ve- Exod. 9 10.
ſicis turgentibus. De ſecundis dicitur:
Euaginabo gladium meum; interficiet eos Exod. 15. 9
manus mea. De tertijs: *Paruuli petierunt*
panem, & non erat, qui frangeret eis. Thren. 4 4
Eſt quoque oneroſus, voluptatis ſeparatione. Voluptas enim primò apprehendit: ſecundo oſculatur: tertiò amplectitur. Apprehendit, dum mundi gloria ſe noſtris ſenſibus præſentat: oſculatur, dum deſiderio inflammat: amplexatur, dum deſiderantem illaqueat. Hæc enim tria inuenies in illa ſtulta muliere Salomo-
nis; ait enim: *Apprehendit iuuenem*; ecce Prou. 7. 13
primum; *& deoſculatur eum*; ecce ſecundum; *Deſideratis fruamur amplexibus*; ecce tertium. Eſt etiam oneroſus pœnitentiæ ſatisfactione. In ea enim ferrum ſcindit, ignis comburit, puluis corrodit. Ferrum ſcindit iterati peccati cicatricẽ: ignis comburit prauæ delectationis fluentem humorem: puluis corrodit inueterati peccati putridam carnem. Ferrum, aſperæ conuerſationis: ignis, cõminantis flammæ gehennalis: puluis, confeſſionis, amaritudinis lacrymarum, & orationum. De
primo: *Reges eos in virga ferrea*. De ſe- Pſal. 2. 9.
cundo: *Quis poterit habitare cum igne* Iſai. 33. 14.
deuorante? De tertio: *Ponet in puluere* Thren. 3 29
os ſuum, ſi forte ſit ſpes. Hunc puluerem appoſuit Chriſtus, quando Lazarum qua-
triduanum ſuſcitauit; ait enim: *Confiteor* Ioan. 11. 39.
tibi Pater. Præ amaritudine *infremuit* & 41.
ſpiritu, & lacrymatus eſt, & orauit: *Gratias tibi ago, Pater, quoniam ſemper me audis*. Ecce, quomodo oneroſus eſt peccatoribus.

Voluptas apprehendit, oſculatur, amplectitur.

Eſt quoque oneroſus ſanctis. Hic viriliter agendum eſt: nam Poeta,

Quomodo Deus ſit oneroſus ſanctis.

Suſtineatur onus nitendum eſt vertice recto:
Nam flecti neruos ſi patiere, cades.

Hoc onus ſi multum habet amaritudinis multum habet cõſolationis: iugum enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue. Habet quippe amaritudinem in ore, in manibus, in corde. In ore, dum paſſiones Chriſti alijs prædicantur: in manibus, dum exemplo propriæ paſſionis, ad martyrium alij innitantur: in corde, dum Chriſti paſſiones interiùs reuoluuntur. De primo: *La-*
bia illius ſtillantia myrrham primam. De Cant. 5. 13.
ſecundo: *Manus meæ diſtillauerunt myr-* Ibidem, 5.
rham, & digiti mei pleni myrrha probatiſ-

ſima,

Cant. 1. 12. *ſima*. De tertio: *Faſciculus myrrba Dile-*
ctus meus mibi; inter vbera mea commo-
rabitur. Ecce amaritudo in myrrha, cō-
ſolatio in faſciculo; ſcilicet quia paruus.
H.br. 11.36 Audi amaritudinem : *Sancti ludibria &*
vulnera experti, inſuper & vincula &
Sap. 3.4. *carceres*. Audi conſolationes : *Si coram*
hominibus tormenta paſti ſunt. ſpes illorū
immortalis eſt in æternum. Euntes ibant,
Pſal. 125. 6. *& flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes*
autem venient cum exultatione portantes
manipulos ſuos. Item, in Lege dictum
Leuit. 23.11 eſt : *Feretis manipulos ſpicarum primi-*
tias meſſis veſtra ad Sacerdotem, qui ele-
uabit faſciculum coram domino, vt acce-
ptabile ſit pro nobis, altero die Sabbati,
& ſanctificabit illum. Ecce oneroſus ſan-
ctis. Sequitur quomodo copioſus.

Triplex Christi copia. §. *DCXXXII*.

COpioſus eſt donādo. Dat enim tem-
poralia bona, dat ſpiritualia, dat
æterna. Temporalia, quibus ſuſtentemur:
ſpiritualia, quibus adiuuemur: æterna,
quibus beatificemur. Primum, ne caro
deficiat: ſecundum, vt ſpiritus proficiat:
tertium, vt gloria nobis ſufficiat. De pri-
Pſal. 146. 9. mo : *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, &*
pullis coruorum inuocantibus eum. Item,
Pſal. 135.25 *Qui dat eſcam omni carni*. De ſecundo :
Ephes. 4 8. *Aſcendens Christus in altum captiuam*
duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.
Pſal. 60. 6. De tertio : *Gratiam, & gloriam dabit Do-*
minus. &, *Dediſti hereditatem timenti-*
bus nomen tuum Domine. Item, dat Fi-
lium, dat Spiritum ſanctum, dabit ſeipſum.
Filium, vt ſit dux in prælio: Spiritum ſan-
ctum, vt dirigat conſilio: ſe pro præmio.
Ducem in prælio, vt ipſum ad regnum
ſequamur: Spiritum ſanctum, vt dirigat
conſilio, vt per ipſum interiùs de tribula-
tionibus conſolemur: ſeipſum pro præ-
mio, vt eius viſione fruamur. De primo:
Iſai 9. 6. *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt no-*
Ioan. 14.16 *bis*. De ſecundo. *Rogabo Patrem, & alium*
Paraclytum dabit vobis, ſpiritum verita-
tis. De tertio promiſit : *Ero illorum Do-*
minus in perpetuum. De his tribus dici-
Apoc. 2. 17. tur Angelo Pergami, *Qui vicerit, dabo*
illi manna abſconditum, id eſt, Spiritum
ſanctum; *& dabo illi calculum candidum*,
id eſt Chriſtum in carne munda à pecca-
tis; *& in calculo nomen nouum ſcriptum,*
quod nemo ſcit, niſi qui accipit : quia Pa-
ter maior eſt filio, ſecundum humanitatē.
Nouū enim eſt, quòd ſit filius in vna per-
ſona Dei, & hominis: quod non intellige-
mus, donec accipiamus. Ecce copioſus.

Triplex Christi gloria.
§. DCXXXIII.

ECce & glorioſus. Glorioſus in ſeipſo:
glorioſus in Filio: glorioſus in Spiri-
tu ſancto. In ſeipſo, per imperium: in
Filio, per officium: in Spiritu ſancto, per
obſequium. Per imperium maieſtatis: per
officium, quod impleuit in forma Huma-
nitatis: per obſequium, quod exhibuit. Pſal. 144.12
Audi primū: *Timebunt gentes nomen tuū* Pſal. 101.16.
Domine, & omnes reges terræ gloriā tuā.
Itē, *Ædificauit Dominus Sion, & videbi-* Pſal. 101.17
tur in gloria ſua. De ſecundo: *Gloria pa-* Prou. 15. 1.
tris eſt filius ſapiens. De tertio. *Glorifi-* 1. Cor. 6. 20.
cate, & portate Deum in corpore veſtro.
Audiſti oneroſum: audiſti copioſum:
audi glorioſum. Videamus *Dominum* Iſai. 6. 1.
ſedentem ſuper ſolium excelſum, & ele-
uatum; vt Sancti ad ſolemnitatem oc-
currentes, videant maieſtatem Trinita-
tis. vnde canitur, *In principio erat Ver-* Ioan. 1. 1.
bum:

Quo ordine Beati ad thronum Dei acce-
dant. §. *DCXXXIV*.

VEnit primò *Mulier amicta ſole, &* Apoc. 12. 1.
luna ſub pedibus eius: Beata Vir-
go *Maria*, ſplendida Sole, quem pepe- Maria Virgo Eccleſia.
rit. Inde enim cantamus: *Felix namque*
es, ſacra Virgo ex Maria, & omni laude di-
gniſſima, quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ
Chriſtus Deus noſter. Sequuntur *Aſtra* Angeli.
matutina, iubilantes filij Dei, ſcilicet
Angeli, & citharis aureis laudantes Re- Iob 38. 7.
gem, & dicentes, *Sanctus, Sanctus,*
Sanctus; &, te Sanctum Dominum lau-
dant omnes Angeli dicentes: *Te decet*
laus, & honor Domine. Occurrunt &
Prophetæ, qui ſpiritu inebriati, viam Re- Propheta.
gi parantes, ſub ſermonis inuolucro fu-
turum nunciarunt: offeruntque Regi li-
brum ſignatum, ſeptem ſigillis aperien- Luc. 7. 28.
dum. Vnde; *Inter natos mulierum non*
ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Appa- Apoſtoli.
ret *Corona ſtellarum duodecim*, ſcilicet. Apoc. 12. 1.
Apoſtoli, qui ſimplicitate columbina
aſtuti, rore cæleſti mundi ariditatem
impinguant. vnde, *Qui ſunt iſti, qui* Iſai. 60. 8.
vt nubes volant, et quaſi columba ad fe-
neſtras ſuas? Ecce cum vexillo purpu-
reo *Martyrum* chorus, qui malograna-
tum portantes, grana roſeo colore ruti-
lantia Regi propinant, reiecto cortice.
Quippe qui *venerunt ex magna tribula-* Apoc. 7. 14.
tione, et lauerunt ſtolas ſuas, et candi-
das

das eas fecerunt in ſanguine Agni. Sequitur Vrna aurea, id eſt *Confeſſores*, (*Confeſſores Vrna aurea habens mãna*) exteriùs per buna opera lucentes, intus habentes manna, id eſt dulcedinem deuotionis, tabulas intelligentiæ, virgam diſciplinæ, vnde, (*Luc. 12. 35.*) *Sint lumbi veſtri præcincti, et lucerna ardentes in manibus veſtris*. (*Apoc. 3. 4.*) Vltimò occurrunt Regi *Virgines*, quæ *non inquinauerunt veſtimenta ſua*, elamantes: (*Cant. 8. 16.*) *Lectulus noſter floridus*, in quo quieſcit (*Cant. 2. 1.*) *Flos campi, et lilium conuallium*. In *Maria* ergo Deus habet hoſpitium: in *Angelis*, obſequium: in *Prophetis*, ſpeculum: in *Apoſtolis*, prędicationem: in *Martyribus*, patientiam: in *Confeſſoribus*, diſciplinam: in *Virginibus*, vitæ munditiam. Ex Dilecto, fuit glorioſus, admirabilis, nunc Gentibus, & Iudæis; nunc Apoſtolis, nunc Angelis. Primum, miraculorum exhibitione: ſecundum, in reſurrectione: tertium in aſcenſione. De primo dictum eſt: *Vidimus mirabilia hodie*. (*Luc. 5. 26.*) De ſecundo: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me*. (*Pſal. 138 6.*) De tertio: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum?* (*Act. 1. 11.*)

(*Cant. 5. 10.*) Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Cap. VIII.

CANDIDVS, quia in carne apparens, (*1. Pet. 2. 22.*) *peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius*. Rubicundus, (*Apoc. 1. 5.*) quia *lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*. (*Quomodo Christus candidus & rubicundus dicatur.*) Et bene primum candidus, deinde rubicundus: quia primò mundus à ſanguine peccati venit in mundum: demum ſua paſſione cruentus exiuit de mundo. *Electus ex millibus*, quia vnus in humano genere, per quem mundus reconciliaretur, aſſumptus eſt à Deo. Hic ſolus mortalium dignus fuit audire de cælo: (*Matth. 3. 17*) *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: in quo nihil vidi; quod me offenderit, & omne pondus virtutis, in quo gauderem, inueni. Vnde in Ecleſiaſte: (*Eccli. 7. 29.*) *Virum de mille vnum reperi*. Chriſtus *candidus* fuit de Virgine; *rubicundus* in cruce; *electus ex millibus* à Patre qui ſolus dignus eſſet (*Apoc. 5. 5.*) *aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius*. In primo, venit ſine peccato: in ſecundo nos lauit à peccato: in tertio, oſtendit quibus inſtrumentis, id eſt ſacramentis, cuſtodiamus nos à peccato. Per primum nos docet vt ſimus candidi, per munditiam puritatis: per ſecundum, vt ſimus patientes ex feruore charitatis: per tertium, vt ſimus firmi fide, cognitione veritatis.

Quadruplex candor. §. DCXXXV.

NOtandum eſt, quòd quatuor ſunt candores. Primus, phantaſticus, vt Incantatorum: ſecundus ſuperficialis, vt Pictorum: tertius, innatus, & in ſubiecto mutabili; vt hominum, qui frequenter nati candidi, mutantur in nigrum. Quartus, innatus, ſed à ſubiecto non poteſt ſeparari, vt margaritarum. (*Quadruplex candor, in quadruplici perſonarum genere varius reperitur.*) Primus eſt vanitas mundi, in mundi amatore: ſecundus eſt hypocriſis, in ſimulatore: tertius eſt virtus in religioſo: quartus eſt claritas in beato. A primo nos prohibebat Moyſes, cùm diceret: (*Leu. 21. 20.*) *Sacerdos, qui habet albuginem in oculo, non offerat ſacrificium*. Albuginem habet in oculo, qui ſæcularia libenter exterius contemplatur, & interiùs delectatur. Inde eſt, quòd bubo, quia nimiam habet albuginem in oculis, in die videre non poteſt. A ſecundo nos abſtergit Dominus, cùm in Euangelio vocat hipocritas, (*Matt. 23 27*) *Sepulchra dealbata*. Ad tertium nos inuitat Salomon dicens: (*Eccli. 9 8.*) *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat*. Hoc ſumus candidi, ſed tamen ab eo quandoque cadimus, & Chriſtus in via, ſed in caſu. De quarto, (*Apoc. 6. 11.*) *Data ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ*. Item in eodem: (*Apoc. 2. 17.*) *Qui vicerit, dabo illi calculum candidum*. Sed candor iſte ſine rubore eſſe non debet, vt iucundiùs niteat; ſcilicet, vt candorem virtutis informet feruor charitatis.

Triplex rubor. §. DCXXXVI.

SEd eſt rubor coccineus, eſt roſeus, eſt purpureus. Coccineus eſt ardentior, roſeus iocundior, purpureus precio-

cioſior. Coccineus ardentior, qui ignem
imitatur: roſeus iocundior, quia vtro-
que, ſcilicet candore & rubore miſce-
tur: purpureus preccioſior, quia eius cla-
ritate regia veſtis honoratur. In cocci-
neo deſignatur ardor temporalium paſ-
ſionum: in roſeo, virtutum candor, mi-
ſtus amori ſupernorum; in purpureo,
regia dignitas Martyrum. De primo aic
Pſal. 65. 10. Dauid: *Igne nos examinaſti ſicut exami-*
natur argentum. De ſecundo: *Iocundi-*
tatem, & exultationē theſaurizabit ſuper
Eccli. 15. 6 *eum*. De tertio: *Quia pro eius amore*
ſanguinem ſuum fuderunt, ideò cum
Apoc. 5. 10. *Chriſto regnant in æternum*. Item, *Fe-*
ciſti nos in ſanguine tuo regnum, & ſa-
1. Pet. 2. 9. *cerdotes*. vnde, *Vos autem genus electum,*
regale ſacerdotium. Inde ſignatione pri-
mi fuit Chriſtus, veſtitus in paſſione ſua
chlamyde coccinea: vnde dictus eſt ru-
bicundus. In deſignatione ſecundi, ap-
paruit Angelus ad ſepulchrum in rubeo
Matth. 28 3 & candido colore. *Erat enim aſpectus*
eius ſicut fulgur; veſtimenta autem
eius ſicut nix. Nam erat in eo rubor,
propter charitatem: albedo, propter pu-
ritatem. Horum miſtura facit iocundi-
tatem: ſed vt hæc miſtura fieret, Chriſtus
Chriſtus in paſſione veſte coccinea, & alba indutus fuit ad expreſſionem charitatis, & puritatis ſuæ. in paſſione ſua non ſolum coccineo, ſed
alba veſte indutus legitur. Fuit quoque
veſtitus purpura, vt dignitas quam apud
Patrem poſt aſcenſionem accepturus
erat, & ſuis martyribus cum regio hono-
re erat redditurus, in illa purpura ple-
nè exprimeretur.

Ex tribus electio fit dilecti. §.DCXXXVII.

DIcitur Dilectus *Electus ex millibus*:
ſed eſt electus etiam ex denarijs,
ex centenarijs, ex millibus; id eſt, ex ope-
ribus perfectis. Iſti enim tres numeri tri-
plicem deſignant in Eccleſia perfectio-
nem. In denario, perfectio virtutis; in
centenario, virginitatis; in millenario,
intelligentia veritatis. In denario eſt
perfectio virtutis, quia ex binario, &
quinario multiplicatur: qui ſunt ſeptem,
propter ſeptem virtutes. Hæc eſt prima
perfectio, quia denarius, primus limes
eſt in numeris. In centenario eſt perfe-
ctio virginitatis, quia tranſit à læua in
dexteram, numerando omnes iuncturas,
& ſummitates in ſuperficie ſiniſtræ ma-
nus, per quinarios; & ſic vltimus quina-
rius computabitur in dextera. Sic enim
virginitas læuam, id eſt, mundi ſollicitudi-
nem fugiens, dexteram, id eſt Angelo-
rum vitam appetit. Hic etiam numerus
multiplicatur ex denario, quia inanis eſt
virginitas, ſi non ſit fundata virtutibus. *Inanis eſt Virginitas ſine virtutū fundamento*
In millenario eſt perfectio intelligentiæ
veritatis. Hic multiplicatur ex centena-
rio, & denario, quia virtutum fortitudo,
& munditia caſtitatis, ad intelligendam
veritatem ſupernorum neceſſaria eſt. Igi-
tur Dilectus iſte, eſt electus ex denarijs,
quia non ſolùm virtutum habuit perfe-
ctionem, ſed etiam *Dominus virtutum*
dictus eſt; vnde, *Dominus virtutum,* Pſal. 24. 10.
ipſe eſt rex gloriæ. Eſt etiam electus ex
centenarijs, quia non ſolùm perfectus in
virginitate, ſed etiam natus de Virgine.
vnde, *Ecce Virgo concipiet, & pariet Fi-*
lium. Eſt quoque electus ex millibus,
quia non ſolum perfectus intelligentia
veritatis, ſed dicitur ipſa veritas. vnde,
Ego ſum, Via, Veritas, & Vita. Ioan. 14. 6.

Septem Signacula. §. DCXXXVIII.

ITem, *Vidimus eum plenum gratia, &* Ioan. 1. 15.
veritatis. &, *De plenitudine eius om-* *Nota bene figurā de ſeptem ſigillis.*
nes accepimus. Et ideo dignus fuit *ape-*
rire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula Apoc. 5. 5.
eius; quæ ſunt, Natiuitas, Baptiſmus,
Paſſio, Deſcenſus ad inferos, Reſurrectio,
Aſcenſio, Spiritus ſancti miſſio. Clauſa
ſigilla, erant prophetiæ obſcuræ, in
quibus hæc latebant. Liber quem ape-
ruit, ſcriptura quam impleuit. Nati-
uitas latebat ſub hoc ſignaculo: *Orietur* Malach 4. 2.
vobis timentibus nomen meum, Sol iuſti-
tiæ. Baptiſmus ſub iſto, *Erit fons patens* Zach. 13. 1.
domus Dauid habitantibus Ieruſalem, in
ablutione peccatoris, & menſtruatæ. Paſ-
ſio ſub iſto, *Quaſi ouis ad occiſionem du-* Iſai. 53. 7.
ctus eſt, & quaſi agnus coram tondente
ſe non aperuit os ſuum. Deſcenſus ad
inferos, ſub iſto: *Ero mors tua, ô mors;* Oſee 13. 14.
morſus tuus ero, inferne. Reſurre-
ctio ſub iſto: Surrexit Sampſon me-
dia nocte de ciuitate Gaza, & tulit Iudic. 16. 3.
portas ciuitatis. De aſcenſione, Dauid;
Aſcendit Deus in iubilatione, & Domi- Pſal. 46. 6.
nus in voce tubæ. Miſſio ſancti Spiritus
ſub iſto latebat. *Emitte ſpiritum tuum,*
& creabuntur. His ſigillis per Filium
ſuum ſaluauit nos Deus Pater, *qui man-*
dat ſalutem Iacob. Filius enim, carnem
aſſumendo, reparauit perditam homi-
nis dignitatem, qui per lapſum primi ho-
minis *comparatus eſt iumentis inſipienti-* Pſal. 48. 13
bus, & ſimilis factus eſt illis. Per Ba-
ptiſmum, hominis tam actualis, quàm
originalis culpæ lauit impuritatem, cu-
ius iuſtitiæ erant *quaſi pannus menſtrua-* Iſai. 64. 6.
ta,

Ioel. 1. 17. *te*, quia *computruit quaſi iumenta in*
ſtercore ſuo. Per Paſſionem nos recon-
ciliauit Patri, quia ſe offerens in cruce,
expiando pro nobis reatum, noſtram
ſuppleuit paupertatem: *Eramus enim*
Epheſ. 2. 3. *natura filij iræ*. Per deſcenſum ad infe-
ros abſoluit iuſtos à poteſtate tenebra-
rum, vt viderent faciem Patris *ſedentes*
Pſal. 106. 10 *in tenebris, & umbra mortis*. Per Reſur-
rectionem, hominem lætificauit, quia
1 Cor. 15. 53 certificauit quòd *corruptibile hoc induet*
incorruptionem, & mortale hoc immor-
Iſai. 40. 6. *talitatem*; cùm ſit *omnis caro fœnum, &*
gloria eius quaſi flos fœni. Per Aſcen-
ſionem ſuam, ſpem fecit nobis credenti-
bus reuertendi ab hoc exilio ad patriam,
qui futuram inquirimus; quia non habe-
mus hic manentem ciuitatem. Per miſ-
ſionem ſancti Spiritus nos ducit ad ve-
ram diſciplinam, & intelligentiam, & iu-
Sap. 1. 5. ſtitiæ candorem. *Spiritus enim ſanctus*
Nota. *diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à*
cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu,
& corripietur à ſuperueniente iniqui-
tate.

Quare iſta ſigilla ſub ſeptenario numero contineantur. Iſta ſigilla ſub ſeptenario numero con-
tinentur, qui eſt virgo numerus, quia
infra primum limitem ſolus eſt, qui nec
gignit, nec gignitur; id eſt, nec alium
multiplicat, nec ab alio multiplicatur.
Deſignatur, quòd ſolus Chriſtus de Vir-
gine natus, dignus fuit ea aperire. Iſte
numerus, ſenarium (qui primus perfe-
ctus eſt) vnitate ſuperat, quia ſolus Chri-
ſtus omnes perfectos ſuperat iuſtitia: &
ideo fuit electus ex millibus, vt dignus
eſſet aperire ſignacula. Vel ſic; In A-
pocalypſi leguntur *duodecim millia ſigna-*
Apoc. 7. 4. *ti*, & quæ ſequuntur: ex omnibus his mil-
libus filiorum Iſrael, ſolus Chriſtus de
tribu Iuda eſt electus, qui aperiret ſi-
gnacula iſta, quibus illi ſignati erant.
Sed adhuc clauſis, primum ſigillum (ſci-
licet Natiuitatis Chriſti) aperitur, ſi
teneri illius puritatem & ſimplicitatem
ſequimur; vt ſimus *ſicut modò geniti in-* 1. Pet. 2. 2.
fantes, rationabiles ſine dolo, lac concupi-
ſcentes ſine dolo. Secundum, ſcilicet Ba-
ptiſmi, nobis aperitur, ſi per confeſſio-
nem peccata noſtra lauamus, vt ſcilicet
confiteamur alterutrum peccata noſtra, Iac. 5. 16.
& oremus pro inuicem, vt ſaluemur.
Sigillum Paſſionis nobis aperitur, ſi de
peccatis in confeſſione lotis, per aſperi-
tatem pœnitentiæ ſatisfaciamus, vt car-
nem noſtram cum vitijs & concupiſcen-
tijs crucifigamus. Sigillum deſcenſionis
ad inferos nobis aperitur, ſi inferni pœ-
nas ſæpe rememorantes, ſollicitè nos cu-
ſtodimus, ne in tentationem & laqueum
diaboli incidamus. Sigillum reſurrectio-
nis nobis aperitur, ſi relicta ſeculari con-
uerſatione, mortui mundo, Deo viua-
mus; vt deponentes veterem hominem
cum actibus ſuis, in nouitate vitæ ambu-
lemus. Sigillum Aſcenſionis nobis ape-
ritur, ſi Chriſto inhærentes, quæ ſurſum
ſunt quæramus, quæ ſurſum ſunt ſapia-
mus; vt in hac peregrinatione ſolo corpo-
re ſuper terrā ambulemus, & animo in illa
æterna patria conuerſemur. Sigillum
miſſionis ſancti Spiritus nobis aperitur, Rom. 5. 5.
ſi *charitas Dei diffuſa eſt in cordibus no-*
ſtris per Spiritum ſanctum, qui datus
eſt nobis; vt diligamus Deum plus quàm
nos; id eſt, ex toto corde, tota anima, Nota.
tota mente, & proximum ſicut nos. So-
lus itaque Chriſtus aperiat librum cor-
dis, vt hæc intelligamus; ſolus ſignacu-
la, vt faciamus.

Cant. 5. 11. Caput eius aurum optimum: comæ eius ſicut elatæ
palmarum, nigræ quaſi coruus. Oculi eius
ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum,
quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iux-
ta fluenta pleniſſima.

Cap. VIIII.

1. Cor. 11. 3. DICIT Apoſtolus: *Caput mulieris, vir: caput viri, Chriſtus: caput Chriſti, Deus*. Hoc caput eſt aurum optimum; quia ſicut aurum cætera metalla excellit, ita ſumma Diuinitas omnibus, quæ fecit. Comæ illius elatis palmarum aſſimilantur id eſt, cateruæ ſanctorum, quæ dulcedinem ſupernæ retributionis expectant. Vnde, *Iuſtus vt palma florebit*. Hæ comæ dicuntur nigræ quaſi coruus, quia

Aurum diuinitatē, & coma cateruā ſanctorum ſignificant. Pſal. 91. 13

quam-

Quare coma ſponſi dicantur nigræ ſicut coruus.

quamuis de miſericordia Dei ſupernam dulcedinem expectant; ex ſe tamen ſe eſſe nigros, id eſt peccatores & indignos, fatentur. Oculi eius ſicut columbæ dicuntur, propter dona Spiritus ſancti, qui per Columbam deſignatur. Vnde Ioannes vidit Agnum habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem: quod exponit ſic: *Qui ſunt ſeptem ſpiritus, miſſi in omnem terram.* Septem dona Spiritus ſancti, hæc reſident *ſuper riuulos aquarum*, quia quicquid oculi ſpirituales in ſe maculæ deprehendunt, aquis gratiæ ſpiritualis abluunt. Vel, reſident *iuxta fluenta pleniſſima*, quia per gratiam Dei, diaboli deprehendunt machinamenta. *Quæ lotæ ſunt lacte*, quia alimento ſimplicis doctrinæ Scripturarum videntes peccata ſua, ab his abluuntur, vt ſint mundi.

Apoc. 5. 6. Qui ſint ſeptem ſpiritus Dei.

Caput Chriſti auro; comæ illius elatis palmarũ & oculi columbæ comparantur. Luc. 21. 18.

Caput Dilecti, id eſt, Chriſti, auro comparatum, eſt Diuinitas. Comæ eius elatis palmarum comparatæ, fidelium ex eo pendens vnitas. Oculi eius dicti columbæ, diuinorum veritatem intelligentium puritas & ſimplicitas. De primo, *Caput Chriſti Deus*. De ſecundo, *Capillus de capite veſtro non peribit*. De tertio: *Pulchriores ſunt oculi eius vino*. Caput aureum aliquando admiſcetur argento, vt fiat electrum: aliquando gemmæ coniungitur, vt fiat ornamentum: aliquando per ſe ponitur; & eſt ex ſui natura precioſum. Ex primo contrahit pallorem; Ex ſecundo varium habet colorem; In tertio quaſi Sol, natiuum habet ſplendorem. De primo: *Poſteriora dorſi eius in ſpecie auri*; quia exinaniuit ſemetipſum, noſtram aſſumens mortalitatem. De ſecundo dicitur: *Iris in capite eius*, propter colorum varietatem. Habet enim ruborem auri, id eſt, Diuinitatis: virorem gemmæ, id eſt iam glorificatæ Humanitatis. De tertio dicitur: *Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno Patris eorum*; quia ex claritate Diuinitatis. In primo eſt aurum bonum; In ſecundo melius; In tertio optimum; non quòd in ſe gradus aliquot accipiat, ſed quòd in nobis varijs effectibus nobis proficiat. Primum bonum fuit, cùm ſe in argento noſtræ Humanitatis inungens, luce gratiæ ſuæ tenebras noſtras illuminauit, qui eramus *aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*. Secundum melius eſt, quia in modum ſuæ reſurrectionis *reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*. Tertium eſt optimum, quod tam ineſtimabilis eſt claritatis & pulchritudinis, vt cùm Angeli eum aſſiduè videant, ampliùs in eum deſiderent proſpicere. Vnde Dominus; *Clarifica me, Pater, claritate, quam habui priùs quàm mundus fieret.*

Pſal. 67. 14.

Apoc. 10. 1. Quid Iris in capite Chriſti innuat? Math. 13. 43

Epheſ. 5. 8.

Philipp. 3. 21

Ioan. 17. 5.

Aurum triplex. §. DCXXXIX.

MOraliter hoc triplex aurum eſt in homine. Primum eſt bonum, ſcilicet doctrina in exteriori habitu; Secundum melius, ſcilicet puritas amoris in affectu; Tertium optimum, ſcilicet ſapor cæleſtium, cum intellectu. In figura primi, in Daniele viſus Angelus *præcinctus renes auro obryzo*. In Apocalypſi, in figura ſecundi, *ad mammillas cinctus Zona aurea*. In figura tertij, in eodem, *Viſus Angelus, & corona in capite eius*. Item, in figura primi, *Arca Domini foris erat deaurata*. In figura ſecundi, *interiùs*. In figura tertij, *Inter erat vrna aurea, habens manna*, id eſt, ſupernorum dulcedinem: & tabulæ teſtamenti, id eſt intellectus eorundem. Primum plangit Ieremias in filijs Iſrael periiſſe, dicens: *Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt vaſa terrea!* De ſecundo, in Apocalypſi Angelus Laodiceæ: *Suadeo tibi vt emas aurum ignitum, & purum, vt locuples fias*. Item de tertio Ieremias: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus!* Primum lucet oculis alienis; Secundum, proprijs; Tertium, diuinis. De primo accipit proximus, vt à malo declinet. In ſecundo, videt in ſe ipſe homo, vt Creatori ſe inclinet. In tertio, habet filius hominis vbi caput reclinet. Ibi enim fecit ſibi Salomon reclinatorium aureum, in quo requieſcat ipſe. Ex hoc capite dependent comæ, id eſt fideles ſequentes caput ſuum, obediendo; quæ ſimiles dicuntur elatis palmarum, id eſt ramis, vel palmis in altum elatis.

Dan. 10. 5.

Apoc. 1. 13.

Thren. 4. 2.

Apoc. 3. 18.

Thren. 4. 1.

Coma ſponſi ſunt fideles, caput ſequentes dum obediunt elatis.

In Palma quatuor. §. DCXL.

QVatuor enim habet Palma, in quibus eam debemus imitari. Inferius enim habet aſperitatem; ſuperiùs, lenitatem. Inferiùs, truncus eſt gracilior: ſuperiùs, groſſior. Temporalem enim vitam, quæ inferior eſt, debemus agere in aſperitate pœnitentiæ: ſpiritualem, quæ leuior eſt, in morum lenitate. Item, inferiùs debemus eſſe graciliores,

ns

ne terrena nimis appetamus: ſuperiùs
groſſiores, effundendo ad ſuperna cor
noſtrum; vt quæ ſurſum ſũt ſapiamus. Au-
di de primo, id eſt, de aſperitate tempo-
Gal. 5. 24. ralis vitæ: *Qui Chriſti ſunt, carnem*
ſuam cum vitijs & concupiſcentijs cruci-
Coloſſ. 3. 5. *fixerunt*. Item, *Mortificate membra*
veſtra, quæ ſunt ſuper terram, ait Apo-
1. Cor. 9. 27. ſtolus. *Caſtigo corpus meum, & in ſerui-*
tutem redigo. Audi mox lenitatem in
1. Pet. 2. 1. via ſpirituali. *Deponentes omnem mali-*
tiam, & omnem dolum, & ſimulationes,
& inuidias, & omnes detractiones, ſicut
modò geniti infantes, rationabile ſine
dolo lac concupiſcite, ait Petrus. Et Pau-
1. Cor. 4. 12. lus: *Maledicimur, & benedicimus &c.*
2. Tim. 2. 4. Audi gracilitatem, id eſt, temporalium
abiectionem: *Nemo militans Deo impli-*
cat ſe negocijs ſæcularibus, vt ei placeat,
1. Tim. 6. 17 *cui ſe probauit. Præcipe diuitibus huius*
ſæculi, non altum ſapere, nec ſperare in
Pſal. 61. 11 *incerto diuitiarum. Diuitiæ ſi affluant,*
nolite cor apponere. Audi groſſitudinem
ſuperiùs, id eſt, cor dilatatum in ſuper-
Coloſſ. 3. 2. nis. *Quæ ſurſum ſunt ſapite &c.* Item,
Pſal. 61. 9. *Sperate in eo omnis congregatio populi, &*
effundite coram eo corda veſtra quia Deus
adiutor noſter in æternum. Item, qua-
tuor habet palma: ſpatulas, id eſt, pan-
nos, qui ſunt quaſi ſpadinæ. Ea etiam
coronantur triumphantes. Habet pul-
chritudinem liliorum, dulcedinem dacty-
lorum. In ſpadula nos inuitat ad pugnam;
in corona triumphatorum, ad victoriam:
in pulchritudine florum oſtendit reſurre-
ctionis gloriam: in dulcedine dactylo-
rum, ſuauitatem videndi Dei præſen-
Pſal. 44. 4. tiam. De primo, *Accingere gladio tuo*
1. Ioan. 5. 4. *ſuper femur tuum, potentiſſime*: &, *Eſto-*
te fortes in bello. De ſecundo, *Omne*
quod natum eſt ex Deo, vincit mundum.
Math. 13. 43 Item, *Qui vicerit mundum, dabo ei coro-*
nam. De tertio: *Fulgebunt iuſti ſicut*
Math. 5. 8. *ſol in regno Patris eorum*; quando iuſtus
vt palma florebit. De quarto: *Beati*
1. Ioan. 3. 2. *mundo corde quoniam ipſi Deum videbũt*;
ſed quando *ſimiles, ei erimus, quoniam*
videbimus eum ſicuti eſt. Hæc comæ di-
cuntur *nigra quaſi coruus*: ſcilicet, vt ho-
mo, quantumlibet ſit iuſtus, cauſa hu-
militatis peccatorem ſe confitetur.

In Coruo quatuor. S. DCXLI.

Quatuor proprietates Corui, quomodo designent peccatorem.

Coruus quatuor habet notabilia in
Theologia: nigredinem: rapax eſt:
cadauere viuit: vocem habet turpem, &
dilatoriam, ſcilicet, cra, quæ ſemper
mittit ad craſtinum. Nigredo, deſignat
luctum præſentis miſeriæ, quæ accidit ex
rapacitate Adæ, quia rapinam arbitra-
tus eſt quando voluit eſſe ſicut Deus. Ca-
dauere quoque paſtus eſt, quando volu-
ptatem impleuit, edendo ex ligno vetito:
vnde de immortali, cadauer factus eſt, id
eſt, caro data vermibus. Vocem habuit
turpem, & dilatoriam, quando confite-
ri diſtulit, quando ſe excuſauit dicens:
Mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi de Gen. 3. 12.
ligno, & comedi. Hæc nigredo deſigna-
tur in nobis, quando lugemus rapinam
ſuperbiæ noſtræ, cadauer voluptatis, mo-
ram confeſſionis.

Nigredo triplex. §. DCXLII.

Triplex eſt nigredo. Prima, pecca- Thren. 4. 8.
ti; vnde: *Denigrata eſt ſuper car-*
bones facies eorum, & non ſunt cogniti
in plateis. Secunda, afflictionis, vt hic,
Nigra quaſi coruus. Tertia eſt humili-
tatis; vt ibi, *Nigra ſum, ſed formoſa.*

Corui Tres. §. DCXLIII

In hac figura tres legimus Coruos.
Primus, de Arca exiens, inuento
cadauere redire contempſit; quia qui vo-
luptatibus paſcitur, contemnit Eccleſiæ
vnionem. Iſte igitur nigredine paſcitur
voluptatum, & remanet in diluuio. Se-
cundus nigreſcit carnis afflictione, & ſa-
lutem meretur à Domino: hic enim affe-
rebat Eliæ carnes, qui interpretatur, *Elias interpretatur.*
Deus meus, Dominus, &, *Domini eſt*
ſalus. Tertius nigreſcit humilitate, &
quaſi refectionem panis per hoc affere-
bat Chriſto pro nobis humiliato. Hic
eſt enim, qui panem afferebat primo he- *Paulus interpretatur.*
remitæ Paulo, qui *Medicus*, vel *Quietus*
interpretatur; id eſt, humilis ſicut Chri-
ſtus.

Significatio quadruplex oculorum. S. DCXLIV.

Sequitur: *Oculi eius ſicut columbæ,* Cant. 5. 12.
quæ lotæ ſunt lacte, & reſident iux-
ta fluenta pleniſſima. In ſcriptura in-
uenimus, quatuor modis accipi oculos
Dilecti. Sunt enim eius oculi, dona Spi- *Oculi ſponſi quomodo ſint dona ſpiritus ſancti.*
ritus ſancti, quæ illuminant corda: vn-
de propheta; *Super lapidem vnum oculi*
ſeptem: & Ioannes vidit Agnum haben- Zach. 3. 9.
tem oculos ſeptem. Dicuntur & eius Apoc. 5. 6.
oculi, approbatio diuina; vnde, *Oculi*

Pſal. 87. 10. *eius ſuper iuſtos.* Sunt & eius oculi, Prophetæ & Apoſtoli; vnde, *Oculi mei languerunt præ inopia.* Sunt & eius oculi contemplatiui, & circumſpecti; vnde, *Gen. 49. 12.* *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* Et, *Ezech. 1. 18.* *Statera erat in rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus, & totum corpus plenum oculis.* His oculis vident, altitudinem, contemplando cæleſtia, quæ appetant, & horrorem infernalem, quem fugiant, & prævident inſidias aduerſarij, vt ſtateram, id eſt, ſtabilitatem in bono habeant. *Vita humana, rota.* Hi ſunt in rota, id eſt in vita humana, quæ volubilis eſt, quia tranſitoria hic agit. De his oculis circumſpectionis, qui comparantur columbis lacte lotis, propter ſimplicem earum aſpectum; & lotæ ſunt lacte, id eſt, mundatæ à peccatis, per ſimplicem doctrinam; & vt ſe circumſpiciant, reſident iuxta fluenta pleniſſima.

De fluentis. S. DCXLV.

Fluenta hæc ſunt dona ſancti Spiritus, quorum gratia imminentia pericula præuidemus. De quibus: *Ioan. 7. 38.* *Qui ſitit, veniat, & bibat; & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Hæc ſunt plena in peccatorum remiſſione: pleniora, in conferenda Dei & proximi dilectione: pleniſſima, ne ſolicita ab his cadat, circumſpectione. *Sacra Scriptura fluenta pleniſſima.* Vel, fluenta ſunt, diuina ſcriptura, quæ plena ſunt moralitate; in qua videmus quomodo viuere debeamus. Pleniora ſunt, allegoria, in qua, quæ pro nobis facta ſunt, cognoſcimus. Pleniſſima ſunt per anagogen, in qua conſideramus cæleſtia, quæ in præmium expectamus. De his fluentis dicitur: *Pſal. 64. 10.* *Flumen Dei repletum eſt aquis,* &c. In his fluminibus circumſpicimus, vt ſicut columba accipitrem, inimicum ſuperuenientem cognoſcamus.

Inimicus triplex. S. DCXLVI.

Triplex eſt inimicus noſter: ſcilicet, Caro, Mundus, & Mundi tyrannus Diabolus, vnde Paulus: *Epheſ. 6. 12.* *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem;* ecce primus: *Sed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum;* ecce ſecundus: *Contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus:* ecce tertius. *Quomodo inimicus à nobis vincatur.* Primus pugnat voluptate; ſecundus malignitate; tertius ſuggeſtione. Primus, vt maculet ſobrietatem: ſecundus, vt frangat fidei firmitatem: tertius, vt obſcuret Dei cognitionem. Primus vincitur fugiendo; ſecundus, voluntariè patiendo; tertius, vtiliter reſiſtendo. Hoc eſt, quod dictum eſt ad Dauid: *2. Reg. 5. 24.* *Cum audieris ſonitum gradientis in cacumine pirorum, tunc egredieris ad pugnam;* Graditur Dominus in cacumine pirorum, temperans noſtram ſenſualitatem; ne cadat in carnis voluptatem. *Quomodo Deus temperet noſtram ſenſualitatẽ, ne tentationibus ſuccumbamus.* In medio, quando contra principes mundi, per patientiam conſeruat in nobis fidem, & rationem. In cacumine graditur, quando nobis dat vires & intellectum contra diaboli ſuggeſtiones. vnde: *Gyrabit poſt tergum, vt deprehendas eius deceptionem.* De primo: *1. Cor. 6. 18.* *Fugite fornicationem.* De ſecundo: *Beatus vir, qui ſuffert tentationem:* De tertio: *Iac. 1. 12.* *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.* In primo, *Gal. 5. 17.* *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.* *Matt. 14. 39.* *Spiritus enim promptus eſt, caro autem infirma.* Infirmam dico, per lapſum, quò trahit ſpiritum. Vtinam infirma, vt fortior ſit ſpiritus, iuxta Apoſtolum: *2. Cor. 12. 10.* *Cum enim infirmor, ait, tunc potens ſum: nam virtus in infirmitate perficitur.* Vide, quomodo infirmetur. *Coloſſ. 3. 5.* *Mortificate autem membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Qui enim Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.* Item, *1. Cor. 9. 27.* *Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo:* quia *Sap. 9. 15.* *corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam.* Igitur, *Rom. 8. 12.* *Debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem viuamus. Si enim ſecundùm carnem vixeritis; moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis; viuetis.* Vide, in quo ſumus debitores: *Eccli. 33. 25.* *Cibaria, & virga, & onus aſino; panis, & diſciplina, & opus ſeruo.* *Rom. 8. 5.* *Qui ſecundùm carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt: qui verò ſecundùm ſpiritum, quæ ſpiritus ſunt ſentiunt.* *Ezech. 1. 12.* *Vbi erat,* inquit, *ſpiritus impetus, illuc gradiebantur:* non vbi erat impetus carnis: habet enim caro ſuos impetus. *Impetus carnis.* Præcedit enim cogitatio, ſequitur delectatio, deinde conſenſus; poſt, actus; poſt, facti delectatio, deinde aſſiduitas, poſtea deſperatio, & ſic obſtinatio, & ita mors æterna. *Dalida interpretatur.* Hæc eſt Dalida, id eſt, *Paupercula,* vel *Sitibunda,* quę inquietat Samſonem, qui dicitur Sol *Samſon interpretatur.* eorum; id eſt, ſpiritum, vſque ad oculorum ereptionem, & mortem. *Dalida Samſonem inquietans, quid ſignificet.*

Habet etiam ſpiritus impetus ſuos. Primò enim, dolet de peccato: ſecundo, odit: tertio, abominatur: quartò, con-

ſte.

Digitized by Google

ſtetur, ſatisfacit, facit opera miſericordiæ; diligendo proximum, ardet deſiderio in Deum. Sequentes impetus carnis *deſcendunt in infernum viuentes*. Sequentes impetum ſpiritus dicunt: *Venite, aſcendamus ad montem Domini*. Illi aſcendunt vſque ad cælos: primi deſcendunt vſque ad abyſſos.

Leuit 16.30
Iſai. 2. 3.

De lucta Herculis. §. DCXLVII.

Hercules interpretatur.
Antheus interpretatur.

HÆc eſt lucta Herculis cum Antheo. Hercules dicitur *lite glorioſus*, id eſt, ſpiritus: Antheus, *contra Deum*, id eſt, caro. Hic quoties in certamine poterat tangere terram, vires ſuas renouabat, quia caro terrenis renouatur. Quod videns Hercules, id eſt, ſpiritus, in brachia ſua leuauit eum à terra, & ibi eum interfecit; quia ſpiritus, carni terrena ſubtrahendo, mori peccato cogit. Hanc ſentiens pugnam Apoſtolus clamat: *Inuenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.*

Carnis fortitudo terrenorum tactu roboratur, vt de Antheo dicitur.
Rom. 7. 24.

Hanc triplicem pugnam nobis oſtendit Hercules, priùs pugnando cum Antheo: ſecundam, quando laborauit, cælum ſuſtinendo: tertiam, pugnando cum latrone, nomine Caco. Contra carnem nos docuit pugnare Chriſtus, quando ieiunauit in deſerto: contra mundi principes, perſecutionem ſuſtinendo à populo Iudaico: contra dæmones, quando tentatus eſt à diabolo. Similiter Ioannes Baptiſta primum bellum geſſit *veſtitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ſuos*. Secundum, reprehendens Herodem de adulterio. Tertium, quando poterat dici Chriſtus, ſed reſpuit vanam gloriam, non conſentiens ſuggerenti diabolo. Et Saluator ait: *In nomine meo dæmonia eijcient*, de corde; ecce tertium. *Linguis loquentur nouis*; ecce ſecundum. *Serpentes tollent*, de carne, id eſt, voluptates; ecce primum. Sicut dictum eſt primus hoſtis vincitur fugiendo; quia *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea*. Secundus vincitur patienter ſufferendo; ſicut *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*; qui *quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum*. Ergo iuxta Paulum, *Curramus ad propoſitũ nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum; qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta: Qui & in dextera Dei ſedet*. Ecce præmium belli. Ergo *Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*: quia non eſt corona vbi non eſt pugna: & *non coronabitur niſi qui legitimè certauerit*. Ideo Sancti ludibria & verbera experti ſunt; inſuper *& vincula, & carceres: Lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladij occiſi ſunt*. Hanc pugnam Chriſtus prædicabat diſcipulis ſuis ſic: *Vos quidem in mundo preſſuram habetis: mundus autem gaudebit, vos verò contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium*. Ideo *ibant diſcipuli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati*. Sic pugnabat Paulus cùm diceret: *In omnibus tribulationẽ patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: humiliamur, ſed non confundimur: deijcimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem Ieſu Chriſti circumferentes in cordibus noſtris; vt & vita Chriſti innoteſcat in nobis*. Ecce Hercules, id eſt, ſpiritus portat cælũ, quia pro deſiderio regni cæleſtis hæc libenter ſuſtinet, audiens: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Ecce, Ioannes comedit mel ſilueſtre; ſcilicet, dulcedinem gaudij in tribulatione, iuxta illud Apoſtoli, *In tribulatione gaudentes, & omne gaudium exiſtimantes, cùm in tentationes varias incideritis*. Sicut & Stephanus, quando *lapides torrentis illi dulces fuerunt*. Ecce, hoſtis iſte vincitur ſufferendo. Tertius verò vincitur reſiſtendo.

Marci 1. 6.
Quid ſit, ſerpentes tollere.
1. Pet. 2. 21.
Iſai. 53. 7.
Heb. 12. 2.
Iac. 1. 12.
2. Tim. 2. 5.
Heb. 11. 37.
Ioan. 16. 33.
Act. 5. 41.
2. Cor. 4. 8.
Matth 5. 10.
Iac. 1. 2.

Virtutes naturales quatuor. §. DCXLVIII.

COntra primum, Temperantia: contra ſecundum, Fortitudo, & Iuſtitia: contra iſtum verò neceſſaria eſt Fortitudo, & Prudentia. Diabolus enim aliquando pugnat violenter, aliquando fraudulenter. Igitur, contra violentiam fortitudinem, contra fraudem prudentiam opponamus, vt dicamus cum Dauid: *Nam leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus*. Eſt enim diabolus leo violentus, & vrſus fraudulentus: vnde, *Aduerſarius veſter diabolus tamquã leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide*. Vt vincamus, habea-

Diabolus aliquando pugnat violenter, & aliquando fraudulenter.
1. Reg. 17. 34
1. Pet. 5. 8.

mus audaciam contra aduerſarium, memoriam victorioſorum patrum, ſuffragium orationum, ſicut dicebat Iudas Machabæus:

1 Mach. 4. 8.

Impetum inimicorum ne timueritis: memores eſtote quomodo ſalui facti ſunt patres noſtri: & nunc clamemus in cælum & miſerebitur noſtri Deus noſter. Propter primum, videte ne dicatis:

Prou. 22. 13.

Leo eſt in via: occidendus ſum.

Chriſtus quomodo in Samſon figuratus.

Propter ſecundum, memores eſtote, quomodo Samſon, id eſt, Chriſtus, quærens vxorem, id eſt, Eccleſiam; occidit Leonem; id eſt, Disbolum; & inuenit in ore eius examen apum, id eſt, patres, qui erant in inferno; & comedit mel, id eſt, amoris dulcedine eos educens, ſibi incorporauit. Tertiò clamemus in cælum: *De ore Leonis libera me, Domine*. Ait Saluator: *Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente; & accipietis regnum æternum*.

Pugna Herculis cum hydra, ſimilis pugna hominis cum diabolo.

Hic pugnat Hercules cum hydra ſerpente, cuius abſciſſo vno capite, alia duo renaſcuntur: quia quandoque vim vnam diaboli repellentes, plures alias in loco eius ſentimus nobis à diabolo ſuſcitari. Contra Vrſum ait Dominus:

Luc. 12. 39.

Eſtote prudentes ſicut ſerpentes: quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum ſuam. Nam fur ille mille per Maeandros, fraudeſque flexuoſas, agitat quieta corda. Propterea

1. Ioan. 4. 1.

Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt.

2. Cor. 11. 14.

Angelus enim *ſathanæ transfigurat ſe in angelum lucis*. Vnde Ioſue

Ioſ. 5. 13.

Angelo ſibi apparenti ait: *Noſter es, an aduerſariorum?* Bonum enim principium ſæpe proponit, vt peſſimum finem imponat. Vnde nobis dicendum eſt illud Virgilij:

Aeneid. 2.

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,
Inſpectura domos, ventura que deſuper Vrbi,
Aut aliquis latet error. Equo ne credite Teucri.
Quidquid id eſt, timeo Danaos & dona ferentes.

Cacus interpretatur.

Hæc eſt pugna, qua pugnat Hercules cum Caco latrone, qui dicitur à Kacos, quod eſt, *Malum*. Ille vaccas per caudas trahebat in foueam ſuam, ne poſſent inueniri veſtigia ingredientium: quia diabolus bonum principium malo fine concludit.

Diabolus bonum principium malo fine concludit.

Sed Hercules boues audit mugientes; id eſt, ſpiritus affectus reclamantes, & liberat eos, interficiendo Cacum, id eſt, malignum; qui non ſolùm ſeculares, ſed & religioſos tentat; quoniam

Iob. 40. 18.

abſorbebit Sathan *fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quòd influat Ioodanis in os eius*. Iſte latet in fouea, quia cor diligit tenebroſum, cor vanum, cor lubricum: tenebroſum ignorantia, vanum mundi gloria, lubricum negligentia, leuitate, inconſtantia. Vnde Dominus ad Iob:

Ibid. n. 16.

In vmbra dormit; ecce tenebroſum: *in ſecreto calami*; ecce vanum: *in locis humentibus*; ecce lubricum. Sed lubricum eſt negligentia ad circumſpectionem: leuitate ad diſſolutionem: inconſtantia, per boni propoſiti mutationem. Ergo contra iſtum videte quomodo cautè ambuletis.

Olim quod Vulpes agroto cauta Leoni
Reſpondit, referam: Quia me veſtigia terrent
Omnia aduerſùm te ſpectantia, nulla retrorſum.

Bellum Triplex. §. DCXLIX.

Est & aliud bellum, quod Saluator geſſit pro nobis in cruce; vnde canit Eccleſia ſic:

Pange lingua glorioſi
Prælium certaminis,
Et ſuper Crucis trophæum
Dic triumphum nobilem.

Chriſtus bellū ſuper Crucem, contra Mundum, Carnem, & Diabolum. Prælium Dæmonis contra Chriſtum, & proximum. Prælium hominis contra vitia.

Triplex eſt prælium. Primum eſt ruinoſum, ſecundum fructuoſum, tertium glorioſum. Primum eſt diaboli, & membrorum eius, cum Deo, & proximis: ſecundum eſt iuſti cum vitijs: tertium eſt Chriſti cum diabolo, & eius membris. Primum eſt damnabile, ſecundum laudabile, tertium nobile. Primum eſt diaboli cum Michaele, & eius angelis: ſecundum Ioſue cum Amalechitis: tertium Gedeonis cum Madianitis. De primo:

Apoc. 12. 7.

Factum eſt prælium magnum in cælo. Draco pugnabat cum Michaele, & angelis eius. De ſecundo:

Pſal. 143. 1.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docuit manus meas ad prælium. Et Paulus:

1. Cor. 9. 26.

Sic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans. De tertio:

Pſal. 23. 8.

Quis eſt iſte rex gloriæ. Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio. De his tribus locuta eſt ſponſa in canticis. De primo:

Cant. 1. 5.

Filij matris meæ pugnauerunt contra me. De ſecundo:

Cant. 3. 7.

En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, de fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladium,

&

Digitized by Google

Cant. 7.4.

& ad bella doctiſſimi. De tertio: *Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ ædificata eſt cum propugnaculis.* Turris eſt Chriſtus: vnde, *Eſto nobis, Domine, turris fortitudinis à facie inimici.* In primo ergo,

Plange lingua ruinoſi
Prælium certaminis

In ſecundo,

Clange lingua fructuoſi
Prælium certaminis.

In tertio,

Pange lingua glorioſi
Prælium certaminis.

Primum eſt aduerſus Eccleſiam. In ea tres pugnant.

Triplex bellum contra Eccleſiam. *§. DCL.*

Tres inimici contra Eccleſiam pugnant

PVgnant tyranni, pugnant hæretici, pugnant ſchiſmatici. Tyranni, moleſtia: hæretici, mundana ſcientia: ſchiſmatici, cordis malitia. Tyranni quærunt temporalium vtilitatem: hæretici frangunt Fidei veritatem: Schiſmatici diſſipant fraternam vnitatem. De primo

Thren.1.1.

Ieremias: *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo!* &, *Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt.*

Thren.2.1.

De ſecundo: *Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion! Quo-*

Thren.4.1.

modo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus! De primo in Ezechiele: *Ventus turbinis venit ab aquilone.* De ſecundo, *Et nubes magna.* De tertio, *Et ignis inuoluens.* Hoc eſt prælium; vnde in Apocalypſi dicitur: Mulier erat parturiens, vt pareret: & draco perſequebatur eam, *vt deuoraret filium eius:* & ipſa fugit in deſertum, & peperit maſculum; & terra adiuuit eam.

Apoc.12.2.& ſeqq.

Quid per Draconem, & mulierem, & Filium eius intelligatur.

Draco eſt diabolus: Mulier eſt Eccleſia: Filius eius, bonum opus, quod exterminare machinatur. Terra, eſt Virgo Maria; vnde, *Benedixiſti Domine terram tuam.* Vel, terra eſt caro, quam ex ea Chriſtus aſſumpſit, per quam adiuuatur Eccleſia, ne ruat. Sed diabolus, cui eſt ruinoſum hoc prælium; vnde, *Quomodo cecidiſti*

Iſai.14.12.

de cælo Lucifer? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? &, *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis:* Igitur

Plange lingua ruinoſi
Prælium certaminis.

Secundum Bellum. Tres ſpecies Vitiorum. §. DCLI.

Vitia quibus formis ad nos veniant.

SEcundum bellum eſt iuſti cum vitijs. In hoc quædam vitia occurrunt violenter: quædam ſuccumbunt molliter: quædam ſe ingerunt fraudulenter. Prima, ſub ſpecie prædonis: ſecunda, officio cauponis: tertia, ſub forma latronis. Prima vulnerant iaculo: ſecunda inebriant poculo: tertia, innectunt retiaculo. Iaculo malitiæ, poculo immunditiæ, retiaculo fallaciæ. De primo Apoſtolus: *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.*

Epheſ.6.16.

De ſecundo: *Calix aureus Babylon: de vino eius biberunt Gentes, & inebriati ſunt.*

Ier.51.7.

De tertio: *Cadent in retiaculo eius peccatores.*

Pſal.140.10.

De primo enim dicitur: *Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum.*

Ibid.n.4.& 5

De ſecundo: *Oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.* De tertio. *Cadent in retiaculo eius peccatores.* Prima violenter pugnant, vt ira, odium, inuidia. Secunda molliter, vt guloſitas, luxuria, vana gloria. Tertia fraudulenter, vt in Fide erronea ſententia, ſingularitas ex voluntate propria, præſumptio ſpei de venia. De primis Paulus: *Hæc ſunt, quæ militant aduerſus animam. iræ, rixæ, diſceptationes, inuidiæ, æmulationes, contentiones.*

Gal. 5.20.

De ſecundis Apoſtolus idem: *Non in commeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs.*

Rom.13.13.

De tertijs: *Timeo, ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam; ita cor ſeducat vos à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

2.Cor.11.3

In omnibus fortitudo neceſſaria eſt. Contra prima, neceſſaria ſunt arma Iuſtitiæ: contra ſecunda, arma Temperantiæ: contra tertia, arma Prudentiæ. Arma Iuſtitiæ, ne Deus vel proximus offendatur: arma Temperantiæ, ne ſpiritus inquietetur: arma Prudentiæ, ne ratio decipiatur. *Arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo,* ait Apoſtolus.

2.Cor.10.4.

Hoc idem nobis proponit ſic: *Induite vos loricam iuſtitiæ.* De ſecundis: *Calceati pedes in præparatione Euangelii pacis.*

Epheſ 6 14 & 15.& 16.

Sicut enim calceamentum munit pedes contra terræ ſcrupulos; ſic Temperantia affectus humanos contra terrenas voluptates. De tertio item dicitur: *In omnibus ſumentes ſcutum fidei.*

De

Digitized by Google

De fructibus virtutum.
§. DCLII.

HOc bellum fructuoſum eſt: habet enim fructum ſuum Iuſtitia, ſuum Temperantia, ſuum Prudentia. De primo Paulus: *Fructus autem iuſtitiæ eſt charitas, pax, patientia, bonitas, benignitas.* De ſecundo: *Hæc eſt, quæ neſciuit thorum in delicto: habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum.* De tertio, ſponſa ad ſponſum: *Egrediamur in agrum, mane ſurgamus ad vineas: videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt.* Ager eſt ſuperna vnitas: vinea, quæ radicem figit in terra, ex fide ad opera procedens charitas: flos eſt ſpes, vt remittatur iniquitas. Itaque egredimur in agrum, fraternæ vnitatis, cùm conſideramus ne in ea creſcat frutex ſingularitatis: ſurgimus ad vineas, cùm à fide amputamus ſarmenta erroris: videmus ſi & flores fructus parturiunt, cùm caueamus, an talis ſit ſpes, quam ſequatur perfectio virtutis. Igitur

Gal. 5.22.
Sap. 3.13.
Cant. 7.11.

Clange lingua fructuoſi
Prælium certaminis;

Prædicatione admonendo proximum, vt pugnando lucretur fructum virtutis. Sequitur tertium prælium: hoc primò fuit oneroſum, ſecundò artificioſum, tertiò glorioſum. Oneroſum dum pugnauit: artificioſum, dum viuit: glorioſum, dum triumphauit. In primo, noſtram temperauit hæreditatem, in ſecundo, fruſtrauit Sathanæ calliditatem: in tertio, captiuam duxit captiuitatem. Oneroſum fuit, quia *languores noſtros ipſe portauit.* Artificioſum fuit, quia

Eccleſia.

Hoc opus noſtræ ſalutis
Ordo depopoſcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret.

Glorioſũ fuit, quia acclamatus fuit Deus, & homo: Deus, *Oſanna in excelſis.* Homo,

Iſrael es tu Rex, Dauidis & inclyta proles.

Cur de tribus lignis fiat mentio in die Palmarum.

Vnde in Ramis palmarum de tribus lignis fit mentio: ſcilicet, cruce, oliua, palma. In primo, fecit prælium: in oliua deſignatur victoria, cuius ſupernatat oleũ: in palma, quæ dabatur triumphatoribus, accipimus triumphum. De primo dicitur: *Qui baiulauerit ſibi crucem.* De ſecũdo: *Pueri Hebræorum portantes ramos oliuarum, obuiauerunt Domino.* De tertio: *Occurrunt turbæ cum floribus & palmis.* An non fuit oneroſum, cùm habuit crucem pro clypeo, clauos in manibus pro iaculo, pro gladio vulnus in latere, pro galea ſpinam in capite? O Patris pietas, qui Filium tradidit, vt noſtram deleret iniquitatem! O largum Filium, vt creatura redimeretur per Creatorem! O compatientem, vt glorioſus noſtram releuaret confuſionem! De primo: *Propter ſcelus proximi mei percuſſi eum.* De ſecundo: *Pœnitet me feciſſe hominem.* De tertio: *Cum ſceleratis reputatus eſt.* Hoc egebat auxilio homo, quia *Omne caput languidum, & omne cor mærens. A planta pedis vſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas.* In pedibus & manibus Morpheum faciebat operum peruerſitas: cor mærens facit illicitas cogitationes, ad ſe trahens humilitas caput languidum, tepens charitas, & latens veritas. De primo, *Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem innocentem.* De ſecundo, *Cogitationes eorum, cogitationes inutiles.* De tertio: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum.* Vt autem hæc Chriſtus reſeraret, foſſus eſt in manu, & in pede, in latere, & in capite, clauis, lancea, ſpinis. De primo: *Foderunt manus meas, & pedes meos.* De ſecundo, foderunt ſerui Abrahæ puteum. Pro tertio dixit Mulier Sunamitis: *Caput meum dolet.* De primo exiuit vnguentum, de ſecundo lauacrum, de tertio oleum nutritiuum, & ſplendidum. Primum de pedibus & manibus,

Iſai. 53.8. & 12.
Gen. 6.7.
Iſai. 53.12.
Iſai. 1.5.
Morpheus ſomni miniſter fingitur quoſcunque vultus hominum fingens Mores, & geſtus mutans.
Iſai. 59.8.
Pſal. 37.5.
Pſal. 21.17.

Quos ſacer cruor perunxit
Fuſus Agni corpore.

De latere ſanguis, & aqua,

Terra, pontus, aſtra mundus,
Quo lauantur flumine.

De capite oleum; vnde, *Oleum effuſum nomen tuum.* Primum ſanguinis vnda; ſecundum, ſanguis, & aqua: tertium, lacryma. Ecce prælium oneroſum, artificioſum, glorioſum. Quaſi eſca expoſita fuit infirmitas: quaſi ſomus latebat Diuinitas: vita moriebatur, vt ita mors moreretur. Rapuit auarus; ſed

Quam deuorarat improbus
Prædam refudat Tartarus.

Ecce artificioſum, oſtendens

Qualiter redemptor orbis
Immolatus vicerit:
Quia non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum.

Sequitur glorioſum prælium in triumpho. Ergo

Pange linguæ glorioſi.
Prælium certaminis.

O quam

Digitized by Google

O quam glorioſus erat triumphus, cùm in aſcenſione, captiuitate libera Ieſum ſequebantur agmina ad patriam! Occurrunt Angeli, reſurgentis admirantes potentiam. Ipſe Chriſtus Patris præſentans vultui victor carnem gloriosam. Itaque

Pange lingua glorioſi
Prælium certaminis,
Et ſuper crucis trophæum
Dic triumphum nobilem;

vt cum Chriſto ad æternam peruenire mereamur gloriam.

Cant. 5. 13.

Genæ illius ſicut areolæ aromatum, conſitæ à pigmentarijs: labia eius diſtillantia myrrham primam. Cap. X.

Ingenæ Chriſti, modeſtia pietas, & ſeueritas commendantur.

SICVT in labijs Domini ſignificantur verba, quæ loquebatur: ita in genis modeſta pietas, & ſeueritas vultus, quia ſcriptum eſt: *Sapientia hominis lucet in vultu eius.* Genæ igitur ſunt areolæ aromatum, quæ ſi ut decenter & ordinatè compoſitæ, ſpectantibus odoris & aſpectus gratiam præſtant; ſic Chriſtus incarnatus, dulcedine virtutum, & doctrinæ, præſentes illuſtrabat, & fama ad ſe trahebat abſentes. Pigmentarij, à quibus hæ ſunt conſitæ, ſunt Prophetæ, qui futura eius Incarnationis arcana; & Apoſtoli, qui præſentia eius facta, ſacris inſeruere paginis. *Labia illius* dicuntur *lilia*, quia claritatem regni cæleſtis promittunt: *Diſtillantia myrrham*, quia per contemptum voluptatum præſentium, ad hanc perueniendum prædicant. Sed *prima* fuit hæc myrrha in paſſione ſua; quæ alias præceſſit, quam primò prædicauit, & ſuſtinuit. Item, labia eius erant lilia, cùm in ſua perſona prædicabat Deum, qui ſignatur per aureum colorem lilij interiùs; & hominem, qui ſignatur per candorem foliorum exteriùs. In genis interior affectus hominis ſolet perpendi. Genæ igitur Dilecti dicuntur, in quibus quanti Dilectus interiùs habeatur, perpenditur.

Eccleſ. 8. 1.

Prophetæ cur pigmentarij dicantur.

Cur labia Chriſti dicãt lilia ſtillantia myrrhã.

Gemmarum decor triplex. S. DCLIII.

Gemmarum proprietates quomodo Deo, & ipsũ diligentibus conueniant.

IN tribus ſunt gemmæ notabiles: ſi ſint pallidæ, ſi rubeæ, ſi barbatæ. In pallore timorem, in rubore amorem, in barba honorem accipimus. Eſt enim Deus timendus vt Dominus: amandus vt Pater: honorandus vt Deus. Vnde ipſe ait: *Si ergo Dominus ſum; vbi eſt timor meus? Si pater; vbi eſt amor meus? Si Deus; vbi eſt honor meus?* Item in pallore virtus parſimoniæ; in rubore amantis verecundia; in barba, virile robur, & conſtantia. Parſimonia, vt caro dometur, ne laſciuiat: amantis verecundia, ne præſumat: virile robur, vt in alijs vitia corrigat, in ſe arduum iter virtutum arripiat. De primo: *Videte ne grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate.* De ſecundo dictum eſt filijs Zebedæi, de amore Chriſti præſumentibus: *Neſcitis quid petatis.* De tertio: *Intrate per anguſtam portam.* Iſtæ genæ ſunt ſicut areolæ aromatum.

Malach. 1. 6.

Luc. 21. 34.

Matt. 20. 22.

Luc. 13. 24.

Cultura triplex Areolæ. S. DCLIV.

AReola priùs aratur, ſecundò conſeritur, tertiò rigatur. Aratur vomeribus, conſeritur aromatibus, rigatur, nunc ſupernis aquis, nunc inferioribus. Vomeribus contritionis aromatibus, id eſt, naturalibus gratuitis donis, aquis gratiæ viſitantis. De primo: *Arabit Iudas, confringet & ſulcos Iacob.* De ſecundo ſequitur, *ſeminate in iuſtitia.* Item, *Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo?* De tertio: *Rigans montes de ſuperioribus ſuis.* Aratur cordis area, priùs peccata ſua recogitando: *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.* Poſt recogitationem, dolendo: *Dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Poſt dolorem, confitendo: *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* Conſeritur demum aromatibus.

Oſeæ 10. 11. & 12.

Matt. 13. 27.

Pſal 103. 13

Iſai. 38. 15.

Pſal. 18. 15.

Iſai. 5. 16.

Trip

Tria ſunt genera Aromatum.
S. DCLV.

Quinque ſenſus hominis, & ingenium, ſunt aromata, cum quibus creatum eſt genus humanum.

TRia ſunt genera aromatum. Prima, ſunt naturalia bona: ſecunda, gratuita, & actiua: tertia, gratuita dona, & ſpiritualia. Prima ſunt, cum quibus creatum eſt genus humanum; vt quinque ſenſus hominis, & ingenium. Secunda ſunt, opera virtutum, vt eſt humilitas, & eleemoſynarum largitio. Tertia ſunt, inuiſibilium gratiæ chariſmatum. Prima, merendi ſunt inſtrumenta: ſecunda, ſunt merita: tertia, ſunt merendi cauſa. In figura horum legimus, camelos Iſmahelitarum portaſſe aromata in Ægyptum. Quædam enim in Ægypto portantur, quædam emuntur, quædam gratis dantur. Quædam, ſcilicet, prima, à quibuſdam malè vtentibus naturalibus donis, in Ægyptum portantur; dum in opera tenebrarum, quod ſonat Ægyptus, expenduntur ſuper camelis, id eſt, ſuperbia. Quibus Apoſtolus: *Videte ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Secunda emuntur, vt Chriſtus ex eis vngatur; quia dum opera virtutum facimus, laborando emimus. Ex his Chriſtum vngimus, dum fidem eius accumulamus operibus; quia *fides ſine operibus mortua eſt*: Vnde ſanctæ mulieres *emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.* Tertia nobis gratis dantur, vt eis vngamur; vnde, *Vos vnctionem habetis à ſancto*; & ipſe docet vos de omnibus. De quibus, *Gratis accepiſtis, gratis date.* His præcepit Ioſeph ſeruis ſuis medicis, vt vngerent Iacob patrem ſuum defunctum; vt eorum odore corpus eius manens incorruptum, de Ægypto transferretur in terram patrum ſuorum: Aroma enim dicitur, quaſi auram replens odore manente. Ioſeph iſte, eſt Chriſtus; ſerui eius medici, ſunt Apoſtoli, quibus præcipit vt patrem ſuum vngant, id eſt, genus humanum, de quo natus eſt ſecundùm carnem; id eſt, gratia Spiritus ſancti prædicando perfundant, donec de Ægypto huius mundi ad patriam cæleſtem, incorrupti criminibus perueniant. Ecce, areolæ iſtæ ſunt aratæ, ſunt aromatibus confitæ à pigmentarijs.

Dona gratuita, ſunt aromata, quibus aliqui bene, & aliqui malè vtuntur.

2. Cor. 6. 1.

Marci 16. 1.

1. Ioan. 2. 20.

Matth. 10. 8.

Gen. 50. 2.

Quo myſterio Ioſeph præcepit ſeruis vt vngerent patrem ſuum mortuum.

Pigmentarij tres. S. DCLVI.

TRes ſunt pigmentarij, Pater, Filius, Spiritus ſanctus. Pater inſeruit prima aromata, conferendo dona naturæ à prima creatione: Filius ſecunda, oſtendens opera virtutum, exemplo, & prædicatione: Spiritus ſanctus tertia, ſeptem donorum infuſione. Iſtæ areolæ rigantur aquis de fontibus, id eſt materialibus lacrymis, quæ apertè manant, quaſi de ſuperficie terræ, pro peccatorum remiſſione. Rigantur aquis de puteis, id eſt, profundis gemitibus cordis pro incolatu huius miſeriæ. De primo: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.* De ſecundo: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt*: De tertio: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Item rigantur aquis de terris, aquis de pluuijs, aquis roris. Primæ ſunt lacrymæ pœnitentiæ: ſecundæ, deuotio orationis: tertiæ, præſumptio futurorum gaudiorum. De primis: *Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lacrymarum?* De ſecundis: *Dabo vobis pluuiam temporaneam.* De tertijs Iob; *Ros in meſſione mea morabitur.* Primæ molliunt terræ ariditatem: ſecundæ ſemen germinans producunt ad viriditatem: tertiæ perueniunt ad maturitatem. Primæ ſunt turbatiores: ſecundæ, tepidiores: tertiæ, pinguiores. Primæ turbatiores, ex peccatorum confuſione: ſecundæ tepidiores, quia amoris feruore, & deuotionis humore faciũt aromata creſcere: tertiæ, pinguiores, quia ad maturitatem perducunt, ex ſupernæ dulcedinis ſuauitate.

Quæ aromata Pater, quæ Filius, quæ Spiritus ſanctus ponit in noſtris areolis.

Quibus aquis noſtras areolas irrigare debemus.

Pſal. 6. 7.

Pſal. 119. 5.

Pſ. 41. 2.

Ier. 9. 1.

Deut. 11. 14.

Iob 29. 19.

De Lilio. S. DCLVII.

LAbia quoque ſponſi dicuntur lilia, quia lilia intra ſe habent aureum colorem, in folijs candorem, in vtroque odorem. In auro labia prædicant Diuinitatem: in candidis folijs, ſine peccato Humanitatem: in odore, miraculorum admirandam ſuauitatem. Vel, in auro, animæ ſapientia; in candore, corporis pudicitia; in odore, ab vtroque procedens elegans eloquentia. Oportet enim vt ſermo noſter à ſapientia incipiat, os mundum proferat, in ſe odorem ædificationis habeat. De primo; *Sermo veſter ſit ſale conditus*; id eſt, ſapientia. De ſecundo; *Eloquia Domini caſta, argentum igne examinatum.* De tertio: *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat; ſed ſi quis, vt det gratiam audituri.* Non ſint contumelioſa, quod eſt ſuperborum; non vana, quod eſt oſtentatorum; non impudica, quod eſt luxurioſorum; non inutilia, quod eſt ocioſorum.

Cur labia ſponſi comparentur lilijs.

Coloſſ. 4. 6.

Pſal. 11. 7.

Epheſ. 4. 29.

Tri.

Digitized by Google

Triplex Myrrha. §. *DCLVIII.*

Labia Christi quomodo distillauerunt triplicē myrrham.

TAlia labia diſtillant myrrham primã, id eſt, amaritudinem Chriſti, in ingreſſu huius miſeriæ: diſtillant ſecundam, in aſperitate, in conuerſatione; diſtillant & tertiam, in dolore, in paſſione. Prima commendatur ab amaritudine, quia in ingreſſu huius vitæ Chriſtus noſtram expertus eſt amaritudinem. Secunda, ab odore, propter ſanctam conuerſationem. Tertia, ab incorruptionis conſeruatione, quam habebit caro noſtra per præſentem paſſionem.

Aliter Myrrha dicitur triplex. §. *DCLIX.*

ITem legimus myrrham primam, vt hic: myrrham confectam aceto, & felle: myrrham electam in vntione. Primam obtulerunt Magi paruulo: ſecundam Iudæi in patibulo: tertia vnxit Chriſtum defunctum in ſepulchro Ioſeph nobilis Decurio. De hac dicit Sapientia: *Ego quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatem odoris.* Primam ſuſcepit cum auro, & thure: ſecundam, cùm guſtaſſet, noluit bibere: tertia vnctus inuolutus eſt in ſindone. Prima, cum auro Diuinitatis, & thure orationis; id eſt, noſtræ propitiationis, quia *factus eſt repropitiatio pro peccatis noſtri*, in amaritudine animæ, noſtræ infirmitatis. Secundam, cum guſtaſſet, noluit bibere, quia erat amaritudo inuidiæ & rancoris. Cum tertia inuolutus eſt in ſindone munda; id eſt, ſuſceptus in pura conſcientia, de paſſione eius pio affectu dolentis. Vel quantum ad nos, labia Dilecti diſtillant myrrham primam, in amaritudine confeſſionis: ſecunda myrrha, eſt labor ſatisfactionis: tertia, memoria Dominicæ paſſionis. De prima, vt hic. De ſecunda: *Manus meæ diſtillauerunt myrrham.* De tertia, *Faſciculus myrrha Dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Vel ſic, vt hoc nomen, *primam*, non diuidat contra aliam myrrham, ſed contra ſpecies alias; vt ſic dicatur: Labia Dilecti diſtillant myrrham primam; diſtillant ſcientiam mandatorum Dei: ſecundam diſtillant, gratiam ſuæ largitatis: tertiam, in ſpe promiſſorum. Labia enim Dilecti primò agunt de facienda pœnitentia: ſecundo, erudiunt, vt ſciantur Dei mandata: tertio, promittunt gratiam ſpiritualium bonorum in via, & æternorum in patria. De primo, vt hic. De ſecundo: *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.* De tertio, in pſalmo dicitur: *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.*

Tribus vicibus Chriſtus myrrham recepit.
Eccli. 24. 20.
1. Ioan. 2. 2.
Labia Chriſti triplicem nobis myrrhā diſtillant.
Cant. 1. 12.
Malach. 2. 7.
Pſal. 44. 3.

Cant. 5. 14.

Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Cap. XI.

Poſt verba ſequi debent opera.
Quare tactu manus Chriſtus leproſum curauerit.
Pſ. 134. 6.
Pſal 14. 5.

MERITO poſt labia, manus laudat Eccleſia, vt verba ſequantur opera: quæ enim verbis docuit, virtutibus demonſtrauit. Hinc eſt, quod poſt prædicationem in monte, deſcendens in vallem, ſolo tactu manus leproſum mundauit. Bene quoque manus eius tornatiles dicuntur, propter facilitatem operandi: *Omnia enim quæcunque voluit, Dominus fecit.* Omnia enim alia opera egent ſolerti regulæ applicatione, & tali: ſed *Ipſe dixit, & facta ſunt.* Per aurum Diuinitas exprimitur: ideo manus illius *aureæ* dicuntur, vt virtutes, quas fecit, diuinitus factæ intelligantur. Quæ dicuntur plenæ hyacinthis, qui ſunt aerei coloris, vt vaſa electionis, quæ præparauit ad gloriam. Huiuſmodi gemmis adornet, id eſt, corda, ſupernæ gloriæ deſiderio, & expectatione, & ſpe lætificet. Manus Dilecti ſunt *tornatiles*, vt careant ſcrupulo: ſunt *aureæ*, vt ſint ſine gubernaculo: ſunt *plenæ hyacinthis*, vt fiant cæleſti deſiderio. Scrupulo ambitionis & auaritiæ; gubernaculo ſapientiæ; cæleſti deſiderio, æternæ vitæ expectatione.

Manus ſponſi cur dicantur aureæ, tornatiles, & plenæ hyacinthis.

Tria in nobis opera Domini. §. *DCLX.*

TRia ſunt opera, quæ operatur Dilectus in nobis: opera pœnitentiæ,

opera miſericordiæ, opera pietatis. Vn-
Iob.33.29. de in Iob: *Tribus vicibus operatur Deus*
per ſingulos, vt eruat à corruptione ani-
mas eorum, & illuminet eas luce viuen-
tium. Oportet ergo vt opera pœniten-
Opera noſtra tiæ ſint ſine ſcrupulo murmurationis: ope-
debent eſſe ra miſericordiæ, ſine ſcrupulo vanæ glo-
ſine ſcrupulo. riæ, & temporalis retributionis: opera
pietatis, ſine ſcrupulo præſumptionis.
De primo: *Abſtinete vos à murmuratio-*
1.Cor.10.10. *ne, quæ nihil prodeſt. Nec murmurave-*
ritis, ſicut quidam eorum murmurauerūt,
& perierunt ab exterminatore. Quid mur-
Thren. 3.39. *murauit homo viuens, vir pro peccatis*
1.Theſſ. 2.3. *ſuis?* De ſecundo Paulus: *Non quæro à*
vobis gloriam, neque ab hominibus; Deus
ſcit: nec fui aliquando vobis in occaſionem
auaritiæ; Deus teſtis eſt. De tertio, Ma-
ter Filiorum Zebedæi: *Domine, dic vt hi*
Matth.20.21 *duo filij mei ſedeant in regno tuo, vnus*
ad dexteram, & alter ad ſiniſtram. In pri-
mis, peccatum plangitur: in ſecundis,
proximus conſolatur: in tertijs, Deus
Ioel. 2. 12. honoratur. De primo: *Conuertimini ad*
me in toto corde veſtro, in ieiunio, &
Iob 29.13. *fletu & planctu*. De ſecundo Iob: *Bene-*
dictio perituri ſuper me veniebat, & cor
Prou.3.9. *viduæ conſortatum eſt*. De tertio: *Ho-*
nora Dominum de tua ſubſtantia, & de
primitijs frugum tuarum. Primis Deus
redditur placatus: ſecundis gratus: ter-
Nahum 1.12 tijs domeſticus. De primis: *Afflixi te;*
non affligam te vlterius. De ſecundis:
Matth.25.40 *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi*
Ioan. 14.23. *feciſtis.* De tertijs: *Ad eum veniemus, &*
manſionem apud eum faciemus. Dicun-
tur manus *aureæ*, proptee ſapientiam,
Prou. 21.20. qua opera gubernantur. Vnde, *Theſau-*
rus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis.
Hęc dicuntur aurata, vt fiant conſilio
exterius ſæcularis prudentiæ; ſed aurea,
vt gubernentur conſilio cæleſtis ſapien-
tiæ.

Quid in noſtris operibus debeamus habere. §. DCLXI.

Monſtruoſum OPortet ergo vt habeant initium in-
omne opus no- tentionis bonæ, medium proſecu-
ſtrum, quoties tionis congruæ, finem perſeuerantiæ. De
principium primo: *Medium medio ne diſcrepet vnum:*
medium, & alioquin fiet illud monſtrum Horatij; vn
finis, in eo nō de ait.
iunguntur

Humano capiti ceruicem pictor equi-
nam
Iungere ſi velit, & varias inducere
plumas,
Vndique collatis membris, vt turpi-
ter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſu-
perne;
Spectatum admiſſi riſum teneatis
amici?

Itaque ne monſtruoſa fiant opera, gu-
bernentur conſilio ſapientiæ. *Omnia,*
air ſapiens, *fac cum conſilio; & poſt fa-* Eccli. 32.24.
ctum non pœnitebis: ſicut illa fortis mu-
lier, quæ *operata eſt conſilio manuum*
ſuarum. Oportet ergo vt in principio
rectè offeras, in medio rectè diuidas, in
fine cum hilaritate perficias. Rectè offe-
ras; id eſt, bona intentione: rectè diui-
das, cum diſcretione: cum hilaritate
perficias, id eſt, deuotè. Hinc Paulus:
Hilarem datorem diligit Deus. Hac re- 2.Cor.9.7.
gula operandum eſt. Hæc eſt aurea illa *Figura.*
virga, quam tulit Achan filius Charmi *Ioſ.7.1.*
de anathemate Iericho, ſed abſcondit. *Ier. interpr.*
Iericho *ſæculum* intelligitur, vnde hæc
regula tollitur; quia ſæpè in ſæcularibus *Sæpe in ſæcu-*
ſtudijs addiſcimus, vnde ſapienter diui- *laribus ſtudijs*
na opera gubernemus. Sed hi furantur, *addiſcimus,*
& abſcondunt, qui ſecundum collatam *quomodo diui-*
ſibi à Deo ſcientiam operari refugiunt. *na opera gu-*
Hoc enim auro poſſumus ſpoliare Aegy- *bernare debe-*
ptios, & ditare Hebræos. *mus.*

Quid operari debeamus. §. DCLXII.

HAc ſapientia oportet vt operemur
vnde noſtram ſuſtineamus infirmi-
tatem: ſecundo, ad proximi vtilitatem:
tertio, vt inimicus reconcilietur: quar-
to, vt amor Dei habeatur, & conſerue- *Figura.*
tur. Iſti ſunt quatuor aurei annuli in
quatuor angulis Arcæ, quibus ipſa por- Exod.37.3.
tatur, Arca iſta, eſt anima noſtra, quæ
his annulis, id eſt, operibus, ad cęlum *Quid Arca,*
ſubleuatur. Ecce vidimus manus torna- *& quid annu-*
tiles, id eſt, ſine ſcrupulo ambitionis, & *li aurei in*
auaritiæ. Vidimus aureas, ne ſint ſine *quatuor angu-*
gubernaculo ſapientię. Vidimus plenas *lis ipſius Ar-*
hyacinthis, in quibus refulgeat amor cę- *cæ portendāt.*
leſtis patriæ. Sed horum hyacinthorum
quidam habent paucitatem, quidam
multitudinem, quidam plenitudinem.
Paucitatem, qui rarò ſunt in hoc deſide-
rio: multitudinem, qui frequenter: ple-
nitudinem, qui iugiter. Primum habuit
Balaam, cùm dixit: *Moriatur anima* Num. 23.10.
mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima
mea horum ſimilia. Secundum habuit
qui dixit: *Anima mea deſiderauit te in* Iſai.26.9.
nocte: ſed & ſpiritus meus in præcordijs
meis. Tertium, qui dixit: *Domine, ante*
te omne deſiderium meum. Huic manus Pſ.37.10.
plenæ erant hyacinthis.

De

De Hyacintho. ſ. DCLXIII.

HYacinthus ad ornandum, quandoque ſupponitur colori aureo, quãdoque candido, quandoque liuido, quãdoque rubeo. Aureo in ſapienter operantibus, vt hic. Candido, in prædicatoribus, & oratoribus; vnde Pontifex ſuper lineam ſtrictam hyacinthina veſtiebatur tunica. Liuido, & rubeo, in patribus, & matribus; vnde in tabernaculo ſuper ſaga cilicina, & ſuper pelles arietum rubricatas, pelles hyacinthinæ ponebantur. Aliquando cum byſſo retorta, & purpura, & cocco bis tincto, id eſt, in contemplatiuis, qui debent habere in ſe byſſum retortam, id eſt, caſtitatem, & innocentiam; & purpuram, quæ eſt regia dignitas; quia affectus ſuos bene regunt; vel quia Regem in decore ſuo videre delectantur: & coccum bis tinctum, id eſt, dilectionem Dei, & proximi. Hinc eſt, quòd ante Arcam pendebat velum de byſſo retorta, purpura, hyacintho, & cocco bis tincto. Manus dilecti ſunt opera Christi: *tornatiles*, quia immunes à peccatis: *aureæ*, quia fiunt ex vi Diuinitatis: *hyacinthinæ*, quia cum multa fecerat opera noſtræ infirmitatis, erant diſtincta diuinis miraculis. Vel, hyacinthorum plenitudo, fuit in eo plenitudo gratiæ, quam habuit ſine menſura.

Exod. 39 per tot. *Exod. 26. 14.*

Contemplatiuis quæ neceſſaria ſint ut affectus ſuos bene regant.

Exod. 26. 31.

Tria membra Christi aurea. ſ. DCLXIV.

LEgimus, Christum dorſum habuiſſe aureum, manus aureas, caput aureum. De primo, *Poſteriora dorſi eius in pallore auri*. De ſecundo hic. De tertio, *Caput eius aurum optimum*. Hoc aurum eſt Diuinitas: dorſum Christi, Humanitas: poſteriora dorſi, noſtra mortalitas. Manus opera, hyacinthi miracula. In primo ergo fuit pallium, in ſecundo ornamentum; in tertio optimum & ſplendidum. Primum, ex noſtræ mortis paſſione: ſecundum, miraculorum exhibitione: tertium, in ſuæ naturæ puritate. In primo enim nos redemit, in humilitate: in ſecundo nos confirmauit in fide: in tertio nos beatificauit ſua claritate. Audi pallium: *Exinaniuit ſemet ipſum, formam ſerui accipiens*. Audi hyacinthis ornatum. *Opera*, inquit, *quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me*. Audi ex ſui natura optimum, & ſplendidum. *Ciuitas*, inquit, *illa non indiget ſole, neque luna, vt luceat in ea, quia claritas Dei illuminat eam, & Agnus eſt lucerna eius*.

Pſ. 67. 14. *Cant. 5. 11.* *Philipp. 2. 7.* *Ioan. 5. 36* *Apoc. 21. 23.*

Moralitas. ſ. DCLXV.

IN nobis quoque eſt aurum, ſed pallidum; in tentationibus noſtris; ornatum hyacinthis, in operibus virtutis: ſplendidum in ſui natura, id eſt, in ſplendore ſuæ maieſtatis, in qua videndus eſt nobis. In primo enim compatitur noſtræ infirmitati: in ſecundo congratulatur noſtræ vtilitati: in tertio nos perpetuo clarificatos deuotos faciet ſuæ Maieſtati. Audi compatientem: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos: & noluiſti*. Audi congratulantem: *Videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die ſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis eius*. Audi deuotos Maieſtati: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & plena erat omnis terra maieſtate eius*.

Matt. 23. 37 *Cant. 3. 11.* *Iſai. 6. 1*

Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris. Cap. XII.

Cant. 5. 14.

VEnter Dilecti, fragilitatem Humanitatis eius, qua nobis ſe præbuit conformem, inſinuat. Ebur decorem caſtitatis, quæ à corruptione peccati immunis in carne permanſit, indicat. Sapphiri ſublimitatem cæleſtium, quibus in carne fulgebat, exprimunt.

Venter Christi cur dicatur Eburneus, diſtinctus ſapphiris.

Triplex venter. ſ. DCLXVI.

LEgimus ventrem prophetæ, ventrem ſponſæ, ventrem ſponſi, id eſt, Dilecti. De primo: *Venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris*. De ſecundo: *Venter tuus ſicut acervus tritici, vallatus liliis*. De tertio hic. Primus eſt ſpiritua-

Iſai. 16. 11. *Cant. 7. 2.*

Tres ventres in ſacra Scriptura, quæ myſteria Chriſti nobis inſinuant.

lia, ſecundus maritalis, tertius ſingularis. Primus enim eſt ſenſus cordis; ſecundus, Vterus Virginis; tertius in Chriſto, infirmitas noſtræ Humanitatis. Primo eſt Chriſtus annunciatus, ſecundo incarnatus, tertio multa operatus. De primo, *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.* De ſecundo: *Mulier circundabit virum.* De tertio: *Multa bona opera operatus ſum vobis; propter quod vultis me occidere?* Primus comparatur citharæ, propter ſonoritatem: ſecundus acervo tritici, propter fertilitatem: tertius ebori, propter frigiditatem, fortitudinem, & candorem. Primus, de peccato proximi condolendo, parturit, quomodo eum eripiat, deliberando, parit, libera voce eum increpando. vnde, *Venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit.* Per Moab, qui de inceſtu natus eſt, quemlibet immundum peccatorem: per murum crudi lateris, quemlibet ad peccandum lubricum: per murum cocti lateris, quemlibet obſtinatum; ad quos ſonat venter Prophetæ, quaſi cithara, ab inferiori ſcilicet peccata increpando. Vnde, *Verſa eſt in luctum cithara mea.*

Iſai. 7. 14.
Ier. 31. 22.
Ioan. 10, 32.
Iſai. 16. 11.

De Cithara. §. *DCLXVII.*

CIthara prime vertitur in luctum, vertitur in lutum, vertitur in ludũ. In luctum doloris, in lutum fœtoris, in ludum amoris. In luctum doloris per confeſſionem, in lutũ fœtoris per illicitum ſermonem, in ludum amoris per iucundã laudis exultationem. De prima Iob: *Verſa eſt in luctum cithara mea.* De ſecunda idem: *Tenent tympanum, & cytharam, & in puncto ad inferna deſcendũt.* De tertia David: *Laudate eum in pſalterio, & cithara.* In prima, Nabuchodonoſor ad ſtatuã aureã adorandam inuitat. In ſecũda, Dauid dæmonẽ à Saule fugat. In tertia, idem coram Arca Domini ſaltat. De prima: *Cùm audieritis ſonitum citharæ, & pſalterij, & omnis generis muſicorum, cadentes adorate ſtatuam, quam erexit Nabuchodonoſor rex.* De ſecunda ait Saul: *Quærite mihi aliquem bene pſallentem cithara. Et adductus eſt ad eum Dauid:* De tertio: Cùm adduceretur Arca de domo Obededom Ieruſalem, Dauid cum cantoribus cithara canebat.

Iob 30. 31.
Idem 21. 12.
Pſal. 150. 3.
Cithara noſtra quomodo aliquãdo vertatur in luctum, aliquãdo in luctum, & aliquando in ludum.
Dan. 3. 5.
1. Reg. 16. 17
2. Reg. 6. 14.

Senſus hominis venter viſcera verò interiora cordis.
Pſal. 102. 1.

Venter iſte eſt ſenſus hominis, viſcera verò interiora cordis. vnde: *Benedic anima mea Domino. & omnia interiora mea nomini ſancto eius.* Iſte etiam venter concepit, incarnationem Saluatoris prævidendo: parturiuit, vtilitatem illius incarnationis apud ſe tractando: peperit, annunciando. Secundus venter ſponſæ, ſcilicet Virginis, cõcepit Spiritu ſancto ei obũbrante. Non parturiuit, quia conceptus ille fuit ſine viri ſemine; & ideo ſine dolore peperit in Chriſti natiuitate. Inde comparatur aceruo tritici, quia granum frumenti cecidit in terrã eius, quod mortuum multum fructum attulit.

De Humanitate Chriſti. §. *DCLXVIII.*

Humanitas Saluatoris quomodo nos concepit, parturiuit, & peperit.

TErtius venter, id eſt, Humanitas Saluatoris concepit, noſtræ miſeriæ condolendo: parturiuit, per paſſionem ſuam nos redimendo: peperit, per reſurrectionem ſuam mortalitatem noſtram ad immortalitatem pertrahendo. De primo: *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.* De ſecundo: *In ſanguine teſtamenti tui redemiſti vinctos de lacu.* De tertio: *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur; mors illi ultra non dominabitur.* Hic comparatur ebori, propter fortitudinem, quam habuit in omni tribulationis anguſtia; propter frigiditatem, quia non incendit eum carnis petulantia; propter candorem, quia in eo fuit omnimoda innocentia. De primo: *Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.* De ſecundo: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*; carnis ſcilicet, tam putredinis, quàm luxuriæ. De tertio: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius.*

Thren. 1. 12.
Zach. 9. 11.
Rom. 6. 9.
Proprietates eboris Chriſto conueniũt.
Pſal. 23. 8.
Pſal. 15. 10.
1. Pet. 2. 22.

De chordis grauibus, acutis, & ſuperacutis. §. *DCLXIX.*

Cithara ventris noſtri quibus chordis egeat.

PRimus venter variatur chordis, ſecundus vallatur lilijs, tertius diſtinguitur ſapphiris. Primus variatur chordis virtutum; tamen, vt concorſ ſit illa varietas, vt conſonent graues acutis, acutæ ſuperacutis. Graues ſunt Fortitudo, & Temperantia: fortitudo contra tribulationis preſſuram, temperantia contra motus cordis illicitos, & carnis petulantiam. Acutæ ſunt Prudentia, & Iuſtitia: prudentia contra inſidias dæmonum, iuſtitia erga proximum. Superacutæ, Fides, Spes, Charitas. Primæ graues ſunt, quia demiſſiùs ſonant: de his tractat homo apud ſeipſum. Secundæ acutæ ſunt, quia exaltantur vſque ad proximum,

mum, vel diabolum, Tertiæ ſunt ſuperacutæ, quia eleuantur vſque ad Deum. Harum ſi vna defuerit, iocundum aliæ non reddunt ſonum, quia vbi deeſt vna, & aliæ deſunt. Vnde Iacobus Apoſtolus: *Qui offendit in vno, eſt omnium reus.* Concordent ergo in propheta, vel prædicatore, vt dicat cum Paulo: *Ne fortè cùm alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar.*

Iac. 2. 10.
1. Cor. 9. 27.

De ſancta Maria. S. DCLXX.

Virgo tria, quæ in lilio ſunt, retinuit

SEcundus venter, ſcilicet Mariæ Virginis, eſt vallatus lilijs, quia habuit in corde charitatem, id eſt intra lilium aureum colorem: habuit virginitatem, ſcilicet in lilio candorem: habuit apud homines, angelos, & Deum, humilitatem, id eſt, lilij odorem. Vel, pulchra habuit lilia: vnum ante partum, vnum in partu, vnum poſt partum: quia Virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum.

Sapphiri tres. S. DCLXXI.

Tres ſapphiri deſignarunt Chriſti Humanitatem. Figura.

TErtius venter fuit diſtinctus ſapphiris. Sapphirus, cæli habet colorem. Tres ſunt ſapphiri iſti, qui deduxerunt Chriſti Humanitatem. Primus, in cæleſti conuerſatione, ſecundus in contemplatione, tertius in miraculorum oſtenſione. In figura horum vidit Ezechiel virum, *ſub pedibus eius opus quaſi ſapphiri lapidis.* Qui enim poteſt dicere, *Noſtra conuerſatio in cælis eſt*, pedes Chriſti ſuſtinet ambulantis in eo. De ſecundo Ieremias: *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores*: qui non ſolùm Deum, ſed Angelos contemplantur, ſed ipſum Deum. De tertio hic dicitur: *Venter eius diſtinctus ſapphiris*: id eſt, Humanitas eius multis decorata miraculis. Ad primum inſtruebat diſcipulos, quando eis in monte prædicauit: ad ſecundum, quando ſe coram diſcipulis ſuis in monte Thabor transfigurauit: ad tertium, quando coram eis cæcos illuminauit, leproſos mundauit.

Thren. 4. 7.

Hunc triplicem ventrem debemus habere moralem. Primum, in peccatorum recordatione: ſecundum in virtutum fructificatione: tertium in deuotionum hilaritate. Primus itaque concipit in peccatorum recordatione, parturit in contritione, parit in confeſſione. Vnde propheta: *Domine, à timore tuo concepimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis*. Secundus concipit verba doctorum in ſe conferendo: parturit, quomodo faciat, deliberando: parit, effectui mancipando. Sic conceperat illa mulier de Apocalypſi, quæ ibat in deſertum parturiens, vt pareret; & draco perſequebatur eam: tales enim draco perſequitur, qui fructificare moliuntur. Tertius ille venter, deuotionis concipit in deſiderio, parturit in ſuſpirio, parit in gaudio. Hi in omnibus his gloriantur, quia gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu; quamuis in contrariam partem accipiat propheta de malis operantibus. Primus variatur chordis, habet enim graues apud ſe ingemituum dolores: acutas apud ſacerdotem, in confeſſione; ſuperacutas apud Deum, in oratione. Secundus eſt vallatus lilijs: habet enim intra ſe aureum colorem, id eſt, Dei & proximi dilectionem: in folijs candorem, id eſt, corporis caſtitatem: circa ſe bonum odorem, id eſt, ad proximos bonam opinionem. Tertius eſt diſtinctus ſapphiris, quia in operibus ſuis cæleſtem oſtendit conuerſationem, dum orat, ſuſpirat, dum voce Deum laudat, dum in tribulatione gloriatur.

Moralitas.
Iſai. 26. 18
Quomodo peccator concipiat, parturiat, & pariat.
Apoc. 12. 4.
Pœnitens comparatur lilio, quia habet in ſe omnes eius proprietates.

Crura illius columbæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Cap. XIII.

Cant. 5. 15.

CRVRA Domini, itinera eius incarnationis, quibus ad nos ſaluandos venire dignatus eſt, inſinuant. Quæ bene dicuntur *columnæ marmoreæ*, quia fortia ſunt, & erecta. Quid enim marmore fortius, quid columna rectius? Hanc fortitudinem videbat Dauid, cùm diceret: *Exultauit vt gigas ad currendam viam*. De rectitudine dixit: *Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis*. Vnde in cruce crura illius non fregerunt, & veſtimenta non ſciderunt.

Pſal. 18. 6.
Pſal. 144. 17.

Quarto erat ce tantu non fuerint facta ſaluatoris?

ſunt. *Baſes aureæ*, in quibus fundata ſunt conſilia diuinæ prouiſionis, quibus omnia ab æterno prouiſa ſunt, etiam Incarnatio Saluatoris; quia omnia veſtigia Saluatoris, quibus ad terras de cælo venire, in terris conuerſari, ad inferos deſcendere, de ſepulchro reſurgere, ad cælos redire voluit, firma ſunt vt marmora, recta, vt columna, ad regulam diuinæ lineata iuſtitiæ, fundata ſuper baſes aureas diuinæ prouidentiæ.

Prælatorum Virtus triplex.
§. DCLXXII.

Prælati quales eſſe debeant.

CRura fortitudine ſua totam corporis machinam ſuſtinent; vnde columnis marmoreis comparantur. Hi ſunt Prælati, qui pondus ſuſtinent Eccleſiæ, qui ſicut columnæ marmoreæ debent eſſe recti, fortes, plani. Recti iudicio, firmi in prælio, lenes abſque ſcrupulo. In iudicio ſubditorum, in prælio tyrannorum, abſque ſcrupulo peccatorum. De primo, *Rectè iudicate filij hominum.* De ſecundo: *Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente.* &, *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* De tertio: *Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, hoſpitalem, non percuſſorem, non vinolentum &c.* Item: *Sacerdos, qui habet maculam, non miniſtrabit in tabernaculo Domini.*

Matth. 10. 28
1. Tim. 3. 2.
Leuit. 21. 20.

Tria genera columnarum.
§. DCLXXIII.

SCimus tria genera eſſe columnarum. Quædam enim ſunt ligneæ, quædam metallinæ, quædam marmoreæ. Ligneæ, vt in Arca Noe: metallinæ, vt in Moyſi Tabernaculo: marmoreæ, in Salomonis Templo, & in hoc loco. Primæ duobus ſubiacent periculis, ſecundę vni, tertię nulli. Ligneæ namq; aqua putreſcunt, & igne comburuntur: æneæ verò non aqua, ſed igne diſſoluuntur: marmoreæ nec igne, nec aqua corrumpuntur. Ignis, & Aqua, duæ ſunt tentationes mundi. Per aquam proſperitas, per ignem aduerſitas intelligitur. Igitur proſperitas putreſcere facit voluptate; aduerſitas diſſoluit tribulatione. Prima igitur carnales, ſecunda frangit puſillanimes. Igitur columnæ ligneæ ſunt carnales Prælati, & puſillanimes: marmoreæ verò, nec carnales, nec puſillanimes. Igitur primi, ſcilicet lignei, ſæpe igne & aqua pereunt. Hi enim ſunt puer ille euangelicus, qui ſæpe à dæmone mittebatur in aquam, & crebro in ignem; ſæpe etiam allidebatur in terram; quia tales ad terrenas voluptates ſtatuit inclinare: *Et diſpumare eum faciebat.* Spuma fit ex ſuperfluitate humorum; id eſt, ex ſuperfluis cogitationibus in otioſa verba riſus diſſolutos, opera laſciua facit effluere. Et hoc genus *non eijcitur niſi in oratione, & ieiunio.* In ieiunio, contra proſperitatis voluptatem: in oratione, contra tribulationis aduerſitatem. Secundi Prælati æneis columnis comparati, aquis voluptatis non putreſcunt, ſed igne aduerſitatis diſſoluuntur. In figura horum, Nadab, & Abiu ex aquis maris rubri euaſerunt, ſed igne perierunt: & Petrus ſaluatus eſt, ambulans ſuper aquas; ad ignem verò, negauit. Tertii verò Prælati, qui in marmoreis columnis intelliguntur, nec aquis voluptatis reſoluuntur, nec igne tribulationis diſſoluuntur. Hi clamare poſſunt: *Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſtis nos in refrigerium.* His dicit Dominus per prophetam: *Cum ambulaueris per aquam, flumina non operient te: & cùm tranſieris per ignem, non vreris: & flamma non ardebit in te.* Tales columnæ ſuper baſim auream fundantur, id eſt, charitatem. Iſti enim, iuxta Apoſtolum, ſunt in charitate radicati, & firmi.

Quid per aquam, & ignem intelligatur.
Prælati puſillanimes & carnales ſunt columnæ ligneæ & metallinæ.
Matt. 17. 15
Marc. 9. 17.
Luc. 9. 39.
Quale genus dæmoniorum ſit, quod non eijcitur niſi in oratione, & ieiunio. Marci 9. 29.
Nota.
Prælati debēt eſſe ſicut columnæ marmoreæ.
Pſal. 65. 12.
Iſai. 43. 2.

De baſe Charitatis. §. DCLXXIV.

SVper talem baſim fundati, debent, euellendo ſpinas proprij cordis, & alieni, excolere terram, contra tyrannos habere audaciam, in vtroque diſcretionis temperantiam. Inde eſt, quòd in Templo Salomonis erant baſes, in quibus erant ſculpta, Leones, & Boues, & Cherubin, quod dicitur *Plenitudo ſcientia.* Sine hac baſi prædicatio eſt ſine vtilitate, firmitas fidei imbecillitate, eleemoſyna ſine fructificatione, corporea tribulatio ſine retributione. Vnde Apoſtolus: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum; charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam; charitatem autem non habeam: nihil ſum. Et ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum; & ſi tradidero corpus meum, vt ardeat; charitatem autem non habeam: nihil mihi prodeſt.*

Figura.
3. Reg. 7. 29.
1. Cor. 13. 1.

De

De columnis Virtutum.
§. DCLXXV.

SVnt & columnæ animæ, ſcilicet, Virtutes. Hæ columnæ ſecantur, ſculpuntur, poliuntur. Secantur, quando ferramento diſcretionis virtutes à vitiis ſeparantur. Sculpuntur, quando bona, quæ mens cogitat, manus operatur. Sic Salomon in templo celaturas fecit prominentes: prominent enim celaturæ, dum mentis cogitationes exterius apparent in exemplo, & operatione. Poliuntur, quando tribulatione feriuntur. In hac politione accipiunt lenitatem, & æqualitatem. Lenitatem accipiunt, dum non exaſperantur per iram: æqualitatem recipiunt, eradicando ſuperbiam, quæ nullum ſibi putat æqualem. De æqualitate Paulum Apoſto-

Philipph. 4. 12. lum audi; *Scio humiliari, & abundare (vbique & in omnibus institutus ſum) ſatiari, & eſurire, & penuriam pati.*

Rom. 12. 18. & 19. Item lenitatem oſtendit, dicens: *Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Item: *Non vos metipſos defendentes, chariſſimi; ſed date locum iræ.* His columnis ſupponitur baſis Patientiæ, quæ ſpiritualis ædificii ſuſtinet onus.

Tres Baſium ſpecies. §. *DCLXXVI.*

IN Scriptura inuenimus, tres Baſium ſpecies: ſcilicet, æneam, argenteam, aeream. Aenea fortitudinem; argentea cum fortitudine claritatem; aerea cum fortitudine & claritate, fulgorem tenet.

Super tres baſes omnes operationes noſtras fundare debemus Fortitudo in opere, claritas in ſermone, fulgor in mente. Qui in his tribus patientiam ſeruat, quaſi baſis aurea, virtutum ſtructuram firmiter portat. His enim tribus vſus eſt Moyſes, in conſtructione Tabernaculi. Tabulæ, quæ diſpoſitæ ſunt per circuitum, deſignant ſpiritualiter ordinationem virtutum. Exod 16. 17.

Sine, binæ incaſtraturæ, quæ erant in ſingulis tabulis, ſunt perſeuerantia patientiæ. & longanimitas in proſperis, & in aduerſis.

Aliæ tres Baſium ſpecies.
§. *DCLXXVII.*

SVnt & aliæ tres Baſium ſpecies, quæ modò in noſtris reperiuntur ædificiis: ſcilicet, lignea, lapidea, & picta. Sed hæ fragiliores ſunt præcedentibus. Igne enim ligneę comburuntur: lapideę gelu franguntur; picta verò nihil portat, ſed ab alio ſuſtentatur. Hæc in corde noſtro facilè diſcerni poſſunt. Dum enim facibus iracundiæ, ſeu luxuriæ flammis, ſuccendimus in nobis baſem patientiæ, vel abſtinentiæ, fortitudo deſtruitur, ſcilicet, lignea. Dum verò charitas in nobis frigeſcit, & mens ad diuerſa deſideria partitur; lapidea baſis frigore tentationis in partes diuiditur. Baſis picta, eſt patientia ficta. Hæc tenet ſimilitudinem, non veritatem; colorem, non fortitudinem. In cæleſti verò beatitudine ſunt quatuor ordines columnarum, diſtincti quatuor coloribus. Eſt enim primus ordo, croceus: ſecundus, rubeus: tertius, niueus: quartus, cæruleus. Primus enim eſt ſimilis croco, ſecundus roſæ, tertius lilio, quartus violæ. Hæ quatuor varietates colorum deſignant quatuor ordines Beatorum. Primi ſunt Angeli; ſecundi, Martyres: tertii, Virgines: quarti, Confeſſores. Hæ columnæ fundatæ ſunt ſuper vnam baſim auream, quæ eſt charitas perpetua. *Charitas enim nunquam excidit.*

Charitas eſt baſis omnium virtutum.

1. Cor. 13. 8.

Cant. 5. 15.

Species eius, vt Libani, electus vt Cedri.
Cap. XIV.

Chriſti comparatio cum Libano.

NE per ſingula laboret, deſcribendo totum, in breui comprehendit, quomodo mons Libani famoſus eſt altitudine, & amplitudine. Ita Chriſtus omnibus, qui de terra orti ſunt, iure gratiæ ſublimioris præfertur. Mons ille ferax arborum: hic exaltator ſanctorum, & radicator, ne vento tentationis moueantur. Et vt cedrorum multitudini, pulchritudini, altitudini, fortitudini, & odori, omne ſilnarum decus cedit; ſic Dilectus *ſpecioſus*

for.

Digitized by Google

Pſal. 44. 3. *forma præ filijs hominum, &c.* *Electus* ergo eſt Dilectus, vt Cedri, quia nemus Eccleſiæ, in qua natus eſt, ſingulari dignitate tranſcendit. *Species eius, vt Libani*, qui inter ligna eximia profert & cedrum; quia inter electos ſuos, ſeipſum qualem voluit, quaſi lignum Vitę in medio paradiſi, creauit.

Chriſtus velut lignum vitæ in medio paradiſi.

De quatuor Montibus. §. *DCLXXVIII.*

QVatuor legimus montes, in quibus variata eſt ſpecies. In primo eſt ſpecies Angeli, euacuata propter ſuperbiam illicitæ aſpirationis. In ſecundo, eſt ſpecies Chriſti comparata propter multimodam gratiam fœcunditatis, & amœnitatis. In tertio, obſcurata per anguſtiam paſſionis. De quarto eſt eleuata ad gloriam paternæ ſeſſionis, per gloriam reſurrectionis. Primus eſt in lateribus Aquilonis. Inde: *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, &c.* Secundus, mons Libani. Inde: *Species eius, vt Libani*. Tertius, Caluariæ. Inde: *Vidimus eum leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum*. Quartus, mons Oliueti. Inde: *Omnis pulchritudo Domini exaltata eſt ſuper ſydera.* De primo monte dum caderet Lucifer, euacuata eſt pulchritudo. Inde: *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore*. In hoc monte euacuatur eorum ſpecies, qui ſubiectorum contemnunt paruitatem. Inde: *Videte ne contemnatis vnum ex puſillis iſtis*. Paruuli indignantur æqualitatem. Inde Chriſtus non recuſauit Petri paritatem, dicens: *Inuenies ſtaterem in ore piſcis: ſolue pro me, & pro te*. Maiorum æmulantur ſublimitatem. Inde Chriſtus non recuſauit, dicens: *Pater maior me eſt*. Sunt qui indignantur maioribus ſubijci: ſecundò, ſtudent eis pariſicari: tertiò, etiam ſupergredi. Sic Abſalon cùm eſſet in Ieruſalem, primò indignatus eſt patri ſuo ſubijci: ſecundò, regnauit in Hebron: iam quaſi æqualis patri nec ſuffecit: tertiò, ſolus regnare voluit, quando expulit patrem ſuum de Ieruſalem; & ſic perijt. Sic Saul in montibus Gelboe, quod dicitur *Lubricum*, vel *Decurſus*, cecidit. Ecce, ſuperbia cælo nata, ad terras deſcendit: quia, ſicut ait Ieremias *Cæleſtis quæ origine, & in cinere habitat*. vnde, *Quid ſuperbis terra, & cinis? Sic fractus. Ante ruinam exaltatur cords*. Sed *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus*

Iſa. 14. 13. — *Cant. 5. 15.* — *Iſa. 53.* — *Eccleſ.* — *Ezech. 28. 12.* — *Matt. 18. 10.* — *Matt. 17. 26.* — *Humilitas Chriſti demonſtratur.* — *Ioan. 14.* — *Gelboe interpretatur.* — *1 Reg. 31.* — *Superbia quia in Cælo nata ſemper ad alta tendit.* — *Prou. 16. 18.* — *Iac. 4. 6.*

autem dat gratiam. In ſecundo monte, de quo hîc agitur, eſt comparatio Dilecti, facta propter quatuor. Propter altitudinem, in miraculis. inde, *Cæci vident, claudi ambulant &c.* Propter latitudinem charitatis. inde: *Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, tradidit ſemetipſum pro nobis*. Propter fertilitatem, in ſpiritualibus paſcuis. Inde ſpirituali menſa nos refecit, propter iocunditatem.

Matth. 11. 5. — *Epheſ. 2. 4.*

De ſex Menſis, §. *DCLXXIX.*

TRiplex eſt menſa, qua in hoc monte reficimur: triplex, quæ extra hunc montem. Menſarum, quæ extra hunc montem, prima eſt hominis ad neceſſitatem, in qua ponitur olus infirmis, ne grauentur corda eorum in crapula, & ebrietate. Secunda, carnis, ad ſuperfluitatem, in qua proponitur vinum de vinea Sodomorum. Tertia, dæmonis, ad mortiferam ebrietatem. inde, *Fel draconum, vinum eorum, &c.* Prima de laboribus manuum viuitur: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus eris, & bene tibi erit*. Vnde ſubditur: *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ*. In ſecunda ſedebat Diues Epulo, *qui epulabatur quotidie ſplendidè, & fortè cum alijs Epulonibus aiebat edamus, bibamus poſt mortem nulla voluptas*. De tertia: *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributionem & in ſcandalum*. Et Paulus: *Non poteſtis menſæ Chriſti participes eſſe, & menſa dæmoniorum*.

Deut. 32. 33. — *Pſal. 127. 2.* — *Luc. 16. 19.* — *Pſal. 68. 23.* — *1. Cor. 10. 21.*

De tribus Menſis. §. *DCLXXX.*

TRes ſunt Menſæ, quibus in hoc mōte nos reficit. Prima, in lege, quæ in Tabernaculo legitur poſita iuxta introitum. Secunda, in Euangelio. inde, *Non poteſtis communicare menſæ Chriſti &c.* Tertia, in cælo. inde: *Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo*. Prima in littera, monſtrans refectionem non præſtans: ſecunda, in ſpiritu ſatians: tertia, in ſpe glorificans. In prima comeditur Agnus paſchalis, ſub figuræ nubilo. inde, *In eadem domo comedetis illum*. In ſecunda, ſub Sacramento. inde, *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*. In tertia, in aperto. inde: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. Media menſa noſtri temporis eſt: ad illam ſponſum inuitabat ſponſa, ſic: *Veniat*

1. Cor. 10. 21. — *Luc. 22. 30.* — *Exodi. 12. 4.* — *Pſ. 33. 9.* — *Pſ. 16. 15.* — *Cant. 5. 1.*

Di-

dilectus meus in hortum ſuum. &c. Hęc ait Beata Virgo Filio incarnato. In ea fuit fructus ventris, ſcilicet, Chriſti incarnatio. inde. *Benedictus fructus ventris* Eccli. 24. 23. *tui*. Et ipſa ait: *Ego quaſi vitis fructifi-cauiſuauitatem odoris; & flores mei fructus honoris, & honeſtatis;* ſcilicet Chriſtus. Ipſa enim fuit vitis; Chriſtus botrus; flores, viola humilitatis, roſa charitatis, lilium virginitatis, fructus mentis, virtuoſa deuotio. Inde: *Audite me* Eccli. 39. 17. *diuini fructus*. Item, *Fructus autem* Galat. 5. 22. *ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax &c.* Iſta ex roſa charitatis procedentia creſcunt ſuper riuos gratiæ Dei. Fructus, orantis deuota oratio. inde canit Eccle- *Eccleſia.* ſia: *Per te fructum vitæ communicaui-* Num. 13. 24. *mus*. Illi ſunt tres fructus, quos exploratores filiorum Iſrael attulerunt in terra ſancta: ſcilicet, botros in Palo, Chriſtus in Cruce: ficus, ſcilicet, dulcedo deuotionis: mala granata, id eſt, fructus orationis Mariæ. *Quid tres fructus de terra promiſſionis allati ſignificarent.* Sicut enim cortex exterior pallidus eſt, ſic Eccleſia eſt tribulationibus liuida: intus mala granata purpurea, ſcilicet fideles in ea latentes, qui purpura regia veſtientur in regno, oratione Beatæ Virginis. Hæc tria deſi- Cant. 4. 11. ibid. gnata ſunt, cum dicitur: *Fauus diſtillans labia tua, ſponſa;* id eſt, orationis dulcedo: *Mel & lac ſub lingua tua.* Sub lingua eſt cor, in quo oſtenditur purę deuotionis dulcedo. Item ſub lingua eſt venter, in quo eſt lac, id eſt, Chriſti caro; quod ſumptum eſt de antiquis patribus, ſicut lac de animalibus.

De quinque menſis. §. DCLXXXI.

ITem, quinque legimus menſas. Prima pauperis, & neceſſitatis, quam ponit natura; ad quam ſedent pecudes. Matt. 15. 27. inde: *Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Secunda, orbis, id eſt, vanitatis; quam Ierem. 51. 7. ponit auaritia; ad quam ſerpentes: *In menſa Babylonis, calix aureus in ea.* Tertia, dęmonis, id eſt, iniquitatis; quam perfidia; ad quam canes, inde: 1. Cor. 10. 21. *Non poteſtis participare menſæ Chriſti, & dæmoniorum.* Quarta, diuitis, ſcilicet, veritatis; quam gratia; *Inde diſpo-* Luc. 22. 30. *no vobis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam.* Quinta, patris, ſcilicet, conſummationis: quam ponit vita; ad quam ſedent hæredes. Luc. 22. 30. inde, *Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam, &c.* Pauper, cuius eſt menſa prima, eſt genus humanum. In iſta apponuntur panis, pulmentum, vel ſal, & potus. De pane: *Oblitus ſum come-* Pſal. 101. 5. *dere panem meum.* Pulmentum, eſt idē, quod ſal, inde in Eſdra: *Putas quòd im-* 1. Eſd. 4. 14. *memores ſimus ſalis, quod comedimus in aula tua?* Aqua, eſt illa, quam Abraham poſuit in vtre, & impoſuit in humeris Agar. In ſecunda, ad quam ſedent ſerpentes, quinque apponuntur, quæ enunciat Boetius in Conſolatione Philoſophiæ. Hęc ſunt, *Fauor humanus*, qui attrahit auram, id eſt, fauorem: *Opes*, quę arenam, id eſt, cupiditatem: *Dignitates*, quę ſcintillas, id eſt, poteſtatis optationem: *Gloria*, quę gemmas, id eſt, diuitiarum gloriam; *Potentia*, quę lambit membra, deſignans luxuriæ voluptatem. Ad hanc ſedent ſerpentes, ſcilicet illi, qui non ceſſant ſerpere, vt ad altiora conſcendant. In tertia menſa, quæ eſt dęmonis, apponuntur ſeneciæ, quę ſunt quælibet cibaria immunda, à ſene, quod eſt animal immundum. *Senecie* ſunt cibi Gentilium, idolothita manducantium. Alij dicunt, *Sinancias*. *Sinancia* eſt quędam pellicula in ore, quā ſolent ſemper inuidi manducare. Apponuntur Siliquæ, quod eſt genus leguminis, laros habens folliculos, ſed intus vacuos; qui ſunt cibi Iudæorum, cortici litteræ adhęrentium. Quiſquiliæ etiam apponuntur, quæ ſunt purgamenta cannabi, & lini; & ſunt cibi hæreticorum, ſcilicet prauæ ſententiæ. Iſti ſunt canes immundi, qui ad hanc menſam ſedent. In quarta, quæ eſt menſa diuitis, apponitur vitulus ſaginatus, quem pater occidit pro filio reuertente: Bona terræ, quæ ſunt lectiones. Inde: *Vetuſtiſſima* Leuit. 26. 10. *veterum comedetis, & nouis ſuperuenientibus vetera proijcietis. Vetuſtiſſima veterum* ſunt naturalia, & moralia præcepta, quæ ſeruando manducamus. *Vetera*, id eſt, legalia, *proijcietis, nouis ſuperuenientibus*, id eſt, gratia Euangelij. Apponitur & medulla tritici, quæ eſt illa purgatiſſima farina, quæ in ſacrificijs ponebatur. Hæc autem eſt oratio. Ponit verò Deus contra carnis incentiua, & apponit nobis vitulum ſaginatum, id eſt, carnem Chriſti, & ſanguinem: contra mundum, lectionem: contra dæmonem, orationem. Ad hanc menſam diuitis ſedent volucres, id eſt, ſancti homines, ſperantes ſe volare ad quintam menſam. Pſal. 48. 3. Diues iſte eſt Chriſtus, *ſimul in vnum diues*, quia eſt Deus; *Et pauper*, quia *Nota expoſitionem.* homo. Ad quintam menſam, quæ eſt Patris, ſedent hæredes. In hac vinum tantum apponitur, ſcilicet, Dei viſio, &

Luc. 10. 42. non plura. Vnde, *Porro vnum eſt neceſ-ſarium*, & non plus.

De iocunditate, qua in hoc Monte habetur. §. *DCLXXXII.*

QVartò diximus, montem iſtum habere iocunditatem arborum, in frondium virore, in florum vario colore, in refrigerio vmbræ. Arbores iſtæ ſunt virtutes, quarum virent folia in verbis *Ierem. 17. 8.* ædificationum. inde, *Erit folium eius viride &c.* Ridet varietas florum in ope- *Cant. 2. 12.* ribus virtutum. inde, *Flores apparuerunt in terra noſtra*. In vmbra temperatur *Pſal. 139. 8.* æſtus vitiorum: inde, *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli*. In tertio monte, ſcilicet, Caluariæ, diximus obſcurari eius *Thren. 4. 1.* ſpecies. Vide obſcuratum in Ieremia; reſpice Iudæorum blaſphemiam, circumpendentium latronum ignominiam, in capite ſpineam coronam, in manibus clauorum fixuram; in latere vulneris an- *Iſai. 53. 2.* guſtiam. Ecce, *Non eſt ſpecies, neque* *Apoc. 6. 12.* *decor*: ecce, iuxta Apocalypſim, *factus eſt Sol ſicut ſaccus cilicinus*.

Chriſti ſpecies exaltatur, §. DCLXXXIII.

DE quarto monte diximus quòd inde eſt ſpecies eleuata. vnde, *Ele- (Pſal. 8. 2.)* *uata eſt magnificentia tua ſuper cælos*: ecce, *Species eius vt Libani*. Sequitur, *Electus vt Cedri*. Cedrus comparatur Di- *(Cant. 5. 15.)* lecto pro altitudine, quia cùm alij ſint filij adoptionis, ipſe ſolus eſt Filius Patris, ex natura. inde, *Vidimus gloriam eius, (Ioan. 1. 14.)* *gloriam quaſi Vnigeniti à Patre*. Pro imputribilitate, quia nec corpus Chriſti in morte putruit, nec ei adhæſit macula peccati. Inde: *Non dabis ſanctum tuum (Pſal. 15. 10.)* *videre corruptionem*. Pro rectitudine, quia ſecundùm regulam iuſtitiæ, *reddet (Iſai. 61. 13.)* *vnicuique ſecundùm opera ſua*. inde, *Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit*. Pro *(Pſal. 10. 8.)* odore, quia cùm alij trahant per bonam conuerſationem, ipſe & per conuerſationem, & per promiſſa. Inde: *Quod ocu- (1. Cor. 2. 9.)* *lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe*.

Cant. 5. 16. Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis.

Cap. XV.

SI. in labijs Dilecti verba accepimus, in eius ſuauiſſimo gutture, eorundem verborum internum ſaporem intelligimus. in- *Pſal. 144. 7.* de: *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabunt*. Item, ſicut in labijs verba, quæ dicebat, ſic in gutture, interna & occulta diſpoſitio pietatis intelligitur. Sed & proprij gutturis ructum oſtendit, cùm poſt reſurrectionem diſcipulis ſuis inſufflauit dicens: *Accipite Spiritum ſanctum*.

Et totus, inquit, *deſiderabilis*. Totus Chriſtus Deus eſt, & Homo; id eſt, Verbum, & Anima, & Caro; quia non ſolùm deſiderabilis eſt de incommutabili maieſtate, ſed etiam de clarificata ſubſtantia aſſumpta Humanitatis.

Vnde ſponſus dicatur totus deſiderabilis.

De triplici gutture: de animalibus mundis, & immundis. §. DCLXXXIV.

TRia ſunt guttura. Primum, carnale voluptuoſi, quod guſtat, vt carni ſatisfaciat; & affert mortem. Inde Iob: *Poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum af- (Iob 6. 6.)* *fert mortem?* Secundum, rationale magiſtri, vt diſcernat inter vitam & mortem. Inde, oblatum Chriſto acetum, quod *cum guſtaſſet, non bibit*. Tertium, ſpirituale Dilecti, vt quæ ſurſum ſunt ſapiat; & excludit mortem. Inde: *Qui mandu- (Ioan. 6. 52.)* *cauerit ex hoc pane, mortem non guſtabit in æternum*. In lege ſcriptum eſt: *Animal, (Leuit. 11. 26.)* *quod ruminat, ſed non habet vngulam fiſſam, immundum eſt*. Hi ſunt carnales, qui in mundo guſtu ruminant voluptates ſuas; ſed non findunt vngulam, quia non diſcernunt inter bonum & malum, licitum & illicitum. Quod habet vngulam fixam, ſed non ruminat, immundum eſt. Hi ſunt rationales, qui vngulam fin-

Chriſtus cum guſtaſſet acetum, quare illud noluerit bibere.

Ad quid in animali, quod ſacrificabatur ruminare, & vngulam fiſſam Deus expeteret.

Digitized by Google

ſindunt, id eſt, inter bonum & malum diſcernunt quodam guſtu rationis; ſed

Quare in ſacrificio mel prohibeatur.

non ruminant, quia bonum, quod à malo, ratione diſcreuerunt, in eo delectando non ruminant.

Quid ſit, pellem ab animali detrahere.

Quod verò ruminat, & habet vngulam fixam, mundum eſt. Hi ſunt ſpirituales, qui rationali guſtu bonum à malo diſcernendo ruminant, bonum, quod diſcernunt, dulciter in corde delectando reuoluentes.

Artus quare in fruſta ſcindi iubebantur.

Propter guſtum carnalem, in Lege mel à ſacrificio Dei prohibetur; propter ſpiritualem, ſal in omni ſacrificio iubetur apponi: propter rationalem, præceptum eſt hoſtiæ animali pellem detrahere; id eſt, ratione exteriorem carnis conuerſationem ſeparare:

Quid ſit, ſanguinem in terram fundere.

Artus in fruſta concidere; id eſt, cogitationes, vtrum carnales an ſpirituales ſint, in corde tractare: Sanguinem in terram fundere; id eſt, appetitum carnalem abijcere.

Primum guttur ſuauitatem habet in ſermone, dulcem ſaporem in interiori dulcedine; ſed ſequitur amaritudo in æterna damnatione.

Prou. 5. 4.

Inde, *Fauus diſtillans, labia meretricis*; ecce verba voluptuoſa: *& nitidius oleo guttur eius*; ecce delectatio interior ſaporoſa: *nouiſſima illius amara quaſi abſynthium*; ecce damnatio æterna. Secundum guttur, ſcilicet diſcretionis, priùs debet rei naturam cognoſcere: ſecundò, vſum rei, an bonus ſit, vel malus, penſare: tertiò, bonum vſum, cùm agnouerit, ſibi aſſumere.

Prou. 23. 1.

Inde Salomon: *Cùm ſederis ad menſam diuitis, diligenter attende quæ tibi appoſita ſunt*; id eſt, naturam rei conſidera: *& fige cultrum gutturi tuo*: id eſt diſcretionis acumine conſidera vſum rei: *& ſcito quia talia omnia tibi præſtitit Deus*; id eſt, vſum rei præcognitæ ad obſequium Domini tui, tibi cuncta dantis. Dicitur guttur, à *guſtu*, & *terendo*. Eſca quippe, verbum Dei, priùs dentibus teritur, loquendo: deinde guſtatur, delectando: poſtea in ventrem traijcitur, memoriæ commendando. Quidam terunt, ſed non guſtant; vt hypocritæ prædicatores; & carnales,

Matth. 2. 8.

vt Herodes; inde ait: *Et interrogate diligenter de puero; & cùm inueneritis, renunciate mihi*. Quidam terunt, & guſtant, ſed deuoti, & inconſtantes, vt Balaam:

Num. 23. 10

Moriatur anima mea morte iuſtorum: & paulò poſt in mortem eorum conſilium dedit. Quidam & terunt, & guſtant, & in ventrem traiciunt; ſcilicet, in deuotione perſeuerantes; vt Stephanus, qui dum lapidaretur, & prædicauit, & orauit. Tertium igitur guttur ſuaue eſt in his, qui deuoti ſunt momentaneè; ſuauius in his, qui frequentiùs: ſuauiſsimum in his, qui aſsidui. Et hic eſt Dilectus, Sequitur, *Et totus deſiderabilis*.

De Homine Deſiderabili.
§. DCLXXXV.

Eſt homo totus odibilis, ſcilicet omni virtute deſtitutus, obſtinatus peccator. Inde, *Iniquos odio habui*. Eſt

Pſ. 118. 113.

homo qui in aliquo deſiderabilis, ſcilicet multis virtutibus inſtitutus, Dei, & fratrum amator.

Dauid interpretatur. Agg. 2. 8.

Inde dicitur Dauid per interpretationem, *Viſu deſiderabilis*. Eſt homo, qui totus eſt deſiderabilis, omni gratia præditus, Saluator.

Pſal 44. 3.

Chriſtus inter omnes, & ſuper omnes, dicitur deſiderabilis.

Iſai. 53. 3.

Inde: *Ecce veniet deſideratus cunctis gentibus*; id eſt, Chriſtus. Ipſe enim eſt deſiderabilis corpore, in quo *ſpecioſus forma præ filijs hominum*; in quo pro nobis ſuſtinuit paſsionem. Inde: *Deſiderauimus eum nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem*. Deſiderabilis anima, in qua habuit plenitudinem gratiarum, in qua multam habuit erga nos charitatem.

Iſai. 26. 9.

Inde, *Anima mea deſiderauit te in nocte, &c.* Deſiderabilis Diuinitate, in qua eſt *Rex regum, & Dominus dominantium*.

Pſal. 37. 10.

Inde, *Domine, ante te omne deſiderium meum*. Item, fuit deſiderabilis in exilio peccatoribus, vt iuſtificarentur: Inde dicunt: *Veni Domine, & noli tardare: relaxa facinora plebi ſuæ*. Deſiderabilis in Inferno expectantibus, vt liberarentur. Inde dicunt: *Veni ad adiuuandum nos, Domine Deus virtutum*. Deſiderabilis in Iudicio diligentibus, vt ſecuri à verbo aſpero, ad dexteram transferantur, Deſiderabilis in Regno exultantibus, quoniam Dei viſione fruentur. Tertii dicunt:

2. Tim. 4. 8.

Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex. Quarti dicunt:

1. Pet. 1. 12.

In quem deſiderant Angeli conſpicere.

Ta-

Cant. 5. 16.

Talis eſt Dilectus meus; & iſte eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem. Cap. XVI.

De Dilecto amico, & filiabus Ieruſalem. §. *DCLXXXVI.*

DESCRIPTIONE Dilecti præmiſſa ex his, quæ in hac deſcriptione poſita ſunt, dignum dilectione oſtendens, tria vocabula plena myſterio ſubiungit: ſcilicet, *Dilectus*, *Amicus*, *Filia Ieruſalem*. In primo oſtenditur dignus vt ab ea ametur. In ſecundo gratulatur, quòd ab eo ametur. In tertio
Dilectus vnde dicatur.
deuotas animas inuitat, vt ipſum ament, vt ſic ab eo ametur. Dilectus enim dicitur, quaſi *Dignus electus*. Eſt itaque Dilectus, id eſt, dignè electus à Deo, vt mitteretur in mundum, qui manifeſtaret eius potentiam in miraculis, vt incredulos reuocaret. Inde: *Si verbis meis*,
Ioan. 10. 38.
inquit, *non creditis, operibus credite*. Iuſtitiam in meritis, vt peccatores terreret, & iuſtos accenderet. Audi de iuſtitia: *Ibunt hi in ſupplicium æternum*.
Matt. 25. 46.
Clementiam in afflictis, vt puſillanimes confortaret. Inde: *Videns vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, &c.*
Exodi 3. 7.

De obſequijs angelicis erga Dominum. §. *DCLXXXVII.*

ELectus ab Angelis, vt ei exhiberent obſequium: ab hominibus, vt portarent eius ſuaue iugum. Præbuerunt ei obſequium Angeli in natiuitate, paſtoribus annunciando: obſequium pueritiæ, in ſomnis Ioſeph apparendo: obſequium in tentatione, de pinnaculo Templi aſportando: obſequium in paſſione, quando præſens fuit Angelus confortans eum: obſequium in reſurrectione, quando apparuerunt duo Angeli in veſtibus albis: obſequium in aſcenſione, quandò duo viri aſtiterunt iuxta Apoſtolos in veſtibus albis. Eſt dilectus, id eſt, dignè electus ab hominibus, vt primi parentis inobedientiæ iugum leuigaret. Inde:
Iſai. 9. 4.
Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti.

De triplici iugo. §. *DCLXXXVIII.*

EIus triplex onus portat intus: ſcilicet, iugum diſciplinæ regularis, quod facit mitem. inde: *Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite quia mitis ſum, &*
Matt. 11. 30.
humilis corde; & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Iugum verecundiæ in contumeliis; quod humilem. inde: *Et humilis corde*. Iugum patientiæ in flagellis; quod parat requiē. inde: *Inuenietis requiem animabus veſtris*. Ecce quomodo Dilectus, id eſt digne electus, vt diligatur.

Amicus in tribus cuſtodit nos. Vbi & de gradibus Virtutum. §. *DCLXXXIX.*

SEquitur, *Amicus*, id eſt, *Animi cuſtos*, in tribus cuſtodiens. inde: *Dominus cuſtodit te ab omni malo*: ne ſuggeſtione ſeducaris, & alieno exemplo
Amicus interpretatur. Pſal. 120. 7. & 8.
corrumparis. Secundò, *cuſtodit animam tuam Dominus*; ne vitio voluptatis inficiatur, & ne minis terreatur. Tertio, *Cuſtodit introitum tuum, & exitum tuū*; ne incipiens pati pro Chriſto, flagellis cedas, & per mortem illatam ſic exeas de mundo, vt de ipſa morte gaudeas. Sic itaque eſt amicus, id eſt, animi cuſtos, vt te & in paucis & in magnis virtutibus cuſtodiat. Eſt enim virtus parua, ſuggeſtione non seduci: eſt minor, alieno exemplo non corrumpi: eſt minima, vitio voluntatis non infici. Eſt quoque virtus magna, minas non pauere: maior, flagellis non cedere: maxima, non ſolùm mortem illatam viriliter ſuſtinere, ſed etiam de ea gaudere. Sed quibus ſit, oſtendit ſubiungens: *Filia Ieruſalem*: id eſt, Filiæ *Viſionis pacis*.

De tribus filiabus Ieruſalem. Vbi & de duplici pace. §. *DCXC.*

QVæ ſunt tres. Prima, eſt anima iuſta, quæ delectatur in Dei dilectione, habens pacem à vitiis, in puritate

con-

conſcientiæ. Secunda, Eccleſia militans, quæ adhuc eſt in peregrinatione, habens pacem ab hæreticis, tyrannis, ſchiſmaticis, carens perſecutione. Tertia eſt anima beata, fruens iam requie, habens pacem à corruptione vetuſtatis, immunis ab omni calamitate. Prima figuratur in leproſo, qui à Chriſto curatur. Secunda, in nauicula laborante in mari, cui à Saluatore ſubuenitur. Tertia, in transfiguratione facta in monte Thabor, in qua diſcipulis aſſiſtentibus gloria Dei manifeſtatur. Primam pacem videt filia Ieruſalem intra ſe; ſecundam circa ſe; tertiam infra ſe, circa ſe, intra ſe. Ibi enim erit corpori requies à labore, vt iam dicat Spiritus: *Vt requieſcat à labore ſuo.* Animæ pax à tentatione; vt, *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.* Vbique ſecuritas à diaboli poteſtate; vt, *Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei.* De his Philoſophus.

Apoc. 14. 13 · *Pſal. 4. 6.* · *Pſal. 68. 23.*

Huc omnes pariter venite captiui,
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas habitans libido mentes.
Hic erit vobis requies laborum;
Hic portus placida manens quiete;
Hic patens vnum miſeris auxilium.

Seneca.

Quo abijt Dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? Quò declinauit Dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Cap. XVII.

Cant. 5. 17.

Vnitas Eccleſia ſemper inuenit Chriſtum.

AVDIENTES filiæ Ieruſalem formam Dilecti, quam obnixè petebant, adiiciunt, & quo abierit ipſe, inquirere. Quia & hoc in vnitate ſanctæ Eccleſiæ diſci oportet, in qualium corde potiſſimum, & in quo genere conuerſationis, Deus ſoleat inueniri. *Pulcherrima mulierum* dicitur Eccleſia, quia cùm multa ſit eius pulcritudo per orbem, in Eccleſiis particularibus, quaſi mulieribus, ſpirituali flore fœcunditatis, multò pulchrior ex his omnibus adunata, quaſi ex manibus ſuis, creditur.

Quomodo Eccleſia Romana dicatur pulcherrima mulierum.

Quinque fugæ Dilecti. §. DCXCI.

Quas gratias aliquando Deus ſubtrahat.

QVinque modis abit Dilectus. Primo, ſubtrahendo gratiam cuſtodiæ, quando exponit hominem in tribulatione: inde: *Deus Deus meus, vt quid me dereliquiſti?* Secundò, quando ſubtrahit gratias, quæ abeſſe poſſunt ſine periculo animæ; vt eſt ſcientia, genera linguarum, ſpiritus prophetiæ, & huiuſmodi. Inde Elias: *Dominus celauit à me, & non indicauit mihi.* Tertio, quando ſubtrahit gratiam virtutis. vnde, Receſſit Dominus à Samſone, ſeptem eius crinibus abraſis. Quarto, ſubtrahendo gratiam deuotionis. inde: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Quinto, aſcendens in cælum, per abſentationem præſentiæ corporalis. Inde Chriſtus ait: *Non turbetur cor veſtrum, quia vado ad Patrem.* Primus receſſus facit relicto anxietatem. Secundus, homini ſuam oſtendit infirmitatem. In tertio ſuam amittit fortitudinem: in quarto, multam ſuauitatem. De quinto, ſancti Spiritus expectat conſolationem. De his quinque Iob: *Quis mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundùm dies, in quibus Deus cuſtodiebat me?* Ecce de primo. *Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris:* Ecce ſecundum. *Secundùm dies adoleſcentiæ meæ, in quibus Deus ſecretò erat in tabernaculo meo; & in circuitu meo pueri mei.* Deus eſt ſecretò in tabernaculo cordis, quando virtutes interiùs habentur: In circuitu verò ſunt pueri, quando exteriùs effectui mancipantur. Ecce tertium. *Quando lauabam pedes meos butyro;* id eſt, affectus pinguedine deuotionis: Ecce quartum. *Et petra fundebat mihi riuos olei:* Ecce quintum. Primò, ſe ſubtrahit Dilectus, vt homo tribulationibus probatus, ampliùs mereatur. Secundò, vt humilior habeatur. Tertiò, vt fortior reſurgat. Quartò, vt dulcedinem prægustatam homo auidiùs quærat. Quintò, vt æternæ beatitudinis ſpem credentibus

Pſal. 21. 2. · *4. Reg. 4. 27* · *Iudic. 16. 20* · *Pſal. 50. 14.* · *Ioan. 14. 27.* · *Iob 29. 2.*

Quomodo Deus aliquando ſit in ſecreto cordis, & aliquando in circuitu.

Quid ſit, lauare pedes in butyro.

Cur Dilectus ſubtrahat gratiam.

bus tribuat. Sequitur: *Quò declinauit Dilectus tuus?* Abire, eſt, ab aliquo ire, id eſt recedere. Declinare, ad aliquem diuertere.

De declinatione Dilecti. Inclinatio Chriſti triplex, & noſtra triplex.
§. *DCXCII.*

DIlectum iſtum legimus inclinaſſe ſe tripliciter. Inclinauit, deſcen-
Pſal. 17. 10. dendo de cælo, inde, *Inclinauit cælos, & deſcendit*. Inclinauit ſcribendo, inde:
Ioann. 8. 8. *Iterum Ieſus inclinans ſe digito ſcripſit in terram*. Inclinauit moriendo, inde,
Ioann. 19. 30 *Inclinato capite emiſit ſpiritum*. In primo inuitauit elatos, ad humilitatem.
Philipp. 2. 7. inde: *Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens*. In ſecundo, crudeles erudiuit ad compaſſionem. inde clamat:
Matth. 5. 7. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*. Tertio, inobedientes docuit in obedientia perſeuerare
Philip. 2. 8. vſque ad mortem. inde, *Factus obediens Patri vſque ad mortem*. Similiter & nos debemus oculos noſtros inclinare, ne ſupercilia noſtra ſapiant ſuperbiam. In-
Cur Chriſtus ter ſe inclinauerit.
Iob 22. 29. de Iob: *Qui inclinauerit oculos ſuos, ſaluabitur: & qui humiliatus fuerit, erit in gloria*. Ad ſecundum, aures inclinare, ad percipiendam de compaſſione Chriſti doctrinam. Inde: *Inclinabo in*
Pſal. 48. 5. *parabolam aurem meam, aperiam in pſalterio propoſitione meam*. Ad tertium, cor inclinate, vt præparetur etiam ad exhi-
Pſ. 118. 112. bendam minori obedientiam. Inde: *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem*.

Triplex reclinatorium. §. *DCXCIII.*

SEcundò, legimus eum reclinaſſe tripliciter. In thalamo Virginis. inde:
Cant. 3. 9. *Ferculum fecit tibi Rex Salomon, reclinatorium aureum*. In præſepio aſini, &
Luc. 2. 7. bouis. inde: *Reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio*. In domicilio cordis. inde per contrarium:
Luc. 9. 58. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet*. Hoc ad litteram quidam de Cruce Domini legunt; moraliter autem de corde hominis. In primo, quo minoratus eſt paulo minus ab Angelis, requieuit Diuinitas. In ſecundo, humana infirmitas, quo figuratum eſt, ipſum futurum cibum fidelibus iumentis. In tertio, Dei benignitas, quæ eſt lucerna animæ ſedentis in tenebris, & vmbra mortis.

Moraliter, hæc tria reclinatoria habet Dilectus in nobis. In locum thalami virginalis ipſum concipimus, cùm incipimus habere conſcientiæ puritatem. Bene operantes, & laborantes cùm boue, ipſum ſuſcipimus, aſini retinentes ſimplicitatem: ſcilicet, vt in operibus noſtris, nec admittamus voluptatem, nec vanitatem, nec malignitatem. In corde ipſum nutrimus, ſi exhibeamus frequentem deuotionis iocunditatem. *Quid Chriſtus in tribus reclinatorijs à nobis expoſcat.*

Vbi quæritur Dilectus.
§. *DCXCIV.*

TErtiò, declinauit. Plus eſt declinare, quàm abire. Abire eſt, ab aliquo diſcedere. Declinare verò poſt receſſum in aliquo loco, vbi difficile inueniatur, quaſi abſcondere. Sed Dilectus ab alijs non recedit, vel declinat, inferendo malum, vel auferendo bonum; ſed gratiam ſuam ei non conferendo, vel collatam non conſeruando. Iſte, qui ſic declinat, quærendus eſt cum ſponſa. *Dilectus quādo ab aliquo declinat, non infert ei malum, neque aufert bonū.*

Quomodo malè quæratur.
§. *DCXCV.*

PEruerſi Dilectum ſcienter nō quærūt vbi ſit. Inde: *Cum cognouiſſent Deū,* Rom. 1. 21.
non ſicut Deum glorificauerunt. In religione, ſua ſingularitate decepti, neſcienter
quærunt vbi eſt. Inde: *Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti*, Religioſi, & Rom. 10. 3.
diſcreti, ſcienter quærunt vbi eſt; inde dicunt: *Indica mihi quem diligit anima mea*. Cant. 1. 6.
Primi merentur ſupplicium: ſecundorum ſimplicitas merebitur aliquando habere conſilium. Tertij merentur in patria præmium, ſcilicet, ipſum Dilectum.

Cant. 6. 1.

Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. Cap. XVIII.

Quare Eccleſiam vocet Dilectus Hortū ſuum.

HORRTVS iſte eſt Eccleſia, vel fidelis anima. Et bene dixit *ſuum*, quem ipſe fecit, ipſe excoluit, ipſe virtutum pigmentis conſeruit, fonte gratiæ ſuæ, ne deficeret, rigauit; muro cuſtodiæ ſuæ, ne ab extraneis profanaretur, concluſit. In hoc ſeminauit granum ſinapis, id eſt, Verbum Dei, paruum humilitate, ſed feruens charitate; quod poſtea creſcens, ramos virtutum extendit in altum; ita vt volucres cæli, id eſt, Angeli in eis requieſcerent, hominum profectibus delectando. In hoc horto paſſus eſt, comprehenſus, crucifixus, ſepultus, à morte ſurrexit, hortulanus à Maria putari voluit. In hoc quoque virtutem patientiæ, contemptum mortis, ſpem beatæ quietis, deſiderium beatæ immortalitatis plantauit. Et bene dicitur: *Deſcendit* non *Intrauit*. Hortus eſt iſte in valle lacrymarum; eſt locus verò eius excelſus. In hunc deſcendit, vt nos aſcendere faciat. Inde in Exodo, Moyſes aſcendit in montem, & Dominus deſcendit. Areola autem aromatis eſt mens fidelium, quæ diſciplina rectæ fidei eſt edocta, foſſoris ſolertia reuerſa, ſuperuacuis vitiorum herbis purgata. In horto verò paſcitur, quia pijs ſanctorum laboribus delectatur, & fructibus ſpiritualibus Colligit lilia, cum iuſtos ad perfectum candorem meritorum ex hac vita educit, & ad cælos tranſuehit.

Hortus in quem deſcendit Dilectus, eſt Vallis lacrymarum.

Quibus paſcatur Dilectus in hoc Horto.

Tres deſcenſus Dilecti: §. DCXCVI.

TRes ſunt deſcenſus Dilecti. Primus de cælo in Virginis vterum: ſecundus de Crucis patibulo in ſepulchrum: tertius de regni ſolio, quando veniet ad iudicium. Hortus, in quem deſcendit, eſt generalis Eccleſia, in qua ſunt tres areolæ aromatum, ad quas deſcendit. Prima, Virginis, cuius aromata ſpiritualia, ſcilicet gratiæ plenitudo. inde: *Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*. Secunda, ſepulchrum, cuius materialia, ſcilicet corporis Chriſti vnctio; inde, Sanctæ mulieres *emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum*. Tertia, pars illa aeris, in qua omnes iuſti ei occurrent ad Iudicium; cuius incorruptibilia, ſcilicet, corporum & animarum glorificatio. inde: *Aſſimilare Dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum, ſuper montes aromatum*. Ad primam deſcendit, vt ſpargeret ſemine prædicationis. inde, *Exijt ſeminare ſemen ſuum*. Ad ſecundam, vt ſumeret paſcua liberandæ captiuitatis. inde: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*. Ad tertiam deſcendet, vt colligat lilia glorificatæ carnis. inde, *Iuſtus germinabit ſicut lilium*.

Cant. 4. 10.

Marci 16. 1.

Cant. 2. 17.

Quæ ſint areola, ad quas deſcendit Chriſtus.

Luc. 8. 5.

Ioan. 4. 32.

Areola moralis: vbi & de triplici ſemine. §. DCXCVII.

MOraliter, anima iuſti eſt areola aromatum, id eſt, Virtutum. In ea ſemina ſparguntur. Primum ſemen verbum doctrinæ, vel prædicationis. inde, *Semen eſt verbum Dei*. Secundum, in tribulatione abiectio corporis. inde, *Qui ſeminat in lacrymis, in gaudio metet*. Tertium humile initium charitatis. inde, *Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis*. Hoc granum, paruum eſt dum ſeminatur, ſed excreſcit, vt maius ſit omnibus oleribus. Sic charitas in humilitate fundata prouehit omnia virtutum germina. Ex primo naſcitur cognitio diuinæ voluntatis. inde, *Diſſeminatur verbum Dei per vniuerſā regionem*. Ex ſecundo ſurget gloria incorruptibilis. inde, *Stulte quod ſeminas, non viuificat, niſi prius moriatur*. Ex tertio perpetuus amor in hominibus, & in angelis. Hoc eſt ſemen, quod *cecidit in terram bonam, & fecit fructum centuplum*. Hoc triplex ſemen in tribus parabolis Domini figuratur. Primum eſt ſemen, quod nec in terram bonam, nec in malam; quia ſunt, qui in verbo Dei proficiunt: ſunt, qui in eo deficiunt. De ſecundo: *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit; ipſum ſolum manet*. Quidam enim ſunt granum frumenti cadens in terram, dum ſe mortificant, ſed non moriuntur; quia

Luc. 8. 11.

Pſal. 125. 5.

Matt. 13. 31

Act. 13. 49.

1. Cor. 15. 36.

Luc. 8. 8.

Ioan. 12. 24.

In verbo Dei aly proficiunt aly deficiunt.

inde

Digitized by Google

inde commodum temporale, vel laudes humanas, expectant. Tertium eſt illud, quod ſeminauit in agro ſuo homo, & inimicus homo ſuperſeminauit zizania. Sunt enim, in quibus Deus ſeminat bonum initium charitatis; ſed diabolus ad hoc eos deducit, vt hoc torqueant ad vſum vanitatis. Ecce, quibus ſeminat Diabolus in hac areola.

De tribus paſcuis: vbi de tribus Chriſti poſt reſurrectionem conuiuijs. §. *DCXCVIII.*

Apoc. 3. 20. IN eadem etiam paſcitur primò operibus miſericordiæ. inde, *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.* Secundò, munda virginitate. inde,

Qui paſcis inter lilia,
Septus choreis virginum.

Luc. 24. 42. Tertiò, ſuaui deuotione. inde: *Si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Hæc tria figurata ſunt in tribus conuiuijs, quæ celebrauit Dominus poſt reſurrectionem. Comedit cum euntibus in Emmaus, qui coegerunt eum ad hoſpitalitatem, quod eſt opus miſericordiæ. Comedit cum piſcantibus *partem piſcis aſſi, & fauum mellis;* quod ſpectat ad munditiam virginitatis. In piſce enim aſſo deſignatur contra libidinem carnis maceratio. In melle, quicquid non ex coitu, ſed ex mundis floribus prouenit, virginitatis munda refectio. Comedit quoque aſcenſurus in cælum, præcipiens Apoſtolis, ne ab Ieroſolymis, quæ eſt *Viſio pacis*, diſcederent; in qua deuoti permanent. Hæc deuotio, Chriſti eſt refectio. In hac areola lilia colligit, dum pulchros virtutibus ad ſe quadam familiaritate attrahit.

Chriſtus cur poſt reſurrectionem ter comedit.

Quid per piſcem aſſum, & mel ſignificetur.

De tribus Lilijs. §. *DCXCIX.*

TRia ſunt lilia. Primum innocentiæ; inde, *Sicut lilium inter ſpinas.* Secundum virginitatis; inde,

Qui paſcitur inter lilia
Septus choreis virginum.

Tertium perfectionis. inde, *Ero quaſi ros, Iſrael, germinabit quaſi lilium;* quod pro perfectione dicitur; vt in ſequentibus patet. Item, quadruplex eſt lilium, quia quadruplex perfectio. Prima, Prælatorum, quia ponunt animam ſuam pro ouibus ſuis: eſt contemplatiuorum, quia Chriſtum ſequuntur, & omnia relinquũt: eſt clericorum, quia debent continere: eſt timentium, mortem in deſiderio habere & vitam in patria. *Oſee 14. 6.*

Quadruplex eſt perfectio.

Ego Dilecto meo, & Dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia. Cap. XIX.

Cant. 6. 2.

EGO *Dilecto meo* gratam paſtionem in areolis aromatum, ſcilicet, mundis fidelibus, cordis præparo. *Et Dilectus meus mihi, qui paſcitur inter* ſancta deſideria mentium caſtarum, hanc ſuæ gratiæ vicem rependit, vt deſideria fidelium ſuorum, quos educauit, compleat. Complebit autem ea, deducendo de hoc paradiſo ſacræ voluptatis, & ad cæleſtium manſionum ſecretarium congregando; vbi gemina ſpecie lilij, id eſt, auroſa & candente refulgeant, ac ſi dicat: Dilectus deſcendit ad areolam aromatum, vt aſcendam ad Regis palatium. Paſtus eſt in hortis, vt ſedeam ad menſam diuitis. Colligit lilia, vt colligar ad iocunda cæli regna.

Quare Dilectus ad areolam deſcendat, & paſcatur in hortis, & lilia colligat.

De quatuor Lilijs, Chriſti deſcenſibus, & noſtris aſcenſibus. §. *DCC.*

DIlectus deſcendit ſub ſeipſum, quãdo in vnitate perſonę vniuit ſibi creaturam. inde, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Deſcendit ſub homine, quando Mariæ & Ioſeph exhibuit obedientiam, iudicis paſſus eſt iniuriam, perſequentium contumeliam. Inde fuit quaſi *vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Deſcendit ſub Angelis, quando aſſumpſit carnem morti tributariam, paulo minus minoratus ab eis. Igitur, vt per eoſdem deſcenſus aſcendas, aſcende priùs ſuper teipſum. Primò, aſcende ſuper carnis voluptatem, ne te trahat per turpitudinem:

Ioann. 1. 14.

Pſal. 21. 7.

Quomodo Chriſtus fuerit minoratus paulo minus ab Angelis.

Prou. 19. 21. nem; quia *Qui delicatè nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.* Secundo, ſuper propriam voluntatem, ne te faciat tui Imporem. Inde, *A voluntatibus tuis auertere.* Tertiò, aſcende ſuper humanam rationem; ne cadas in errorem. Quod voluntas faciat impotem, audi: Iac. 1. 14. *A propria*, ait, *concupiſcentia*; ſcilicet propriæ voluntatis; *abſtractus & illectus.* Vt autem quæ ſit propria voluntas, intelligatur, triplex voluntas attendatur.

Triplex Voluntas. S.DCCI.

Quomodo voluntas temperanda, ne propria dicatur.

EſT voluntas Patris, nos benefacere; quæ honoranda: eſt voluntas Spiritus, obedire; quæ facienda: eſt voluntas carnis, deſideria adimplere; quæ dirigenda. Cùm igitur voluntas ſic temperatur, propria non dicitur.

Secundò, aſcende ſuper mundum, ipſum deſpiciendo: quia *Omne, quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & ſuperbia vitæ.* 1. Ioan. 2. 16. Aſcende, calcando rerum ipſius abundantiam, & malignandi lætitiam. In his enim duobus amor mundi conſiſtit. In hoc ſtatu perſeuera, & non reſtat niſi vt ſuper cælum aſcendas; qui eſt tertius aſcenſus; vt Dilectus recompenſans, tibi pro aromatibus exhibitis reddat aromata, quorum odor aſfert perpetuam incorruptionem. Pro exhibito paſtu ad menſam ſedeamus, vnde accipiemus diuinæ viſionis ſatietatem. Pro exhibitis lilijs comparabimus nobis ſanctorum, & Angelorum ſocietatem. In primo, *Corpus, quod ſeminatur animale, reſurget in gloria.* 1. Cor. 15. 44 In ſecundo, ſatiabimur Domine, *cùm apparuerit gloria tua.* Pſal. 16. 15. In tertio, non erimus *hoſpites, & aduenæ, ſed* erimus *ciues ſanctorum, & domeſtici Dei*; Ephes. 2. 19. cùm iubilabunt *omnes filij Dei*, & te laudabunt *ſimul aſtra matutina.* Iob 38. 7.

Explicit Liber Octauus.

INCIPIT LIBER NONVS in Canticum Canticorum SALOMONIS.

Cant. 6. 3.

Pulchra es, amica mea, ſuauis, & decora, ſicut Ierűſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Cap. I.

HÆC Ieruſalem eſt cæleſtis patria, quæ in ſumma permanet tranquillitate. Hanc imitatur Anima, vel Eccleſia, integritate mundę operationis, ſuauitate diuinæ laudis, dulcedine mutuæ dilectionis. *Suauis* eſt, *& decora ſicut Ieruſalem*, in eis, de quibus dicitur: *Sicut cæli noui, & terra noua, quæ ſtare facio ante me, dicit Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum.* Hæc *terribilis vt caſtrorum acies ordinata*; confixa intentione puræ orationis, omnem incurſum dæmonici exercitus repellit, cùm prædicatione cuncta hæretici dogmatis arma confringit; cùm bonis exemplis, peccatorum vitam ad viam veritatis reducit. *Terribilis* eſt, cùm quiſque fidelis in ſua vocatione permanet, cùm rectores ſubditis ſuis in verbo & opere formam tradunt; cùm continentes ab omni inquinamento ſe mundant; cùm coniugati ita vtuntur hoc mundo, vt eleemoſynas facere non negligant. Iſti ſunt tres Viri, qui ſaluabuntur; ſcilicet, Noe, Daniel, & Iob. Iſti ita inuocant Chriſtum, vt ſaluari poſſint, *Emmanuel Rex, & Legifer noſter, expectatio Gentium, & Saluator earum: veni ad ſaluãdũ nos Domine Deus noſter.*

Iſai. 66. 12.

Eccleſia tunc verè terribilis & formidabilis omnibus apparet, cùm in ea quiſque fungitur officio ſuo.

De quatuor Angelis conſolatoribus. §. DCCII.

Angeli ſancti conſolatores noſtri.

BEnedictus Deus, qui vt conſolationem inueniamus in hoc exilio, tot mittit nobis conſolatores de cælo. Miſſus eſt ad Danielem Michaël, qui dicitur *Myſteriorũ Signifer, & pugnantium: Dux animarum ad paradiſum.* Ad Tobiam Raphaël, cui factus eſt lucifer, medicus ægrotantiũ. Ad Mariam Gabriel, nuncius lucifer, expectationum manifeſtator, & ſanitas robuſtorũ. Ad totũ genus humanum *Rex & Legifer noſter, expectatus Gentium, & Saluator earum.* Primus, vt lætificet animam, quam Diabolus deformauit. Secundus, vt ſanet animam, quam ſibi diabolus informauit. Tertius, vt roboret quam diabolus informauit. Quartus, vt ſaluet hominem, quem de limo formauit. Moraliter, iſti ſunt gradus, quibus anima prouehitur; quod in expoſitionibus nominum patet. Michael dicitur, *Quis vt Deus?* Raphael, *Medicina Dei*: Gabriel, *Fortitudo Dei*; Emmanuel, *Nobiſcum Deus.* Primo peccator ſe erigit in diuinæ magnificentiæ admirationem. inde, *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Secundo currit ad ſanitatem, per pœnitentiæ ſatisfactionem: Inde enim viſa magnitudine Dei, clamat: *Sana me Domine, & ſanabor.* Iſte Angelus ſanat à vitijs: & hic eſt leproſus, quem Chriſtus ſanauit. Sanat manus à ceſſatione boni operis: & hic eſt, cui reſtituit Deus manum aridam. Sanat aures, ne obturentur in audiendis diuinis verbis: & Dominus ſurdo auditum reſtituit. Sanat os, vt aperiatur colloquijs diuinis: & Dominus mutum ſanauit. Sanat oculos cordis, ad officium contemplationis: vnde Dominus ſanauit oculos cęci nati. Hos oculos, ne cælum videant, impediunt vanitas; hæc eſt caligo oculorum Iob; inde ait: *Caligauerunt oculi mei.* Sed ceciderat, cùm dixit: *Nunc oculus meus videt te.* Solicitudo mundana: Hæ ſunt membranæ, quæ ce-

Pſal. 63. 7.

Ier. 17. 14.

Quo myſterio Chriſtus ſanauerit manus, aures, os, & oculos.

Iob 17. 7. & 42. 5.

Quæ fuerit caligo oculorum Iob.

Digitized by Google

ceciderunt de oculis Tobiæ. Tribula-
tionis preſſura: hæ ſunt tanquam ſquamæ,
Quæ membrana ex oculis Tobiæ, & quæ ſquama ex oculis Pauli ceciderint. quæ ceciderunt ab oculis Pauli. Tertiò
accipit in bene operando firmitatem,
qua tripliciter indiget: In laborando,
dum fiunt opera pœnitentiæ. In cuius
figura dicitur: *Mulierem fortem quis in-
uenict?* Nam *operata eſt conſilio manuum*
Prou. 30.10. *ſuarum*. In ſuſtinendo, inflicta tribula-
tione; quam ſe non plenè habere plangit
Iob 6. 12. Iob: *Nec fortitudo mea fortitudo lapi-
dum; nec caro mea ænea eſt*. In reluctan-
do, imminente tentatione. inde, *Eſtote
fortes in bello*. Iſti ſunt tres fortes, qui
attulerunt Dauid aquam de fonte, qui eſt
in porta Bethlehem. Hæc fortitendo facit
vt quartus veniat, ſcilicet, Emmanuel,
vt ſit nobiſc um Deus.

Tribus modis eſt nobiſcum Deus.
§. DCCIII.

TRibus modis eſt nobiſcum Deus
Temporaliter, per Incarnationem
vt pugnaret pro nobis, & reſtitueret hæ-
1. Reg. 17.49 reditatem patriæ. In cuius figura pugna-
uit Dauid cum Golia. Spiritualiter, per
gratiæ infuſionem, vt nos ornaret ſtola
Luca 15.22. innocentiæ. In cuius figura pater pro-
digum filium veſtiuit ſtola prima. Æter-
naliter, per glorificationem, vt glorifi-
caret corona gloriæ. In cuius figura pen-
debat ſuper menſam Tabernaculi aurea
2. Cor. 6. 7. & areola. Iſte nos docet pugnare *per ar-
ma iuſtitiæ à dextris*, ne ſit elatus per
gloriam: *à ſiniſtris*, vt inde ſit humilia-
tus: *per bonam famam*, à dextris, vt ſit
hilaris conſcientia: *per infamiam*, à ſini-
ſtris, ne inde turbetur conſcientia. Secun-
do modo nobiſcum eſt Emmanuel, dum
nos ornat ſtola innocentiæ. Hæc ſtola
prius emitur fructu pœnitentiæ secundò,
firmiter cuſtoditur ſolicita circumſpe-
ctione: tertiò, ea indutus Domino famu-
latur obſequio & deuotione. In horum
figura tres legimus ſindones, quæ deſi-
Prou. 31.24. gnant candorem innocentiæ. Prior ven-
dita. inde, *Sindonem fecit, & vendidit*.
Itaque pro iſta emenda laborare oportet.
Prou. 11.21. inde, *Manus in manu non erit innocens
malus: ſemen autem iuſtorum ſaluabitur*.
Secunda reiecta, qua Ioannes erat indu-
Matt 27.59 tus, qui *reiecta ſindone aufugit*. Hanc
Pſal. 25.1.11 ſeruabat, qui ait: *Iudica me, Domine,
quoniam ego in innocentia mea ingreſſus
Marc. 15,46 ſum*. Tertia, caro Chriſti inuoluta. in-
Iſai. 62. 3. de Ioſeph corpus Chriſti *Inuoluit ſin-
done munda*. Tertiò, Emmanuel nobi-
ſcum erit, quando coronabit nos coro-
na gloriæ: ſed ipſe Chriſtus prius corona
nobis efficitur in reſurrectione. inde, *Et
eris corona gloriæ in manu Dei*. Secun- *Chriſtus in reſurrectione triplex corona nobis effectus eſt.*
dò, militi datur in vitæ bonæ conſumma-
tione, inde, *Magnificauit eum in conſpe-* *Eccli. 45. 3.*
*ctu regum, & iuſſit illi coram populo ſuo,
& oſtendit illis gloriam ſuam*. Tertiò,
ea miles coronatur, finito Iudicij exami-
ne, inde, *Gloria, & honore coronaſti* *Pſal. 8. 6.*
*eum, & conſtituiſti eum ſuper opera
manuum tuarum*. Notandum, quod
dicitur *Dux*, qui nobis viam prouideat,
in qua diabolus nobis inſidiatur: *Legifer*,
qui exceſſus nobis inhibeat, quibus ira
Dei excitatur: *Expectatio Gentium*, quę
impoſſibilitatem noſtram ſupplcat, qua
peccator deſperatur: *Saluator earum*,
qui ad beatitudinem iuſtos prouehat,
quæ eis præparatur. Dux itaque viam
prouidet, ne ſathanas faciat tenebroſam
aſtutia, more latronis. inde: *In via hac,* *Pſal. 141. 4*
*qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi
laqueum mihi*. Venenoſam inuidia, mo-
re ſerpentis. inde: *Fiat Dan coluber in* *Gen. 49 17*
*via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas
equi, vt cadat aſcenſor eius retro*. Rui- *Prou. 22. 13.*
noſam ſæuitia, more leonis. inde: *Leo
eſt in via, occidendus ſum*. Dicitur &
Legiſer.

Tres leges Chriſtus tulit.
§. DCCIV.

TRes enim leges tulit. Prima in paradi
ſo primis parentibus, peccatũ præ-
ueniens; quæ violata eſt inobedientia.
inde, *De ligno ſcientiæ boni & mali ne* *Gen. 2. 17.*
comedas. Secunda in Deſerto ambulan-
tibus, peccatorem inueniens, & corpo-
rali punita iniuria. Inuenit peccato-
rem, cùm peccauit in vitulis aureis; ſed *Exod 21,24.*
punita ſic: *Oculum pro oculo, dentem pro
dente, manum pro manu, aduſtionem pro
aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem
pro liuore*. Primam violauit Eua, quan-
do de ligno comedit. Tertia, in terra
promiſſionis habitantibus, peccanti ſub-
ueniens; quæ impletur pœnitentia; in-
de: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccato* *Luc. 5. 32.*
res in pœnitentiam.

Tertiò dicitur Expectatio Gentium,
quas mundaret, vt ad Chriſtum ſuſci-
piendum eſſent elegantiores; inde. *Mun-* *Tit. 2. 14.*
*dauit nos ſibi populum acceptabilem, ſe-
ctatorem bonorum operum*. Conſolatio
flentium, quorum pœnam leuigaret, vt
ad ſeruiendum Deo eſſent expeditiores.
inde, *Ad annunciandum manſuetis miſit* *Iſai 61 1.*
me, Vt mederer contritis corde, & præ-

Digitized by Google

dicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem. Irrigatio mentium, quas gratia perungeret, vt ad diligendum eſſent alacriores. inde, *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ*. Quartò, dicitur Saluator. inde, *Veni ſalua hominem, quem de limo formaſti*. Deus enim format hominem de limo terræ; diabolus deformauit limo culpæ, Chriſtus reformauit in limo humilitatis ſuæ, vt limum mutaret in ſoliditatem. inde: *Corruptibile hoc induet incorruptionem*. Fimum, in iuſtitiæ ſanctitate. inde, *Liberati a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ*. Imum, inuidendæ maieſtatis ſublimitatem. inde, *ſuſcitans de puluere egenum, vt ſolium gloriæ teneat*.

Pſal. 44. 8.

Chriſtus formauit, & reformauit; diabolus deformauit & deformat.

De nominibus Sponſæ. §. DCCV.

SPonſa primò dicitur *pulchra* domeſtico, operibus iuſtis proximum ad operandum inſtruens. Secundò, *ſuauis* ſubdito, moribus compoſitis ſubditum ad amorem ſuum alliciens. Tertiò, *decora* Dilecto, affectibus deſiderij, & amoris Dilectum ſuſcipiens. Quartò *terribilis* aduerſario, virtutibus ordinatis aduerſarium repellens. Audi pulchritudinem Pauli, laborando: *Nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis*. Audi ſuauem moribus. *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*. Audi decoram, deuotione: *Quæ poſteriora ſunt obliuiſcens, ad ea vero, quæ priora ſunt, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequar*. Audi terribilem, virtute: *Non ſolùm alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu*. Item

Sponſa quare dicatur pulchra, ſuauis, decora, & terribilis.

1. Theſſ. 2. 9.

Gal. 4. 19.

Philip. 3. 13.

Act. 21. 13.

De nominibus ſponſæ, explicatio moralis. §. DCCVI.

ANima iſta *pulchra* eſt iuſtitia, *ſuauis* humilitate, *decora* obedientia, *terribilis* grauitatis rigore. Prima pulchritudo iuſtitiæ, maiori ſubdi: Inde Eliſeus ſeruiebat Eliæ. Secunda æquali non præferri; inde Paulus aduocationem commiſit Petro, diſputans eum Simone, Tertia, minori ſeruire: inde Maria ſeruiebat Eliſabeth.

De Humilitate. §. DCCVII.

HVmilitas, autem, quæ eſt ſuauis, primus gradus, ſufficiens eſt, ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe æquali: quod impleuerunt Apoſtoli, ſubditi Chriſto. Secundus, abundans eſt, ſubdere ſe æquali, & non præferre ſe minori: quod, ſibi inuicem miniſtrando. Tertius, conſummans eſt, ſubdere ſe minori: quod impleuit Chriſtus, ſubdens ſe nobis.

Humilitatis duo gradus.

De Obedientia. §. DCCVIII.

OBedientia, quæ eſt decora, primus gradus eſt in patientia operis: ſecundus in humilitate cordis: tertius in perſeuerantia bonitatis.

Obedientiæ tres gradus.

Rigor quadruplex. §. DCCIX.

RIgor, quo eſt terribilis, eſt quadruplex. Eſt enim rigor abſtinentiæ ab alimentis. inde, *Videte ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate*: Eſt rigor diſciplinæ, à leuitate exterius in membris. inde, *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis à via iuſta*. Eſt rigor patientiæ, ne inhoneſtos geſtus membrorum ex dolore appareat in exterioribus ſignis. Inde Chriſtus *quaſi agnus ad occiſionem ductus eſt, & non aperuit os ſuum*. Vis habere hanc formam? Reſpice oculos Dilecti clauſos in morte; aures ſeptas ſpinea corona; linguam ſonantem, *Conſummatum eſt*; manus & pedes confixos clauis. Eſt rigor in correctione, vel increpatione, ne nimis ſit remiſſa & mollis. inde; *Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes*. Qui tali rigore eſt ornatus, terribilis eſt hoſtibus, *vt caſtrorum acies ordinata*, quæ nullam aperturam habet, per quam hoſtis ingrediatur. Item

Luc. 21. 34.

Pſal. 2. 12.

Iſai. 53. 7. & Act. 8. 32.

Ioan. 19. 30.

1. Theſſ. 5. 14

Quo rigore Chriſtianus ſe ornare debeat.

Aliter Laus quadrifaria. §. DCCX.

PVlchra eſt charitate, qua caret crimine, & originali peccato: *Suauis* voluntate, qua obſecundat creatori ſuo: *Decora* opere, quo exteriùs contendit obſequium præſtare Deo. *Terribilis* in-

ten-

Intellige de Virgine.

Digitized by Google

tentatione, in qua viriliter reſiſtit diabolo. Vel ſic

Item aliter. §. DCCXI.

Intellige de Eccleſia,

P*Vlchra* eſt in coniugatis: *Suauis* in continentibus: *Decora* in Prælatis: *Terribilis* in martiybus. Erit autem *vt caſtrorum acies ordinata*, ſi ponuntur Martyres in fronte, Prælati in ſecundo loco, continentes in tertio, coniugati in fine. Ita habeant à Martyribus exemplum ſuſtinendæ paſſionis: à Prælatis verbum Prædicationis: à continentibus amorem caſtitatis: à coniugatis abſtinentiam, & largitatem in eleemoſynis: & ſic inueniantur in fide ſtabiles, & in opere efficaces.

Quomodo Eccleſia ſit terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. Cap. II.

Cant. 6. 4.

Quare oculos columbinos habeat ſponſa.

AC ſi dicatur Oculos tibi columbinos dedi, quibus ſcripturarum arcana cognoſceres, quibus virtutes à vitijs, ſemitas iuſtitiæ, per quas ad me venires, dignoſceres. Tamen *auerte oculos tuos à me*, quia maieſtatem meam videre non potes. Igitur in via ne quæras præmium, quod non datur niſi in patria.

Auerſio oculorum triplex.
§. DCCXII.

QVidam auertunt oculos ſuos à veritate; quod eſt cæcitas præcipi-
Prou. 1. 32. tantis in foueam. inde, *Auerſio paruu-*
Pſal. 81. 5. *lorum interficiet eos*. Iſti *neſcierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant*. Quidam à vanitate; quod eſt grauitas ſtabilem faciens in nobis iuſtitiam. in-
Pſal. 118. 37. de, *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Hos oculos Eua non habuit, quan-
Gen. 2. 9. do vidit lignum *pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue*, & comedit. Quidam
Prou. 25. 27 auertunt à maieſtate, ſcientes quòd *qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria*. Primi ergo auertunt oculos ſuos à Dilecto, vt eius obliti nec faciant commemorationem; à quibus Chriſtus euolat; id eſt, extra volat, gratiæ deſtitutione. Secundi auertunt oculos ab eo, non præſumentes ſcrutari maieſtatem; ad quos Chriſtus aduolat, gratiæ collatione. Tertij, poſt præſumptionem, auertunt oculos, reuerberatos per eius incomprehenſibilem claritatem. Iſtis Chriſtus auolat, id eſt, ab eis volat, non gratiæ deſtitutione, ſed ſuæ celſitudinis incomprehenſibilitate.

De triplici Nube. §. DCCXIII.

PRimorum oculi obſcurantur nube voluptatum; quæ fumoſa. Inde,
Quomodo obtexit caligine in furore ſuo *Thren. 2. 1.*
Dominus virginem filiam Sion! Virgo enim caligatur, quando immunditia polluitur. Nube phantaſiarum; quæ turboſa. inde, *Oppoſuiſti nubem tibi,* *Thren. 3. 44.*
ne tranſeat oratio. Nube iniquitatum; quæ malitioſa. inde, *Educens nubes ab* *Pſal. 134. 7.*
extremo terræ. Extremum terræ, id eſt cordis malitia. Itaque, ſicut fumus oculos corporis turbat, ſic voluptas fumoſa rationem excæcat. Malitioſa inuenenat. Quidam enim voluptates fugiunt, inde ſuperbientes, alios opprimunt. Phantaſtica orantes conturbat, dum phantaſijs in oratione turbantur.

Qua caligine virgo obtegatur.

Contra iſtas tres ſunt aliæ tres bonæ. Prima eſt tonitrui terribilis, dum comminatur & terret, pellens nubem voluptatis. Secunda, pluuiæ humida, quia rigat & docet, tollens nubem iniquitatis. Tertia, diei, lucida & blanda, quia illuminat & refrigerat, pellens nubem phantaſmatis. De prima, qua primi excitantur, dicitur, *Vox tonitrui tui in rota.*
De ſecunda, qua ſecundi fœcundantur: *Pſal. 76. 19.*
Mandabo nubibus meis ne pluant. De *Iſai. 5. 6.*
tertia, qua tertij illuminantur: *Nubes* *Act. 1. 9.*
clara ſuſcepit eum ante oculos eorum, in aſcenſione. Per terrorem igitur primæ, primi oculos eleuant, vt à peccatis liberentur. Inde Iacob, qui dicitur *Sup-*
plantator, reuertens in terram ſuam, at- *Iacob interpretatur.*
tollens oculos vidit Eſaù fratrem ſuum, *Gen. 32. 7.*
qui dicitur *Piloſus*, id eſt, peccator, ſibi occurrentem. In ſecunda, ſecundi *Eſau interpretatur.*
virtutibus gratulantur, & ſic ſurſum oculi eleuantur. Inde Iſaac, qui dici- *Gen. 24. 63.*
tur

Iſaac interpr. tur *Riſus*, eleuans oculos ſuos, cùm
Rebecca in- exiret ad meditandum in agro, vidit Re-
terpretatur. beccam, quæ *Patientia* dicitur, ad ſe
venire. In tertia, tertij Ieſum aſcen-
dentem in cælum ſpeculantur. Inde
Gen. 18. 1. Abraham cùm ſtaret ad ilicem Mambre
in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo ſeruore
diei eleuans oculos ſuos, vidit tres vi-
ros deſcendentes per viam; & occurrit
eis, & pauit, & adorauit. Abraham, *Abraham in-*
qui dicitur Pater multarum gentium, *terpretatur.*
id eſt, ſpiritus dominus cogitationum,
ſtat in oſtio tabernaculi ſui; id eſt, in
carne non latens: dum contemplatur;
videt tres viros, id eſt, tres Perſonas in
Trinitate: occurrit eis deſiderio, ado-
rat humilitate, paſcit deuotione, & a-
more.

Cāt. 6. 4. & 5

Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui, ſicùt grex ouium, quæ aſcenderunt de lauacro: Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis. Sicut cortex mali punici; ita genæ tuę abſque oculis tuis. Cap. III.

IN capillis ſponſæ multifa-
ria cogitationum ſublimi-
tas. In dentibus, firmiſ-
ſima ſermonum ſtabilitas:
quia & hi loquendo, la-
biis, & linguæ cooperan-
Capilli cur tur, & illi de cerebro inſenſibiliter oriun-
quando præci tur, ne præciſi, doleant. Non enim do-
duntur, non lendum, ſed lætandum, in reciſione ſu-
doleant.
Deut. 34. 7. perfluarum cogitationum. Inde, *Den-*
tes Moyſi iam ſenis non ſunt moti. Et
1. Reg. 1. 11. in caput Samuelis, quia Nazareus erat,
Capilli cur nouacula non aſcendit. Bene capilli
gregi capra- gregi caprarum comparantur, quia ca-
rum compa- pra pro peccatis immolabatur. Simili-
rentur. ter & cogitationes erroneas per com-
punctionem Deo immolamus. Capra
in arduis paſcitur; & cogitatio iuſti in cæ-
lis delectatur. Quòd de Galaad aceruo
teſtimonij aſcendunt, cum multarum
Quare Docto virtutum apparentia iuſtus ſæculo renun
res dicantur ciaſſe probatur. Dentes, id eſt, Do-
Dentes ouiū, ctores, ouibus comparantur, propter
quæ aſcende- candorem virtutum, & innocentiam.
runt de laua-
cro. Bene de lauacro aſcendiſſe dicuntur,
Epheſ. 4. 29. quia de ore ipſorum non procedit ſermo
immundus. Inde, *Omnis ſermo malus
de ore veſtro non procedat*. *Omnes gemel-
lis fœtibus*, propter dilectionem Dei, &
proximi, quam prædicant; vel propter
doctrinam vtriuſque teſtamenti; vel pro-
pter ſalutem animæ & corporis. Corti-
ci mali punici genæ comparantur, quia
in genis pudor prædicantis, in rubore
corticis paſſio Saluatoris. *Abſque oculis* *In prædicato*
tuis, quia in prædicatoribus apparet ex- *ribus appa-*
teriùs Christi paſſio; interiùs vero latet *ret Chriſti*
virtus, & deuotio. *paſſio.*

De cogitationibus. §. DCCXIV.

MOraliter, in capillis, cogitatio;
in dentibus, cogitationum diju-
dicatio: in rubore genarum, feruor in
bonis, in malis confuſio. Priùs enim de-
bet homo in corde ſuo cogitationes tam
bonas, quàm malas reuoluere. De bo- *Pſal. 76. 4.*
nis: *Memor fui Dei & delectatus ſum, &
exercitatus ſum: & defecit ſpiritus meus.* *Iſai. 38. 15.*
De malis: *Recogitabo tibi omnes annos
meos in amaritudine animæ meæ*. Secun-
dò, quaſi quibuſdam dentibus reuolu-
tas, bonas à malis ſeparando, dijudica-
re. Inde: *Quod ſi noſmetipſos dijudica-* *1. Cor. 11. 31*
remus, non vtique iudicaremur. Ter-
tiò, de malis, quaſi in ſiniſtra gena, eru-
beſcere: de bonis, quaſi in dextra, ad
ampliorem nos feruorem accendere. *Thren. 3. 40.*
Inde Ieremias: *Scrutemur vias noſtras*,
Pſal. 38. 4.
rememorando; *& quæramus*, dijudi- *Diabolus ca-*
cando; *& reuertamur*, erubeſcendo. De *pillos bonarū*
bonis: *Concaluit cor meum intra me, &* *cogitationum*
in meditatione mea exardeſcet ignis. Sed *conatur auel*
diabolus ſatagit capillos bonarum cogi- *lere, & mala-*
tationum à vellere, malarum relinque- *rū relinquere*
re: Inde dicitur, quòd Hanon, qui di- *Hanon inter-*
pretatur.
citur *Dolor eorum*, id eſt, Diabolus, Rex *2. Reg. 10. 4.*
Iab-

Iabbes interpretatur. Iabbes, qui dicitur *Sica*, id eſt, inferni,
nunciis Dauid, id eſt, prædicatoribus
verbi Dei, raſit dimidium barbæ & ca-
Quomodo diabolus confringat dentes. pillorum; id eſt, bonas cogitationes au-
fert, & malas relinquit. Satagit quo-
que diabolus dentes dijudicationis con-
Thren. 3. 16. & 5. 12. fringere. *Confregit ad numerum dentes
meos*, ait Ieremias. De impudentia
genarum idem: *Facies ſenum non eru-
buerunt.*

Tria verò notanda in capillis: ſcilicet,
Peccator capra fœtens. quòd aſſimilantur capræ, quæ eſt fœti-
da, & alta petens. Sic reuoluens cogi-
tationes ſuas, debet ſe coram Deo pec-
catorem reputare, & ad Dei miſericor-
diam aſcendere. Secundò, quòd aſcen-
dunt de monte Galaad; de altitudine
ſcilicet puræ conſcientiæ, de aceruo vir-
tutum illis teſtimonium reddente. Ter-
tiò, quòd fixi ſunt in capite. Sic cogita-
tiones noſtro capiti Chriſto debent inſe-
parabiliter adhærere. Audi capram fœ-
Pſal. 37. 6. tidam: *Putruerunt, & corruptæ ſunt
cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.*
2. Cor. 1. 12. Audi acernum teſtimonij: *Gloria noſtra
hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*;
Audi cogitationes in capite: *Domine
Pſal. 37. 10. ante te omne deſiderium meum.*

Tria autem ſunt in dentibus. Primò,
cõparantur ouibus: ſecundo dicuntur de
lauacro aſcendentibus: tertiò, quod om-
nes ſunt gemellis fœtibus.

De triplici Ouis figura.
§. DCCXV.

SIgnificatio eius primò eſt in ſimplici-
tate: ſecundò, in vellere: tertiò, in
Qui ſua & aliena peccata vult extirpare, debet eſſe ſicut ouis. lacte. Qui ergo more dentium & ſua &
aliena volunt mordere peccata, ſumatur
ab eis de ſimplicitate ouis, innocentia
Pſal. 23. 4. à criminibus, vt ſit *innocens manibus, &
mundo corde*: A vellere largitas in tem-
poralibus, vt tribuat in ſimplicitate: à
lacte, eruditio in ſpiritualibus, vt præſit
in ſolicitudine. Talem ſe exhibuit Ioſeph
fratribus ſuis. Innocens fuit, non red-
dens mala pro malis: largitatem habuit,
tradita eis annona, & reddita in ſaccis
pecunia: eruditionem lactis exhibuit,
dicens: *Ne iraſcimini in via.*

De triplici lauacro. §. DCCXVI.

SEcundò, aſcendunt de lauacro; quod
triplex eſt. Primum in baptiſmate,
quo abluimur ab originali culpa; quod
Iordanis interpretatur. fit in Iordane, id eſt, *deſcenſu*; quo hu-
militas. Secundum in confeſſione; quo
diſſoluuntur quotidiana crimina; hoc eſt,
in probatica Piſcina: Probaton ouis; quo *Probaton interpretatur.*
innocentia, & ſimplicitas. Tertium in la-
crymarum effuſione; quo abluimur ab
obſtinatione cæca; quod fit in Natatoria
Siloe. Siloe *Miſſus*, in quo ſignificatur *Siloe interpretatur.*
miſſa Saluatoris benignitas & humani-
tas. In primo lauatur Naaman Syrus; *Naam interpretatur.*
Naaman *Decor*, Syria *Elata Regis*, cu- *Syria interpretatur.*
ius ipſe erat miles: Rex elationis Diabo-
lus; cuius milites ante baptiſmum fui-
mus. In ſecundo iacens in grabato pa-
ralyticus. Paralyſis *Diſſolutio* dicitur; & *Peccatores, paralytici dicuntur.*
nos quoties criminibus inuoluimur, pa-
ralytici, id eſt, diſſoluti, in grabato ia-
cemus. In tertio cæcus natus; ſcilicet,
ſemper manet in peccandi conſuetudi-
ne, ſua excæcatus obſtinatione. Superbos
itaque ſanauit Chriſti humilitas; quæ
in Iordane. Peccata noſtra purgauit *Chriſtus peccata noſtra purgauit.*
Chriſti innocentia & ſimplicitas; quæ in
Probatica Piſcina. Cæcitatem noſtræ ob-
ſtinationis curauit ad nos miſſa Chriſti
benignitas & humilitas; quæ in Siloe fi-
gurantur. Sequitur de genis, quæ ru-
beæ dicuntur *ſicut cortex mali punici.*

Tres ſunt cauſæ ruboris.
§. DCCXVII.

RVbor in facie fit ex confuſione &
erubeſcentia criminis. inde: *Eru-* *Pſal. 6. 11.*
*beſcant, & conturbentur vehementer om-
nes inimici mei: cõuertãtur, & erubeſcant
valde velociter.* Fit ex abundantia ſan-
guinis, ex feruore & appetitu amoris.
Inde de Nazareis, *Rubicundiores ebore* *Thren. 4. 7.*
antiquo. Fit ex Solis aduſtione, id eſt,
effuſione ſanguinis. inde canit Eccleſia;
Rubri nam fluido ſanguine laureis *Eccli. 24. 18.*
Ditantur bene fulgidis.
Inde, *Quaſi plantatio roſæ in Iericho.*
Hæc ſunt mala punica in veſte ſacerdo- *Mala punica in veſte ſacerdotali pendentia cũ tintinnabulis aureis quid ſignificent.*
tali pendentia, cum tintinnabulis aureis;
id eſt, cum laude diuina, in ore ſapien-
tis. Hæc apparent exteriùs, ſed præter
hæc, radices virtutum ſunt interiùs, vt
occultæ contemplationes, dulcia deſide-
ria ſanctæ deuotionis.

Se-

Digitized by Google

Cant. 6. 6.

Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus. Cap. IV.

REGINÆ & concubinæ, vtręque quidem ad thorum Regis accedunt, filios eigenerant; ſed non vtræque diademate regni caput nobilitant. Vtræque prædicatione & baptiſmo, Deo animas acquirunt: ſed tamen multum differunt. Nam Reginæ ſunt, quæ intentione regni, in hoc Deo ſeruiunt: illæ verò concubinæ, quæ carnalium ac temporalium commodo voluptatum. Inde: *Siue per occaſionem, ſiue per veritatem, Chriſtus annuncietur: & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo*. Reginæ per ſexagenarium deſignantur, propter ſcientiam decalogi, & perfectionem boni operis; quod ſignificat ſex. Item quinque per duodecim multiplicata, faciunt ſexaginta: hæ namque quinque ſenſus regunt, & ad duodecim Apoſtolos formant vitam ſuam, vt cum eis recipiant coronam. Octnagenarius, qui ex quatuor multiplicatur, in malo accipitur, propter temporalium voluptates: quia huius ſęculi curſus quatuor temporibus agitur; & mundus quatuor climatibus dirimitur. Adoleſcentulæ ſunt, quæ nuper in Chriſto renatæ, ad prædicandum nondum ſufficiunt; & quaſi needum thoro regali habiles in reginæ miniſterio fidelibus aſſiſtunt excubijs, quia iuſſis Eccleſiæ fideliter obtemperant. Inde ſuperiùs, *Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis*, Quarum non eſt numerus, quia modum noſtræ æſtimationis tranſcendit ſumma ciuium patriæ cæleſtis.

Quæ ſunt reginæ & concubinæ ſummo Regi ſeruientes.

Philipp. 1. 18.

Cant. 1. 2.

Parientium differentia. Tria genera fœminarum. §. *DCCXVIII.*

FOeminarum tria genera enumerata ſunt. Reginæ, quæ pariunt Regi de matrimonio, ad honorem regium. Concubinæ, quæ pariunt ſine coniugio, propter temporale ſolatium. Adoleſcentulæ nondum aptæ puerperio, in Reginæ obſequium. Reginæ, ſunt Prædicatores ſpirituales, qui verbo & exemplo proficiunt. inde: *Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto*, Concubinæ, carnales, qui verbo proficiunt, ſed exemplo corrumpunt. inde Salomon: *Erueris à muliere extranea, quæ mollit ſermones ſuos*, ſcilicet prædicando; *& relinquit ducem pubertatis ſuæ*, id eſt, Chriſtum, malè operando; *& pacti Dei ſui oblita eſt*, quod verbo ſpondet, opere non adimplendo. Adoleſcentulę, minores, ſpiritualium vitam æmulantes: inde, *Adducentur Regi virgines poſt eam.* Has Reginas figurauit Bethſabee, quam duxit Dauid in vxorem, & fecit Reginam, & ipſa peperit filium ſapientem, id eſt, Salomonem. Bethſabee *ſeptiformis*, vel *Puteus abundantiæ* dicitur. Qui enim ſeptiformi gratia pleni ſunt, & ſcientia abundant, filios pacificos generant.

Prædicatores ſunt reginæ.

Prou. 2. 16.

Pſal. 44. 15.

Bethſabee interpretatur,

Quadrifaria laus Reginarum. §. DCCXIX.

TAles virgines placent Dauid: Laudabiles à gloria interiùs. inde, *Omnis gloria eius, filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis*; id eſt, operibus Charitatis: A forma exteriùs. inde: *Concupiſcet Rex ſpeciem tuam.* A puerperio conuerſorum. Inde: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij*. A contritione adoleſcentularum. inde: *Adducentur Regi virgines poſt eam, afferentur in lætitia & exultatione.*

Pſal. 44. 14.

ibid. 17.

ibid. 15.

De triplici prole concubinæ. §. DCCXX.

COncubinæ verò aliquando generant Regi conformes virtute; qui ſunt ſapientes, & robuſti: aliquando matri ſimiles, voluptate; quo molles & effœminati: aliquando degeneres, infidelitate; qui ſunt hæretici. In figura horum. Oſee duxit fornicariam, ſcilicet Gomer. Oſee *Saluator* dicitur, id eſt, Chriſtus. Hic in fornicaria primò gignit filium ſibi ſimilem; vnde dictus eſt Iſrael, id eſt, *ſemen Dei*, vel *Filius Dei.* Secundò, fornicaria parit ſimilem ſibi, quia voluptuoſam: inde dicta eſt *Abſque miſericordia*, quia matrem imitando, priuatur Dei miſericordia. Tertiò, peperit filium degenerem, in hoc, quòd ma-

Oſee 1. 3.

Quid Oſee & vxor eius fornicaria innuant.

matrem tranſgreditur infidelitate: inde dictus eſt *Non populus meus*. Primi (Matth. 23. 3.) ædificantur matris verbo: inde, *Quæ dicunt facite*. Secundi corrumpuntur eius exemplo: inde: *Quæ faciunt facere nolite*. Tertij ſeducuntur, dum putant (Thren. 4. 3.) matrem penitus alienam: inde, *Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos*. (Rom. 8. 29) Primi conformantur regi: quia *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui*. De filia, quę (Pſal. 136. 8. Ezech. 1. 19.) matri aſſimilatur, dicitur: *Filia Babylonis miſera*. *Cùm enim ambularent animalia, ambulabant pariter & rota iuxta ea: & cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur pariter, & rota, ſequentes ea.* (Rota, vita humana. Prælatorum veſtigia ſubditi ſectantur.) Animalia, Prælati: rota, vita hominũ. Cùm ergo ambulant Prælati per terrena, eis conformatur ſubditorum vita. De vltimis dicitur: (Iſai. 1. 4.) *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis*. Eſt adoleſcentularum, religioſorum vitam aſpicere, magiſtrorum doctrina ſe quaſi pane reficere, in amaritudine peccata ſua recogitare, ſeſe frequenter lacrymis perfundere; vt ſic tandem poſſint eſſe de numero reginarum, (Ruth. 2. 3. Ruth. interpr. Booz interpr.) Sic Ruth, quę dicitur *Inſpirata*, in agro Booz, qui dicitur *in fortitudine*, ſpicas poſt meſſores colligebat; id eſt, religioſorum vitam, imitando, aſpiciebat; magiſtrorum doctrina, quaſi pane reficiebat ſe, cùm ad iuſſum Booz cum puellis eius comedebat. Vnde ſubditur ibi: *Intinge bucceIlam panis in aceto*; quia in refectione ſua debet in amaritudine peccata ſua rememorare: *& bibe*, inquit, *aquam de ſarcinulis noſtris*: hoc eſt, quòd lacrymis ſe debet perfundere; & ſic creſcens fit aliquando regina, vt prædicando poſſit filios parere regi.

Item de prole, moraliter: & de Eſther. §. DCCXXI.

MOraliter, Rex eſt ſpiritus noſter: Regina, ratio: concubina, ſenſualitas: adoleſcentulæ, ſanctæ meditationes. Ratio parit Regi, id eſt, ſpiritui, filios; id eſt, veritatis cognitionem, in actionibus & deliberationibus diſcretionem. Concubina, id eſt, ſenſualitas, parit Regi filios, cùm exteriores ſenſus, quos viuificat, in vſus bonos dirigit. Adoleſcentulæ, & ſanctæ meditationes, ad iuuant ad partus nutriendos, & ſunt in obſequium Reginæ. Eſther enim Regina tremebunda accedebat ad conſpectum Regis Aſſueri: & quia delicata erat, & ſere ex timore cadebat in terram, duas habebat in obſequium ſuum adoleſcentulas; quarum vna, id eſt, Spes, caput eius ſuſtinebat; id eſt, ſuperiorem vim rationis, quæ eſt Dei contemplatio: altera verò, id eſt, Timor, veſtes eius ſuſtinebat, ne defluerent in terram; id eſt, bonam compoſitionem morum, & operum, ne ad terrena ſe inclinarent. Concubinę verò bonæ, ſunt aliquando cum filijs ſuis; ſcilicet, quando motus ſenſualitatis, exteriores ſenſus ad bonos vſus dirigunt. Iſtæ ſunt Concubinæ, quæ Iacob genuerunt filios bonos, ſcilicet Patriarchas. Sunt & concubinæ malæ, quæ cum filijs ſuis ſunt abijciendæ. Inde, *Agar eijce ancillam, & filium eius*. (Gen. 21. 10.) Agar enim, quæ *Seruitus* dicitur, id eſt, ſenſualitas, quæ ſeruire debebat patiens, ſuperbiebat contra dominam ſuam: & Iſmaël turpiter ludebat cum Iſaac fratre ſuo; quia ſæpe euagationes ſenſuum bonos vſus euertunt. Adoleſcentulæ quoque in obſequium ſunt Reginæ, dum ſanctæ meditationes pios affectus nutriunt. (Meditationes ſanctæ quomodo dicantur Adoleſcentulę Reginę, & Regi ſeruientes.) Hinc eſt quòd Abiſac Sunamitis, quæ dicitur *Patris mei riſus*, vel gaudium, pedes Dauid fouebat.

Quod verò Reginæ ſub numero ſexagenario, concubinæ ſub octogenario ponuntur, ad rem pertinet. Sexaginta enim diuiditur in triginta & triginta: ecce prima. Item triginta diuiditur in quindecim & quindecim; ſed non poteſt diuidi quindecim. Iſtas duas diuiſiones patiuntur quilibet iuſti. Primò enim dolent, quòd adhuc diuiduntur à regno. Secundum patiuntur, quando anima à corpore ſeparatur. Octogenarius verò primò diuiditur in quadraginta & quadraginta: ſecundò, in viginti & viginti: tertiò, viginti in decem & decem: quartò, decem in quinque & quinque: quinque verò non diuiditur. In his accipe duas prædictas, & duas alias, quas habent iniuſti: vna, qua diuiduntur à Dei gratia: altera, qua diuiduntur à perpetratione ſuæ concupiſcentiæ. Adoleſcentularum verò non eſt numerus, propter multitudinem cogitationum, quæ ſub numero non poſſunt comprehendi.

Nota.

REginæ, quæ ſunt ſexaginta, duplicem habent diuiſionem, quia tantùm de duobus dolorem patiuntur: ſcilicet, quia diuiduntur adhuc à regno; & quia anima ſeparatur à corpore. Concu-

binæ autem octoginta, quæ ſenſus ſignificant; cùm quater diuidantur, quadruplicem etiam patiuntur diuiſionem: Vna, qua diuiduntur à Dei gratia, alia, qua diuiduntur, à remurmuratione propriæ conſcientiæ. Addamus iſtis duas alias, quas habent iuſti; & erunt quatuor. Et hinc oritur infinitus numerus adoleſcentularum; ſcilicet, malarum & bonarum cogitationum.

Cant. 6. 8.

Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. Cap. V

Eccleſia ſancta, vna debet eſſe, etſi per totum orbem diffuſa.

VNA eſt, quia ſicut vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma; ita vna Eccleſia per totum mundum diſperſa. Dicitur columba, quia Spiritus ſanctus ſuper Dominũ in ſpecie columbæ deſcendit; vt & ſuam, & eius in quem deſcendebat, oſtenderet ſimplicitatem, quam Eccleſiæ contulit. Perfecta dicitur, quia ex omnibus populis colligitur, & omnium diuinorum chariſmatum acceptione perficitur. Mater & genitrix Eccleſiæ præſentis, eſt illa, de qua Apoſtolus: *Quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt; quæ eſt mater noſtra.* Electa eſt genitrici ſuæ, id eſt, ſupernæ Eccleſiæ, propter ſuam vnitatem comprobata.

In Columbæ ſpecie cur Spiritus ſanctus ſuper Chriſtũ apparuerit.

Ratio nominum Sponſæ. §. *DCCXXII.*

Eccleſia quare dicatur columba; & perfecta, & electa.

NOta, quòd ſponſa dicitur *Vna*, dum Incipitur: dicitur: *Columba*, dum gratia augetur: dicitur *Perfecta*, dum mundus integrè deſpicitur: dicitur *Electa*, dum totus in Deum animus intenditur. Vt taceamus ad præſens illas philoſophicas vnitates, quantum ad præſens ſpectat negocium; eſt vnum ſpirituale, fide & adunatione. inde, *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt.*

Gal. 4. 26.

1. Cor. 6. 17.

De tribus Vnitatibus. §. *DCCXXIII.*

Symbolum S. Athanaſij.

EStvnum ſingulare in Virgine, vnione. inde, *Sicut anima rationalis, & caro, vnus eſt homo; ita Deus, & homo, vnus eſt Chriſtus.* Eſt vnum æternale in Trinitate, æterna vnitate. inde, *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres, vnum ſunt.* Primò, quaſi lapides viui, ad conſtruendum templum Dei colligimur. inde, *Congregauit nos, in vnum Chriſti amor.* Secundò, erigimur. inde, *Erexit nobis Dominus cornu ſalutis ſuæ in domo Dauid pueri ſui.* Tertiò, conſummabimur. inde, *Ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.* Prima itaque vnitate dicitur ſponſa, *Vna*, ſcilicet adunatione fidelium, tanquam lapidum, ad conſtruendum templum Domini, quod priùs fundatur ex rudibus & impolitis lapidibus, ſcilicet humilitate: poſtea, locantur ſculpti, in patientia: ſupponuntur politi, in manſuetudine: tanquam cæmento colligantur ſimul charitate: deinde accumulatur templum, in pacis ſolicita conuerſatione. Sic docebat Paulus conſtruere, dicens: *Obſecro vos vt dignè ambuletis cum humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Sic ſponſa eſt *Vna*.

Luc. 1. 69.

1. Pet. 5. 10.

Epheſ. 4. 2.

Tria ſunt in ſimplicitate. §. *DCCXXIV.*

ESt etiam columba bona in ſimplicitate. Quod in tribus fit. Si ad pacem alios inuitat. inde, *Pacem ſequimini cum omnibus.* Si irrogatus iniurias non vindicat. inde, *Non reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto.* Si in gratia Dei alios exaltat. inde: *Videte ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.*

Heb. 12. 14.

1. Pet. 3. 9.

2. Cor. 6. 1

Tres ſunt Columbæ. §. *DCCXXV.*

HInc eſt, quòd in ſcripturis tres legimus Columbas. Prima ramum oliuæ ad arcam attulit, in ſignum pacis in diluuio: ſecunda in Lege offerebatur in ſacrificio: tertia ſuper Dominum apparuit in baptiſmo. De his columbis contra ſimoniacos dicitur, quòd Dominus eiecit de templo, flagello facto de funicu-

Cur Chriſtus eiecerit de templo vendentes columbas.

culis, vendentes oues, & boues, & columbas. Ouis hîc accipitur pro ſimplicitate: Bos, pro prædicationis labore: Columbæ, pro ſacramentis nouæ gratiæ. Primum vendunt hypocritæ: ſecundum, mercenarij: tertium, ſimoniaci, deteriores cæteris. Iſti, qui vendunt columbas, eijciuntur de templo. inde in Apocalypſi: *Eijce foras atrium, quod foris eſt*; ſcilicet flagello facto de funiculis peccatorum. inde: *Funes peccatorum circumplexi ſunt me*. Itaque apud iſtos non eſt vna columba iſta.

Chriſtus cur facto flagello de funiculis eiecit de templo vendentes oues & boues & columbas? Simoniaci vendunt columbas & ideo extra eccleſiam eijciendi.

Apoc. 11. 2.

Pſal. 118. 61.

Perfectionis quatuor gradus. *§. DCCXXVI.*

ITem, ſponſa perfecta eſt, dum mundus perfectè deſpicitur; ſicut docuit Chriſtus; *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ poſſides, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo*. Primum ergo eſt in affectu voluntatis: ſecundum, in affectu alienationis: tertium in profectu erogationis: quartum in prouentu ſperandæ retributionis. Quia, ſicut ait Gregorius, Velle, mente ire eſt: volentem enim ſequitur opus: alienando, prorſus Mundum deſpicimus: erogando, proximum diligimus, dum neceſſitati ipſius de noſtro ſubuenimus. Inde, ſperando nos habituros præmia in cælo, theſaurizamus, & ſurſum cor eleuamus: ſicut ſancti Martyres *euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes* autem *venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos*.

Luc. 18. 22.

Semina, quæ mittebāt martyres eleemoſyna elargitio erāt.

Pſal. 125. 6.

Triplex electio. §. DCCXXVII.

ESt quoque ſpōſa *electa genitricis ſuæ*, id eſt, Ieruſalem, quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra, cuius caput eſt Chriſtus, qui elegit. Sciendum verò, quòd eſt electio prædeſtinationis, liberam conſeruans homini voluntatem. Inde: *Sicut elegit nos ante mundi conſtitutionem.* Et eſt electio gratiæ, prouehens ad dignitatem. Inde Paulus Apoſtolus, *Non ab hominibus, neque per hominem electus, ſed per Ieſum* Chriſtum. Et eſt electio aſſumptionis, perducens ad beatitudinem. Inde, *Beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis*. Per primam nos præſciuit Dominus: per ſecundam nos vocat, & iuſtificat: per tertiam nos Glorificabit in cælo.

Electio prædeſtinationis conſeruat homini voluntatem liberā.

Epheſ. 1. 4.

Galat. 1. 1.

Pſal. 64. 4.

Cant. 6. 8.

Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſſimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. Cap. VI.

MAGNA laus eſt vnitati catholicæ, quam & gratia, mater quæ genuit, in perpetuum elegit; & filiæ, quas ipſa Deo per ſpiritum genuit, & enutriuit, mox vt viderint; id eſt, vt eius caſtitatem vitæ didicerunt, vt dona promiſſæ illi hæreditatis audierunt, meritò beatificare non ceſſant. Sed & reginæ & concubinæ præconijs iuſtis extollunt; id eſt, ſiue hæ, quæ regni eius ſunt participes, ſiue hæ, quæ ei ſolo nomine adherentes, ſed ſpe ſunt & animo terreſtres, perenni eam dignam laude fatentur.

Quartus effectus videndi. *§. DCCXXVIII.*

VIderunt filiæ, in eius ſuſpirantes æmulatione. Viderunt reginæ congratulantes de eius perfectione, pariter feſtinantes ad eius beatitudinem. Viderunt concubinæ, & corroſæ ſunt verme conſcientiæ, quia ſe vident præparatas ad damnationem. Filiæ in ea viderunt ſuam infirmitatem. Hinc eſt, quòd clamant adoleſcentulæ: *Trahe nos poſt te: curremus in odorem vnguentorum tuorū*. Inde Ruth, quæ *Inſpirata* dicitur, ad ſocrum ſuam Noëmi, quæ dicitur *Pulchra*, clamat: *Quocunque ibis, & ego vadam: quocunque manebis, & ego. Viuit Deus, quòd ſola mors me & te ſeparabit.* Reginæ dicunt: *Lætatus ſum in his, quæ dicta*

Cant. 1. 3.

Ruth interpr.

Noemi interpret.

Ruth. 1. 16.

Pſal. 121. 1

dicta ſunt mihi: In domum Domini ibimus. Concubinæ roduntur verme conſcientiæ, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſarum, & inter ſe & inuicem cogitationum accuſantium. Vnde quædam
Pſal. 788. dam renitentes clamant: *Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum*. Quædam dicunt cum Cain de-
Gen. 4. 14. ſperantes: *Maior eſt iniquitas mea, quam, vt veniam merear*. Quædam verò cum
Matth. 27. 4. Iuda ad laqueum currunt, dicentes: *Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum*.

Aſcenſus ad laudem. §. DCCXXIX.

ORdo congruus. Priùs vident non habentem maculam, neque rugam, quia ſacrificijs purificatam. Secundò, prædicant beatiſſimam iam cæleſti refectione ſaginatam, quia pane ſpirituali ſatiatam. Tertiò, laudant ſuper conditionem humanam ad ſuperna gaudia exaltatam, quia vinolentia exhilaratam. Hæc tria ſunt, de quibus ait Samuel ad
1. Reg. 10. 3. Saul: *Cùm veneris ad quercum Thabor, occurrent tibi tres viri euntes in Bethel: vnus portans tres hœdos, alius portans*
Thabor interpret. *tres tortas panis, alius lagenam vini*. Thabor *Veniens lumen* dicitur: quercus eſt crux Chriſti, per quam venit lumen: tres viri, ſunt tria genera hominum, incipientes, proficientes, perficientes.

Tria ſacrificia. §. DCCXXX.

IN tribus hœdis triplex ſacrificium eſt, quibus ſponſa eſt purificata, quia hœdi in lege ſacrificabantur. Primum
Pſal. 50. 19. eſt contritionis. inde: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*. Secun-
Pſal. 4. 6. dum iuſtificationis, inde: *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ*. Tertium iubilatio-
Pſal. 40. 23. nis, inde: *Sacrificium laudis honorificabit me*. Sic ſponſa in ſe priùs mactat ve-
Coloſ. 3. 9. *terem hominem cum actibus ſuis*, per pœ-
Rom. 6. 4. nitentiam. inde, *In nouitate vitæ ambulat*, per iuſtitiam.

Tres Panes: & de laudibus ſponſæ. §. DCCXXXI.

TAndem eam laudat per ineffabilem lætitiam. *Beatiſſima* dicitur ſpon-
Luc. 11. 5. ſa, tribus panibus ſatiata. Inde, *Commoda mihi tres panes*. Primus doctrinæ, de menſa propitiationis; pro quo prædicatur *Beata*. Secundus lacrymarum, qui ſunt ei *panes die ac nocte*; pro quo *Beatior*. Tertius conſolationis diuinæ; qui *panis Angelorum*, quem *manducauit homo*; pro quo *Beatiſſima*. Lagena vini eſt lætitia, qua intus tangit Chriſtum, cum illo iam deguſtans ſupernæ patriæ gaudia. Hi ſuper pectus Domini cum Ioanne vehementi amore accenſi, in cœna recumbunt. Primus tactus eſt, tangere fimbriam veſtimenti, id eſt, fidei, vel conuerſationis eius, cum emorrhoiſſa muliere; & hanc ſanamus à ſanguine culpæ. Secundus tactus eſt, tangere pedes eius, id eſt, affectus cum Maria. Tertius, ſuper pectus eſt, cum Ioanne in cœna recumbens; id eſt, in ſuperna gaudia ſapere. Et inde laudatur.

Quomodo omnes peccatores poſſunt dici Concubinæ. §. DCCXXXII.

NOtandum, quòd concubinæ poſſunt accipi, qui adhuc plorant pro peccatorum enormitate; qui ſe necdum dignos iudicãt ad Regis amplexus accedere. Quę
landant beatam, quia *de nocte ſurrexit, de-* Prou. 31. 15
ditq; prædã domeſticis ſuis & cibaria ancillis ſuis. Filiæ ſunt, quæ contemplantur in
hac peregrinatione, & vident quód *om-* Pſal. 44. 14.
nis gloria eius, filiæ regis ab intus: in fimbrijs aureis. Reginæ, quæ iam fruuntur Dei viſione, prædicant beatiſſimam
Virginem, quia *venit à finibus terræ au-* 3. Reg. 10. 1.
dire ſapientiam Salomonis.

In quibus iſtæ concubinæ laudent Virginem. §. DCCXXXIII.

COncubinæ ergo laudant à conceptu, qui fuit ſine fœditate, in quo Virga Aaron floruit ſine cultu hominis: in quo laudatur Virginitas; quæ concepit,
& non marcuit. Inde, *Ecce Virgo conci-* Iſai. 7. 14.
piet, & pariet filium. Laudatur à fructu,
qui liber fuit ab originali neceſſitate; in Oſee 13. 15.
quo venit *Ventus vrens à regione deſerti, & ſiccauit venas mortis*; in quo nouitas, qua Creator in muliere latuit. Inde:
Faciet Dominus nouum ſuper terram. Ier. 31. 22.
Mulier circundabit virum. Laudatur à partu, qui fuit ſine difficultate: in quo
viſus eſt rubus ardens ſine damno com- Exod. 3. 2.
buſtionis: in quo fertilitas, qua Creator egreſſus de vtero, portam non aperuit.
Inde Ezechiel: *Porta hæc clauſa erit, &* Ezech 44. 2
non aperietur, & vir non tranſiet per eam.

Con-

Digitized by Google

Concubina ergo videns hæc ſponſæ ma-
gnalia, meritò non ceſſat laudare: ſed
meritò etiam plorat, videns illuc ſe non
poſſe pertingere. Contra primum, erube-
Pſal. 43. 16 ſcit ſe de putredine propagari. Inde: *To-*
ta die verecundia contra me eſt. Contra
ſecundum, ſibi vileſcit, videns ſe pecca-
Pſal. 17. 26. ti laqueis innodari. inde: *Praeoccupaue-*
runt me laquei mortis. Contra tertium
tabeſcit, ſentiens ſe mundi huius miſeria
Pſal. 38. 12. fatigari. inde: *Tabeſcere feciſti ſicut ara-*
neum animam eius:

Hæc tria in Rebecca figurata ſũt. Cùm
Gen. 24. 63. enim Iſaac occurreret ei, egreſſus ad me-
ditandum in agro, operuit vultum ſuum
pallio, & inde verecundata exilijt de ca-
Delbora inter pret. melo, quia humiliata. Dehinc Delboram,
quæ dicitur *Apis*, dicitur habuiſſe à latere
ſuo; ſcilicet aculeo miſeriæ fatigata. Sed
dum talibus fatigatur, & exercitatur, ab
Iſaac interpr Iſaac, qui dicitur *Riſus*, ſuſcipitur, & in
thalamo matris inducitur, & ſic eius ſpon-
ſa efficitur. Sic & concubinæ talibus ex-
ercentur, & ſponſæ Chriſti proceſſu tem-
poris fieri merentur.

De ſponſa pietate. §. DCCXXXIV.

ITem fidelis ſponſa laudatur à pietate,
qua patris ira filijs temperatur; ſicut
Beata Virgo pia fuit, populum Deo ſub-
ditum, Filio reconciliando; qua populum
Eccli. 24. 16. Dei ad hæreditatem reuocauit. Inde, *Et*
radicaui in populo honorificato; & in
parte Dei mei hæreditas illius, id eſt, Hæ-
reditatem Dei mei eis acquiſiui. A timo-
re, quo ſponſo reuerentia exhibetur: ſi-
cut Maria timorata Filium debito hono
Prou. 31. 30. re reuerendo. Inde, *Mulier timens Do-*
minum, ipſa laudabitur. A labore, quo
voluptas carnis domatur, & virtutibus in-
ſtruitur: ſicut Virgo laborioſa, carnem
domando, & Filio aulam virgineam deli-
Prou. 31. 29. cijs virtutum inſtruendo. Inde: *Multæ*
filiæ congregauerunt diuitias: tu ſuper-
gredieris vniuerſas. Ecce ancillæ ſuæ con-
cubinæ laudauerunt.

De filiabus: Vbi & de Beata Maria, & de Iride. §. DCCXXXV.

ibid. SEquitur: *Filiæ viderunt*, ſed diffe-
renter. Aliæ enim procedunt cum
virtutum diuitijs. inde, *Multæ filiæ con-*
gregauerunt diuitias &c. Aliæ procedunt
cum aromatibus ſpiritualis delectationis.
Pſal. 44. 9. inde: *Myrrha, & gutta, & caſia à ve-*
ſtimentis tuis. Maria enim veſtimentum
fuit Regis, & domus eburnea. Aliæ ex-
cedunt in ſtupore admirationis. inde *Fi-*
liæ diſcurrerunt per murum. Murus eſt
virtutum ſoliditas, & ſublimitas; vnde ad
videnda cæleſtia paratiores ſumus. Pri-
mæ de longe Mariam imitantur, onerataę
fructuum vbertate. inde, *Adducentur Re-* Pſ. 44. 15 & ſeqq.
gi virgines poſt eam. Secundæ de propin-
quo æmulantur in lætitia & exultatione.
inde, *Proximæ eius afferentur tibi in læ-*
titia & exultatione. Tertiæ, cogitatio-
ne, & auiditate in illa æterna patria con-
uerſantur, gaudentes præ nouitate. inde,
Adducentur in templum Regis, quod eſt
beatitudo ſuperna, vbi mente ingrediun-
tur cum Maria. Maria eſt Arca, quæ di-
citur in Apocalypſi: *Cælum apertum eſt,*
& Arca Dei viſa eſt in eo. In ea erat vir-
ga diſciplinæ; & manna, ſcilicet dulce-
do deuotionis; & tabula Teſtamenti, ſci-
licet ſapientia. Ipſa enim aſtitit à dextris
Dei, *circundata varietate*. Ipſa eſt Iris
diuerſorum colorum. inde in Apocalypſi: Apoc. 4. 3.
Qui ſedebat in throno, ſimilis erat aſpe-
ctui iaſpidis, & ſardinis; ſcilicet Chriſtus.
Iaſpis enim virentis coloris eſt; in eo Di-
uinitas: Sardo rubens; pro nobis paſſa
Humanitas. vbi adiungitur, *Et in circui-*
tu throni iris ſimilis viſioni ſmaragdinæ.
Smaragdus virentis coloris eſt.

De Iride. §. DCCXXXVI.

VEruntamen Iris plures habet colo- *Quomodo in Virgine omnes Iridis colores reperiantur, & quid innuant.*
res, qui figurant aliquod in Beata
Virgine. Habet enim nigredinem, pal-
lorem, virorem, candorem, ruborem.
In nigredine ſignificatur quòd ipſa cu-
ram gerat de peccatoribus, vt à Filio ſuo
impetret indulgentiam. inde, *Nigra*
ſum, ſed formoſa. In pallore, de labo-
rantibus patientiam. inde, *Decolorauit*
me Sol. In virore, de his, qui ſtudent
virtutibus, proficiendi gratiam. Inde
dicitur quòd ſimilis erat viſioni ſmarag-
dinę. In candore, de virginibus humili-
tatem. inde: *Sicut lilium inter ſpinas* Cant. 2. 2.
ſic amica mea inter filias. In rubore, de Cant. 4. 3.
charitate feruentibus pietatem. inde: *Si-*
cut vitta coccinea labia tua.

Iris quid portendat. §. DCCXXXVII.

ITem Iris pacem deſignat, pluuiam
nunciat, ex Solis præſentia multifor-
miter radiat. In primo enim, per ipſam
humano generi pax eſt impetrata: inde
ſponſus oſculatus eſt eam *oſculo oris ſui*. Cant. 1. 1.

In

Io ſecundo, per ipſam gratia pluuiæ eſt
Cant. 4. 15.
inſuſa: inde fuit ipſa *Fons hortorum*, *Puteus aquarum viuentium*. In tertio, viſione Dei eſt glorioſa: inde, *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum*. Talem viderunt eam filiæ.

De quadriſaria Beatitudine.
§. DCCXXXVIII.

Cant. 6. 8.
SEquitur: *Regina beatiſſimam prædicauerunt*; ſed non qualibet beatitudine. Eſt enim beatitudo falſa, quæ decipit per vanam delectationem: inde enumeratis multis fœlicitatibus temporalibus, dicit Dauid: *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt*. Eſt vera, quæ incipit per virtutes, & operationem. inde,
Pſal. 143. 15
Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Eſt ſecura, quæ percepit diuinam promiſſionem. inde: *Beati mortui qui in Domino moriuntur*: ſcilicet, quia amodò iam dicit: *Ecce, quod ſperaui, nunc teneo*. Eſt plena, quæ recipit corporis & animæ glorificationem. inde: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, id eſt, corpus. Tunc enim glorificabuntur in anima & corpore. Hac beatitudine Beatiſſimam prædicauerunt Reginæ Mariam.
Pſal. 32. 12.
Apoc. 14. 1.
Eccleſia.
Math. 5. 4

Cant. 6. 8.

Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Cap. VII.

Eccleſia quo ordine, ac myſterio dicatur Aurora, Luna, & Sol.

ADMIRATVR Synagoga conuerſa Eccleſiam tantiſper ſublimatam. Hæc *progreditur quaſi aurora conſurgens*, quia veri luminis, iã in ea ortus mũdo, poſt tenebras ignorantiæ longè monſtratur. Inde: *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit*. *Pulchra vt Luna*, quia à Sole iuſtitiæ illuſtrata, noctem ſæculi huius incedens, ſcientiæ cæleſtis, & euangelicę conuerſationis luce perfudit. *Electa vt Sol*, quia imaginem ſui Conditoris illuſtrare cœpit, ambulando in omni iuſtitia & ſanctitate, illi veraciter gratias agendo: quia *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*. Item, *Pulchra vt Luna*, quia in nocte vitæ huius, nunc virtutum candore plena, nunc prauorum dehoneſtata vitijs, more Lunæ creſcit & decreſcit. *Electa vt Sol*, in die futuræ beatitudinis, quando clarebit incommutabilis lucis viſione, quando omnes iuſti *fulgebunt ſicut Sol in regno Patris eorum*. *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata*; quia quò perfectius ordinem virtutum in ſe collocat, eò terribilior aëreis poteſtatibus exiſtit.

Rom. 13. 12.
Pſal. 4. 7.
Sap. 3. 7.
Eccleſia admodũ terribilis nõ ſolum hæreticis, ſed aëreis poteſtatibus.

Aurora quadriſaria. §. DCCXXXIX

ITem, Aurora noctem fugat, abluendo culpam; & eſt in proximi vtilitatem. Luna noctem illuminat, auferendo ignorantiam; & eſt in proximi ædificationem. Sol diem clarificat, manifeſtando ſanctorum iuſtitiam, reformando in ſe Dei imaginem. Terror caſtrorum hoſtes exturbat, reprimendo eorum ſæuitiam, ſe muniendo contra ipſorum machinationem.

De triplici Aurora, & eius ethimologia.
§. DCCXL.

EST Aurora miſeriæ, qua cognoſcimus peccatum, vt fugiamus. Hæc dicitur Aurora, id eſt, *aura oriens*, id eſt, temperiens, quia in ea nos temperamus à vitijs. Inde: *Factum eſt vigilia matutina: & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Aegyptiorum, interfecit exercitum eorum*. Eſt gratiæ, qua videmus bonum, vt faciamus. Hæc dicitur Aurora, id eſt, *augens rorem*, quia augetur in nobis gratia, vt benefaciamus. Inde Gedeon ſurgens mane inuenit vellus plenum rore, & expreſſit in concham: id eſt, de Virgine venit ad cor humanum. Eſt contemplationis, & gloriæ, vt diligamus bonum,

Exod. 14. 24
Prima peccatorum noſtrorum cognitio vere poteſt dici Aurora.
Iudic. 6. 37.

num, & quæramus. Hæc dicitur, Aurora, quaſi *Auium hora*, quia in ea contemplantes cæleſtium gloriam, ſicut aues in aurora Deum laudamus. Inde Iob:
Iob. 38. 6. *Quis demiſit lapidem angularem eius, cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Prima eſt *Aurora conſurgens* de peccato ad ſanctitatem.
Ephes. 5.14. inde: *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis; & illuminabit te Chriſtus*. De
Cant. 6. 8. ea etiam dicitur: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens?* Secunda, aſcendens de virtute in virtutem.
Gen. 32. 26. Inde Angelus ad Iacob: *Dimitte me, iam enim Aurora aſcendit*. Cùm enim Dominus contulerit aſcenſum ad virtutes, myſtica præcedente lucta; vt probet deſiderium, fingit ſe longiùs ire, dicens, *Dimitte me &c.* Sed anima deſiderio accenſa reſpondet: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi*: id eſt, donec me prouehas ad tertiam Auroram, quæ eſt prouehens vſque ad Dei cognitionem; vt

Aurora curſus prouehat,
Aurora totus prodeat,
In Patre totus Filius,
Et totus in Verbo Pater.

Quo viſo in illa Aurora, id eſt, in auium hora, cum auibus cæli, id eſt, Angelis, & mundi huius Sanctis, poſſim dignè laudare, & celebrare. Ecce de Aurora, quantum ad propriam vtilitatem. Sequitur, *Pulchra vt Luna*, quantum ad proximi ædificationem. Sicut Aurora tenebras fugat, ſic Luna proximi noctem illuminat.

De triplici nocte, & Luna. §. DCCXLI.

2. Theſ. 5. 5. EST nox culpæ. inde, *Non eſtis filij noctis, neque tenebrarum*. Nox ignorantiæ. inde, *Nox præceſſit*. Nox aduerſitatis mundanæ. inde, *Pereat dies, in*
Iob. 3. 3. *qua natus ſum & nox, in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo*. Primam illuminat, vt videat homo, & abhorreat ſuam turpitudinem & per eam fulget proximus
Ephes. 5. 8. munditia. Inde, *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*. Secundam illuminat, ne incidat in errorem:
Prou. 4. 18. qua Dei notitia. Inde: *Semita iuſtorum quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem*. Tertiam, vt oſtendat mundanæ aduerſitatis retributionem gloria, quam expectat. Inde:
2. Cor. 3. 18. *Reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem tranſformamur, à claritate in claritatem*. Prima lux procedit ex puritate: ſecunda ex veritate: tertia ex Dei maieſtate contemplata. Has claritates anima erudiens proximum à Chriſto accipit, quaſi Luna à Sole. Cùm primum operatur, eſt quaſi in primo Lunio, dicta Luna, id eſt, *lucens noctem*, id eſt, culpam. Cùm ſecundum, eſt ſemilunio, dicta Luna, id eſt, *lux noctis*, quia erroneum illuminat. Cùm tertium, eſt in plenilunio, dicta Luna, id eſt, *Lux noctem amœnans*. Iuſtus enim, dum aduerſitates patitur, multam habet amœnitatem de præmijs, quæ inde expectat. Hoc eſt incrementum Lunæ: ſed decreſcit aliquando; quia aliquando ſecundùm temporum viciſſitudines decrementum patitur.

Moraliter. Primum accidit ex infirmitate, quia poſt laborem infirmitas noſtra Pſal. 103.19
tepeſcit ex laſſitudine. inde, *Fecit Lunam in tenebras*. Secundum ex mundana ſolicitudine, quæ magiſtrum impedit, ne poſſit deſolato fratri vacare. inde,
Stultus vt Luna mutatur. Tertium ex Eccli. 27.12.
vitioſa magiſtri conuerſatione, quæ facit eius doctrinam deſpici: *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, ante quàm veniat dies Domini magnus & manifeſtus*. In ſanguinem enim Luna vertitur, dum vita doctoris, crimine maculatur. Magiſter, ſeu Doctor, Sol & Luna. Ioel. 2. 31.

De Sole. §. DCCXLII.

ANima, electa eſt vt Sol, imaginem veri Solis, id eſt, Creatoris, in Adam deformatam in ſe reformando, vt Anima iuſta, Sol refulgens.
dicat: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*. Pater dicitur *Me-* Pſal. 4. 7.
moria, quia hanc habeto, vt dicas: *Me-* Pſal 76. 4.
mor fui Dei, & delectatus ſum. Filius Pſ.118.100.
Intelligentia dicitur: *Super ſenes intellexi*. Spiritus ſanctus *Voluntas* dicitur: *Vt* Pſal. 39. 9.
facerem voluntatem tuam; Deus meus; volui & legem tuam in medio cordis mei. Igitur, memor eſto, ne obliuiſcaris. inde: Iſai. 51.13.
Oblitus es Deum creatorem tuum. Intellige, ne deſpiciaris. inde: *Homo cùm in* Pſ.48.13.21
honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Habe voluntatem, ne durus videaris. inde: *Indurauerunt faciem* Ier. 5. 3.
ſuam ſuper petram.

Item ſoli comparatur Deus, quia circuit mundi machinam: in quo deſignatur Potentia, ſcilicet, Pater. Habet ſplendorem: in quo Sapientia, ſcilicet, Filius. Habet calorem: in quo Beneuolentia, ſcilicet, Spiritus ſanctus. Igitur in circui- Deus quomodo Sol dicatur; & Trinitas quomodo in Sole reſplendeat.

Digitized by Google

cuitu ſingularis Dei, qui cuncta creauit,
potentia, & inde dicitur Sul, quaſi *So-
lus*, quia Solus eſt potens. In ſplendore
quoq; cunctos illuminat ſapientia: inde
dicitur Sul à *Solon*, quod eſt *commune*;
Ioan. 1. 9. quia Sapientia communiter illuminat
*omnem hominem venientem in hunc mun-
dum*. In calure, quo cuncta luſtrat, &
vegetat, Beneuolentia: inde dicitur Sol,
quaſi ſemitas omium luſtrans, omnia ve-
getando, omnia videndo. *Omnium eſt
Eccleſ. 1. 6. enim artifex*, & omnium habet voces, &
genera linguarũ. & alibi: *Luſtrans omnia
in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos
ſuos reuertitur*. Si igitur habes in te Po-
tentiam, vt tentationibus reſiſtas; ſi Sa-
pientiam, qua fraudem excipias; ſi
Beneuolentiam, qua Deum diligas; es
Sol. Quia verò diabolus iuſtos impugna-
re non ceſſat, oportet vt ſis *terribilis vt
caſtrorum acies ordinata*. Habet ordi-
nem ſuum anima in affectibus: habet &
ſuum Eccleſia in perſonis militantibus.
Vtraque enim ſponſa eſt.

Ordo Animæ. S. DCCXLIII.

ORdo eſt Animæ, vt prius diligat
quod ſupra ſe eſt, pluſquàm ſe.
Amor quo Secundum, quod ipſa eſt. Tertium, quod
ordine ſit di- iuxta ſe eſt, ſicut ſe. Quartum, quod
rigendus. ſub ſe eſt, minus quàm proximum, & ſe.

Ordo Eccleſiæ. S. DCCXLIV.

ORdo eſt Eccleſiæ, quòd lapſos ex-
pectat ex paſſione, qui diu porta-
1. Pet. 3. 8. uerunt pondus diei, & æſtus. inde, *Com-
patientes inuicem*. Infirmos portat ſup-
portaturia diſpenſatione; debiles tam cor-
Gal. 6. 2. poribus, quàm moribus. Inde: *Alter
alterius onera portate*. Puſillanimes in
1. Cor. 2. 9. more confortat promiſſione. inde: *Quod
oculus non vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis aſcendit, quæ præparauit
Deus ijs, qui diligunt illum*. Fortes cha-
ritate præordinat, ſecuros præmij expe-
Luc. 22. 28. ctatione. inde: *Vos eſtis, qui permanſi-
ſtis mecum in tentationibus meis. Et ego
diſpono vobis &c.* Figuram primorum
tenuit ille Amalechites, quem Dauid in
via laſſatum inuenit, & refecit. Infimo-
rum habet figuram homo, qui deſcen-
dens ab Ieruſalem in Iericho, vulnera-
tur à latronibus. Puſillanimes figurat
Populus Iſraël, qui in deſerto fatigatus
laboribus volebat reuerti in Ægyptum.
Præcipites figurat Aſaël frater Ioab, qui
nimis impetuosè perſequens Abner, in-
terfectus eſt ab eo. Fortes figurauit Da-
uid pugnans cum Golia.

Hæc eadem de Beata Virgine prophe-
ticè dicta credimus. Fuit enim *Aurora*
in ſua natiuitate: *Pulchra vt Luna*, in Virgo Ma-
Chriſti conceptione: *Electa vt Sol*, in ria, quando
aſſumptione: *Terribilis vt caſtrorum* fuerit Auro-
acies ordinata, in vitæ conuerſatione. ra, Luna,
Idem ferè ſonat, & intelligitur de ea, Sol, & ter-
quod in libro Sapientiæ dicitur de Simo- ribilis.
ne filio Oniæ, ſic: *Quaſi ſtella matutina* Eccli. 50. 6.
*in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in
diebus ſuis lucet: & quaſi Sol refulgens,
ſic refulſit in templo Domini: & quaſi ar-
cus refulgens inter nebulas gloriæ*. Ipſa
enim fuit *Stella matutina*, in natiuitate:
Luna plena, in Chriſti conceptione: *Sol
refulgens*, in aſſumptione: *Arcus reful-
gens inter nebulas gloriæ*, in vitæ ſanctæ
conuerſatione: vel etiam, inter Sanctos
erit in generali reſurrectione.

Tria genera ſtellarum. S. DCCXLV.

SStellas legimus plures. Eſt enim ſtel-
la veſpertina, ſcilicet, Eua. Sunt ſtel-
læ nocturnæ, ſcilicet antiquorum Patrum
vita glorioſa. Eſt ſtella matutina, ſcilicet
Maria. Prima fulſit in principio, ſed ex-
tincta eſt cadens, & introducens noctem
culpæ & pœnæ. Hæc dicitur *Veſperus*
quaſi *Væ ſpirans*. Hæc eſt ſtella, quæ in
Apocalypſi dicitur Abſynthium, propter
amaritudinem illatæ miſeriæ. Secundæ
fulſerunt in nocte aduerſitatis, virtute
patientiæ. inde: *Fuit illis in velamento* Sap. 10. 17.
diei, & in luce ſtellarum noctis. Tertia
fulſit gratia in medio nebulæ Legis Mo-
ſaicæ, quæ dicitur Lucifer, triplici ratio- Virgo Maria
ne nominis. Ipſa enim tulit in ſe lucem, quomodo di-
ſcilicet Dei Sapientiam incarnatam: in- catur ſtella
de dicitur *Lucifer* quaſi *Lucem ferens*. matutina.
Item, Legis, & Prophetarum nebulam
cæcam illuminauit pariendo Chriſtum,
quem obſcurè prædixerunt. Inde dici-
tur *Lucifer*, id eſt, *Lucem cæcis ferens*.
Item, cùm eſſet gratia plena, poſteris lu-
cem tulit; id eſt, gratiæ abundantiam.
Inde dicitur *Lucifer* quaſi *Lux fertilis*;
cuius vita glorioſa lucem dedit ſæculo.

De plenitudine Beatæ Mariæ. S. DCCXLVI.

FVit quaſi Luna plena. Plena angelica
ſalutatione, in qua plena lætitia. in-
de

Digitized by Google

Iſai. 61. 10. Luc. 1. 28. Cant. 1. 3. Virgo Maria triplici plenitudine decoratur.

dæ cantat: *Gaudens gaudebo in Domino.* Plena in conceptione, gratia. inde, *Aue gratia plena.* Plena incarnatione diuinę ſapientiæ, medicina: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

De varietate Lunæ. §.DCCXLVII.

LVna tùm primò illuminatur, dicitur à Philoſophis *Diacotomos*, à *dia*, quod eſt *duo*; & *tomos*, quod eſt *diuiſio*; ſcilicet, cum habet duo cornua. Sic Virgo in angelica ſalutatione à cæteris diuiſa, habuit præ cæteris, Dei & proximi dilectionem. Inde: *Sola in ſexu fœmineo eſt electa in ſalutem.* Quando verò creſcit, dicitur *Amphicircos*, ab *amphi*, quod *circa*; & *circos*, quod eſt *circulus*; quia nondum eſt tota illuminata, ſed circulo quodam claritatis eſt ambita. Sic Virgo in ſancti Spiritus obumbratione eſt dono ſpeciali ad ſui cuſtodiam circundata. Quando plena eſt, dicitur *Panſelenicos*, à *pan*, quod eſt *totum*; & *ſelen*, quod eſt *ſplendor*; & *nicos*, quod eſt *nox*; quaſi *tota ſplendens nocte.* Hoc in Chriſti incarnatione, quæ tunc in ſe ſuſcepit perfectum lumen ſapientiæ.

De proprietate Lunæ. §.DCCXLVIII.

LVna, noctis illuminat cæcitatem, id eſt, incredulitatem infidelium. inde, *Cuius vita inclyta lucem dedit ſæculo.* Et ſicut aliarum ſtellarum obſcurat claritatem, ſic omnes ad comparationem Beatæ Virginis, paruam habent claritatem: & nubeculæ habent obſcuritatem; non dico culpæ, ſed pœnæ.

Triplex Templum. §.DCCXLIX.

1. Cor. 3. 17. TRiplex eſt Templum Domini: ſcilicet, Virgo beata. inde, *Templum Domini, ſanctum.* Militans Eccleſia. inde, *Templum Dei ſanctum eſt, quod*
Pſal. 28. b *eſtis vos.* Cæleſtis patria. inde, *In templo eius omnes dicent gloriam.* In primo, quaſi Sol refulſit, Chriſtum concipiendo puritate conſcientiæ, quia *gratia plena.* In ſecundo, ipſum pariendo prophetarum reuelatione, quia quem prædixerunt prophetæ, *enixa eſt puerpera.* In tertio, ſua aſſumptione, ipſum ſequendo; quia *exaltata es, ſancta Dei Genitrix ad cæleſtia regna.* Sol iſte aliquando fulget in templo, puritate conſcientiæ: aliquando in facie, manifeſta religione: aliquando in clypeo, virente patientiæ. Templo cordis, facie conuerſationis, clypeo tolerandæ aduerſitatis.

De triplici nube. §.DCCL.

TRiplex eſt nubes, ſiue nubecula; quod idem eſt. Sunt nubes turbinis, inde, *Ventus turbinis venit ab Aquilone.* Sunt nubes aëris. inde, *Tenebroſa aqua* *Pſal. 17. 12.*
in nubibus aëris. Sunt nubes cæli. inde, *Gen. 9. 13.*
Ponam arcum meum in nubibus cæli. Primæ, impietatis hæreticorum, quæ inuoluunt puluerem impiæ exactionis. inde,
Non ſic impij, non ſic; ſed tanquam pul- *Pſal. 1. 4.*
uis, quem proijcit ventus à facie terræ. Secundæ, duritia & obſcuritas legis & prophetarum, quæ emittunt tonitrua, & grandinem: tonitrua, id eſt comminationem æternæ damnationis; grandinem temporalis afflictionis. De tonitru
habes: *Subter te ſternetur tinea, & ope-* *Iſai. 14. 11.*
rimentum tuum erunt vermes. De grandine: *Dentem pro dente, manum pro ma-* *Exod. 21. 24.*
nu, &c. Tertiæ, manifeſta reuelatio Angeli & ſanctorum Patrum, effundentes imbrem temporaneum & ſerotinum. Inde, *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus* *Pſal. 67. 10.*
hæreditati tuæ.

De triplici Arcu. §.DCCLI.

HIs tribus nubibus triplex arcus ponitur. Arcus enim dicitur, *Inſidiæ.*
inde, *Intenderunt arcum rem amaram,* *Pſal. 63. 5.*
vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Item,
arcus dicitur Dies Iudicij, inde, *Dediſti* *Pſal. 59. 6.*
metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. Item, arcus diuina Scri-
ptura. *Arcum ſuum tetendit, & para-* *Diuina Scriptura arcus. Pſal. 7. 13.*
uit illum. Primus, deceptionis eſt, in prima nube, ſcilicet prauitatis hæreticæ. Secundus in ſecunda, quæ eſt triſtitiæ. Tertius in tertia refulget, quæ eſt gloriæ. Arcus igitur *Inſidiæ* dicitur, quia percutit improuiſum. Dicitur etiam *Dies Iu-*
dicij, quia in momento, in ictu ocu- *Iudicium vniuerſale quomodo erit velut arcus.*
li, ſicut arcus ſubitò ferit, fiet Iudicium. Dicitur quoq; *Scriptura*, quia ſicut chorda lignum, ita gratia noui Teſtamenti flectit duritiam Legis & Prophetarum: & hic arcus ponitur in nubibus cæli, id eſt, in ſcripturis; & eſt ſignum fœderis inter Deum, & hominem: & dicuntur nubes *Gloriæ*, quia eam promittunt.

Item, humana corpora *Nubes* dicuntur. vnde, *Aſcendet Dominus ſuper nu-* *Iſai. 19. 1.*

bem leuem, & ingreditur Aegyptum. Sed harum nubium quædam corpora ſunt in inferno; & hæ ſunt nubes cæcitatis infinitæ. Quædam corpora in exilio; quæ ſunt nubes temporalis miſeriæ. Quædam corpora in regno; quæ ſunt nubes gloriæ. In has nubes Deus tres arcus ponit, quos videmus apparere in nubibus in imo arcu, ſub triplici colore. Habet enim arcus croceum colorem; habet rubeum; habet viridem. Croceus color ponitur in nubibus corporum infernaliũ, ad deſignandum mortis æternæ pallorem: Rubeus color ponitur in corporibus huius exilij, ad deſignandam temporalis afflictionis, quam in hoc mundo ſuſtinent iuſti aduſtionem: Viridis color, vel arcus, ponitur in nubibus regni cæli, ad deſignandum in reſurgentibus, æternæ iocunditatis, & iocundæ æternitatis virorem. Primus itaque arcus oſtendit & incutit peccantibus timorem: ſecundus, expectantibus dolorem; tertius, regnantibus amorem. Talis arcus eſt Beata Virgo Maria, quæ in generali reſurrectione, quando Chriſtus veniet Angelorum obſequio, & Sanctorum multitudine comitatus, refulgebit inter corpora à Chriſto reſuſcitata; quæ erit nebula gloriæ, & ipſa quaſi arcus ampliùs fulgebit, & eminentiùs reſplendebit. Fugiamus igitur à facie arcus æternæ damnationis: teneamus in manibus virtutis opera, viriliter agentes: arcum diuinæ Scripturæ, & admonitionis; vt a Beata Virgine, quæ eſt Arcus gloriæ, ſubleuemur, & transferamur ad ſolium æternæ viſionis; in qua Deus Trinitas eſt Sol illuminans; Beata Virgo Luna; Angeli Stellæ; & Sancti, qui cum ea, & per eam in perpetuum illuſtrantur.

Triplici arcu Chriſtus in Iudicio apparebit armatus.

Virgo Maria quomodo in Iudicio velut arcus apparebit.

Cant. 6. 10.

Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruerunt vineæ, & germinaſſent mala punica. Cap. VIII.

HORTVS iſte eſt Eccleſia, in quo ſunt nuces, id eſt, iuſti. Nucibus comparatur vita iuſtorum, quia ita ſuauiter fructus ſpirituales intimo corde fruuntur, vt hanc proximis, quanta ſit, foris innoteſcere nequeant. Sicut nux amariſſimum habet corticem, & teſta duriſſima accingitur, & deiectis auſterioribus, & duris, fructus dulciſſimus reperitur; ſic omnis correctio, & labor continentiæ, quam ſancta exercet Eccleſia, amara quidem videtur ad præſens, ſed fructum pariet in futuro dulciſſimum; Vnde Apoſtolus: *Omnis diſciplina videtur in præſenti non eſſe gaudij, ſed mæroris; poſtea autem exercitatis per eam pacatiſſimum fructum reddet iuſtitiæ*. Poma conuallium ſunt fructus humilitatis; vnde, *Valles abundabunt frumento*. Deſcendit itaque ſponſa *ad hortum nucum, vt videat poma conuallium*, cùm doctores de altitudine ſecretæ quietis, ad conſiderandum Eccleſiæ ſtatum, oculos reflectunt, vt videant, qui proficiant in bono, qui indigeant auxilio. Inſpicit, *ſi floruerunt vineæ*, cum attendit ſi corda eorum, quos erudit nouitate virtutum, ſint deliberati. Inſpicit *ſi mala punica germinauerunt*, cùm ſcrutatur, ſi qui imitatores inueniantur dominicæ paſſionis. Vnde Petrus: *Chriſto igitur paſſo in cruce, & vos eadem cogitatione armamini*.

Eccleſia, hortus,

Iuſti velut nuces in hac vita.

Hebr. 12. 11.

Poma conuallium quid?

Pſal. 64. 14

Quid ſit inſpicere ſi floruerint vineæ, & germinarint mala punica.

1. Pet. 4. 1.

Triplex deſcenſus Prælati. *DCCLII.*

PRælatus, ſicut Chriſtus, temporaliter ſtudeat deſcendere tripliciter. Deſcẽdit enim Chriſtus per incarnationem, per paſſionem; deſcendet per extremi Iudicij examinationem. In primo. *Sicut pluuia in vellus deſcendiſti*. De ſecundo: *Inclina cælos tuos, & deſcende; tange montes, & fumigabunt*. De tertio, *Dominus, In iuſſu, & in tuba Dei, deſcendet de cælo; & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi*. Primus deſcenſus in ventre: ſecundus in corde; tertius fiet in aere. De primo: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*. De ſecundo: *Libenter igitur gloriabor in infirmita-*

Iſai. 7. 14.

Pſal. 143. 5.

1. Theſſ. 4. 15.

Digitized by Google

[*1. Theſſ. 4. 16*] *tatibus meis*. De tertio: *Occurremus Chriſto obuiam in aere, & ſic ſemper cum Domino erimus*. Hac forma deſcendit Eccleſia per ſuos Prælatos in hortum ſuũ, id eſt, ad reſpiciendam vitam iuſtorum: [*Ad tria deſcendere debemus.*] Primum enim deſcendit de ſuperbia ad humilitatem: ſecundò, de contemplatione ad actionem: tertiò, de culmine [*Ion. 6. 6.*] virtutum ad ſui circumſpectionem. De primo, deſcendit Rex Niniue de ſolio ſuo, & veſtitus eſt ſacco, audita prædicatione Ionæ. Iuxta ſecundum, deſcen- [*Luc. 6. 17.*] dit Chriſtus de monte in vallem, ad tur- [*Gen. 28. 12.*] bas. Iuxta tertium, vidit Iacob Angelos aſcendentes, & deſcendentes. Item

Triplex deſcenſus Chriſti.
S. DCCLIII.

DEſcenſus Chriſti ſunt tres. Primus, præſentatiu ſui: ſecundus, fraternitatis compaſſio: tertius, peccatorum [*Pſal. 143. 5.*] humiliatio. De primo, *Inclina cælos tuos,* [*Exod. 3. 7.*] *& deſcende*. De ſecundo, *Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Aegypto, & deſcendi vt liberem eum*. De tertio, de his, qui ædificabant turrim Babel, dici- [*Gen. 11. 7.*] tur: *Venite, deſcendamus, & confundamus linguas eorum*.

Triplex deſcenſus. S. DCCLIV.

ITẽ eſt deſcẽſus languoris culpæ iniqui. [*Pſal. 27. 1.*] vnde, *Similis ero deſcendentibus in lacum*. Eſt deſcenſus etiam miſericor- [*Pſ. 106. 23.*] diæ iuſti. vnde, *Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis*. Eſt deſcenſus beneuolentiæ Chriſti. vnde, *Inclinauit cælos, & deſcendit; & caligo ſub pedibus eius*. De ſecundò [*Cant. 6. 10.*] hic agitur, cùm dicitur: *Deſcendi in hortum nucum*. Primus deſcendit in lacum laborum, dum laborat in tentatione: qui [*Malorum triplex deſcẽſus.*] eſt lacus miſeriæ. In lacum defectuum, dum deficit in bono, ex deſperatione; qui eſt lacus leonum, in quo Daniel poſitus eſt. In lacum tenebrarum, dum Deum dat in obliuione; qui eſt lacus Ieremiæ. Sic Ioſeph deſcendit in Ægyptum. [*Gen. 37. 15. 18. & 36.*] Primò, deſcendit de Hebron, quod interpretatur *Viſio æterna*, in Sichem, quod dicitur *Labor*. Secundò, in Dothaim, quod dicitur *Defectus*. Tertiò, in Ægyptum, quod dicitur *Tenebræ*.

Deſcenſus compaſſionis. S. DCCLV.

SEquitur deſcenſus compaſſionis. Iſte deſcendit, vt tribus compatiatur. Pri- [*Chriſtus tres deſcenſus patitur, propter triplicẽ noſtram vtilitatem.*] mò, his qui laborant inopia paupertatis, vt inopes virtutibus reficeret. Secundò, his qui vexantur anguſtia tribulationis, vt tribulatos roboraret. Tertiò, his qui grauantur moleſtia tentationis, vt tentatos confortaret. Primos, per timorem. vnde, *Timentibus Deum nihil deeſt*. Se- [*Pſal. 33. 10 & 23.*] cundos, iuſtitia. vnde, *Multæ tribulationes iuſtorum; & de omnibus his liberabit eos Dominus*. Tertios, per ſpem. vnde: *Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum; & non delinquent omnes, qui ſperant in eo*. Propter primus, cùm deſcendiſſet Chriſtus de monte, pauit turbas. Propter ſecundos, ait Moyſi: *De-* [*Exodi 7. 16.*] *ſcende in Aegyptum; dic Pharaoni: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in Deſerto*. Pro tertijs: *Deſcendit Ieſus de monte, & ſtetit in loco campeſtri, &c.* Bonus deſcenſus, qui inopes ſatiat, tribulatos roborat, tentatos confortat.

De tribus Panibus. S. DCCLVI.

ERgo tres panes illos euangelicos attulit ſecum, de quibus dicitur: *Ami-* [*Luc. 11. 5.*] *ce, commoda mihi tres panes*. Iſti ſunt tres panes Eliæ. Primum contra famis [*Chriſtus triplici deſcenſu, triplici etiam pane nos recreat.*] inopiam, obtulit ei mulier Sarephtana. Secundum Angelus ſub iuniperi vmbra, dum fugeret Iezabel, id eſt, tentationis fluxa. Tertium attulit eidem Angelus, vt in fortitudine eius aſcenderet montis Oreb ardua.

Quomodo in hortum cordis noſtri conſcendit. S. DCCLVII.

TErtius deſcenſus eſt beneuolentiæ, quo deſcendit in hortum cordis, ſi fructus ibi inuenit. *Poma* ſunt propria æſtimatio: *vinea*, delectatio: *mala punica*, morum conformatio. Sed poma ſunt conuallis, quod eſt humilitas: *flos vineæ*, eſt honeſtas: in granis mali punici vnanimitas. De primo: *Loquar ad Dominum* [*Gen. 18. 27.*] *meum, cùm ſim puluis & cinis*. De ſecundo: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum* [*Sap. 7. 11.*] *illa, & innumerabilis honeſtas per manus eius*. De tertio: *Deus pater det vo-* [*Rom. 15. 5.*] *bis idipſum ſapere in alterutrum, ſecundùm Ieſum Chriſtum, vt vnanimes vno ore glorificetis Deum &c.*

Digitized by Google

Tria Poma. §. DCCLVIII.

SEd notandum, quòd ſunt poma vallium, in cordis interiori humilitate, vnde, *Ego vermis, & non homo*. Sunt
Pſal. 21. 7.
poma conuallium in opere, exempli exhibitione: quam exhibuit Dauid, quando coram hominibus ſe humiliabat, ſaltando coram Arca Domini. Sunt poma vallorum, quaſi vallo circundata multa virtute; quam exhibuit idem Dauid, quando Michol vxor ſua eũ increpauit; & inde fortis in humilitate, non ideo ab ea receſſit. Vineæ radix eſt meditatio: vitis, affectionum ordinatio: palmea, deuotio: frondes, exhortatio: flores, operatio: fructus, æterna retributio. *Hortus nucum*, id eſt, Prælatorum, dicitur Eccleſia; qui nuces dicuntur, hac ratione.

Anima noſtra quoratione dic atur vinea.

In Nuce quatuor. S. DCCLIX.

NVx quatuor habet, quæ ad Prælatos pertinent. Exteriùs, vilem & amaram corticem: ſecundò, teſtam: tertiò, corium: quartò, nucleum. In Chriſto cortex fuit vilitas, & amaritudo conuerſationis, & paſſionis: teſta, caro eius, fortis contra incentiua libidinis: in corio, anima: in nucleo, Diuinitas. Huius nucis eſt hortus Eccleſia. In Prælatis verò, cortex eſt deiectio: teſta, potentia: corium, voluntas: nucleus, ſcientia. Audi deiectum: *Tanquã purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc*. De potentia: *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis*. De voluntate: *Deus eſt, qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate*. De ſcientia: *Bonitatem, & diſciplinam, & ſciẽtiam doce me*.

Prælati debent eſſe nuces.
1. Cor. 4. 13.
1. Cor. 10. 13
Philipp. 2. 13
Pſ. 118 66

Triplex deiectio Prælati. §. DCCLX.

PRimò, debet Prælatus ſe deijcere in temporalibus bonis, ne ſit auarus. Secundò, à fauore humanæ laudis, ne ſit elatus. Tertiò, à voluptate carnis, ne ſit luxurioſus. In figura horum trium, eiecit Ieſus de templo vendentes boues, oues, & columbas. Boues vendunt, qui laborant in Eccleſia, vt auari accumulent pecuniam. Oues, qui ſimplices & religioſi volunt videri, vt ſibi comparent vanam gloriam. Columbas, qui ſpiritualia vendunt, vt diffuſius de acquiſitis ſuis impleant luxuriam. De primis Dominus per prophetam: *Paſce pecora occiſionis: quæ qui poſſidebant, occidebant, & non dolebant: vendebant dicentes: Benedictus Deus, quia diuites facti ſumus*. De ſecundis ait Dominus: *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi*. Alij in commeſſationibus & ebrietatibus delectantur, & ſic ad amorem mundi ſubditos inuitant. De his Deus per prophetam: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum. Cum enim ambularent animalia, ambulabant pariter & rota iuxta ea: & cùm eleuarentur animalia à terra, eleuabantur pariter & rotæ ſequentes ea*. Rotæ ſunt vitæ ſubditorum: animalia trahentia rotas, Doctores. Aſſumite ergo formam quatuor animalium, vt vos ſequantur rotæ, id eſt, vitæ fidelium.

Chriſtus, quo myſterio eiecerit de templo vendentes oues, & boues, & columbas.
Zach. 11. 4.
Matth. 23. 6.
Oſee 4. 8.
Ezech. 1. 19
Subditi debent eſſe rota & Prælati animalia trahentia.

Comparatio quatuor Animalium ad inuicem. S. DCCLXI.

BOuis formam habet, qui ſeipſos macerant tanquam corticem nucis, pecuniam, vanitatem, voluptatem deijciendo. Formam Leonis, vitijs & tyrannis fortiter reſiſtendo. Formam hominis, voluntatem bonam rationabiliter Deo offerendo. Formam Aquilæ, diuina ſcientia cæleſtia inueſtigando. *Tria*, inquit Salomon, *ſunt, quæ bene gradiuntur: & quartum feliciter incedit*: ſcilicet, *Gallus ſuccinctus lumbos ſuos*: hi ſunt deiecti in modum corticis, fluxa luxuriæ reſtringentes; & ſicut gallus ſeſe priùs alis correctionis verberat, deinde alijs prædicando cantat. Secundus eſt *Leo, qui ad nullius animalis pauet occurſum*: hi ſunt quaſi teſta fortes, tribulationes viriliter ſuſtinendo, tyrannis reſiſtentes. Tertius. *Aries dux ouium, & non eſt rex, qui reſiſtat ei*: hi ſunt duobus cornibus, ſcilicet veteris ac noui Teſtamenti, armati, ſcientia ſua ſubditos gubernantes. Quartum eſt, quod feliciter incedit; ſcilicet, *Stultus apparent, cùm in ſublime eſt eleuatus*: qui etſi faciat, non tamen ex bona voluntate. Hæc abiectio corticis. Potentia teſtæ: non eſt enim niſi fortitudo doctoris, quam habet imitationẽ Chriſti, qui fuit vir potens opere & ſermone.

Prou. 30. 31 & ſeq.
Prælati quomodo formã quatuor animalium debeat habere.
Prælatus velut gallus debet eſſe.
Velut Leo.
Velut Aries.

Tri-

Triplex fortitudo Doctoris.
Ş. *DCCLXII.*

Doctor velut Gigas. DOctor triplicem habet fortitudinem.
Fortitudinem Gigantis, ad pugnandum contra vitia, Vnde Iudas Macha-
1. Mach. 3. 3. bæus *induit ſe lorica, ſicut gigas, & protegebat caſtra gladio ſuo.* Fortitudinem
Leonis, ad conculcanda Tyrannorum
Prou. 28. 1. machinamenta. vnde, *Iuſtus vt Leo confidit.* Fortitudinem Aſini, ad portanda
Gen. 49. 14. fratrum onera. vnde, *Iſſachar aſinus fortis, accubans in terminos. Vidit requiem, quòd eſſet bona: & terram, quòd optima: & ſuppoſuit humeros ad portandum.* Sequitur de corio voluntatis.

Triplex Voluntas. Ş. *DCCLXIII.*

HÆc omnia bona voluntate facienda ſunt: ipſa enim ſedes eſt charitatis. Hæc concordare debet voluntati
Pſal. 39. 9. diuinæ. vnde, *Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui & legem tuam in medio cordis mei.* Hæc incipit à timore.
Pſ. 144. 19. vnde, *Voluntatem timentium ſe faciet.*
Luc. 2. 14. In pace conſummatur, quia *in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hæc eſt illa
Prælatus debet ſe in omnibus conformare voluntati diuinæ. ſimila, quæ offertur in ſacrificio, quia pura debet eſſe à furfure peccati, & aſperſa oleo charitatis, & odora thure orationis. Nucleus formam habet cordis, interiùs dulcedinem habet ſcientiæ & ſapientiæ; quas habere debet Prælatus, ne
Oſee 4. 6. fortè audiat illud prophetæ: *Conticuit populus meus eo quòd non habuerit ſcien-*
Prælatus debet ſcire & docere. *tiam. Quia ergo repuliſti ſcientiam, repellam ego te, ne ſacerdotio fungaris mihi.* Dum igitur & ſe cuſtodit, & proficit, ſubditos regit,
Prælatus ignorans, tacens.

Et mouet ipſe ſuas, & nati reſpicit alas.

Sunt autem, qui nec ſciunt, nec prædi-
Iſai. 56. 9. cant. De quibus Iſaias: *Speculantes eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare.* Sunt qui neſciunt,
Pſal. 81. 15. tamen prædicant: hi *neſcierunt, neque*
Matt. 15. 14. *intellexerunt; in tenebris ambulant.* Et
Prælatus ſemper bonū exemplum tenetur ſubditis præſtare. Dominus: *Cæci ſunt, & duces cæcorum.* Sunt qui ſciunt, nec prædicant; ſed & ſubditos cum hæreticis miſceri patiuntur, quibus in Lege dicitur. *Non patie-*
Leu. 19. 19. *ris iumentum tuum coire cum animanti*
ibid. *alterius generis.* Sunt qui & ſentiunt, & prædicant; ſed malè viuentes exemplo
Matth. 15. 8 corrumpuntur. vnde: *Non ſeres agrum diuerſo ſemine.* Sunt qui prædicant, & ſciunt, & exteriùs honeſtè viuunt; ſed ſolam laudem quærunt. vnde: *Populus* *Prælatus non ſuam ſed Dei laudem quærere debet.*
hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.

In tribus periti ſunt boni Doctores.
Ş. *DCCLXIV.*

QVi verò bene prædicant, in tribus debent eſſe periti: ſcilicet, vt increpatione reprimant temeritatem exordinatorum; argumentoſa ſolicitudine reſecent tentationes infirmorum: obſecratione, & conſolatione, complanent
aſperos mores rudium. vnde, *Argue, ob-* *2. Tim. 4. 2.*
ſecra, increpa. Inde eſt, quòd virga paſtoralis in principio eſt curua, vt attra- *Prælatorum virga qualis eſſe debeat.*
hat; in fine acuta, vt pungat; in medio recta, vt regat.

Attrahe per primum: medio rege: punge per imum.

Inde propheta: *Quid tu vides, Amos?* *Amos 7. 8.*
Trullam cæmentarij ego video, linientem murum. Cæmentarius eſt Chriſtus: trulla, ſcilicet inſtrumentum, eſt Doctor: cæmentum, charitas: lapides, fideles: mu- *Prælatus*
rus, Eccleſia. Trulla igitur iſta manu- *trulla cæmentarij.*
brium habet, id eſt, increpationem, quam in inordinatos reprimit: acumen habet, quo duros lapides de cæmento eijcit; id eſt, acumen ingenij, quo motus animi, charitatem impedientes, expellit. Planiciem habet, qua aſpra lenit; id eſt, conſolationem, qua mores incultos componit.

De octo Veſtibus Aaron.
Ş. DCCLXV.

ISti octo veſtes Aaron debent habere: *Prælatus*
in abiectione feminalia continentiæ: *veſtimentis*
lineam ſtrictam innocentiæ: baltheum *Aaron induēdus:*
in refrenanda tentatione. Qui teſtæ fortitudinem habent, habeant ſuperhumerale, vt inferiora non ferant: & logion, vel rationale, vt diſcretè hoc faciant. Qui corij habent voluntatem, habeant ſandalia, meditationem mortuorum patrum; quibus pedes, id eſt, affectus, à puluere, id eſt, amore terreno munlant: & tunicam hyacinthinam, quæ cæli habet colorem; id eſt, cæleſtem conuerſationem, qua cæleſtibus ſe conformant. Qui nuclei ſcientiam habent, habeant in capite mitram bicornem, id eſt, noui, ac veteris Teſtamenti ſcientiam, quæ duas habet caudas, id eſt, Dei & proximi amorem: & laminam auream in fronte, vt

ſem

ſemper cogitet de Chriſti paſſione. Nam in ea ſcriptum eſt: *He iotb: be vau*: quod interpretatur, *Iſte principium paſſionis vitæ*. Mitram bicornem in capite, vt vetus & nouum Teſtamentum diſcentiat cum ratione. Duas caudas in vertice, vt amorem Dei, & proximi commendet memoriæ. Hi deſcendunt, vt videant poma conuallium,

Quid cornua duo, & duæ caudæ in Mitra ſignificent.

Solicitudo Prælatorum in tribus.
§. *DCCLXVI.*

HIc tria enumerantur, circa quæ debet eſſe ſolicitudo Prælatorum: Poma conualium: Vineæ florentes: Mala punica germinantia. In pomis, hi qui humiliantur propter ſuam infirmitatem. In vineis, qui aſcendunt de virtute in virtutem. In malis punicis ſignificantur qui pro Chriſto certant, vſque ad ſanguinis effuſionem. Prima ergo ſolicitudo eſt circa infirmos. Sed eſt Infirmitas accidentalis & corporalis; vt febris acuta, quæ fit ex humorum corruptione: & eſt infirmitas accidentalis & ſpiritualis; vt odium, & inuidia; quæ fit ex irruenti tentatione: & eſt infirmitas communis & naturalis; vt natura vitiata, quæ fit ex languore naturæ, quo corpus aſsiduum patitur defectum, anima prona eſt ad peccandum. De prima: *Infirmus fui, & viſitaſtis me*. De ſecundo: *Qui infirmus eſt, olus manducet*. De tertia: *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum*.

Prælati debent eſſe ſolicitι in curandis ſubditorũ infirmitatibus.

Matt. 25. 36.
Rom. 14. 2.
Pſal. 6. 3.

Tria ſunt in Vinea.
§. DCCLXVII.

VInea tria habet: Vitem deformẽ; quæ eſt deiectio proprij corporis: florem medicinalem; qui eſt odor virtutis: vini iocunditatem; quæ eſt hilaritas deuotionis. In primo apparent mundi contemptores, & Chriſtus, quando eum vidimus *leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum*. In ſecundo, de virtute in virtutem aſcendentes; & de Chriſto: *Egredietur Virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*. In tertio, de cæleſtibus gaudentes; & Chriſtus *in die lætitiæ cordis ſui*; id eſt, in reſurrectione. Sequitur. *Et germinaſſent mala punica*.

Prælatorum vita debet eſſe veluti vinea.

Iſai. 53. 4.
Iſai. 11. 1.

Germinantium genera quatuor.
§. DCCLXVIII.

IN ſcripturis legimus quatuor germinantium genera: ſcilicet, Terra virginalis; vnde, *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem*. Terra ſpiritualis; vnde, *Germinet terra herbam virentem*. Virens Lilium; vnde, *Iuſtus germinabit ſicut lilium*. Malum punicum; vnde hic, *Si germinaſſent mala punica*. Prima ergo terra eſt Maria, quæ germinat Saluatorem, qui eſt cibus fidelium. Sancta Eccleſia eſt ſecunda, quæ germinat herbam virentem; in quo intelligitur viror Confeſſorum. Tertia eſt Iuſtitia, quæ germinat odoriferum florem, qui eſt decus Virginum. Quarta eſt rubens Martyrum preſſura, quæ germinat fructum ſibi ſimilem, qui eſt Purpura Martyrum. Iuxta primum dicitur Germen, id eſt, *Gerens meſſem nouam*. Noua meſſis fuit Chriſtus de Virgine natus, inde, *Faciet Dominus nouum ſuper terram*. Secundum dicitur Germen, *Genitum radicis mente*: Confeſſorũ enim germina exeunt de radice fidei, & de mente eius, id eſt, de intimis. Vnde Paulus: *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium*. Iuxta tertium, dicitur Germen, id eſt: *Genitum eſſe mundo*; id eſt, ordo Virginum. Nam Virginitas, ex gratia eſt quaſi *Ros mundus*, id eſt, mundos faciens. Quartum dicitur Germen, à *Ge*, quod eſt *Terra*, & radice, & *meta*, & *neſcia*, quaſi terrenæ radicis metas neſciens. Radix enim corporis humani, eſt voluptas concubiens; & hæc metam habet, id eſt, finem. Martyres verò, qui ſunt hæc germina, has metas excedunt, dum has ſpernentes, cæleſtia quærunt. Germinant igitur mala punica in ſe, dum habent fidem radicem, germen martyrium, glorificationem fructum. Germinant in aliis exemplo prædicationis, verbo, miraculo.

Iſai. 45. 8.
Gen. 1. 11.
Oſee 14. 6.
Cant. 6. 10.

In Eccleſia triplex germen reperitur.

Germinis etymologia.

Ier. 31. 22.
Hebr. 11. 1.

Tria Germina. §. *DCCLXIX.*

ESt germen diaboli peſtiferum, iniquitas procedens de radice colubri, ſeducens ad peccatum. Eſt germen Iuſti fructiferum, puritas, quæ de bona oliua pullulauit, deducens per gradum virtutum, Eſt germen Domini ſalutiferum,

Diabolus ex vna radice iniquitatis multa mala germinare facit.

rum, quod radix Ieſſe g rminauit; ſcilicet Chriſti Humanitas, perducens ad regnum.

Primum Germen. §. *DCCLXX*.

PRimum germinat germen iniquita-
Gen. 4.17. tis. vnde: *Non dabit fructus ſuos,
ſed ſpinas & tribulos germinabit tibi*.
Floret flore mundanæ vanitatis. vnde:
Pſal. 89. 6. *Manè ſicut herba tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat*. Fructificat
fructum æternæ calamitatis. vnde: *Non*
Matth. 7. 18 *poteſt arbor mala facere fructum bonum*.

Secundum Germen. §. *DCCLXXI*.

SEquitur germen Iuſti. Hoc germen eſt puritas: flos eius, conſcientiæ iocunditas: fructus eſt cæteris virtutibus
Gal. 5.22. charitas. Inde, *Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit ante Dominum*.
Audi fructum: *Fructus autem Spiritus eſt charitas, pax, patientia*.

Tertium Germen. §. *DCCLXXII*.

Chriſtus quomodo in Eccleſia germinauit. GErmen verò Domini germinauit in natiuitate, floruit in reſurrectione, fructificauit in aſcenſione, vſumfructus præbuit in Patris confeſsione. Immo floruit in natiuitate, efflornit in paſsione, refloruit in reſurrectione. De pri-
Iſai. 11. 1. mo: *Flos de radice eius aſcendet*. De ſe-
Nahum. 1. 4. cundo: *Flos Libani elanguit*. De tertio:
Pſal. 27. 7. *Et refloruit caro mea*. Ecce germen Domini in magnificentia, in reſurrectione: ſed fuit in magnificentia ante paſsionem, in paſsione, poſt paſsionem. Primum, operatione, qua miracula fecit, omnia creauit: ſecundum, victoria, qua diabolum ſubiugauit: tertium, reſurrectione, qua carnem ſuam glorificauit.
Pſal. 91. 6. De primo: *Quàm magnificata ſunt ope-*
Pſal. 144. 5. *ra tua, Domine!* De ſecundo: *Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt*. De
Pſal. 103. 1. tertio: *Domine Deus, magnificatus es vehementer*. Item germen Domini fuit in gloria, in aſcenſione. In ea nanque factus Infernus pauperior, Mundus florentior, ſerena Ciuitas opulentior, Homo alacrior, Angelus gaudentior. Infernus pauperior, quia *quam deuorauerat improbus prædam, rapuit triumphator*.
Mundus florentior, quia

Ecce renaſcentis teſtantur gaudia Mundi,
Omnia cum Domino dona rediiſſe ſuo.

Serena Ciuitas opulentior: *Omnis* enim
Ciuitas exultauit, atque lætata eſt, quan- Eſther 8. 15. & 16.
do Chriſtus Patri vulnera carnis glorioſæ præſentauit. Homo fit alacrior, quia ad cæleſtia regna reuocatur. Angelus
fit gaudentior: nam eis *noua lux oriri vi-* Ibidem.
ſa eſt, gaudium, honor, & tripudium.

Triplex gloria. §. *DCCLXXIII*.

ITem audi gloriam. Præcedunt Angeli cum admiratione, quia mortalis natura mutata eſt in immortalitatem. Vnde,

Tremunt videntes Angeli,
Verſa vice mortalium.

Comitantur captiui, læti de ſua liberatione, quia ingrediuntur diſſimilitudi-
nis regionem. Vnde, *In lectulo meo quæ-* Cant. 3. 1 et 4
ſiui per noctem, quem diligit anima mea. Quæſiui illum, & non inueni. Paululum cùm pertranſiſſem, inueni quem diligit anima mea. Tenui illum nec dimittam, donec introducam in domum matris meæ. Proſequuntur Apoſtoli cum deuotione, expectantes ſancti Spiritus miſ-
ſionem promiſſam, vnde. *Filiæ Ieru-* Cant. 5. 8.
ſalem nunciate Dilecto, quia amore langueo. Item, Diabolus habuit gloriam in cælo: Adam in paradiſo: Homo in Mundo. Sed diabolus de cœlo eſt lapſus: Adam de paradiſo eiectus: Homo
in mundo miſer effectus. Eſt germen Coloſſ. 3. 1.
Domini in gloria: & vos, *quæ ſurſum ſunt, quærite. Nunc exaltabor*, & ſubiunxit, *& nunc ſublimabor*. Hæc eſt excellentia.

Triplex excellentia. §. DCCLXXIV.

HÆc excellentia in tribus eſt. In eminentia cæli, cuius fruitur cla-
ritate. vnde, *Qui ſolus habet immorta-* 1. Tim. 6. 16.
litatem, & lucem habitat inacceſſibilem.
In præeminentia Angeli, quem præcedit
dignitate. vnde, *Tantò melior Angelis* Heb. 1. 4.
effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. In coeminentia Patris excelſi, cui æqualis eſt in maieſtate. vnde, *Aequalis gloria, coæterna maieſtas*.

Glo-

Gloria Trinitatis. §. *DCCLXXV.*

CONſideremus ergo Ciuitatis affluẽtiam, quia nullus ibi erit defectus. Pſal. 64. 5. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Ciuium lætitiam. vnde, Pſal. 86. 7. *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* Regis potentiam. Coloſſ. 3. 1. vnde, *Erit Deus omnia in omnibus.* Ecce fructus terræ ſublimis. Ergo, Pſ. 103. 15. *quæ ſurſum ſunt ſapite*; id eſt, fructus terræ illius, quos exploratores terræ illius attulerunt ſecum; ſcilicet, botrum, mala granata, ficus. De botro exprimitur vinum, quod *lætificat cor hominis*; id eſt, fraterna iocunditas. Mala granatum ſub vno cortice multa habet grana rubea; hæc eſt fraternorum ciuium charitatiua vnanimitas. Dulcedo ficus, eſt diuinæ viſionis ſuauitas. vnde, *Exultatio erit his, qui ſaluati fuerint de Iſrael.*

Notandum eſt, quòd in fine erit inſultatio de exprobatione malorum. vnde, *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c.* Matt. 25. 35 & 42. Erit exultatio de præconijs bonorum. vnde, *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c.* Cant. 8. 3. Erit exultatio in dextera Patris. vnde, *Dextera illius amplexabitur me.* Cant. 6. 11.

Neſciui: anima mea conturbata eſt propter quadrigas Aminadab. Cap. IX.

SIC Eccleſia ad Synagogam locuta eſt. Reſpondet Synagoga Eccleſiæ: *Neſciui*, dona gratiæ ſpiritualis, quibus illuminata es à Domino; quia conturbauit me ſollicitudo mentis interna, pro veteri Teſtamento, nouo introducto: id eſt, quatuor Euangelia, quæ vocat quadrigas, quia nomen Chriſti portauerunt per quatuor partes Mundi. Hæ dicuntur eſſe Aminadab, id eſt, Chriſti, quia Aminadab *Spontaneus* dicitur. Chriſtus enim quæcunque paſſus eſt in mundo, voluntariè, non coactè fecit, & paſſus eſt: Et quadrigarum dicitur auriga, quia regebat eas per mundum, illuſtrante Spiritus ſancti gratia.

Quadrigæ Aminadab ſiue quatuor Euãgelia Chriſti, quæ ſynagogam perturbant.

Aminadab interpretatur Spontaneus.

Tria ſunt, quæ ſe neſcire dolet Anima. §. *DCCLXXVI.*

TRia ſunt, quæ ſe neſcire queritur Anima: ſcilicet, imum, medium, ſummum. Imum eſt ſarcinæ, quæ portatur, quomodo homo à ſeipſo ignoratur. Medium eſt via, qua itur, quando profectus virtutum neſcitur. Summum, eſt meta, ad quam tenditur, quando quod ſurſum eſt, non intelligitur. De primo: Pſal. 81. 5. *Neſcierunt*: de ſecundo, *Neque intellexerunt*: de tertio, *In tenebris ambulant.* Contra hæc ait Iob: Iob 13. 23. & 25. & 28. *Scelera mea atque delicta oſtende mihi.* Contra ſecundum: *Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris.* Contra tertium: *Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea.* Per ignorantiam viæ accidit religioſis ſingularitas, doctoribus hæretica prauitas, ſimplicibus vitæ impuritas. Primi, etiam benefaciendo, ignorant quid ſit commodum, vel incommodum: ſecundi, quid ſit verum, vel falſum: tertij, quid ſit bonum, vel malum. Primi habent viam tortuoſam, ſecundi tenebroſam, tertij lutuoſam. Primis dicitur: *Rectas facite ſemitas Dei noſtri.* Iſa. 40. 3. Secundis: *Fiat via illorum tenebræ.* Pſal. 34. 6. Pro tertiis additur, *& lubricum.* Qui verò neſciunt æternam vitam, deſiderio non trahuntur amoris, dulcedine non alliciuntur deuotionis, cognitione non conſolantur diuinæ viſionis. Quare verò iſtud neſcire accidit, cauſam ſubiungit, quia *anima mea conturbauit me.*

Chriſtus quomodo quadrigarum auriga.

De triplici Turbine. §. *DCCLXXVII.*

TRiplici turbine turbatur anima ignorantium: aſſiduo impetu tentationum; qui inuoluit fimum: aduerſitate tentationum; qui inuoluit ligna & lapides: ſollicitudine temporalium; quæ inuoluit puluerem. De primo dicitur: *Maledixiſti ſceptris eius, & capiti bellatorum eius.* Abac. 3. 14. De ſecundo Iob: *In turbine conteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam ſine cauſa.* Iob 9. 17. De tertio idem: *Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat.* Iob 3. 6.

Et

Turbinis triplex etymologia.

Et hoc dicitur ſecundùm triplicem huius nominis interpretationem. Iuxta primum, dicitur turbo, *tumor vrgens bonum*. Iuxta ſecundum, turbo, id eſt, *terrens orbes*. Iuxta tertium, turbo, id eſt, *turbans oculos*. Hos tres turbines ſenſerat Dauid. De primo: *Sana me Domine quoniam conturbata ſunt oſſa mea.* (*Pſal. 6. 3.*) De ſecundo; *& anima mea turbata eſt valde*. (*Ibid. 8.*) De tertio: *Turbatus eſt à furore oculus meus.* Primus turbo contra primam ponitur ignorantiam: ſecundus contra ſecundam: tertius contra tertiam. Sine aliquo iſtorum turbinum vix poteſt homo viuere: ſed ſunt qui bene eis reſiſtunt. Cõtra primum, debet homo cautus eſſe ſcientia: contra ſecundum, robuſtus præſentia: contra tertium, temperatus continentia. Primum, ne ſeducatur: ſecundum, ne in aduerſitate frangatur: tertium, ne proſperia extollatur. Primum turbinem ſuſtinuit Chriſtus tentatus à diabolo: ſecundum, crucifixus à Iudæis: tertium, dum ſolicitudinem Eccleſiæ gereret, prædicando. Incipit igitur Deus tollere per turbinem in cælum quando contra primum cauti ſumus. Nos à terra ſubleuat, quando contra ſecundum fortes ſumus. In ipſum cælum nos leuat, cùm nos contra tertium temperamus, ne ſolicitudine mundana ad celeſtia cognoſcenda impediamur. Quare autem anima conturbauerit eum, cauſam ſubiungit: ſcilicet, *propter quadrigas Aminadab*.

Sine tribulationis, & tentationis turbine, vix poteſt homo viuere, vel cælum aſcēdere

Quadriga Aminadab. §. *DCCLXXVIII.*

Has exiſtimo eſſe quadrigas, quas vidit Zacharias propheta: *Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montiū, & montes montes æris.* (*Zach. 6. 1. & 5.*) De quibus cùm Zacharias Angelum interrogaret, reſpondit ei: *Iſti ſunt quatuor venti cæli qui egrediuntur vt ſtent coram Dominatore omnis terræ.* (*Additio.*) Nam turbines, ventique tribulationis, antequàm ad nos veniant, è cælo exeunt, & à Deo licentiam petunt. Ab his perturbationibus immunes ſunt animæ ſanctorum, qui regnant cum Chriſto: *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis.* (*Sap. 3. 1.*)

De tribus generibus Animarum. §. *DCCLXXIX.*

Svnt animæ reproborum in manu diaboli; quas tangit tormentum conſcientiæ. Sunt animæ pœnitentium in manu ſua; quas tangit tormentum pœnitentiæ. Sunt animæ iuſtorum, quæ *in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis*. Primi, *viſi ſunt oculis* ſapientium *mori*, ſuſtinentes flagella ſæuitiæ dæmoniacæ. Secundi, *viſi ſunt oculis* delicatorum *mori*, qui probantur in fornace. Tertij, *viſi ſunt oculis inſipientium mori; ipſi autem ſunt in pace.* Sed eſt manus diaboli, quæ affligit corporaliter. vnde dictum eſt ad Sathan de Iob: *Veruntamen ne mittas in eum manum tuam.* (*Iob 1. 12.*) Pulſat ſpiritualiter. vnde, *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* (*Pſal. 21. 21.*) Torquet æternaliter. vnde, *Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me.* (*Pſal. 30. 16.*)

In tribus manibus valde diuerſis anima noſtra reperiuntur.

Triplex Manus. §. *DCCLXXX.*

Item, eſt manus hominis otioſa; & in otio delectatur; quæ habet defectum; vnde, *Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam.* (*Prou. 19. 24.*) Et eſt manus hominis operoſa, & bonum operatur; quæ habet profectum. vnde, *Manus fortium diuitias parat.* (*Prou. 10. 4.*) Et eſt manus hominis affectuoſa, & eleuatur; quæ habet affectum. vnde, *Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.* (*Pſal. 63. 5.*) In manu Dei eſt homo, creatione, quâ facta eſt rerum vniuerſitas, vt cognoſcatur Deus ex rerum varietate. vnde, *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu.* (*Iob 10. 8.*) Gubernatione, qua noſtras dirigit ſemitas, vt ambulemus in veritate. vnde, *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* (*Pſ. 138. 10.*) Sed gubernando, Deus affligit, per pœnitentiæ ſatisfactionem. vnde, *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* (*Iob 19. 21.*) Sanat per culpæ remiſſionem. vnde, *Ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanat.* (*Iob 5. 18.*) Eleuat ad contemplationem. vnde Ezechiel: *Manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me Spiritus inter cælum & terram.* (*Ezech. 8. 3.*) In manu etiam Dei eſt homo, protectione, qua non acce-

Homo tribus modis eſt in manu Dei.

Iſai. 49. 2.

dit ad iuſtos calamitas, vt viuamus in felicitate. vnde, *In vmbra manus ſuæ protexit me.*

Cant. 5. 14.

Propter hæc tria dictum eſt: *Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Tornatiles*, Quantum ad creationem. Quod eſt tornatile, de facili ad operandum mouetur. *Aureæ*, quantum ad gubernationem; quia per aurum ſapientia deſignatur. *Plenæ hyacinthis*, quantum ad perfectionem; quia per hyacinthum, qui cæli colorem habet, cælorum beatitudo inſinuatur. Itaque *non tanget illos tormentum mortis*. Eos, qui ſunt in manu diaboli, tangit triplex in modum conſcientiæ; Confuſio peccatorum, quia peccata eorum omnibus patescunt. vnde, *Sedit antiquus dierum: libri aperti ſunt*, id eſt, conſcientiæ; quia *tunc manifeſta erunt abſcondita cordis noſtri*. Oppreſſio dolorum, qui ſemper inualeſcent. vnde, *Mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Expulſio à numero Beatorum, de quorum gloria tabeſcet. vnde, *Peccator videbit, & iraſcetur: dentibus ſuis fremet, & tabeſcet.* Secundos tangit tormentum pœnitentiæ triplex: contritio: corporalis paſsio: irruens tentatio. In primo patitur languorem: in ſecundo, dolorem: in tertio, timorem. Primum erat in porticu, in qua iacebat multitudo languentium. De ſecundo Iob: *Qui cœpit, ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me. Et hæc mihi conſolatio, vt affligens me dolore, non parcat.* De tertio: *Timor & tremor venerunt ſuper me.* Tertios non tangit triplex malum.

Qua ratione manus ſponſi dicantur tornatiles aureæ & plenæ hyacinthis.

Qui ſunt in manu diaboli triplici paſſione, & dolore affliguntur.

Dan. 7. 9.

Matth. 22. 13.

Pſal. 111. 10.

Iob 6. 9.

Pſal. 54. 6.

Triplex malum: triplex malitia.
§. DCCLXXXI.

Eſt enim malitia proximi, quæ impugnans infligit corporalem pœnam. Eſt malitia diaboli, quæ quia inflammat, trahit ad gehennam. Eſt malitia cordis proprii, quæ quia cruciat, inficit animam. De prima: *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.* De ſecunda: *Reſtitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.* De tertia malitia, quæ eſt cordis proprii, dicitur: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. & hæc coinquinant animam.* Iſta tria tormenta iuſti non timent: quia contra primos ſunt in tuto loco, in quo non timent temporalem mortem: contra ſecundos, in amœno, Inferni dolorem: contra tertios, in excelſo cogitationum fraudem. Contra primum dicitur: *Iuſti in perpetuum viuent.* Contra ſecundum, *& apud Dominum eſt merces eorum.* Contra tertium, *& cogitatio illorum apud Altiſſimum.* Sequitur: *Viſi ſunt oculis* ſapientium *mori*, tripliciter: Spiritualiter, per iniquitatem; quod facit impium. Temporaliter, per corporis & animæ ſeparationem; quod facit eorum diuortium. Aeternaliter, per æternam damnationem; quod facit perpetuæ calamitati obnoxium. De prima morte dicitur: *Vidua, quæ in deliciis eſt, viuens mortua eſt.* De ſecunda: *Abraham mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt.* De tertia, *Qui credit in me, non morietur in æternum.* Secundi *viſi ſunt oculis* delicatorum *mori*.

Pſal. 36. 1.

Pſal. 34. 17.

Matt. 15. 18.

Iuſti quia in manu Dei ſunt, tormenta non timent.

Sap. 3. 16.

1. Tim. 5. 6.

Ioan. 8. 52.

Ioan. 11. 26.

Iuſti propter tria in pace moriuntur.
§. DCCLXXXII.

Qvippe qui fugiunt carnis voluptatem, relinquunt propriam voluntatem, repellunt mundi vanitatem. In primo, caro mortificatur, & opprimitur ſenſualitas. In ſecundo, ſpiritus humiliatur, & reprimitur eius ſublimitas: In tertio, mundus reprobatur, & deprimitur eius iocunditas. De primo Apoſtolus: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, &c.* De ſecundo: *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Ieſu.* De tertio: *Fratres, quotidie morior propter gloriam veſtram.* Tales delicatis videntur mori, quia ſe taliter viuere, & non mori, exiſtimant impoſsibile; audiunt enim iſtos clamantes, *Propter te mortificamur tota die.* Tertii *viſi ſunt oculis inſipientium mori*: non enim credunt huic vitæ aliam ſuccedere, nec aliquem ab inferis aſcendere, corpus in terra putreſcere. In primo dicunt: *Coronemus nos roſis ante quàm marceſcant, quoniam hæc eſt portio noſtra; & hæc eſt ſors noſtra;* non illud, *Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei.* In ſecundo illud, *Quis eſt reuerſus ab inferis?* non illud, *Multa corpora ſanctorum, quæ dormierant, cum Chriſto ſurrexerunt.* In tertio illud, *Idem eſt interitus hominis, & iumenti; & par vtrius conditio;* non illud, *Corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem.* Primi ſubie-

Perpetua, & imperturbabili pace fruetis, ſi carnis voluptatē, propriam voluntatem, & mūdi vanitatem relinquas.

Coloſſ. 3. 5.

Ibid. 3.

1. Cor. 15. 31.

Pſal. 43. 22.

Sap. 2. 8.

Sap. 2. 1.

Pſal. 86. 3.

Eccleſ. 3. 19.

Matt. 27. 52.

1. Cor. 15. 53.

Digitized by Google

iecti ſunt poteſtati diabolicæ. Ibi tortor infatigatus, quia non fuerunt fatigati in perpetranda iniquitate. Intolerabilis cruciatus, quia peccatum non lauerunt pœnitentiæ grauitate. Interminabilis vlulatus, quia peccauerunt cum riſu & iocunditate. De primo, tradidit Deus ſeruum tortoribus, quoad
vſque redderet *vltimum denarium*. De
Pſal. 72. 5. ſecundo, *In labore hominum non ſunt,*
& cum hominibus non flagellabuntur.
Luc. 6. 25. De tertio, *Væ vobis, qui ridetis nunc,*
quia lugebitis & flebitis. Secundi probantur in fornace, idum interiùs dolore
Pſal. 31. 4. punguntur; vnde, *Conuerſus ſum in*
ærumna mea, dum configitur ſpina. Ex-
Habac. 3. 16 teriùs pęna affliguntur; vnde, *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat.* Confuſione verecundantur. vnde, *Confuſio vultus mei operuit me.*
Tertij autem ſunt in pace. Pax illa habet præſentium malorum obliuionem;
Pſal. 30. 20. vnde carent dolore. Inde dicitur: *Non*
cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus.
Habet cæleſtium bonorum delectationẽ;
Iſai. 9. 3. vnde afficiuntur dulcore. Inde: *Quàm*
magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te? Habet
Diuinæ Maieſtatis viſionem; vnde gau-
Pſal. 4. 9. dent Dei amore. Inde, *Lætabuntur coram te, ſicut lætantes in meſſe, ſicut exultant victores capta præda.* Iſti dicunt: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.*

De quatuor quadrigis duorum montium: & de quatuor ſpeciebus Equorum. S. DCCLXXXIII.

Zach. 6. 2.

QVatuor, inquit, *quadrigæ egrediebantur de medio duorum montium; & montes, montes ærei.* Hos montes credo angelicam beatitudinem, & diuinam celſitudinem. In prima quadriga erant *equi ruſi*: in ſecunda, *albi*: in tertia, *nigri*: in quarta, *varij*. Prima eſt Martyrij, ſecunda Virginitatis, tertia clauſtralis Religionis, quarta Prædicationis.

Prima Quadriga. S. DCCLXXXIV.

QVatuor habet rotas: Prima eſt deſi-
Philipp. 1. 23. derium patiendi interiùs. vnde,
Cupio diſſolui, & eſſe cum Christo. Secunda, paſſio in actu, exteriùs, quam idem Paulus decollatus exhibuit. Tertia eſt conuerſatio fidei, de qua idem
2. Tim. 4. 7. Apoſtolus: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* Quar-
ta, ignis purgatorij excluſio. vnde, *Non* Apoc. 7. 16
cadet ſuper eos ſol, neq; vllus æſtus. Duo equi rubei, ſunt qui trahunt in corpore ſpes purpureæ paſſionis. vnde, *Circumdabant eam flores roſarum*, id eſt, purpura Martyrum in anima feruor perfectæ charitatis. vnde, *Charitas nunquam excidit.*

Secunda quadriga. S. DCCLXXXV.

SEcunda Quadriga, eſt Virginitas: cuius prima rota, eſt carnis integritas: ſecũda, cordis munditia; tertia, humilitas: quarta, propoſiti conſtantia. Has videmus
in Beata Virgine. De prima: *Porta hæc* Ezech. 44. 2.
clauſa erit. De ſecunda: *Virtus Altiſ-* Luc. 1. 35.
ſimi obumbrabit tibi: & ſic fuit corde
munda. De tertia: *Reſpexit Dominus* ibid. 4. 8.
humilitatem ancillæ ſuæ. De quarta:
Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non ibid. 3. 4.
cognoſco? Hanc duo equi trahunt: ſcilicet, deſiderium habendi, in patriis in corpore, inſigne Virginitatis, figurans candorem, ſcilicet, ſequendi Agnum quocunque ierit. De vtroque dicitur:
Amicti ſtolis albis ſequuntur Agnum Apoc. 7. 9. 13
quocunque ierit.

Tertia Quadriga. S. DCCLXXXVI.

TErtia Quadriga, eſt Religionis clauſtralis. Prima rota eſt ſilentium, ne verbo offendat. vnde, *Mors & vita in manu linguæ.* Secunda, diſciplinata habitudo, tam veſtium, quàm corporum,
ne indiſciplinatus appareat. vnde, *Diſci-* Prou. 6. 20.
plinam matris tuæ ne dimittas. Tertia eſt ſolitudo in clauſtro, ne videns ſæcularia
concupiſcat. vnde: *Religio munda & im-* Iacob. 1. 27.
maculata apud Deum & Patrem, hæc eſt, &c. immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo. Quarta, eſt obedientia exhibita magiſtro, ne propriam voluntatem
retineat. vnde: *Melior eſt obedientia,* 1. Reg. 15. 22
quàm victima. Duo Equi eius nigri Duo equi nigri ſunt gemitus & dolor peccatorũ.
ſunt, id eſt, gemitus pro peccatis, & dolor de præſentibus malis. De primo: *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum.* De ſecundo: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.*

Quarta Quadriga. S. DCCLXXXVII.

QVarta Quadriga eſt Prædicatio. Pri- Pſal. 6. 7.
ma rota eius, eſt ſcripturarũ ſcientia.

vnde dicitur: Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſapientiam. Secunda rota eſt, pronunciandi facultas. De hoc conqueritur Moyſes: *Sum*, ait, *impeditioris linguæ ab heri & nudius tertius*. Tertia rota eſt exemplum honeſtæ vitę. vnde dicitur: *In omnibus præbe teipſum exemplum bonorum operum*. Quarta rota eſt, à Maioribus iniuncta poteſtas. vnde ſcriptum legitur: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* Duo equi trahentes eam, ſunt varij, quia nunc compatiuntur proximo, nunc præbent honorem Deo.

Prædicatio quatuor rotas habere debet.
Exod 4.10.
Tit.2.7.
Rom. 10.15

Hæ quadrigæ dicuntur Aminadab, qui dicitur *Spontaneus*, quia Chriſtus per gratiam, non ex debito, largitur hæc hominibus. Hæ conturbant animam nuper conuerſam, quæ ſe priùs aliquid ſcire putabat, cùm modò in ſe prædictas ignorantias videat, quas priùs neſciuit.

Aminadab interpr.

Cant. 6.12.

Reuertere reuertere, Sunamitis: reuertere, vt intueamur te. Cap. X.

REVERTERE ad agnitionem tui Creatoris, à quo euerſa fueras. *Reuertere* ad pacem noſtræ germanitatis. *Reuertere, vt intueamur te*. *Reuertere* puritate fidei. *Reuertere*, operum perfectione, ad Dei dilectionem; vt oculis animiſque gaudentibus, ſpeciem tuæ caſtitatis, quam deſideranimus, videamus. Hæc ait Beda; cùm tamen in multis alijs locis *Sunamitis* inueniatur, nomen non legatur. Nomen *Sunamitis* neſcio vtrum alibi inueniatur, quod videtur eſſe vocabulum alicuius fœminarum nobilium, ſiue proprium, ſiue aliquo deriuatum; quæ ſapientiæ, vel ſpecie, vel virtutis gloria, illo tempore fuerit inſignis. Si verò Sunamitis *deſpecta* dicitur, congruit bene Synagogæ.

Anima noſtra, ante quàm à Deo inſtruatur, debet & priùs reuerti ad Dei cognitionem, & vnionem Eccleſiæ.

De quatuor Reuerſionibus. §. DCCLXXXVIII.

QVatuor ſunt Reuerſiones. Prima, de ſæcularibus negocijs ad vitam religioſam; vt reuerſus de peccato ſatiſfaciat. Iuxta quam dicitur *Peccator reuertens*, quaſi *Reus vertens*. Secunda reuerſio, de lapſu ad priſtinam gloriam, ne in deſperatione remaneat. Iuxta quam dicitur *Reuertens* quaſi *iterum vertens*. Tertia reuerſio eſt de contemplatiua ad actiuam vitam, vt de beneficijs à Deo ſibi collatis gratias referat. Iuxta quam dicitur *Reuertens* quaſi *retro vertens*. Quarta reuerſio eſt de amore temporali in te, ad Martyrij palmam; vt per maius meritum, maius præmium acquirat. Iuxta quam dicitur *Reuertens*, quaſi *rem veram tenens*. Has quatuor reuerſiones in Petro Apoſtolo. Prima, reuerſus eſt ad Domini vocationem, quando vidit Petrum, & Andream, & vocauit eos. Secunda, poſt negationem quando reſpexit Dominus Petrum: *Et egreſſus foras fleuit amare*. Tertia fuit in carcere, poſt angelicam viſionem, cùm dicitur: *Petrus ad ſe reuerſus dixit: Nunc ſcio verè quia miſit Dominus Angelum ſuum & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum*. Quarta, ad Chriſti obuiationem, quando vidit Chriſtum ſibi occurrere, & ait: *Domine, quo vadis? Venio*, ait, *Romam iterum crucifigi*.

Reuerſionis etymologia.
Matt. 26. 75
Act. 12. 11.

Prima Reuerſio. §. DCCLXXXIX.

PRimæ reuerſionis eſt ordo. Primò, aliqua occaſione à Domino vocamur: ſecundò, iuſtificamur: tertiò, magnificamur. *Quos enim prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit*. Sic Petrum vocauit: ſecundò, relictis retibus & naui, iuſtificauit; tertiò, quia ſecutus eſt, eum magnificauit. Sic fratres, vocamur à Domino, qualibet occaſione oblata; iuſtificamur non ſolùm relinquentes peccata, ſed terrena: magnificamur, ſequendo Chriſtum per virtutum incrementa. Qui enim vult venire poſt Chriſtum, ad eius abnegationem abneget ſemetipſum; terrena relinquendo, tollit crucem ſuam; in virtutibus proficiendo, ſequitur eum. Hunc progreſſum in Iob inuenimus: *Si reuerſus fuerit,*

Rom. 8.30.
Matt. 16.24
Iob 22. 23.

Digitized by Google

Largum remuneratorem erga reuertentes ſe Deus oſtendit.

uis, ait, *ad Omnipotentem, dabit tibi pro terra ſilicem*, id eſt, pro terrenorum abiectione fortitudinem: *pro ſilice torrentes aureos*; id eſt, dona Spiritus ſancti, quæ aurea dicuntur propter charitatem. Sed vt ſecundam reuerſionem præuenias, nõ cadendo in tentationem, addit: *Stabitque Omnipotens contra hoſtes tuos, & argentum coaceruabitur tibi*; ſcilicet, eloquia diuina.

Secunda Reuerſio. §. DCCXC.

Galli cantus, eſt Spiritus ſancti viſitatio, quæ à mortis ſomno excitamur.

QVi poſt Dei dona lapſum patitur, videat, quomodo Petrus poſt lapſum eſt reuerſus. Primò enim *Gallus cantauit*: ſecundò, Deus *Petrum reſpexit*: tertiò, *egreſſus eſt foras*: quartò, *fleuit amarè*. Gallus cantat lapſo, per interiorem ſancti Spiritus viſitationem; vel exteriùs, per magiſtri increpationem: reſpicit Dominus, dans ei cordis contritionem: egreditur foras, per confeſſionem: flet amarè, per pœnitentiæ ſatisfactionem, & lacrymoſam orationem.

Gallo, inquit, *canente ſpes redit*,

ſcilicet reſurgendo. Reſpicit Deus, &

Ægro ſalus refunditur;

ſcilicet, voluntas pœnitendi. Cùm foras egreditur, per confeſſionem,

Mucro latronis conditur;

id eſt, diaboli, ne habeat poteſtatem cogendi. Cùm flet amarè,

Lapſo fides reuertitur,

Primam gratiam recuperandi,

Oſee 2. 7.

dicit lacrymando: *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc*. His duobus gradibus reuertendi, dicitur Sunamitis, id eſt, *captiua*. Magna enim captiuitas eſt, teneri à ſæcularibus,

Nulla maior captiuitas, quàm à ſæcularibus curis detineri.

Tertia Reuerſio. §. DCCXCI.

TErtia reuerſio eſt de contemplatiua ad actiuam vitam. Hoc contigit Petro, quando apparuit ei Angelus in carcere. Sed notandum, quòd erat in carcere; quòd fores erant clauſæ; quòd erat catenis vinctus; quòd ſeruabatur à militibus. Carcer, eſt profundum malorum, vt contemnat: Fores clauſæ, deſperatio, quæ obſtat peccatori, ne foras egrediatur ad confitendum, vt in peccato remaneat: Catenæ, obſtinatio, qua Dominus ſubtrahit gratiam ſuam, ne ſit liber ad benefaciendum, vt Deum obliuioni tradat: Milites cuſtodientes, ſunt aſſiduitates tentationum vt blãdimentis alliciat.

Omnis peccator poteſt dici Petrus catenis vinctus.

E contra, notandum, quòd *manus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo*: percuſſit Angelus latus Petri, excitauit eum. *Act. 12, 7.* Hic eſt *magni conſilij Angelus*, id eſt, Chriſtus. Hic aſtat contra profundum malorum: lumen, contra clauſuram forium: percuſſio lateris, contra catenas: excitatio, contra militum cuſtodias. Contra profundum malorum, vt oſtendat mala, quæ pro nobis tulit; & ampliùs peccator non contemnat. Lumen contra clauſuram forium; vt oſtenſis ei cæleſtibus, deponat deſperationem, & exeat. Percuſſio lateris contra catenas; vt diuina viſitatione cor mollitum, & obſtinatione depoſita, ad bene faciendum liber fiat. Excitatio, contra militum cuſtodias; vt diuina admonitione tentationes allicientes fugiat. Sed poſtquam eductus eſt, Angelus cum claritate recedit, vt viſis cæleſtibus, ad cognoſcendam ſuam infirmitatem redeat, & alijs proficiat. De primo: *Recogitate illum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus* *Hebr. 12. 3.* *contradictionem*. De ſecundo: *Ego autem* *Pſal. 30. 23* *dixi in exceſſu mentis meæ: Proiectus ſum à facie oculorum tuorum*. De tertio: *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vo-* *Ezech. 36 26* *bis cor carneum*. De quarto, dicitur paralytico: *Tolle grabatum tuum, & ambula in pace*. *Marci 2. 9.*

Quarta Reuerſio, §. DCCXCII.

QVarta reuerſione reuertitur homo ab amore temporalis vitæ, ad paſſionis palmam. Hic etiam talis ordo notandus eſt. Primò, debemus Chriſti paſſionem in corde noſtro cogitare, vt eius patientiam æmulemur. Secundò, propter talem dominationem honorare, ne ingrati inueniamur. Tertiò, voluntatem eius inquirere, ne diabolus aliquid in nobis machinetur. Quartò, cognitam effectui mancipare, ne pigri ſerui inueniamur. Sic enim Petrus vidit ſibi Chriſtum occurrere; ſecundò, adorauit: tertiò, dixit, *Domine, quò vadis?* quartò, reſponſum eſt; *Venio Romam iterum crucifigi*. De primo Paulus: *Aſpiciamus in* *Hebr. 12. 2* *auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio, crucem ſuſtinuit, confuſione contempta*. De ſecundo: *Omnis terra adoret te, & pſallat tibi*. *Pſal. 65. 4.* De tertio, Dominus: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra*. *Matth. 6. 10* Quartum deſiderabat Apoſtolus, cùm diceret: *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu,*

Vera reuerſio peccatoris, eſt ab amore temporalis vitæ, ad paſſionis Chriſti meditationẽ

Galat. 6. 14. *Ieſu Chriſti*. Et beatus Andreas: *O beata Crux, diu deſiderata, ſuſcipe diſcipulum eius qui pependit in te Dominus meus Ieſus Chriſtus*. De hac reuerſione dicebat *Oſee 6. 1.* Oſee propheta: *Venite, & reuertamur ad Dominum: quia ipſe cœpit, & ſanabit nos; percutiet, & curabit nos 2. viuificabit nos poſt duos dies; in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius*.

In duabus primis dictum eſt, *Reuertere, reuertere Sunamitis*: in iſtis duabus vltimis, *Reuertere reuertere, vt intueamur te*: quia de contemplatiua ad actiuam vitam, de amore temporalis vitæ ad martyrij palmam reuertendo, quaſi ſurſum tendentes, inſpicimur à Domino, cui eſt honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Perfectiſſima reuerſio, eſt, de amore temporalis vitæ, ad martyrij palmam aſpirare.

Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? Cap. X I.

Cant. 7. 1.

In Eccleſia nihil eſt priſcæ infidelitatis Synagogæ, ſed omnibus virtutibus refulget.

AC ſi apertè dicat: Doleo quidem, Synagogam diutius fuiſſe auerſam, eamque ad me reuerti precaris, & te faciem eius mihi ornatam intueri delectat: vnde & ſcias quia in proximo eſt tempus, in quo nihil in illa priſcæ infidelitatis atque auerſionis, ſed ſola virtutum, ac ſpiritualium operum cernas agonem. *Quid ergo*, inquit, *videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum*? hoc eſt, militiam pacis. In choris etenim voces cantantium conſonant: in caſtris, manus armatorum dimicant. Quid ergo videbis in ea, niſi choros electorum, qui corde & animo ſui laudes Creatoris prædicent? Et idem ſunt chori caſtrorum, qui ſeruiendo Creatori, acies repellunt inimici diaboli.

De tribus Ordinibus.
§. DCCXCIII.

Plangentium, laudantium, & pugnantium chorus Eccleſiã exornat.

TRia nobis proponuntur nomina, ſcilicet, *Sunanimitis*, *Chori*, *Caſtra*. In primo deſignatur ordo plangentium, id eſt, infirmorum, qui quærunt remiſſionem. In ſecundo, laudantium, id eſt, iuſtorum, qui excitant deuotionem. In tertio, pugnantium, id eſt, robuſtorum, qui expugnant tentationem. Primi habent locum in cubiculo ſecretæ compunctionis; ſecundi, in templo religioſæ conuerſationis: tertij, in campo multiplicis inquietudinis. De
Iacob. 4. 9. primis: *Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem*. De ſecundis:
Pſal. 32. 1. *Exultate iuſti in Domino: rectos decet*
Epheſ. 6. 11. & 13. *collaudatio*. Tertijs dicitur: *Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo*. Sic filij Iſrael planxerunt, oneratì luto & latere in Aegypto: cantauerunt laudem Domino, tranſito mari rubro: pugnauerunt cum aduerſarijs in Deſerto. *Exod. 1. 14. & 15. 1.* Sic & Chriſtus, primò planxit ſuper ciuitatem, & ad ſepulchrum Lazari lacrymando: ſecundò, laudes ſuſcepit à populo Hebræo: tertiò, pugnauit in crucis patibulo.

De perfectione planctus.
S. DCCXCIV.

Verus planctus non tantum in oculis, ſed in ore & corde debet haberi.

IN tribus etiam eſt planctus perfectus: ore, confitendo; oculis, lacrymando; crucem corpore baiulando. In confeſſione ſunt tres perſonæ: ſcilicet, ſe accuſantis teſtimonium, prohibentis, indicantis. Primus eſt reus, qui humiliatur, ſuſtinens confuſionem. Secundus, Prælatus, qui compatitur, adiuuans per orationem. Tertius, Deus, qui placatur, relaxans vltionem. Hæc eſt confuſio *adducens gloriam*. Item, multùm valet *deprecatio iuſti aſſidua*. Dixit reus: Dixi, *Confitebor aduerſum me iniquitatem meam Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei*.

Confuſio peccatori gloriã parit.

Eccli 24.25. Iac. 5 16. Pſal. 32. 5.

Tres Lacrymæ. S. DCCXCV.

TRes ſunt lacrymæ: contritionis, deuotionis, deſideratæ beatitudinis. Primæ ſunt in ablutione, quia ipſis lauatur culpa. Secundæ, in vnctione, quas comitatur gratia. Tertiæ, irrigatione, quas ſequitur ros refrigerans ab hac miſera gloria. Primæ habent gemitum laboris, vnde, *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum*; quia *laboraui in gemitu meo*. Secundæ, panem *Pſal. 6. 7.*

con-

Pſal. 41.4.

conſolationis. vnde, *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte*. Tertiæ, ſuſpicium venturæ refectionis. vnde, *Antequam comedam ſuſpiro: & tanquam inundantes aquæ, ſic rugitus meus.* Planctus perfectio eſt in crucis baiulatione.

Iob 3.24.

Tres ſunt Cruces. §. DCCXCVI.

TRes ſunt Cruces. Prima, latronis deſperantis: ſecunda, orantis, & dicentis, *Memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Tertia, Chriſti. Primus Crucem meruit, nec profuit: ſecundus, meruit, & profuit: tertius, non meruit, ſed profuit. Prima malitiæ, ſecunda, pœnitantiæ, tertia iuſtitiæ. Prima diaboli, ſecunda iuſti, tertia Chriſti. In vnaquaque ſtant quatuor diuiſiones. In cruce diaboli, altitudo, qua extollitur ſuper omne, quod colitur: profundum deſperationis. De qua, *Peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnit.* Latitudo in carnalibus, longitudo in pertinacia. In cruce iuſti, profundum eſt humilitatis; longitudo, aſſiduitas laboris; altitudo, contemplationis; latitudo orationis, quæ amplectitur tam amicum, quàm inimicum. Crux Chriſti habet profundum timoris, altitudinem ſpei, latitudinem charitatis, longitudinem perſeuerantiæ. In prima cruce crucior, ad ſecundam tendo, pro tertia ſuſpiro. Primam teneo, ſecundam quæro, tertiam deſidero. In prima, pœna, quam timeo: in ſecunda, pœna, & venia, quam quæro: in tertia, gloria, quam deſidero. Dominicæ crucis profundum habet Iob: altitudinem, Dauid: latitudinem, Paulus: Longitudinem, Nabaoth. Hæc dicta ſunt pro Sunamite, id eſt, perfectè lugentibus. Sequitur de Choris, qui ad pſallendum locum habent in templo, vel tabernaculo.

Luc. 23.42.

Qui non portat crucë Chriſti, & bonus latronis, affligitur à cruce damnis, & mali.

Prou. 18. 3.

Tres cruces habent omnes quatuor dimenſiones, ſed diuerſimodè.

Tria ſunt Tabernacula: §. DCCXCVII.

TRia ſunt Tabernacula: Materiale, ſcilicet, Moyſi: myſticum, Chriſti: morale, cuiuſlibet iuſti. Tabernaculum Moyſi fuit ex diuerſia ornamentis conueniens ſtructura, facta ex lignis ſetim imputribilibus. Tabernaculum Chriſti, eſt Eccleſia, ex ſanctis infatigabilibus. Tabernaculum Iuſti, Qualibet fidelis anima, ex virtutibus. Moyſes ſuum erexit in heremo, in quo poſuit Arcam: Chriſtus ſuum in mundo, in quo carnem propriam: Iuſtus in animo, conſcientiam. Arca Moyſi decoratur auro puriſſimo, intùs & exteriùs: Caro Chriſti deauratur intùs Diuinitate, exteriùs miraculorum claritate: Conſcientia iuſti interiùs fulget ſplendore; exteriùs, operibus charitatis. In tabernaculo igitur Chriſti, quod eſt Eccleſia, habent locum Chori laudantes Deum, ad excitandam deuotionem, & dandam gratiarum actionem. Vnde Apoſtolus, *Loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus.* Pſalmi pertinent ad bonam operationem: hymni, ad Dei laudem: cantica ſpiritualia, ad ſupernorum exultationem. De primo: *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* De ſecundo: *Exultate iuſti in Domino: rectos decet laudatio.* De tertio: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi.* Bene laudas Deum, ſi ſit concordia in moribus, ſicut in vocibus; vt per exemplum concordes proximo, per voluntatem Deo, per obedientiam magiſtro.

Coloſſ. 3. 16.

Galat. 6. 10.

Pſal. 32. 1.

Pſal. 121. 1.

Tres ſunt ſpecies ſonorum. §. DCCXCVIII.

TRes autem ſunt ſpecies ſonorum: ſcilicet, in pulſu, qui ad citharam: in flatu, qui ad organum: in cantu, qui ad vocem pertinet. Refertur ad pulſum citharæ, manuum operatio: ad flatum organi, mentis deuotio: ad cantum vocis, ſermonis exhortatio. Percute igitur chordam citharæ manu bonæ operationis; vt concordes proximo per exemplum mortificatæ carnis. Imple organum cordis flatu, id eſt, Spiritu ſanctæ inſpirationis, vt reddas Deo dulcem ſonum piæ deuotionis. Item, vt concordes magiſtro, canta canticum nouum obedientiæ: Noli cantare cum Lucifero in cælo, vel cum primo homine in paradiſo: ſed canta in templo cum Chriſto. Cantat enim diaboli cupiditas, qui inchoauit antiphonam elationis, dicens, *Similis ero Altiſſimo:* antiphonam ſuggeſtionis in paradiſo: deſperationis in inferno. Cantus primi hominis, voluptas: cantus Chriſti, charitas.

Quomodo cithara, organo, & voce, canere debemus.

Diaboli Antiphona, incepit in la; ſed deſiit in do.

Iſai. 14. 14

Tria genera Caſtrorum.
§. DCCXCIX.

TRia ſunt genera caſtrorum; ſcilicet, Ægyptiorum, Iſraelitarum, Angelorum. De primis: *Exodi 14. 24.* *Reſpexit Deus ſuper caſtra Aegyptiorum.* De ſecundis: *Leu. 13. 46.* *Qui leproſus eſt, egrediatur extra caſtra.* De tertijs: *Gen. 32. 1.* *Caſtra Dei ſunt hac.* Prima ſunt caſtra mundi, quæ militant, vt rapiant; ſecunda, Deſerti, quæ militant, vt ad patriam perueniant; tertia, cæli, vt nos cuſtodiant. Prima igitur relinquamus, ſecunda eligamus, ad tertia perueniamus. In ſecundis, nos oportet habere vnitatem cordium, prouidentiam in poſterum, contra tentationes infirmi, ad Chriſtum refugium. Bene operando, cor habere ſurſum, vnde de his: *Prou. 30. 24.* *Quatuor ſunt minima terra, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus; ſcilicet, Locuſta; qua regem non habet, & vniuerſa volat per turmas;* hæc eſt vnitas cordium. *Formica, qua laborat in aſtate, vnde viuat in hyeme;* ecce prudentia. *Lepuſculus, ples inualida, qui collocat in petra cubile ſuum:* ecce refugium. *Stellio, qui in domibus regum habitat, & graditur manibus:* ecce bonum opus, & cor ſurſum eleuatum. De primo: *Vnus ſpiritus, & vna fides erat in eis.* De ſecundo: *Deut. 32. 29.* *Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* De tertio: *Pſa. 60. 4.* *Eſto nobis turris fortitudinis à facie inimici.* De quarto: *Philipp. 3. 20.* *Noſtra autem conuerſatio in calis eſt.* Et de operibus: *Gal. 6. 10.* *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* De his caſtris erit nobis tranſitus ad caſtra Angelorum, vbi in corpore & anima requieſcemus, cum Angelis Creatorem laudabimus, facie ad faciem Deum videbimus.

Qua caſtra relinquere, & qua eligere, debemus.

Cant. 7. 1.

Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis! Cap. XII.

Tunc pulchri ſunt greſſus noſtri, quando conſtantia & ſtabilitate roborantur.

PRIMVM; greſſuum eius pulchritudinem miratur, & operum conſtantiam, per quam exēpla virtutum his, quos erudire volebat, præmōſtraret; vnde: *Pſal. 16. 5.* *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis;* id eſt, dirige actus meos in anguſto itinere, quo perueniatur ad vitam. Hi greſſus ſunt *in calceamentis,* cùm prædeceſſorum noſtrorum muniuntur exemplis. *Ephes. 6. 15.* vnde: *Calceati pedes in præparationem euangelij pacis.* Filiam autem *Principis* vocat, illius ſcilicet; de quo ſcriptum eſt: *Pſal. 44. 14.* *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietate.*

De tribus Principibus.
§. DCCC.

Veri Principes vniuerſa terra, ſunt Petrus & Paulus.

EST Princeps cæli, Chriſtus Princeps Angelorum; eſt Princeps Mundi, Diabolus Princeps Demoniorum; ſunt Principes terræ, Petrus, & Paulus, Principes populorum. De primo in Ezechiele. *Ezech. 44. 2.* *Porta hac clauſa erit principi. Princeps ſedebit in ea, vt comedet panem coram Domino.* De ſecundo: *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* *Ioan. 14. 30.* Item, *Luc. 11. 15.* *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* De tertio: *Glorioſi Principes terra, quomodo in vita dilexerunt ſe; ita & in morte non ſunt ſeparati.* Item, *Pſal. 46. 10.* *Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham.* Sponſa huius primi principis, eſt filia: ſecundi principis, eſt priuigna: tertiorum principum ſoror eſt paruula. Ideo primi principis filia, quia eam Sacramentis regenerauit. Ideo ſecundi priuigna, quia matrem eius, id eſt, Synagogam, adulterauit. Ideo tertiorum principum, ſoror paruula, quia cum illa de eodem patre Chriſto ſunt renati, de eadem matre Eccleſia, per gratiam ſunt regenerati. De primo: *Cant. 7. 1.* *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis!* De ſecundo: *Cant. 8. 5.* *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Dum enim Eua prima parens comederet de ligno vetito, diabolus ſub arbore malo, ſeducendo, eam corrupit; ſub qua Chriſtus eam ſuſcitauit, quando per lignum crucis redemit. Fiatque hic ſimplex relatio. De tertio: *Cant. 8. 8.* *Soror noſtra par uula eſt, & vbera non habet.*

Sponſa Chriſti, ſponſa Diaboli, & ſponſa Petri & Pauli qua ſit.

Tri-

Triplex Interpretatio.
§. DCCCI.

PRimus princeps dicitur quaſi *pri-*
mum caput: Secundus princeps,
quaſi *principium captiuitatis*: tertius,
Principes, quaſi *primatum capientes*. Pri-
1. Cor. 11. 3. mus, eſt primum caput, in quantum eſt
Deus. vnde, *Caput Chriſti Deus*. Secun-
dum, in quantum eſt homo Deus. vnde,
Caput viri Chriſtus. Tertium, in quan-
tum eſt homo. vnde, *Caput mulieris vir*.
Diabolus eſt principium captiuitatis,
quia primus cecidit de cælo: primus ca-
Sap. 2. 24. ptiuauit hominem in inferno; *Inuidia*
enim *diaboli, mors introiuit in orbem*
terrarum. Apoſtoli dicuntur Principes,
ſcilicet, primatum capientes, ſicut ait
Luc. 10. 19. illis Deus: *Ecce do vobis poteſtatem cal-*
candi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones. Pro-
pter hæc, quæ faciebant, dictum eſt de
Petro & Paulo: *Glorioſi Principes terræ,*
quomodo in vita dilexerunt ſe; ita & in
morte non ſunt ſeparati. Laudemus er-
go Viros glorioſos; vt dum eorum reco-
limus inſignia, habeamus in hac valle
lacrymarum, ſolatia; dum ex eorum
imitatione efficimur glorioſi in terra, chà-
ritatiui in vita, robuſti in paſſionis angu-
Petrus, & Paulus, quomodo principes glorioſi, glorioſiores, & glorioſiſſimi. ſtia. Fuerunt enim glorioſi, glorioſiores,
glorioſiſſimi. Glorioſi in conuerſatione,
in oculis Eccleſiæ, quia facti ſunt eius
ornamentum: glorioſiores, in dilectione,
ſecreto conſcientiæ, quia facti ſunt quaſi
odoriferum vnguentum: glorioſiſſimi in
paſſione, in conſpectu Maieſtatis diuinæ,
quia facti ſunt fidei fundamentum.

Triplex ornamentum Eccleſiæ.
§. DCCCII.

TRia ſunt ornamenta Eccleſiæ. Pri-
mum, Principum, qui ſunt in ſecu-
lari poteſtate. Secundum, Prælatorum,
qui ſunt in eccleſiaſtica dignitate. Ter-
tium, ſubiectorum in veritate.

Tria ſunt in ornamento Principum.
§. DCCCIII.

TRia ſunt in ornamento Principum;
ſcilicet, reprimere tyrannum; vn-
Iob 29. 17. & 25. de, *Conterebam molas iniqui*. Liberare
oppreſſum; vnde, *Et ex dentibus eius au-*
ferebam prædam. Conſolari miſerum;
vnde, *Eram mærentium conſolator*.

Tria in Prælatis. §. DCCCIV.

ITem, tria ſunt in ornamento Prælatorũ.
Debet habere ad erudiendum, ſcientiã;
vt ſit mundus, continentiam; contra per-
ſecutores, audaciam. De his Salomon:
Tria ſunt, quæ bene gradiuntur. Pri- Prou. 30. 29.
mum, *Aries*, qui eſt dux ouium, habens
duo cornua, ſcilicet veteris ac noui Te- *Prælatus quomodo gallus, aries, & leo, debeat eſſe.*
ſtamenti. Secundum, *Gallus, ſuccin-*
ctus lumbos ſuos. Tertium, *Leo, qui ad*
nullius expaueſcit occurſum.

In Religioſis, quatuor.
§. DCCCV.

ITem, quatuor ſunt in ornamento reli-
gioſorum. Debet habere ſolicitudi-
nem, quomodo lucretur virtutes, qui-
bus viuat in poſterum; frequentare con-
ſortia religioſorum: manibus opera face-
re, quibus aſcendat ad cælum; in Chri-
ſto ponere refugium. Primum eſt *For-* Prou. 30. 24.
mica, quæ laborat in æſtate, vnde viuat
in hyeme. Secundum, *Locuſta, quæ re-* *Religioſus quomodo debeat eſſe formica, locuſta, & ſtellio.*
gem non habet. Tertium, *Stellio, qui ma-*
nibus graditur, & in domo regis habitat.
Quartum, *Lepuſculus, plebs inualida,*
qui ponit cubile ſuum in petra. Hæc eſt
vera Religio.

In Religione tres gradus.
§. DCCCVI.

SEd eſt religio ſimulata hypocriſi, &
ſimulatione: & eſt religio inumbrata
humilitate: & eſt religio declarata eui-
denti conuerſatione. Primus eſt Bel Deus
Accaron, exteriùs aureus, intus luteus.
Secundus eſt Templum Salomonis, exte-
riùs lapideum, interiùs aureum. Tertius,
Arca Teſtamenti, deaurata intus, & fo-
ris, auro puriſſimo. Igitur *perfecti ſunt* Gen. 2. 1.
cæli & terra, & omnis ornatus eorum.
In primo ornatu erat Mardochæus in
conſpectu Regis Aſſueri. In ſecundo or-
natu, erat Aaron indutus veſte ſacerdo-
tali. In tertio, Iudith vidua abſtulit
caput Holofernis. In his, glorioſi Prin-
cipes terræ facti ſunt Eccleſiæ ornamen-
tum. Sequitur, *Dilexerunt ſe in vita* *Petrus, & Paulus in quibus facti ſunt Eccleſiæ ornamentum.*
ſua; in quo facti ſunt odoriferum vnguen-
tum. Hic odor facit temporalium con-
culcationem, vt terrenis dominemur;
inter fratres dilectionem, vt in fraterni-
tate vniamur: in dilectione ſoliditatem,

vt nulla aduerſitate ſeparemur. Iuxta primum, fuerunt *glorioſi Principes terræ*: iuxta ſecundum, *dilexerunt ſe in vita ſua*: iuxta tertium, *in morte non ſunt ſeparati*.

De greſſibus Iuſti. §.DCCCVII.

Iuſtorũ greſſus debent eſſe recti, firmi, & pulchri.

IVſti greſſus debent eſſe recti iuſtitia, contra diſpendium: firmi conſtantia, contra lapſum: pulchri elegantia, contra
Hebr. 12. 13. fratrum ſcandalum. De primis: *Greſſus rectos facite pedibus veſtris; vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur*.
Ezech. 1. 7. De ſecundis: *Planta pedis eorum, vt planta vituli*; id eſt, firmi: bos enim
Nahum 1, 15 firmiter figit pedem. De tertijs: *Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantium pacem*! Notandum, quòd rectitudo iſta in tribus eſt. Primò, intentione;
Pſal. 72. 1. vnde, *Quàm bonus Iſrael Deus, his, qui
Iſai. 26. 7. recto ſunt corde*! Secundò, in diſtributione; vnde, *Rectus callis iuſti ad ambulandum. Si rectè*, inquit, *offeras, & rectè non diuidas peccaſti*. Rectè offerimus bonam intentionem: rectè diuidimus, debita obſeruata diſtributione: Tertiò, in
Iob 8, 5. virtutum ordinatione. vnde. *Si diluculo ſurrexeris ad Omnipotentem; ſi mundus, ſi rectus inceſſeris: ſtatim euigilabit ad te*.

Tria impetunt greſſus firmos. §. DCCCVIII.

Difficultas viarum, grauitas onerum & ventorum impetus, viatores impediũt, ne ad patriam properent.

TRia inuenimus, quæ firmitatem greſſuum diſſipant, & lapſum faciunt: ſcilicet, Difficultas viarum; in qua ſunt ſæcularia impedimenta. Grauitas onerum, id eſt, peccata: Impetus ventorum, id eſt, vana de bonis gloria. De primo, in libro ſapientiæ: *Vias difficiles ambula-*
Sap. 5. 7. *uimus*. De ſecundo: *Iniquitates meæ,*
Pſal. 37. 5. *ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me*. De tertio: Ventus irruens à regione De-
Iob 1. 19. ſerti oppreſſit liberos Iob. In via, tres ſunt difficultates: aſperitas tribulationũ: mollities voluptatum: prolixitas tædio-
1. Cor. 4. 12. rum. Contra primum Apoſtolus: *Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus*. Con-
Rom. 12. 2. tra ſecundum: *Nolite conformari huic*
Gal. 6. 9. *ſæculo*. Contra tertium: *Bonum autem facientes nõ deficiamus: tẽpore enim ſuo metemus non deficientes*. Primi ambulant per ignem: ſecundi per aquam: tertij per
Pſal. 65. 12. ſolitudinem. De primis & ſecundis: *Tranſiuimus per ignem, & aquam*. De tertijs:
Pſal. 106. 4. *Errauerunt in ſolitudine, in inaquoſo; viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*. Quidam igne pereunt, ſicut Nadab, & Abiu, igne de cælo. Alij aqua ſubmerguntur, ſicut Ægyptij in mari rubro. Tertij in ſolitudine moriuntur, in longæ vitę tędio. Quidam bene ſuſtinent ignem, ſicut tres pueri. Alij euadunt de aquis, ſicut Petrus ambulans ſuper aquas. Alij bene ferunt ſolitudinem, ſicut Caleph, &
Ioſue. De primis: *Cùm tranſieris per* Iſai. 43. 2.
ignem, non vreris; & flamma non ardebit in te. De ſecundo: *Cùm ambula-* Ezech. 1. 9.
ueris per aquam, flumina non obruent te. Popter tertium dictum eſt: *Animalia ibant, & non reuertebantur*.

De grauitate onerum, quæ ſunt quatuor. §. DCCCIX.

Tria onera ad ima deprimunt; ſed vnũ onus tantum ſurſũ trahit.

SEquitur grauitas onerum, quæ ſunt quatuor. Eſt onus, quod greſſum deſtruit; quod eſt peccatorum. vnde,
Dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos. Iſai. 58. 6.
Eſt onus, quod deprimit, id eſt, tentationum, vnde, *Venite ad me omnes, qui* Matth. 11. 28
laboratis, & onerati eſtis. Eſt onus, quod impedit, id eſt, infirmitas corporum.
vnde; *Graue iugum ſuper filios Adam,* Eccli. 40. 1.
à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ, in matrem omnium. Eſt onus, quod ſurſum trahit, ſuaue Chri-
ſti iugum. vnde, *Iugum enim meum ſua-* Matt. 11. 30
ue eſt, & onus meum leue.

De vana gloria. §.DCCCX.

Vanagloria, eſt ventus veniens à regione Deſerti, & concutit bona opera noſtra.

ITem, impetus vanæ gloriæ impedit greſſus. Ipſe enim, quaſi veniens à regione Deſerti, concuſſit quatuor angulos domus, & oppreſſit liberos Iob. Deſertum iſtud, eſt Infernus, cuius rex eſt Diabolus, à quo initium vanæ gloriæ.
Vnde ad Pharaonem: *Ecce, proijciam te* Ezech. 29. 5.
in Deſertum. Domus illa ordinata, eſt vita hominis. Quatuor ſunt anguli iſti: Opera iuſtitiæ, quibus homo meretur. Puritas conſcientię, cui ſecurè innitimur. Donum ſcientiæ qua gubernantur cætera ad laudem Dei, & vtilitatem proximi. Gratia linguæ, qua Deus laudatur, proximus ædificatur. Primum ponitur contra Septentrionem, ne frigore Aquilonis feruor operandi tepeſcat. Secundum ad Meridiem, vt conſcientia charitate ferueat. Tertium contra Occidentem, ne nox ignorantiæ irruens ignarum decipiat. Quartum ad Orientem, vt Sol iuſtitiæ, per prædicationem proximo lucere incipiat.

Qui ſint quatuor anguli domus noſtræ

Cant. 4. 16. Pſ. 118. 105. piat. De primo, *Surge Aquilo*. De ſecundo, *Veni Auſter*. De tertio, *Lucerna pedibus meis, verbum tuum*. Verbum enim prædicatoris, verbum Dei eſt. De Gen. 1. 4. quarto, *Diuiſit lucem, ac tenebras*. Lux eſt ſcientia, tenebræ ignorantia. Qui de *Quid ſit, diuidere lucem à tenebris.* his quatuor donis Dei vanè gloriatur, vento peſſimo eius greſſus concutitur. De primo gloriatur Phariſæus, dicens: Luc. 18. 11. & 12. *Ieiuno bis in Sabbatho: decimas do omnium, quæ poſſideo*. De ſecundo, cùm diceret: *Non ſum ſicut cæteri homines, raptores, adulteri*. De tertio, Eliu, cùm diceret: Iob 32. 18 & 19. *Venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo*. De quarto, cùm diceret: *Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei*.

Triplex turpitudo pedum.
§. DCCCXI.

Lutum, puluis, & morbus, quomodo pedes noſtros inquinent.

TRia ſunt, quæ turpes faciunt pedes: ſcilicet, lutum iniquitatis, carnalis voluptas, puluis ſiccans, iræ, inuidiæ, mundanæ concupiſcentiæ: morbus inflans veneno ſuperbiæ. Iſti pedes ſunt affectus noſtri, qui aliquando ſe inclinant ad voluptatem, aliquando ad iram, inuidiam, cupiditatem; aliquando ad elationem. Vt autem ſint in his pulchri greſſus, habeant calceamentum de pellibus mortuorum animalium; id eſt, muniantur exemplis, conuerſatione antiquorum Patrum. Contra voluptatem, accipe Danielis caſtitatem: contra iram, inuidiam, concupiſcentiam, accipe Iob charitatem: contra elationem, Dauid humilitatem. De primis pedibus: *Laui pedes meos; quomodo inquinabo illos?* De Cant. 5. 3. ſecundo: *Excutite puluerem pedum veſtrorum, in teſtimonium illis*. De ter- Marci 6. 11 tijs: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ*. Pſal. 35. 12.

Notandum, quòd dicitur *filia Principis*. Anima enim iuſti, primò eſt filia Sacerdotis, ad ſacrificandum carnem ſuam, pro abſolutione peccatorum, vt reconcilietur. Secundò, filia Principis, ad imperandum motibus tentationum, ne ſeruus dominetur. Tertiò, filia Regis, ad gubernandum ordinem virtutum, ne ordo diſſoluatur. De primo, Moyſes Exod. 2. 21. duxit in vxorem filiam Sacerdotis Madian. De ſecundo, hic dicitur: *Quàm* Cant. 7. 1. *pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis!* De tertio: *Omnis gloria* Pſal. 44. 14 *eius filia Regis ab intus*.

Iunctura feminum tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis. Cant. 7. 1.

Cap. XIII.

In iunctura duorum feminum, vnitò populi Gentilis & Hebraici deſignatur.

IN feminibus Eccleſiæ, eius generatio ſpiritualis, quæ per myſteriũ Verbi, & lauacrum regenerationis expletur, accipitur. Iunctura autem duorum feminũ, duorum populorũ eſt concordia; ex quibus in vna fide ſociatis, vniuerſalis eſt Eccleſia. Quæ iunctura monilibus aſſimilatur, quia fides catholica, bonorum operum atteſtatione declaratur. Hæc autem monilia, *fabricata ſunt manu artificis* quia virtutum opera, quibus Eccleſia de duobus vna conſtruitur, ineffabili Conditoris noſtri ſunt firmata largita- Ephеſ. 2. 14. te. Ipſe eſt enim *Lapis angularis, qui facit vtraque vnum*. Rectè autẽ poſt greſſus ſponſæ calceatos, iunctura feminum collaudatur, quia per miniſterium prædicantium perficitur vna coniunctio credentium populorum. In capite hominis

Per prædicationẽ fit vna coniunctio credentium.

deſignatur diuina natura, in feminibus, humana; in corpore, Eccleſia; in iunctura, Chriſti ſanctimonia. A capite fit omnium ſenſuum in cætera membra diffuſio: Corpus eſt membrorum in vnum collectio: Monile, cui comparatur iunctura, fit ex metallo, & lapide precioſo. Femina autem ſunt duo. A capite enim, id eſt, à Diuinitate, in omnem creaturam animatam vita, in omnem fidelem gratia diffunditur. Eccleſia verò, quaſi corpus, ex fidelibus quaſi membris perficitur. Monilia, quibus iuncturæ comparantur, ex metallo carnis humanæ, & gemma diuinæ ſapientiæ, coaptantur. Dualitas verò feminum, duplicem noſtrum defectum, ſcilicet, culpæ, & pœnæ. Per iuncturam igitur iſta humana natura, in feminibus figurata, à peccatis abſoluetur, à miſeria reparabitur, à morte æterna liberabitur: A Chriſto, qui eſt vi-

Feminum dualitas, duplicẽ defectum culpæ, & pœnæ ſignificat.

Digitized by Google

victoria, miſericordia tribuitur: Eccleſia ſacramentis renouatur: à capite Diuinitatis deſiderium noſtrum adimplebitur; ſicut ait Dauid: *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas*: hoc de primo: *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus*: ecce de ſecundo. *Renouabitur vt aquila iuuentus tua*: ecce de tertio. *Qui replet in bonis deſiderium tuum*: ecce de quarto.

Pſal. 102. 3. & ſeqq.

Triplex Diuiſio. §. DCCCXII.

Propter triplicem diuiſionē in paradiſo factā per primos parentes triplex etiam facta eſt à Criſto ſemetuum iunctura.

IN hac victoria tria ſunt iuncta: caro, anima, Diuinitas; quia triplex facta eſt diuiſio in paradiſo per primos parentes. Prima fuit à iuſtitia, peccando: à gratia, qua poterat proficere in bono: à gloria, qua erat immunis à mortis aculeo. Prima, homo deſijt eſſe pulcher, tegens pudenda ſua. Secunda, factus eſt pauper, abſcondens ſe, ne videretur à Deo nudatus virtutibus. Tertia, miſer, quando in hac valle lacrymarum deiectus eſt de paradiſo. Hoc triplex incommodum deplanxit Ieremias dicens: *Quomodo obſcuratum eſt aurum optimum!* ecce de amiſſa pulchritudine. *Diſperſi ſunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum*, ecce de pauperrate. *Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli!* Sicut enim vas figuli fragile eſt; ſic humana natura per miſeriam. Ad repræſentationem harum trium diuiſionū, cùm immolaret Abraham capram trienem, & vaccam, & arictem, diuiſit carnes altrinſecùs. Capra fœtidum animal eſt: huius carnes diuiduntur, ad exprimendam diuiſionem, quæ eſt à iuſtitia; & immolantur, vt ſic ſatisfaciant pro ea. Vacca ad arandum apta eſt, & lucrandum domino ſuo: quæ ad exprimendam diuiſionem ſecundam, diuiditur, ad ſatisfactionem immolatur. Aries rex eſt ouium, & protectione ſua gregem reddit ſecurum: eius carnes, ad deſignandam tertiam diuiſionem, diuiduntur, & propter recuperationem immolatur. Itaque primi parentes, primò peccauerunt; ſecundò, à paradiſo diuiſi ſunt; tertiò, per hanc iuncturam reconciliati ſunt; ſicut ait Dauid: *Contaminauerunt teſtamentum eius*: ecce primum; *Diuiſi ſunt ab ira vultus eius*: ecce ſecundum; *Et appropinquauit cor illius*; ecce tertium.

Thren. 4. 1. & ſeqq.

Gen. 15. 9.

Propter trinā diuiſionē per primos parentes in paradiſo factā, tres animalium ſpecies offerebantur.

Pſal. 54. 21.

Hæc monilia, quibus aſſimilantur iuncturæ, ſunt fabricata *manu artificis*; id eſt, Dei operatione, qui eſt ſummus artifex. Vel *manu artificis*, id eſt, per Chriſtum, qui dicitur *Manus Artificis*, id eſt, Patris, quia per ipſum omnia creauit Pater.

Tria in monili, quod eſt Chriſtus. §. DCCCXIII.

Tria, quæ in gemma reperiuntur, rectiſſimè Chriſto conueniūt.

BEne monili aſſimilatur Chriſtus, quia monili metallum applicatur, per malleorum contuſionem. Gemma in ſe habet virtutem, habet & claritatem. Sic tria conuenerunt in Chriſto: Caro contuſa per paſſionem: Anima, in qua circa nos habuit dilectionem: Claritas Diuinitatis, qua ſuam nobis promiſit viſionem. Iuxta primum, dicitur Monile *motus ulmios liniens*: hoc enim facit in mulieribus recordatione ſignificationis ſuæ; & Chriſtus in nobis, ſua paſſione. Iuxta ſecundum Monile *mouens legem*, ſcilicet, quæ eſt inter virum & fœminam, tenere. Sic in Chriſto, amor, quem habet erga nos, in anima, ad tenendam eius legem nos inuitat. Iuxta tertium, dicitur Monile *mouens nitore lætitiam*. In hoc enim mulieres gaudent; & nos in promiſſa claritate Diuinitatis, lætitia debemus moneri. Primum itaque eſt contra primam diuiſionem, ſcilicet, à Iuſtitia. Secundum, contra ſecundam, ſcilicet, à Gratia. Tertium, contra tertiam, ſcilicet, à Gloria. In primo enim Chriſtus noſtram expiauit iniquitatem: in ſecundo noſtram reparauit virtutem: in tertiò, noſtram reformabit humilitatem. De primo: Chriſtus *peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum; vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus: cuius liuore ſanati ſumus*. De ſecundo: *Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto*; De tertio: *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corporis claritatis ſuæ*. Sequitur, *Fabricata manu artificis*.

Monilis etymologia triplex, eiuſque ſignificatio.

1. Pet. 2. 24.

Epheſ. 2. 4.

Philipp. 3. 21.

De Artificis varietate. §. DCCCXIV.

Chriſtus, omnium faber & artifex.

EST Artifex artem faciens: & eſt artifex arte faciens: & eſt artifex arti faciēs. Primus inuentor, & agit pro arte: ſecundus, doctor, & agit de arte: tertius, operator, & agit ex arte. Artifex iſte eſt Chriſtus, qui ab æterno inuenit artem, qua homo repararetur; in carne operatus eſt, vnde repararetur.

De

Digitized by Google

De ornatu feminum. DCCCXV.

FEmina iſta carnem noſtram figurant: quæ aliquando eſt ſine iunctura, quando ad laſciuiam diſſoluitur: aliquando habet iuncturam; ſcilicet, quando delectatio inhibetur. Hæc iunctura, eſt locus lumborum, quia aliquando feminalibus induit, aliquando baltheo præcingi præcipiuntur: aliquando monilibus operantur. Primum eſt in ordine coniugatorum, propter honeſtatem: ſecundum in ordine continentium, contra infirmitatem: tertium, in ordine virginum, propter deuotionem. Propter primum, Aaron iubetur circa verenda veſtiri feminalibus lineis. Propter ſecundum dicitur: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Propter tertium: *Iunctura feminum tuorum, ſicut monilia fabricata manu artificis.* De primo Paulus: *Infirmiora membra noſtra debemus ampliori honore circumdare.* De ſecundo, ad Iob: *Accinge ſicut vir lumbos tuos.* De tertio: *Scimus quia ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis.* Vt igitur femina iſta, id eſt, caro noſtra, ſuas habeat iuncturas, aliquando anima eam permittit ſuæ intentam eſſe neceſſitati; aliquando eam cogit animæ ſeruire vtilitati: aliquando ipſa anima in ea ſe conformat angelicæ puritati. In primo, dat ei gladium: vt ſe defendat à vitio ſuperfluitatis. vnde: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime.* In ſecundo, caſtigando facit areſcere ieiuniis, & vigiliis. vnde, emarcuit neruus in femore Iacob; In tertio, ab omni opere terreno ſuſpendit, ob honorem Dominicæ incarnationis. Vnde in eius figura poſuit Damaſcus ſeruus Abrahæ manum ſuam ſub femore Domini ſui quando ei iurauit; deſignans, carnem eſſe honorandam ſuper opera hominum, quia inde Chriſtua naſciturus erat; qui eſt hoc monile ex metallo Humanitatis, & gemma Diuinitatis; cui iunctura feminum, id eſt, carnis noſtræ cohibitio, debet comparari.

Iunctura feminum, quæ eſt locus lumborum, triplici ornamento decorari debent.

Exod. 28. 42.

Luc. 12. 35.

Cant. 7. 1.

1. Cor. 12. 22.

Iob 40. 2.

2. Cor. 5. 1.

Pſal. 44. 4.

Gen. 32. 25.

Gen. 24. 9.

Cur ſeruus Abrahæ iurauerit ſuper femur Domini ſui.

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Cap. XIV.

Cant. 7. 2.

Vmbilici figura triplex. §. DCCCXVI.

VMbilicus, fragilliмum corporis noſtri membrum, infirmitatem noſtræ fragilitatis deſignat. Et vmbilicus noſter ſit *crater tornatilis, nunquam indigens poculis*, cùm conſcientia noſtræ mortalitatis admoniti, calicem verbi ſalutaris proximis propinamus; vt pro tali miſericordia, miſericordia cæleſtis beatitudinis recompenſetur. Quod & de eleemoſyna poculi generaliter poteſt intelligi; de quo Iudex dicit: *Sitiui, & dediſtis mihi bibere.* Crater eſt magnus calix duas habens anſas. vnde Poeta,

Aſt vbi prima quies epulis, menſæque remotæ,
Magnos crateres ſtatuunt, & vina coronant.

Et bene tornatilis dicitur; quia ſicut vas tornatile, velociùs cæteris perficitur; ſic pietas velociùs cæteris operibus facienda eſt, his, qui terrenis vel cæleſtibus indigent poculis. Vnde Salomon: *Noli dicere amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi; cùm ſtatim poſſis dare.*

Matt. 25. 35.

Vmbilicus ſponſæ quare dicatur crater tornatilis.

Prou. 3. 28.

Tres Vmbilici. §. DCCCXVII.

VMbilicus in mulieribus eſt luxurioſior; in viris pars infirmior, in cunctis naſcentibus, carne, qua matri adhærent, ſuperabundantior. Per primum deſignatur in mollibus & effeminatis luxuria. vnde, *Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius.* Per ſecundum, in tentatione vacillans continentia. Vnde Ezechiel vidit virum, qui erat ab vmbilico ſurſum, quaſi ignis; & ab vmbilico deorſum, flamma ignis. Hic eſt ignis tribulationis, vmbilico, id eſt, infirmitatis hærens; alter verò ſurſum, charitatis, accendens. Per tertium, in amatoribus mun-

Iob 40. 11.

Ezech. 1. 27

Digitized by Google

mundi, victus & veſtitus ſuperabundantia. vnde de Ooliba: (*Ezech. 16. 4.*) *In die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus*. Primus vmbilicus oppugnat caſtitatem, proſternens in lutum: ſecundus, mutans virilitatem in fœnum: tertius, fragilitatem, faciens egenum copia virtutum. Cecidit Adam in cœnum, quando vidit vxorem ſuam nudam, & concupierunt ſe inuicem, & perizomatibus ſe texerunt. Mutatus eſt in fœnum, eiectus de paradiſo. vnde, (*Iob 13. 25.*) *Stipulam ſiccam perſequeris*. Vidit ſe egenum, cùm diceret: (*Gen. 3. 10.*) *Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me*. Contra primum Apoſtolus: (*1. Cor. 6. 18.*) *Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat*. Contra ſecundum: (*2. Cor. 12. 10.*) *Cùm infirmor, tunc potens ſum*. Contra tertium. (*Philipp. 4. 12.*) *Scio eſurire, & ſatiari, & abundare, & penuriam pati*. Notandum, quòd luxuria & abundantia vitam promittunt; infirmitas verò, nuncius eſt mortis.

Tres nuncij mortis. §. DCCCXVIII.

Mortis tres nuncios cur Deus nobis deputauerit.

TRes ſunt nuncii mortis: caſus, infirmitas, ſenectus. Caſus, dubia; infirmitas, grauia; ſenectus, cætera nunciat. Caſus mortem nunciat latentem; infirmitas, apparentem; ſenectus, præſentem. Ex incertitudine mortis, timor; ex grauitate infirmitatis, dolor; ex certitudine ſenectutis, non obſtinatio, ſed humilitas & afflictio ſequi debet.

Tres Crateres. §. DCCCXIX.

CRateres, ſiue ſcyphi, ex tribus materijs ſolent fieri: ſcilicet, ex luto, ligno, metallo. Prima eſt fragilis, ex qua formatur ſcyphus digitis: ſecunda, ſculptilis, ex qua ferramentis: tertia, ductilis, ex qua malleis. Primus ſcyphus, ſunt ſimplices, qui ſe viles reputantes, caput ſuum ad magiſtri inclinant imperium. Secundus ſunt, qui ſe afflictionibus caſtigantes, à carne ſua reſecant non ſolùm illicitum, ſed etiam quod eſt licitum. Tertius ſunt, qui libenter ſuſtinent malleos paſſionum.

Qui ſint crateres lutei, lignei, & metallini.

De primo: (*Pſal. 72. 23.*) *Vt iumentum factus ſum apud te: & ego ſemper tecum*. De ſecundis: (*Heb. 11. 36. & 37.*) *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus*. De tertijs: *Sancti ludibria & verbera experti, inſuper, & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt*. Sed videndum quomodo vnumquodque formetur. Primus primo pede caſtigationibus formatur. vnde: *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me*. (*Pſal. 140. 5.*) Secundus rota circumſpectionis formatur. vnde, *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & qui iuſtitia ſua meditabitur: & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei*. (*Eccli. 14. 22.*) Tertiò igne charitatis ſolidatur. vnde; *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? &c.* (*Rom. 8. 35.*)

Secundus ſcyphus, id eſt, ligneus, priùs cæditur, cùm ſeparatur homo à ſæculo: ſecundò, ſculpitur, ſatisfaciendo pro peccato: tertiò, tornatur, etiam de indultis multa reſecando. Cæditur ſecuri timoris: ſculpitur, groſſioribus ferramentis doloris: tornatur, ſubtilioribus ferramentis feruoris. De primo: *Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt*. (*Matth. 3. 10. & 22.*) De ſecundo: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum*. De tertio: *Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in cælo: & veni, & ſequere me*. (*Matt. 19. 21.*)

Tertius ſcyphus de metallo, primò igne voluntariæ diſciplinæ examinatur, vt ſcoriam deponat. vnde: *Igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum*. (*Pſal. 16. 3.*) Secundò, malleis paſſionis illatæ tunditur, vt formam accipiat. vnde: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus*: (*Iſai. 50. 6.*) Tertiò, paleis contumeliæ fricatur, vt claritate fulgeat. vnde, *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me*. (*Ibid.*) Scoriam ſæcularis conuerſationis: formam Saluatoris: claritatem famoſæ Religionis. De primo: *Deponentes veterem hominem cum actibus ſuis, induite nouum hominem*. (*Coloſſ. 3. 9.*) De ſecundo: *Donec formetur Chriſtus in vobis*. (*Galat. 4. 19.*) De tertio: *Luceat lux veſtra coram hominibus*. (*Matth. 5. 16.*)

Triplex potio. §. DCCCXX.

Triplex ſcyphus triplicem nobis præbet potionem.

PRimus itaque ſcyphus dat aquæ potum, id eſt, lacrymarum: ſecundus, mulſum deuotionis: tertius, vinum myrrhatum, quia nunc gaudia ſupernorum, nunc amaritudinem propinat paſſionum. De primo: *Potum meum cum fletu miſcebam*. (*Pſal. 101. 10.*) De ſecundo: *Comedite pinguia, & bibite mulſum*: (*2. Eſd. 8. 10.*) mulſum ex vino & melle fit. De tertio, *dederunt Domino vinum myrrhatum bibere*. (*Marci 15. 23*) Primus aliquando caret aquis, quando eſt de temporalibus ſolicitus. Secundus nunquam indiget

get poculis, quia eſt ab omni ſolicitudi-
ne exurus. Tertius aliquando intermit-
tit guſtum ſupeenæ dulcedinis, amari-
tudine paſſionis impeditus. De primo
Ier. 9. 1. conqueritur propheta: *Quis dabit capiti
meo aquas, & oculis meis fontem lacry-
marum?* Secundos admonet Apoſtolus:
Philipp. 4. 4. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico:
gaudete.* De tertio priùs dixerat Chriſtus:
Ioan. 17. 5. *Clarifica me Pater apud temetipſum, cla-
ritate, quam habui prius quàm mundus
eſſet, apud te;* ſcilicet, deguſtans ſuper-
nam dulcedinem: ſed poſt, inualeſcen-
te paſſione, cœpit pauere, & tædere, di-
Marc. 14. 34. cens: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mor-
tem.*

Vmbilicus Sponſæ. §. DCCCXXI.

VMbilicus itaque ſponſæ, eſt quili- *Vmbilicus ſponſæ, id eſt, Ec-*
bet iuſtus, conſiderans infirmita- *cleſiæ, eſt qui-*
tem ſuam, vt per eam fiat potentior di- *libet iuſtus.*
cere cum Apoſtolo: *Quando infirmor,* *2. Cor. 12. 10*
tunc potentior ſum. Primò igitur ſe ab-
ſcindit à ſæculo: ſecundò, ſatisfacit pro
peccato: tertiò, reſecat de licitè ſibi con-
ceſſo. Iſte nunquam indiget poculis,
quia vel propinat peccatori prædicatio-
nem, vel pauperi eleemoſynæ largitatem,
vel Deo deuotionem.

Cant. 7. 2.

Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs. Cap. XV.

VENTER mortalitatem
noſtræ cōditionis deſignat,
quæ eſt ſicut aceruus tri-
Venter ſponſæ cur dicatur aceruus tritici, & non copia tritici?
tici; quia dum ſumus me-
mores noſtræ fragilitatis,
fructus bonorum operū,
quibus perpetuò reficia-
mur, in præſenti nobis vita præparamus.
Bene autem aceruus tritici, & non co-
pia, dicitur, vt exurgentia in alterum in-
crementa deſignet virtutum. Et ſicut
aceruus latus eſt in imo, anguſtior in
ſummo; ita bona opera noſtra, quantò
ſunt meliora, tantò operarij eorum pau-
ciores. Hic aceruus bene lilijs vallatus
dicitur; vt bona, quæ agimus, videndæ
claritatis æternæ gratia geramus.

De triplici ventre ſponſæ. §. DCCCXXII.

PEr ſponſam diximus, quòd aliquan-
do deſignatur Virgo Maria: aliquan-
do anima ambulans in iuſtitia: aliquan-
do militans Eccleſia. Primæ venter ma-
terialis, eſt caro Virginis imaculata. Se-
cundæ venter ſpiritualis, eſt intentio pu-
ra. Tertiæ, ſacramentalis, vnitas inuio-
lata. De primo: *Beatus venter, qui te*
Luc. 11. 27.
portauit, Chriſto. De ſecundo: *Venter*
Iſai. 16. 11.
meus ad Moab, quaſi cithara ſonabit. De
tertio: *Conglutinatus eſt in terra venter*
Pſal. 43. 25. *noſter.* Primus habet fœcunditatem, quia
Ioan. 1. 14. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in
nobis.* Secundus, ſaturitatem panis vi-
ui, *Qui de cælo deſcendit.* Tertius, capa- *Ioan. 6. 41.*
citatem, quia continet omnes ad ſe ve-
nientes à quatuor partibus mundi. In
primo itaque ſeminatum eſt granum fru-
menti: ſecundus ſatiatur ex adipe fru-
menti: tertius, quaſi aceruus tritici. De
primo: *Niſi granum frumenti cadens in* *Ioan. 12. 24*
*terram, mortui fuerit, ipſum ſolum
manet.* De ſecundo: *Cibauit illos ex* *Pſal. 80. 17.*
adipe frumenti. De tertio hic: *Venter* *Cant. 7. 2.*
tuus ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs.

Ad hoc autem vt primum granum ſe-
minatum in primo ventro ſatiet ſecūdum, *Quomodo Chriſtus ſuit triticum ſeminatum, molitum & deſurſuratum.*
oportet vt priùs ſit ſeminatum in Virgi-
ne, aſſumptione carnis; ſit molitum in
cruce, doloribus paſſionis; ſit deſurſura-
tum, in reſurrectione, conditione noſtræ
mortalitatis. Audi ſeminatum: *Niſi Do-* *Iſai. 1. 9.*
*minus exercituum reliquiſſet nobis ſemen,
quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomor-
rha ſimiles eſſemus.* Audi molitum: *Tor-* *Iſai. 63. 3.*
*cular calcaui ſolus, & de gentibus non fuit
vir mecum.* Audi deſurſuratum. *Chri-* *Rom. 6. 9.*
*ſtus reſurgens ex mortuis, iam non mori-
tur, mors illi vltra non dominabitur.* Ex
hoc itaque pane ſpiritualis venter ſatia-
tur: *Fac mihi*, ait Elias, *priùs panem par-* *3. Reg. 17. 13.*
*uulum ſubcinericium: poſtea verò facies
tibi, & filio tuo.* *Panem* facimus, quia
in eo ſperamus cæleſtem nos habituros
refectionem: *Paruulum*, cùm eius re-
ſpicimus humilitatem: *Subcinericium*,
aſpicientes eius paſſionem. Sed quia
plus Deum, quàm nos debemus diligere,
priùs faciamus ipſi de omnibus, tribuen-
do ei honorem, & referendo gratiarum
actio-

Digitized by Google

actionem: deinde nobis; vt in his quæramus noſtram vtilitatem; ſcilicet nos eius humilitati conformando, paſſiones ſuſtinendo, ad gloriam reſurrectionis aſpirando.

Venter Eccleſiæ, ſcilicet, omnium fidelium, ex quibus debeat repleri, & ſaturari.

Ezech. 3. 1. & ſeqq.

Prædicatio, & ſacræ Scripturæ meditatio, dulce, et amarum in nobis operantur.

Matt. 26. 27. & 28.

Notandum autem, quòd venter iſte ſpiritualis ſaturatur pane, ſcilicet ſalutari hoſtia: pulmento, id eſt ſcripturarum intelligentia; & potu, id eſt, ſanguine Chriſti, & Spiritus ſancti gratia. Panis ille, eſt *panis viuus, qui de cœlo deſcendit*. De hoc pulmento Ezechiel: *Fili hominis, comede volumen iſtud, & erit dulce quaſi mel in ore tuo; & faciet amaricare ventrem tuum*. Intelligentia enim ſcripturæ in prædicatione, dulce ſonat; in memoria autem peccatorum, & pœnæ infernalia, quam repræſentat, animam turbat. De potu ſanguinis habes: *Bibite ex hoc omnes, Hic eſt calix noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Potus, gratiæ ſancti Spiritus, qui inebriantur ab vbertate domus Dei. vnde, *Qui ſitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum*,

Ioan. 7. 37.

Baruch. 3. 24.

Eccleſia quomodo ad ſe reuertentes concipiat, in ſe laborantes pariat, & exeuntes de hoc mūdo pariat.

Iob 3. 16.

Pſal. 47. 2.

Sanctorū multitudo dicitur aceruus tritici.

Tertius venter, ſcilicet, ſacramentalis, habet capacitatem, quia omnes fideles in ſe recipit. Vnde, *O Iſrael, quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius!* Verè magna, quia reuertentes ad Eccleſiæ vnitatem concipit, vt nutriantur: laborantes ad ſuam & proximorum vtilitatem parturit, vt inſtruantur: tranſeuntes de mundo ad Patrem parit, vt remunerentur. De conceptu ait Iob: *Quaſi abortiuum, non ſubſiſterem, vel qui concepti non viderunt lucem*. Concipiuntur enim homines in vtero matris Eccleſiæ, quando ad eam reuertuntur: lucem non vident, quando non ſuſcipientes lucem gratiæ, ad peccata relabuntur. In laborantibus parit Eccleſia; vnde, *Ibi dolores vt parturientis*. In tranſeuntibus de mundo ad Patrem, parit, ſicut in Eccleſia canitur, *vt in nouam pariat Eccleſia mater infantiam*. Itaque granum frumenti, Chriſtus, ſeminatum eſt in ventre primo. Ex eodem aceruus tritici, id eſt, multitudo Sanctorum, creuit in tertio. Sequitur, *Vallatus lilijs*. Eius adipe paſcitur ſecundus, tam primus venter, quàm ſecundus, & tertius, *Vallatus lilijs*.

Tria in lilio. §. DCCCXXIII.

Tria, quæ in lilio ſunt, tres ventres decorantur.

Cant. 2. 1.

Ibid. 2.

Habet enim in folijs candorem; in haſtili timorem, in granis interiùs aureum colorem. Primus color eſt ſpecioſus, propter nitorem: ſecundus, precioſus, qui confert oculis vigorem: tertius, imperioſus, quia color aureus in corona Regis præſtat honorem. Primus igitur venter nitet lilijs, id eſt, candore virginitatis, quam ornauit lilium princeps caſtitatis, id eſt, Chriſtus, qui ait, *Ego flos campi, & lilium conuallium*. Secundus precioſus eſt vitore virtutis, quem ornat lilium, de quo dicitur: *Sicut lilium inter ſpinas, ita amica mea inter filias*. Tertius imperioſus eſt, cupiens regnare cum Angelis; quem ornant lilia, de quibus dicitur: *Circundabant eam flores roſarum, & lilia conuallium*. His enim iam in ſpe, tunc in re, Venter, id eſt, Eccleſiæ vnitas, vallabitur.

Ventres quinque. §. DCCCXXIV.

Eſt venter plenus fœtore carnalis voluptatis, quo anima inquinatur: eſt venter plenus tumore elationis, quo animus inflatur: eſt venter plenus dolore tribulationis, quo ſenſus conturbatur: eſt venter plenus timore dominicæ increpationis, quo piger excitatur: eſt venter plenus amore puræ affectionis, quo proximus propter Deum adiuuatur. De primo: *Adhæſit in terra venter noſter*. De *Pſal. 43. 25.*
ſecundo, Eliu: *Venter meus quaſi muſtum, Iob 32. 18.*
abſque ſpiraculo. De tertio, Ieremias:
Ventrē meum doleo, ventrem meum doleo: Ierem. 4. 19.
ſenſus cordis mei mutati ſunt in me. De
quarto: *Dilectus meus miſit manum ſuam Cant. 5. 4.*
per foramen, & venter meus intremuit
ad tactum eius. De quinto: *Venter meus Iſa. 16. 11.*
ad Moab, quaſi cithara ſonabit.

Tres Ventres in Euangelio. §. DCCCXXV.

Tres leguntur ventres notabiles in Euangelio. Primus eſt, in quo Ieremias eſt ſanctificatus, & conceptus iuxta naturam. Secundus, in quo ſanctificatus eſt Ioannes, & conceptus contra naturam. Tertius, in quo eſt ſanctificans Chriſtus, & conceptus ſupra naturam. Sed tertius ille venter Beatæ Virginis, primò, eſt commendabilis ve-

recundia, qua virtus caſtigatur: ſecundò mirabilis virtutibus, & caſtimonia, quæ miraculis maritatur: tertiò, laudabilis fructibus, & innocentia, qua fructus colantur. De primo: *Dilectus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.* Ait enim *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* De ſecundo: *Venter eius eburneus*, id eſt, caſtiſſimus. vnde: *Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum. Diſtinctus ſapphiris*, id eſt, cæleſtibus miraculis: ſapphirus enim cæli habet colorem. Miraculum autem fuit, quòd ſine viro concepit, ſine dolore peperit, virgo permanſit. De tertio: *Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs.* Granum frumenti fuit Chriſtus, in cruce molitus. Aceruus, Chriſtus, cum membris matris affectus. Vallatis quoque fuit lilijs innocentiæ. Sicut Chriſtus *peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius*; ſic & ille vterus Virginis, à quo proceſſit caput & principium noſtrum Chriſtus, vallatus fuit lilijs iſtis. Hinc eſt, quòd in laudem ventris huius ponitur ebur, lilium, frumentum. *Ebur* ſoliditatis, qua fuit inuiolabilis, & poſt partum virgo permanſit. *Lilium* iocunditatis, qua fuit delectabilis, dum virga Ieſſe floruit. *Frumentum* fertilitatis, qua fuit concupiſcibilis, quia Deum & hominem genuit. Audi ſoliditatem. *Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum.* Caſtellum hoc fuit vterus Virginis. In eo fuit turris virginitatis, murus ſoliditatis, foſſa humilitatis. Erat in eo Martha *ſolicita circa frequens miniſterium*: Maria *ſedens ſecus pedes Domini, & audiens verbum.* Ecce in Maria, actiua paruulum filium nutriendo: contemplatiua, *conſeruans omnia verba eius, conferens in corde ſuo.* Audi iocunditatem, quæ in tribus perficitur. Oportet enim, quòd virginitas iocunda ſit: ſpecioſa puritate, qua peccatores declinet: ſit ſuauis moribus, quibus bonos ſibi conciliet: ſit delicioſa deuotione, qua Dilectum inuitet. De prima, *Specioſa facta es.* De ſecunda, *& ſuauis.* De tertia, *in delicijs tuis.* Audi ſpecioſam: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens?* Audi ſuauem: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Audi delicioſam: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens?* Fertilis fuit venter frumento propriæ carnis Chriſti: vino eius ſanguinis: oleo miſericordiæ cor impinguantis. Primum eſt *panis*, qui *cor hominis confirmat*. Secundum, *vinum*, quod *cor hominis lætificat*. Tertium, *oleum*, quod cor deuotione impinguat. De duobus primis: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habebit vitam æternam.* De tertio Dauid: *Vnxit me oleo miſericordiæ.* De hoc ventre habes: *Beatus venter, qui te portauit.*

Cant. 5. 4.
Luc. 1. 34.
Cant. 5. 14.
Chriſtus quomodo fuerit granum frumenti, & aceruus tritici
1. Pet. 2. 22.
Vterus Virginis innocentia Christi dicitur vallatus.
Luc. 10. 37.
Virginis vterus, caſtellum munitionibus cunctis ornatum.
Luc. 2. 51.
Virginitatis qualitates.
Cant. 6. 9.
Cant. 2. 2.
Cant. 8. 5.
Pſal. 103. 15
Ioan. 6. 55.
Luc. 11. 27.

Cant. 7. 3.

Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. Cap. XVI.

TEMPORALES filij poſtquam de ventre matris Eccleſiæ gignuntur, neceſſe habent, vt vberum, id eſt doctorum, lacte, id eſt prædicatione, eorum infantia nutriatur; donec procedente tempore robuſtiores facti, pane ſapientiæ reficiantur. Quæ vbera, bene duo dicuntur, quia ex Iudæis & Gentibus populi venientes, eis nutriuntur. Bene quoque duobus hinnulis capreæ comparantur, quia veteris ac noui Teſtamenti lacte implentur. Bene gemelli dicuntur hinnuli, quia duo teſtamenta ab eodem Auctore manauerunt; qui capreæ comparatur, quia mundum animal eſt, viſu & curſu inſigne, vngulam findens, & ruminans, & cornibus armatum. Sancti fiſſam habent vngulam in diſcretione, ruminant in eorum, quæ diſcreuerunt, prolatione: oculos habent acutos, ad contemplanda cæleſtia; curſu ſunt veloces, ſcilicet virtutibus, ad quas contemplatiui ſunt feſtinantes: qui etiam cornibus fidei aduersùs mundum ſunt erecti.

Duo ſacræ ſcripturæ teſtamenta recte duobus hinnulis gemellis comparantur.

Hæc verba pertinent ad reuelandam Chriſti incarnationem: de vno exprimitur lac, de alio vinum: lac, ſcilicet humilitas Humanitatis: vinum, celſitudo Diuinitatis. Hoc habet mater Eccleſia, quæ capreæ, propter munditiam,

Qua ratione ſancti omnes ex his duobus populis nati, dicantur filij capræ.

comparatur. Quatuor ſunt, quæ exprimunt ex eis lac, & vinum; ſcilicet, quatuor Euangeliſtæ, qui deſignantur per duo vbera, & duos capreos, qui faciunt quatuor. Hinnuli leuitate ſua tranſeunt ſpineta. vnde hinnulus primo vberi cōparatur, quia Chriſti Humanitas tranſijt ſpineta peccatorum. Alius hinnulus ſecundo vberi, quia Diuinitas non ſenſit ſpinas dolorum.

De figura quatuor Euangeliſtarum. S. DCCCXXVI.

SEd ad illos quatuor Euangeliſtas, qui vbera premunt, connectamur; quos ad imitandum hic nobis credo propoſitos, vt ad vtilitatem noſtram aliquid nobis ſumamus de forma corporum; vt aggredientes iter, ſimus moribus ornati: de profectu operum, vt gradus præparent, per quos ſunt ituri: de euentu mirabilium, vt mirabiliter cognoſcant quæ ſunt in regno viſuri. Forma quadruplex eſt: ſcilicet, Bouis, Leonis, Hominis, Aquilæ. Formam Bouis tenet

Quatuor Euangeliſtis quo myſterio quatuor ſpecies animalium attribuantur.

Lucas, quia tractauit de Chriſti immolatione: formam Leonis Marcus, quia tractauit de reſurrectione: Hominis Matthæus, quia de incarnatione. Aquilæ Ioannes, quia de Diuinitate. Has formas habuit, & docuit nos Chriſtus: Bouis, pro nobis moriendo: Leonis, à mortuis fortiter reſurgendo: Hominis, ad conſulendum nobis, naſcendo: Aquilæ, per aſcenſionem iter ad cælum nobis monſtrando. Nos ergo docet habere de forma Bouis, carnis immolationem: de Leonis, fortitudinem: de Hominis, diſcretionem: de Aquilæ, contemplationem. De primo: *Obſecro vos, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem.* Sic enim *paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* De ſecundo: *Iuſtus vt Leo confidens abſque terrore erit.* De tertio: *Rationabile obſequium veſtrum.* De quarto: *Leuemus corda noſtra cum manibus ad cælum.* &, *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis*; vt me transferrem de hac nocte ad tuam claritatem.

Rom. 12. 1. — 1. Cor. 5. 7. — Prou. 28. 1. — Rom. 12. 1. — Thren. 3. 41. — Pſal. 122. 1.

De profectu operum. S. DCCCXXVII.

SEquitur profectus operum. Si bene reuoluimus primam viſionem Ezechielis, inuenimus hæc animalia ambulaſſe, cucurriſſe, volaſſe, ſteriſſe. Ambulant profectu meritorum, cum dolore: currunt affectu deſideriorum, in amore: volant receſſu à mundanis, contemnendo: ſtant exceſſu in ſupernis, admirando. Notandum, quod dum ambulant, rotæ ſequuntur: dum currunt, ſpiritum imitantur: dum volant, facies eleuantur: dum ſtant, pennæ demittuntur. De primo, *Cùm ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ.* De ſecundo; *Vbi erat ſpiritus impetus, illuc gradiebantur.* De tertio: *Facies eorum, & pennæ eorum extentæ deſuper.* De quarto: *Cùm fieret vox ſuper Firmamentum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas.* Animalia ambulantia ſunt quilibet ſancti, exemplo ſuorum operum ſibi & aliis proficientes. Rotæ verò, vita humana: vnde viſa eſt rota in medio rotæ; quaſi vita inferiorum formata ex vita ſuperiorum: quæ quandoque tranquillitatem, quandoque perturbationem ſentiunt. *Aſpectus rotarum, & opus earum, quaſi viſio maris*, quod aliquando tranquillum, aliquando eſt turbatum: vita enim noſtra eſt quaſi rota, quæ in ſuperiori parte habet Meridiem, in inferiori Aquilonem, in latere deſcendente Occidentem, in aſcendente Orientem.

Animalia Ezechielis, cur ambulaſſe, cucurriſſe, volaſſe, & ſtetiſſe legantur?

Ezech. 1. 19. — Ibid. 12. — Ibid. 11. — Ibid. 25.

Sancti quomodo dicantur animalia ambulantia.

Ezech. 1. 16

Fuit itaque vita noſtra in Adam in Meridie: decidit in Occidentem, perfecta tentatione: deſcendit in Aquilonem, ſubiecta mundanæ miſeriæ: incœpit aſcendere in Orientem, in Chriſti incarnatione. Sic & nos à Meridie diuini amoris aſcendimus per Occidentem, peccati perpetratione: cadimus in Aquilonem, remanentes in obſtinatione: aſcendimus per Orientem, reſurgentes per donum gratiæ: peruenimus ad Meridiem, exiſtentes in virtutum culmine; ſcilicet, Prælatorum exemplo, & admonitione, qui ſunt tonitruum Dei abſterrentis. vnde, *Vox tonitrui tui in rota.* Audi deſcendentem de Meridie per Occidentem in Aquilonem: *Quomodo cecidiſti Lucifer, qui manè oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, &c. Veruntamen ad infernum detraheris.* Audi aſcenſum de Aquilone per Orientem, ad Meridiem: *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?* Ecce iſti ſunt in Aquilone. *Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur veritatem; qui proijcit auaritiam ex calumnia, &c.* Hi aſcendunt per Orientem. *Iſte in excelſis habitabit;*

Vita noſtra variatio qualis.

Pſal. 76. 19. — Iſai 14. 12. — Iſai. 33. 14. & 15. — Ibid. 16.

mu.

munimenta ſaxorum ſublimitas eius.
Ecce peruentio ad Meridiem.

Glorior elatus, deſcendo minoriſcatus,
(ait cadens).
Obrutus axe teror.
(ait obſtinatus).
Rurſus ad aſtra feror
(ait denuo exaltatus.)

Eccl. 12. 1. 6. & 7.

De hac rota ait Salomon: *Memor eſto Creatoris tui ante quàm rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam, & reuertatur puluis in terram, de qua ſumptus es; & redeat ſpiritus ad Deum, qui dedit illum.* Funiculus argenteus, eſt prædicatoris eloquentia, qua ad bonum trahimur; qui in aduentu Iudicis rumpetur, quoniam tunc nulli prædicabitur. Vitta aurea, eſt reſurrectionis gloria, quæ in Adam à nobis fugit, ſed in reſurrectione recurret. Hydria eſt cor noſtrum: fons, ſuperna gaudia; cuius aqua non ſub terra, ſed ſuper terram eſt. Illam aquam, id eſt, ſuperna gaudia haurimus, dum ad eam ſuſpiramus: ſed tunc hydria ſuper fontem conteretur, quando gaudia ad plenum recipiemus, nec pro eis ampliùs ſuſpirabimus. Rota, eſt vita noſtra temporalis. Ciſterna, quæ in profundo terræ habet aquas, eſt Mundus; cuius aquæ, id eſt, mundanæ voluptates, turbidæ ſunt, quæ de ciſterna mundi extrahuntur rotali machina, dum ad eas quærendas, humana vita laborat. Sed rota hæc ſuper ciſternam confringetur, quando homo moriendo, in inquirendis mundi delicijs non occupabitur. Et tunc puluis carnis noſtræ in terram, ſpiritus verò iuſti ad Deum reuertetur. Hæ ſunt rotæ, quæ ſequuntur animalia ambulantia, id eſt, vitæ ſubditorum, bona opera magiſtrorum. Ecce de his, qui ambulant in profectum meritorum, quos rotæ ſequuntur. Sed quando currunt in affectum deſideriorum, imitantur ſpiritum, non quemlibet, ſed ſanctum: *Vbi erat ſpiritus impetus, illuc gradiebantur.*

Prædicatoris eloquentia eſt funiculus argenteus.

Vita temporalis Rota Ciſternæ.

Reſurrectio, vitta aurea.

Mundus eſt ciſterna, aquis turbidis plena.

Quæ ſunt rota ſequentes animalia.

Ezech. 1. 12.

Triplex Spiritus. §. DCCCXXVIII.

Non ab omni ſpiritu moueri debemus ad operandum; ſed tantum à ſpiritu diuino.

Est enim ſpiritus malignus: eſt humanus: eſt diuinus. Primus impedit, errore falſitatis. Secundus currit, amore ſanctitatis. Tertius dirigitur ſplendore veritatis. Propter primum, petebat Dauid ſpiritum, quo poſſet malignum dominari, ſic: *Spiritu principali confirma me.* Propter ſecundum, ſpiritum, quo poſſet ſanctificari, ſic: *Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Propter tertium, ſpiritum, quo poſſet dirigi, ſic: *Spiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Sed ſpiritus iſte humanus in diuerſa trahitur, nunc à ſpiritu fideli, nunc à ſpiritu malo. Primò eſt ſpiritus Dei malus, qui vexabat Saul. Propter hoc clamat ſpiritus humanus: *Velociter exaudi me, Domine Deus meus.* Sed è diuerſo erudit eum Spiritus ſanctus, ad veritatẽ: *Dabo autem vobis Spiritum veritatis, & docebit vos omnem veritatem;* quo conſolatus ſpiritus humanus clamat: *Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectã.* Iſti currentes imitantur Spiritum Dei. Hi autem, qui volant in receſſu à mundanis, eleuant facies ſuas, id eſt, conſcientias.

Pſal. 50. 14.

Pſal. 12. 4.

Ioan. 16. 13.

Pſal. 142. 10

Notandum, quòd hæc facies aliquando deſcendit ad vnum, ſe inclinans ad peccata: aliquando eſt circa medium, faciens bona: aliquando eleuatur ad ſummum, conſiderans Dei magnalia. Primum, vt quàm ſitrea, videatur: ſecundum, vt per bona opera reuertatur: tertium, vt in futuro præmio delectetur. De prima facie: *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis.* Inde dictum eſt in Iob: *Si in tabernaculo tuo non fuerit iniuſtitia, tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula.* De ſecundo: *Vnum quodque coram facie ſua ambulabat.* De tertio: *Facies eorum, & pennæ eorum extentæ deſuper.* & in Iob: *Super Omnipotentem affluẽs delicijs, & eleuabis ad Deum faciem tuam.* De his, qui ſtant in ſupernis in exceſſu, dicitur: *Cùm fieret vox ſuper Firmamentum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas.* Ecce tria: fit vox: ſtant: ſubmittunt alas. Vox reuelationis, de ſupernis decretis: ſtatio conſiderationis, in meritis, & præmijs: ſubmiſſio humilitatis, in cogitatione ſuæ paupertatis. Audi reuelationem. Abraham ad ilicem Mambre *tres vidit, & vnum adorauit.* Audi meritorum & præmiorum collationem: *Domine Deus Abraham, quid dabis mihi?* Audi humiliationem: *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis.*

Thren. 4. 8.

Iob 11. 14.

Ezech. 1. 12.

Ibid. 11.

Iob 22. 26.

Ezech. 1. 25.

Gen. 18. 1.

Gen. 15. 2.

Gen. 18. 27.

De Viſionis euentu. §. *DCCCXXIX.*

Ezech. 1. 13. SEquitur de euentu mirabilium. *Hæc erat*, ait, *viſio diſcurrens in medio quatuor animalium, ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens*. Ecce ignis ſplendor, ecce feruor, ecce fulgur. Hic eſt euentus mirabilium. In ſplendore, claritas patriæ cæleſtis: in feruore, vehementia charitatis: in fulgore, terror ignis, vel pœnæ infernalis. Hi diſcurrunt in medio quatuor animalium, dum præuident in ſplendore, ſpiritus futuram iocunditatem, charitatis ſuauitatem, infernalis timoris fugiendum horrorem. Primum præſumebat Apoſtolus dicens: *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*. Philipp. 3. 21. De ſecundo: *Charitas nunquam excidit*. 1. Cor. 13. 8. De tertio: *Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ*. Pſal. 54. 6. Ecce quomodo Euangeliſtæ extrahunt lac de prædictis vberibus, vt paſcent nos doctrina ſua, & operum exemplo, & conuerſationis.

Quid in ſplendore, feruore, & fulgore viſionis nobis oſtendatur.

Cant. 7. 3.

Collum tuum ſicut turris eburnea. Cap. XVII.

Prædicatores, & Doctores Eccleſiæ debent eſſe turris eburnea.

QVIA per collum vox procedit, & eſca intrat, meritò per illud Doctores ſignificantur, qui voce exhortationis filios Eccleſiæ confirmant, & vitæ alimonijs recreant. Hoc collum, ſicut turris, eſt eburnea, quia Doctores Eccleſiæ præſtant ornatum, & robur, & pulchritudinem ſuæ vitæ, qua cunctis candidos ſe velut ebur oſtendunt: & ciuitatem Dei, quaſi turris, ab impetu hoſtium defendunt. Collum Chriſtus eſt: caput Diuinitas: corpus Eccleſia. Per collum verbum emittitur: cibus ad corpus traijcitur: ſaliua glutitur; quia per Chriſtum, verbum Patris, quod ipſe eſt, mundo manifeſtatur: Cibus vitæ, id eſt, caro eius propria, à ſeipſo fidelibus propinatur: & ſaliua, id eſt, gratia ſancti Spiritus, ad interioris hominis vnctionem de cælo. Primum poſt aſcenſionem, quotidie per inſpirationem donatur.

Prædicator, & Doctor, qua ratione dicatur collum.

In Turri, quæ eſt Chriſtus, ſunt tria.
§. DCCCXXX.

TVrris iſta, quæ eſt Chriſtus, habet in ſe, quantum eſt turris, fortitudinem, in potentia: altitudinem, in præminentia. In quantum eſt eburnea, pulchritudinem in gratia. Fortitudinem habet in humana natura, in tribulatione, vſque ad crucis patibulum: fortitudinem in diuina, in incorruptione, quia non patitur defectum: fortitudinem in opera, in ſuæ hæreditatis defenſione, quia nos protegit contra aduerſarium. De prima: *Deus fortis ſuper omnes libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo*. Eſth. 14. 19. De ſecunda Iob: *Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt*. Iob 9. 19. De tertia: *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum; in pace ſunt ea, quæ poſſidet. Si autem fortior eo ſuperueniens*, id eſt, Chriſtus, *vicerit eum: vniuerſa arma eius diripit*. Luc. 11. 21.

Gradus altitudinis in turri Chriſto.
§. DCCCXXXI.

EST etiam hæc turris alta, id eſt, Chriſtus, qui eſt altus, in ſcientia cognitionis; altior, in gratia ſanctitatis; altiſſimus, eſſentia, qua Patri eſt æqualis. Cognitionis, quia cuncta & occulta cordis penetrat: ſanctitatis, quia ſanctior eſt vniuerſis, & vniuerſos ſanctificat: Patri eſt æqualis quia ipſum magnitudine non ſuperat. De prima altitudine: *Excelſus Dominus, & humilia reſpicit*. Pſal. 137. 6. De ſecunda Iob; *Excelſior cælo eſt*. Iob 11. 8. Cælum enim aliquando dicitur anima iuſti, aliquando Angeli; quos omnes tam ſanctitate, quàm cæteris omnibus præcellit. De tertia: *Ego in altiſſimis habito & thronus meus in columna nubis*. Eccli. 24. 7.

Triplex pulchritudo Chriſti.
§. DCCCXXXII.

PVlchritudinem habet in Humanitate, formæ elegantia: vnde, *Speciſus forma præ filijs hominum*. Pſal. 44. 3. Pulchritudinem in Diuinitate, claritate æterna: vnde,

Sap. 7. 26. de, *Candor eſt lucis æternæ*. Pulchritudinem in operatione, creatione, recreatione, reparatione. vnde Boetius:

> *Pulchrum pulcherrimus ipſe*
> *Mundum mente gerens, ſimilique*
> *imagine formans.*

Hic triplex pulchritudo ſumitur ab ebore, id eſt, Elephante. Prima, quia caſtiſſimum animal eſt; & Chriſtus ſine culpa. Secunda, quia os eius candidum eſt; & in candore deſignatur claritas æterna. Tertia, quia propter magnitudinem beſtia eſt ſpectabilis; & Chriſtus propter opera mirabilis.

Moraliter. §. DCCCXXXIII.

Virtutes ſine charitate, nõ ſunt dicendæ virtutes, ſed naturales potentiæ.

FAciamus quendam interiorem hominem, cui hæc aſſignemus. Huius caput, ſit intentio: corpus, congeries virtutum: collum, charitas. Si fuerit intentio ſine charitate, potiùs dicetur opinio, quàm intentio: & virtutes ſine charitate, non ſunt virtutes, ſed naturales potentiæ. Hoc collum eburneæ turri comparatur, vt charitas habeat fortitudinem contra machinas arietum, id eſt, impetus tentationum. Altitudinem, vt deſuper iactus veniens eleemoſynarum & orationum, grauiùs lædat aduerſarium. Pulchritudinem, ne videatur ſterquilinium luxuriæ, & aliorum peccatorum. Habeat igitur altitudinem conſtan-

Charitas debet eſſe ſicut turris eburnea.

tiæ, fortitudinem deſiderij, pulchritudinem caſtitatis, & innocentiæ. Audi fortitudinem contra hoſtes: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* Ecce, quam fortes arietes. Audi lapides deſuper venientes. *Charitas patiens eſt, benigna eſt*. Audi ſterquilinium ab ea remotum: *Charitas non agit perperam non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, &c.* *Rom. 8. 35.* *1. Cor. 13. 4.*

De Turri, Domo, Throno eburneis.
§. DCCCXXXIV.

ITem legimus turrim eburneam, vt hic, domum eburneam, vt in pſalm. *A domibus eburneis*. Thronum eburneum, in regnum: *Fecit ſibi Salomon thronum de ebore grandem*. Turris eſt pugnatorum domus, in pace conuerſantium; thronus, Regum. In turri eburnea ſunt qui contra vitia innocentiam cuſtodientes, viriliter pugnant. In domo eburnea, qui innocentes mores ſuos in pace componunt, & ordinant. In throno ſunt, qui actus ſuos, & affectus, innocenter viuentes, quotidie dijudicant. Primi dicunt: *Eſto nobis, Domine, turris fortitudinis à facie inimici*. Secundi: *In domo Dei ambulauimus cum conſenſu*. Tertij: *Feci iudicium & iuſtitiam*. *Pſal. 44. 9.* *3. Reg. 10. 18* *Quid ſit eſſe in turri eburnea vel domo eburnea, in throno eburneo.* *Pſal. 60. 4.* *Pſal. 54. 15.* *Pſ. 118. 121.*

Cant. 7. 4.

Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in portis filiæ multitudinis.

Cap. XVIII.

Prædicatores, oculi Eccleſiæ.

OCVLI iſti ſunt Prædicatores, qui arcana ſcripturarum diſcunt in occulto, quæ loquuntur in aperto, vnde filios Eccleſiæ nutriant. Hi meritò piſcinis comparantur, in porta ciuitatis Heſebon conſtructis; quam ciuitatem, ob incolarum abundantiam, *Filiam multitudinis* appellant: quia ſicut eædem piſcinæ confluentibus ad ſe ciuibus ſolebant continuam præſtare aquarum copiam; ita Doctores ſuis auditoribus fluenta gratiæ & doctrinæ præbere non ceſſant. Heſebon verò, quæ *Cingulum mæroris* dicitur, eſt Eccleſia, quæ gaudia temporalia,

Heſebon interpretatur.

quæ priùs habuit in peccatis, modò luget cum lacrymis, à voluptatibus mundi reſtrictis lumbis. In eius porta, id eſt, ingreſſu, eſt illa Probatica, id eſt, pecualiaris Piſcina, in qua lauabant Sacerdotes hoſtiæ carnes; id eſt, Baptiſmus, in quo oportet lauari eos, qui Eccleſiam intrant, ad immolandam carnem propriam per pœnitentiam. In quam deſcendebat Angelus, *& ſanabatur vnus*: quia Chriſtus baptizatus eſt primus, & per eum, in vnitate fidei, populus Eccleſiæ baptizatus, à peccatis eſt ſanatus. Hæc ciuitas quondam fuit Sehon Regis Amorrhæorum, id eſt, Diaboli, qui eſt *Rex amaricantium*; quod ſonat Amorrhæus. *Eccleſia, Probatica Piſcina.*

Pi-

Piſcina quatuor. Prima. §. DCCCXXXV.

HÆc piſcina quatuor ſignificat piſcinas. Prima eſt legalis, Moſaicæ legis textus: ſecunda, initialis, id eſt, Baptiſmus: tertia, Sacramentalis, id eſt, Christi corpus: quarta, moralis, id eſt, humanus affectus. In prima obſeruantes lauantur à pœna temporali: in ſecunda, peccatores ab originali culpa: in tertia, eſt ſacramentorum vis regeneratiua: in quarta, lauatur quotidiana offenſa. In prima eſt aqua, hiſtoria: quinque porticus, quinque libri Moyſi. In his iacebat multitudo languentium, qui erant in peccatis inueterati. Languor enim eſt morbus inueteratus: cæcorum, quia ſine intelligentia ſpirituali; claudorum, quia ſoli innitebantur operi; aridorum, quia carebant gratia; expectantium aquæ motum, ſcilicet ſanctorum Patrum, qui expectabant aduentum Christi, id eſt, *magni conſilij Angeli*, qui deſcenderet in hanc piſcinam, veniens in hunc mundum. Et ſic mouetur aqua, id eſt, in ſpiritualem intelligentiam littera, vel auſteritas Legis in gratia: & ſic ſanaretur vnus, id eſt, Vnum fierent omnes credentes in Christo.

Piſcina Eccleſiæ quatuor alias ſub ſe continet piſcinas.

Secunda Piſcina. §. DCCCXXXVI.

SEcunda piſcina eſt Baptiſmus; quam diximus initialem, quia eſt initium omnium Sacramentorum, & in ea omnes initiantur fideles. Eius aqua, materialis eſt, ſed ſanctificata. In eam deſcendit *magni conſilij Angelus*, quando eſt à Ioanne baptizatus. Hic habet quinque porticus; ſcilicet, illos quinque actus, qui obſeruantur in forma baptizandi: ſcilicet, pabulum ſalis: aurium linitio: ingreſſus in Eccleſiam: ſcapularum & pectoris vnctio. Trina intinctio in aqua, vel exorciſmus, id eſt, adiuratio, qua expellitur diabolus; qui in languore, id eſt, conſuetudine peccandi, tenebat multos: & hoc eſt ſignum, quod ſanatur ibi multitudo languentium. Secundus actus eſt, Cathechiſmus, id eſt, inſtructio; qui ſit tenendus Christianis; in quo ſanantur cæci. Tertius; eſt fidei profeſſio, & Sathanæ abrenunciatio. In hoc ſanantur claudi, qui non rectè ambulant in fide. Quartum, eſt vnctio chriſmatis, & oleï, in hac ſanantur aridi, ſcilicet, qui erant ſine Dei gratia. Quintum, eſt aquæ immerſio: in hac impletur eorum deſiderium, qui expectabant aquæ motum, id eſt, mutationem hoſtiæ, in ſpiritualem intelligentiam; vel auſteritatis, in miſericordiam. In his quinque actibus quinque beneficia in Baptiſmo collata. His quinque genera hominum intelliguntur. Languidis enim languor naturæ, id eſt, fomes peccati, debilitatur: cæcis originalis culpa, per quam genus humanum excæcabatur, remittitur: claudis fortitudo virtutum donatur: aridis, per gratiam exterior ſatisfactio relaxatur: expectantibus aquæ motum regnum cælorum aperitur; vt aqua noſtræ corruptionis in aquam incorruptionis conuertatur. De qua, *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*. Pſal. 45. 5.

Baptiſmus, vna ex quatuor piſcinis, quæ quinque porticus habet, id eſt, quinq; actus; qui in forma baptizandi ſeruantur.

Quinque actibus quinque beneficia, quæ in Baptiſmo conferuntur, ſignificantur.

Tertia Piſcina. §. DCCCXXXVII.

TErtia piſcina eſt Corpus Christi. Hæc habet aquam materialem, quæ de latere eius exiuit; & ſanguinem, qui perfectè abluit. Hanc diximus ſacramentalem, quia ab ea, multa alia ſacramenta aſſumſit efficaciam. In hanc deſcendit *magni conſilij Angelus*, id eſt, Dei Filius, aſſumens carnem humanam: & mota eſt aqua culpæ noſtræ, per quam accepimus aquam gratiæ. Hæc quinque porticus habet; ſcilicet, quinque vulnera, pedum, manuum, lateris. In his iacebat multitudo languentium, corruptione naturæ, qua culpæ & pœnæ homo ſubijciebatur: claudorum, diſſoluta euagatione, quia de medicina deſperabatur: cæcorum tenebris ignorantiæ, qua morbus ignorabatur: aridorum priuatione gratiæ: expectantium aquæ motum, id eſt, ablutionem culpæ, & reformationem pœnæ; quod per prophetas promittebatur. De primo: *Omne caput languidum, & omne cor mærens*: ſed in hac piſcina, *Verè languores noſtros ipſe tulit*. De ſecundo: *Cæci ſunt, duces cæcorum*: ſed per aquam huius piſcinæ illuminantur ab eo, qui *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Sicut, ſcriptum eſt, *aperientur oculi cæcorum*. De tertio dixit Iſaias: *Genua debilia roborate*, &c. Paulus, *Greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, ſed magis ſanetur*. *Forti animo eſto*, ait Angelus Tobiæ, *in proximo eſt, vt cureris*. De quarto: *Defecerunt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt*. Sed non quarum attigit gratia. qui dixit: Spi-

Christi corpus piſcina Sacramentalis.

Angelus, qui deſcendebat in piſcinam, Verbum æterni.

Quinque porticus, quinq; Christi vulnera.

Multitudo languentium, omne genus peccatorum.

Iſai. 1. 5.
Iſai. 53. 4.
Matth. 15. 14.
Ioan. 1. 9.
Iſai. 35. 3. & nu. 5.
Hebr. 12. 13
Tob. 5. 13.
Pſal. 101. 4.

Iſai. 61. 1. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxe-*
rit Dominus me: ad annunciandum man-
ſuetis miſit me, vt mederer contritis cor-
de. De quinto, per aquam huius piſcinę,
quæ mota eſt egrediens de latere, mota
Eccleſ. eſt aqua noſtræ culpæ & pœnæ. vnde, *Vi-*
di aquam egredientem de templo à latere
Pſal. 68. 1. *dextro, & omnes, ad quos peruenit aqua*
iſta ſalui facti ſunt. De his aquis cul-
pæ & pœnæ dicit Dauid: *Saluum me*
Apoc. 21. 1. *fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſ-*
que ad animam meam. De hac mutatio-
ne noſtræ miſeriæ dictum eſt: *Vidi cælum*
nouum, & terram nouam; id eſt, ani-
mam, & corpus; & mare iam non eſt;
id eſt, amaritudo culpæ & pœnæ.

Quarta Piſcina. §. DCCCXXXVIII.

Piſcina, cor hominis ſignificat: huius piſcinæ aquæ ſunt affectiones: quæ quinque porticus habet, id eſt, quinque ſenſus.

QVarta piſcina eſt cor hominis, quam
moralem dicimus. Hæc habet a-
quas ſuas, ſcilicet, affectiones. Quin-
que porticus habet, ſcilicet quinque ſen-
ſus. Hæc habet aliquando aquas turbi-
das, id eſt, turpes affectiones: aliquan-
do claras, id eſt, ſanctas affectiones. Hæ
quandoque ſurgentes ab interiori, domi-
Matt. 15. 11. nantur per ſenſus ad exteriora. vnde, *Non*
quod intrat in os, coinquinat hominem:
ſed quod procedit ex ore, hoc inquinat ho-
minem. Quandoque autem ab exteriori,
per eoſdem ſenſus fluunt ad interius. vn-
Ier. 9. 21. de, *Intrauit mors per feneſtras noſtras,*
ingreſſa eſt domus noſtras, diſperdere
paruulos noſtros. In porticibus eius ia-
Ioan 5. 3. cet *multitudo languentium, cæcorum,*
claudorum, aridorum, expectantium aquæ
motum. Languidi puſillanimitate, quia
timent religionis aſperitatem. *Cæci,*
mundi vanitate, quam putant ſummam
beatitudinem. *Claudi*, parcentes pedi
ſpirituali, & innitentes in carnali pede,
quia delectat eos aſcendere in cœni vili-
tatem. *Aridi*, quia bona faciunt ſine
deuotione, propter ſeruilem timorem,
vel laudis amore. *Expectantes aquæ mo-*
tum, qui peccant, & tamen ſpectant lo-
cum veniæ; & aquæ motum, id eſt, pec-
catorum veniam, ſcientes Deum miſe-
Pſal. 13. 5. ricordem. Primi *trepidauerunt timore*
Pſal. 37. 11. *vbi non erat timor.* De ſecundis: *Lumen*
oculorum meorum non eſt mecum. De
Pſal. 17. 46. tertijs: *Inueterati ſunt, & claudicauerunt*
Iob 12. 15. *à ſemitis ſuis.* De quartis: *Si continue-*
rit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emi-
ſerit eas, ſubuertent terram. De quintis
Abyſſus vallauit me, pelagus operuit ca-
Ion. 2. 5. & 6. *put meum. Putas, videbo templum*
ſanctum tuum? Aquis iſtis motis, An-
gelus Domini deſcendit in hanc piſcinam,
& mouet aquam, quoties Chriſtus inſpi-
rat cor noſtrum, & ſtultas affectiones
conuertit in bonas; quæ, ſicut dictum eſt
de malis, aliquando oriuntur interiùs,
& dominantur per ſenſus ad exteriora.

Angelus quando dicatur deſcendere in piſcinam.

vnde: *Domine, à timore tuo concepimus,* Iſai. 26. 18.
in corde, *& parturiuimus* operandi deli-
berationem, *& peperimus ſpiritum ſa-*
lutis, in operatione. Et aliquando exte-
riùs per ſenſus oriuntur, & intùs feruntur.
vnde: *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti.*
Priùs enim vidit exteriùs, vnde fides nata
eſt interiùs.

De quatuor aquis miraculoſis. §. DCCCXXXIX.

QVatuor aquas legimus miraculosè
motas: ſcilicet, amara in poſitio-
ne ligni, amaritudinem in dulcedinem.
Iordanem, ad tranſitum Arcæ, de De-
ſerto in terram promiſſionis, curſum ſuũ
conuertiſſe. Aquas Ierico, Eliſeo in-
fundente ſal, corruptionem in ſanitatem
conuertiſſe. Ad nuptias, præſente Do-
mino, aquas ſe in vinum vertiſſe. Pri-
ma, eſt impetus tribulationum; quæ mu-
tauit ſaporem: ſecunda, fluxus affectio-
num; quæ curſum: tertia, corruptio mo-
rum; quæ effectum: quarta, abuſus gra-
tiarum; quæ mutauit ſpeciem. De pri-

Quatuor in aquis factæ ſunt miraculoſa commotio.

ma; *Saluum me fac Domine, quoniam* Pſal. 68. 1.
intrauerunt aquæ vſq; ad animam meam.
De ſecunda, *Vox Domini ſuper aquas.* Pſal. 28. 3.
De tertia: *Libera me de aquis multis.* De Pſal. 17. 17.
quarta: *Vinum tuum miſtum eſt aqua.* Iſai. 1. 22.
In motu primæ, ſanantur languidi puſilla-
nimitate: dum enim recolunt Chriſtum
pro ſe in ligno pependiſſe, tribulatio priùs
amara, incipit dulceſcere. vnde: *Recogi-* Hebr. 12. 3.
tate illum, qui talem ſuſtinuit aduerſus
ſemetipſum contradictionem, vt non fa-
tigemini, animis veſtris deficientes. In
motu ſecundæ, ſanantur cæci. Cùm enim
vident Arcam, id eſt, carnem Domini
tranſeuntem de deſerto huius mundi in
terram promiſſionis, id eſt, patriæ cæle-
ſtis; erigunt poſt ipſam oculos, reſpicien-
tes ſuperna, & abijcientes albuginem
mundanæ vanitatis; & poſt ſtant aquæ,
quæ ibant in mare mortuum; id eſt, co-
gitationes, quæ ducebat in infernum. Se-
cundò, creſcunt in montem magnum, id
eſt, in charitatis affectum. Tertiò, re-
uertuntur vſque ad Sathan, qui dicitur
tribulatio eorum, quia tantùm creſcit
charitas, vt deſiderent tribulationem
pati propter Chriſtum. In motione ter-
tiæ aquæ, ſanantur claudi. Eliſeus enim,
qui

Tribulationis amarum, recordatione paſſionis Chriſti, vertitur in dulce.

Sathan interpretatur.

Digitized by Google

qui dicitur *Dei mei ſalus*, id eſt, Chriſtus,
Eliſeus interpretatur. mittit ſal in aquas corruptas, ſcilicet, verbi, exempli, miraculi; quæ videntes & audientes qui corrupti erant moribus, qui
Eliſeus mittens ſal in aquas corruptas, eſt Chriſtus. bus malè viuebant, & ambulant quaſi pede corrupto, ei ſe conformantes, ſanos aſſumunt mores; & quaſi relicto debili
Pſal. 25. 12. pede, fortiori adhærentes dicunt: *Pes meus ſtetit in directo.* Tunc, ſicut ait
Iſai. 35. 6. Iſaias, *ſaliet ſicut ceruus, claudus.* In motu aquæ quartæ, ſanantur aridi, videntes quòd Chriſtus *plenus gratia & veritate*, in omnibus, quæ gratioſè egit, non mundanum, ſed Dei fauorem quæſiuit. vnde Apoſtolus ad Timotheum; *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt*: quod *1. Tim. 4. 14.* faceret, ſi fauorem humanum non expeteret. Hi bona; quæ ſine deuotione faciebant, iam deuotè facientes, ſicci non ſunt.

Cant. 7. 4.

Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. Cap. XIX.

QVIA per naſum ſolent odores & fœtores diſcerni; per illum deſignantur diſpenſatores verbi Dei; qui ſuperiùs ex certis cauſis in vberibus, collo & oculis Eccleſiæ ſunt deſignati. Diſcretionem enim habere debent, quæ eſt mater virtutum, vt ſciant diſcernere, quis verè, quis fictè ambulet; ne vitium ſpecie virtutis ſe palliet. Qui autem hanc habent gratiam, meritò turri Libani comparantur, *quæ reſpicit contra Damaſcum*, quia eminentiſſimum tenent locum, alijs prouidentes; & ideo ſunt in Libano monte excelſo, & fortiter pro Eccleſia ſuſtinent aduerſitates: vnde ſunt turris. Damaſcus, *potus ſanguinis*, id eſt, diabolus, qui ſitit ſanguinem noſtrum, id eſt, vitam. Vel per Damaſcum carnales deſignantur; contra quos ponitur turris, id eſt, fortitudo Prædicatorum.

Prædicator debet eſſe diſcretus, quia ſicut naſus odores, & fætores diſcernit, ſic ipſe, ſiſtè aut verè ſi quis ambulat.

Damaſcus interpretatur.

Prædicator debet eſſe turris fortis contra ſenſuales.

Quomodo machinatur in vrbe Diabolus.
S. DCCCXL.

Diabolus ſemper bonis operibus ſe opponit.

MONS Dei mons pinguis eſt, quicunque ad Deum leuat ſurſum cor ſuum, multam habens deuotionem. Huic autem monti opponitur Damaſcus, id eſt, diabolus, qui ſitit ſanguinem animarum noſtrarum. Primò, laborat vt langueat affectus, ne ſentiat ſupernam ſuauitatem. Secundò, vt caliget rationis oculus, ne intelligat veritatem. Tertiò, vt infirmetur corpus, vt ſuam cauſetur debilitatem. Per primum refrigeſcit charitas. vnde, *Refrigeſcet charitas multorum.* Per ſecundum, errat *Matt. 24. 12.* cæca ſimplicitas. Vnde, cùm Abimelech peccaſſet, auferendo Saram marito ſuo; dixit Dominus ei: *Scio quòd ſimplici corde feceris, ideo peperci tibi.* Per tertium, *Gen. 20. 6.* auget peccatum impunitas. Contra quod Apoſtolus: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.* Contra *Coloſſ. 3. 5.* hoc ergo oportet vt affectus inflammetur, ratio illuminetur, infirmum corpus adiuuetur. Si igitur mons es, eſto *Libani*, qui dicitur *Candidatio*, vt meditando ſupernam ſuauitatem, ſic acquiras deuotionis inflammationem. Habeto *naſum*: pete à Deo ſpiritum diſcretionis, ad rationis illuminationem. Eſto *turris*: recole pœnas infernales, vt ſic acquiras patientiæ fortitudinem. De primo: *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis.* De ſecundo, *& erudiuit me.* De tertio: *In me vertit & conuertit manum ſuam tota die.*

Quomodo mons eſſe debemus.

Thr. 1. 13.

Thren. 3. 3.

Narium tria genera.
S. DCCCXLI.

NAſus per nares odorat, Tria inuenimus genera narium: Dæmonis; vnde, *De naribus eius*, id eſt, Beemoth, *Iob 41. 11.* *procedit fumus, ſicut olla ſuccenſa atque feruentis.* Suis; vnde, *In naribus Suis* *Prou. 11. 22.* *circulus aureus, mulier pulchra, & fatua.* Hominis; vnde, *Quieſcite ab homi-* *Iſai. 2. 22.* *mine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt: quia excelſus reputatus eſt ipſe.* De primis procedit fumus, id eſt, cautela diaboli, ad deceptionem. In ſecundis, eſt aureus circulus, & ſapientia carnis, ad delectationem. In tertijs, eſt ſpiritus, ad boni & mali diſcretionem. De primis: *Ser-* *Gen. 3. 1.* *pens erat callidior cunctis animantibus terræ.* De circulo aureo, qui eſt in ſecun- *1. Cor. 3. 19.* dis: *Perdam, ait, ſapientiam ſapientium,*

&

Digitized by Google

& prudentiam prudentium reprobabo. De ſpiritu, qui eſt in tertijs: *Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia.* Vnde, qui fracto pede, vel naſo eſt, prohibetur Tabernaculo deſeruire. Item, primus naſus eſt vt foramen clibani, quod fumum euaporat, dum ſathanas incendit tentationibus. Secundum, vt corium tympani, quod inunctum dentius ſonat, dum ſapiens ſuam carnem impinguat voluptatibus. Tertius, vt turris Libani, quæ altitudinem fumum clibani excedat, dum diſcretus homo furſum cor ſuum eleuans, inuenit ibi auxilium in tentationibus.

Prou. 3. 13.

Leuit. 22. 19. & 22.

Homo ignorans, & ſine prudentia, dicitur fractus pede, vel naſo, & inde prohibetur tabernaculo deſeruire.

De effectu naſi. §. DCCCXLII.

ITem, naſus purgat capitis humorem; id eſt, animam, quæ eſt caput noſtrum, mundat à peccatis. Miniſtrat animæ inſpirationem, vt exeat, & occupetur aliquando in temporalibus ordinandis. Habet odoris diſcretionem, qui apud ſe tractat, vtrum commodè vel incommodè agat de omnibus iſtis. *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azymi.* De primo, quantum ad exteriorem ordinationem, dicitur: *Qui benè miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Quantum ad vacationem: *Memor fui Dei, & delectatus ſum.* De odore, id eſt, diſcretione, dictum eſt: *Diligenter agnoſce vultum pectoris tui.*

Prædicator, ſicut naſus ex purgat capitis humores, ita expurgat animam à peccatis.

1. Cor. 5. 7.

1. Tim. 3. 13.

Pſal. 76. 4.

Prou. 27. 23.

Cant. 7. 5.

Caput tuum vt Carmelus: comæ capitis tui ſicut purpura Regis iuncta canalibus. Cap. X X.

CAPVT ſponſæ eſt mens animæ fidelis, quia ſicut capite membra reguntur, ſic cogitationes mente reguntur: vnde cogitationes, quæ innumerabiles omnibus horis ac momentis humana de mente prodeunt, aptè figurantur in comis. Sic quoque eſt de Eccleſia: quia etſi multis differt multitudo credentium; tamen ſunt cor vnum, & anima vna. In Carmelo Elias orauit, & pluuiam impetrauit. Inde eſt caput ſponſæ, vt Carmelus, quia corda electorum, & ſublimia ſunt per conuerſationem, & Domino in ſe aſcenſum præbent per quotidianos virtutum profectus. Carmelus *Scientia circumciſionis* dicitur; quod bene conuenit Eccleſiæ, quæ potiùs caput ſuum, id eſt, mentem, circumcidit, quàm carnem. Purpura Regis, paſſio eſt Chriſti. Huic comæ aſſimilantur, quia iuſtorum cogitationes frequenter, circa Domini paſsionem verſantur, & eam æmulantur, & fide ſanctæ crucis muniuntur. Canales vero, qui purpuram Regis ſuſcipiunt, præcordia ſunt fidelium Chriſti. Lana, quæ in canalibus mittitur, vt poſtea in ornamentum Regis aſſumatur, eſt humilitas, & ſcientia fidelis, quæ per paſsiones, ad habitum Regis æterni proficit de die in diem.

In capite ſponſa figuratur mens animæ fidelis; & in comis, eius innumerabiles cogitationes.

Eccleſia eſt iuſtorum animarum, meritis quidem differentiũ, ſed velut coma congregatarũ.

Comæ noſtra debẽt eſſe ſimiles purpura Regis, ſcilicet paſſioni Chriſti.

Caput Carmelo comparatur: primo, rationis interpretationis. §. DCCCXLIII.

CAput ſponſæ eſt anima iuſti. Hoc comparatur Carmelo, ratione interpretationis, quia Carmelus dicitur *Scientia circumciſionis.* Ratione victoriæ, quam habuit Elias de Sacerdotibus Baal, in eo, in tempore tribulationis. Ratione impetratæ pluuiæ in tempore ſiccitatis. Similiter in anima, priùs fieri debet peccatorum circuncisio; ad quod nos inuitauit Chriſtus ſua circuncisione. Secundò, tentationum expugnatio; ad quod ſua paſſione. Tertiò, pluuiæ, id eſt, gratiarum infuſio; ad quod inuitauit in ſancti Spiritus miſſione. In figura horum, Iacob veniens de Meſopotamia: priùs fluuium tranſiuit, id eſt, fluida peccata: ſecundò, luctatus eſt cum Angelo: tertiò, benedictionem accepit. Itaque priùs debet homo à peccato circuncidi; ſed priùs

Carmelus interpretatur.

Chriſtus ſua circumciſione paſſione, & Spiritus ſancti miſſione, quid nobis innuerit.

Gen. 32. per tot.

Ioel 2. 13. *Pſal. 29. 12.* *Heb. 12. 1.*

debere cædi in corde, interiori morte: Secundò, circunſcidi corpore, pœnitentiæ dolore: tertio, conſcidi, excludendo occaſiones peccati, diſciplinæ rigore. De primo: *Scindite corda veſtra*. De ſecundo: *Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia*. De tertio: *Deponentes omne onus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen*.

Secundò comparatur ratione victoria.
§. DCCCXLIV.

Sicut Elias tripliciter de Sacerdotibus Baal, ſic nos de diabolo triumpare debemus.

SEquitur de ratione victoriæ. Primò, Elias impediendo Sacerdotum Baal ſacrificium eos deuicit: ſecundò, in igne de cælo ſacrificium ſuum obtulit: tertiò, cunctos occidit. Pari ratione, poſt circuncisionem ſtatim debemus Sacerdotes Baal, id eſt, diaboli, tentationes viriliter pugnando expugnare. Secundò, in igne de cælo, id eſt, in feruore charitatis, per victoriam, Deo ſacrificium laudis offerre. Tertiò mundum ſpernendo, orationis gladio tentationes ſuperatas

Prou. 1. 10. occidere. De primo: *Fili, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis*. De ſe-

Pſal. 49. 14. cundo: *Immola Deo ſacrificium laudis*. In figura tertij, Samuel, qui interpreta-

1. Reg. 15. 32. tur *Dei poſtulatio*, id eſt, *Orationis gladius*, occidit Agag regem Amalech, id eſt, *Principium allicientium voluptatũ*, quod ſonat Amalech.

Tertiò comparatur, ratione impetratæ pluuiæ. §. DCCCXLV.

3. Reg. 18. 42.

SEquitur de ratione impetratæ pluuiæ. Prius Elias *prorſus in terra miſit faciem ſuam inter genua ſua, & dixit puero ſuo: Reſpice contra mare*. Ille autem contemplatus dixit: *Non eſt quicquam*. Et Elias: *Reuertere ſeptiès. Septima vice, ecce nubecula de mari aſcendens, quaſi veſtigium hominis*. Moraliter, Facies eſt conſcientia noſtra, quia per eam à Deo cognoſcimur. Genua, quæ flexibilia ſunt, humilitatem deſignant. Igitur poſt circuncisionem peccatorum, poſt victoriam tentationum, de ſe debet conſcientia humilia ſentire. Mittit ergo puerum ſuum, ſcilicet, rationem, videre contra mare; ratione conſpicit, quam conſolationem à Deo conſequatur, de peccatorum perpeſſa amaritudine. Sed quia humana ratio nihil videre poteſt ſine ſeptiformi gratia, ait: *Non eſt quicquam*. Vnde Elias ait: *Reuertere ſeptiès*, id eſt, ſeptiformem gratiam quære. Vnde ſeptima vice, id eſt, adiuuante gratia ſeptiformi, videt nubeculam aſcendentem de mari; id eſt, adiutorium diuinum; quæ affert pluuiam, id eſt, Dei gratiam; quaſi veſtigium hominis, vt in ea non beſtialiter viuat; ſed tanquam homo, id eſt, rationale animal, de virtute in virtutem procedat.

In oratione quæ prima vice optatum non recipit, vſque ad ſeptimã ſeruere, quia tunc ſeptiformis gratia Spiritus veniet.

Allegoricè. Facies inter genua, eſt ſapientia Patris, in carne noſtra naſcendo, moriendo humiliata. Puer, ſunt prophetiæ; quæ reſpiciunt contra mare, id eſt, præuiderunt in ſpiritu amaritudines paſſionum Chriſti. Sed nec tunc habita eſt plenitudo pluuiæ, id eſt, gratiæ niſi nube de mari aſcendente; id eſt, Saluatoris carne, poſt reſurrectionem de mundo ad Patrem tranſeunte, & ſeptiformem Spiritum nobis mittente. Quæ aſcendit quaſi veſtigium hominis, vt in ſe nobis oſtenderet modum ſpiritualis poſt ipſum aſcenſionis.

Facies Eliæ inter genua poſita quid innuat.

De cogitationibus erga Chriſtum.
§. DCCCXLVI.

Cant. 7. 5.

COmæ capitis illius, *quaſi purpura Regis iuncta canalibus*. Si caput eſt anima, meritò comæ, quæ ex eo pendent, cogitationes dicuntur. Iſtæ comæ aliquando ſunt vt ſaccus Regis, ſcilicet, quando tractant apud ſe de Incarnatione Chriſti humilitatem: aliquando purpura Regis, quando tractant de paſſione, ſanguinis effuſionem: aliquando vt corona Regis, quando admirantur de reſurrectione & aſcenſione, gloriam & honorem. Humilitatem, qua *ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens*. De paſſione ſanguinis effuſionem, quando *vſque ad mortem factus eſt Patri obediens*. De reſurrectione & aſcenſione, gloriam & honorem, qua regnat cum Patre, in veſtimento, & in femore ſuo, *Rex Regum, & Dominus dominantium*, ſcriptum habens. Primæ igitur tinctæ ſunt colore luteo, quando per humilitatẽ, nos ipſos lutum reputantes deſpicimus. vnde: *Memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me*. Secundæ, rubeo, quando paſſionum Chriſti participes fieri cupimus. vnde: *Si compatimur, & conregnabimus*. Tertiæ, autem, quando ad gloriam reſurrectionis eius aſpiramus. vnde: *Plateæ tuæ Ieruſalem, ſternentur auro mundo*; quando *reformabit corpus humilitatis noſtræ, con-*

Animarum noſtrarum, comæ aliquando ſunt ſicut ſaccus regis, aliquando ſicut purpura, & aliquando ſicut corona.

Philipp. 2. 7. & 8. *Apoc. 19. 16.* *Iob 10. 9.* *2. Tim. 2. 11* *Tob. 13. 22* *Philipp. 3. 21*

fi-

figuratum corpori claritatis ſuæ. Hæ ſunt *coma ſicut purpura Regis iuncta canalibus*.

Canales, ſunt triplici differentia, in quibus purpura tingitur.

Sunt canales, in quibus adhuc rudis purpura tingitur. Sunt, in quibus obſcurata lauatur. Sunt, in quibus inueterata renouatur. Rudia adhuc erat latens in Chriſti corpore: obſcuratur fumo culpæ: inueterata eſt obliuione. Primi canales, ſunt vulnera Saluatoris: ſecundi, oculi peccatoris: tertij, lingua prædicatoris. Igitur tingitur in prima, de vulneribus emanatione: lauatur in lacry-

Vulnera Chriſti, oculi peccatorum, & lingua prædicationis, quomodo dicantur canales.

marum effuſione: renouatur in prædicatione. Tingebatur, quando *exiuit ſanguis & aqua*. Lauatur poſtquam Petrus audiuit: *Accipite, & bibite ex hoc omnes. Hic eſt ſanguis meus*. Statim negauit, ſed lauit: nam *egreſſus foras, fleuit amarè*. Audi Paulum renouantem. *Si enim ſanguis hircorum, aut vitulorum, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis; quanto magis ſanguis Chriſti, emundauit conſcientiam noſtram?* Tales debent eſſe comæ capitis noſtri.

Ioan. 19. 34. Matt. 26. 27. Matt. 26. 75. Hebr. 9. 13.

Quàm pulchra es, & quàm decora, chariſſima, in delicijs! Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.

Cant. 7. 6. 7.

Cap. XXI.

SVPERIVS dicta eſt *pulchra & decora*; ſed, *vt caſtrorum acies, terribilis*: hìc verò *pulchra & decora*; ſed *in delicijs*. Quod diſſonum videtur: quòd ſcilicet terribilis ſit, & deliciosa. Quod de carnalibus delicijs verum eſt, ſed ſpirituales, & terror, id eſt, ſeueritas morum, ſatis conueniunt. Conuenit vt chariſſima Domino ſit anima, quam cæleſtibus videt vacare delicijs. Nam, quantò ampliùs mens propria ſupernæ vitæ cibum deguſtat, tantò maiore illius charitate igneſcit; & quò ardentiùs ſuperna diligit, eò perfectiùs ab ipſo bonorum omnium Auctore diligitur. Hinc eſt, quòd ſequitur: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris*. Statura eſt rectitudo bonæ operationis eius, qui terrena reſpuens, totum ſe ad cæleſtes delicias erigit. Palma victores coronari ſolebant: ideo palmæ comparatur, quia ad hoc pugnat, vt ſupernis delicijs coronetur. Vbera vero botris aſſimilantur, quia Doctores & magna magnis, & parua paruis prædicant, eiſque Eccleſiæ filij in paruis, & magnis erudiuntur. vnde: *Siue mente excedimus; Deo: ſiue ſobrij ſumus; vobis*.

Quantò ardentiùs ſuperna diligimus, eò perfectiùs à Deo diligimur.

2. Cor. 5. 13.

Quæ concurrant ad perfectionem Animæ. *§. DCCCXLVII.*

VT perfecta ſit Anima, oportet vt in exteriori homine ſit religionis forma: in interiori, iuſtitiæ de ſupernis habeat ſpiritus alimenta. Secundùm hæc, anima dicitur in hoc loco *pulchra, decora, chariſſima*. Pulcher dicitur *pollens cultu*: hoc, ſecundùm exteriorem hominem. Decorus dicitur *decus cordis*: hoc, ſecundùm interiorem. Eſt igitur anima exteriùs *pulchra*, morum maturitate: *decora* interiùs, cordis puritate: *chariſſima*, ſupernarum deliciarum ſuauitate. Per primum eſt chara, & hominibus grata; per ſecundum, charior, Angelis cognata: per tertium, chariſſima, Dilecto approbata. Audi hæc tria. *Dilectus*, ait, *à Deo, & hominibus; cuius memoria in benedictione eſt. Similem fecit illum in gloria ſanctorum*; ſcilicet, Angelorum, quibus ſimilis in gloria talis homo. Audi gratum hominibus: *Viderunt eam filiæ Sion, & beatam dixerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam*. Cognata eſt Angelis. Vnde Ioannes Euangeliſta, propter puritatem cordis & corporis, quibus virgo erat, in Apocalypſi tam familiariter & frequenter vidit Angelos ſibi apparere.

Eccli. 45. 1. Cant. 6. 8.

Ex quibus eſt puritas.
§. DCCCXLVIII.

EX cognitione puritatis, Angelum, fratrem vocabat Tobias, dicens: Tob. 6. 10. *Frater Azaria, quid vis vt maneamus hac nocte?* Puritas eſt in mundanæ voluntatis abiectione: in miſericordiæ dilectione; in peccati deploratione: in ſupernis bonis quærendis oratione. Tob. 12. 12. Vnde Angelus ait ad Tobiam. *Cùm relinqueres prandium tuum, & ſepelires occultè mortuos, & orares cum lacrymis; ego obtuli Deo orationes tuas.* In relicto prandio, abiectio voluptatis: in ſepultura mortuorum, miſericordia: in lacrymis, ablutio peccati: in oratione, boni deſiderium deſignatur. Audi approbatam Dilecto: *Veni dilecta mea, & ponam in te thronum meum.*

Item, hæc anima eſt rariſſima, difficultate, quia pauci ſunt, qui per arduam viam perueniant ad hanc deliciarum ſuauitatem. Eſt clariſſima, veritate, quia præ cæteris omnibus ſupernam videt felicitatem. Eſt chariſſima varietate, quia ſuper alios Dilecto exhibet amœnitatem. Matth. 7. 14. De primo: *arcta eſt via, quæ ducit ad vitam; & pauci ſunt, qui inueniunt eam.* 2. Cor. 3. 18. De ſecundo; *Reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem.* Pſal. 44. 14. De tertio: *Omnis gloria eius, filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.* Cant. 7. 7. Et quia ſic in altum tendit, quaſi palma; ideo ſequitur: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.*

De figura Palmæ. §. DCCCXLIX.

Cur ſtatura ſponſæ aſſimilatur palmæ. PAlma inferiùs habet gracilitatem, ſuperiùs latitudinem, in folijs immutabilitatem. Qui hanc vult habere ſtaturam, debet eſſe in inferioribus tenuior, in ſuperioribus abundantior, in eloquijs aſſiduior. Vt, ſcilicet, primùm animam à ſolicitudine mundi abſoluat: ſecundùm, puſillanimitatis frigus ſoluat: Luc. 12. 22. tertiùm, machinamenta ſathanæ diſſoluat. De primo: *Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis; neque corpori, quid induamini.* Vnde Boetius.

Boetius.

Heu quàm præcipiti merſa profundo
Mens hebetat, & propria luce relicta
Tendit in æternas ire tenebras!
Terrenis quoties flatibus acta
Creſcit in immenſum noxia cura!

De ſecundo ait Dauid: *Expectabam eum, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.* Pſal. 54. 9. De tertio: *Eloquia Domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Pſal. 11. 7. Propter primum, eiecit Chriſtus turbam de thalamo, cùm ſuſcitauit puellam. Matth. 9. 18. In figura ſecundi, cuidam ſanauit manum aridam. Luc. 6. 6. Propter tertium, dæmoniacum ſanauit. Matt. 12. 22. Item, eſt alia ſtatura palmæ.

De alia ſtatura palmæ.
§. DCCCL.

HAbet aſperitatem in imo trunci. De ramis eius coronantur victores, in ſignum triumphi: in ſummitate ſunt fructus dulciſſimi. Primum eſt, tribulatione, cùm pugnatur exteriùs cum aduerſarijs, interiùs cum dæmonibus, & vitijs. Secundum, in expectatione, cùm ambulat in iuſtitijs. Tertium, in remuneratione, cùm ſupernis fruetur delicijs. 2. Cor. 7. 5. De primo: *Foris pugnæ, intus timores.* Pugnam habebant filii Iſrael intùs, quando corda eorum recurrebant ad ollas carnium: exteriùs, pugnando cum Amalech. Iſai. 33. 15. De ſecundo: *Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur veritatem.* Tob. 13. 22. De tertio: *Plateæ Ieruſalem ſternentur auro mundo.* Ecce, iſtæ ſunt deliciæ, quas habituri ſunt in regno, Iuſti; & ideo quodammodo per deuotionem in hac vita eis vtantur. Sed quia non ſolùm ſibi vti, ſed adhuc debent alios erudire, ſubditur: Cant. 7. 7. *Et vbera tua* aſſimilata ſunt *botris.*

Notandum, quòd in hoc Cantico vbera ſponſæ aſſimilantur hinnulis, in lilijs: vineæ in botris: vnguentis odoriferis. Ibid. 3. De primo: *Duo vbera tua ſicut duo gemelli capreæ hinnuli.* De ſecundo hìc. Cant. 1. 2. De tertio: *Meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* *Neophyti quo ordine deduci debeãt ad ſtaturam palmæ.* Hoc ordine neophyti deduci debent ad ſtaturam palmæ. Per primum enim, quaſi in infantia debent informari ad caſtitatem. Per ſecundum poſtmodum, quaſi in adoleſcentia, inuitari ad charitatis feruorem. Per tertium verò, quaſi in virili ætate, debent perduci ad vnguentorum odorem, id eſt, deliciarum ſupernarum ſuauitatem. Exod. 28. Inde eſt, quòd Aaron ad ſacerdotium promotus, priùs eſt

li-

lineis veſtibus indutus; deinde balteo aſtrictus; tertiò, vnguento precioſo eſt vnctus. Primum acquirimus, euitando occaſiones, quæ ſunt incentiua luxuriæ. Secundum, ſi, quaſibotrus, premimur in torculari diſciplinæ. Tertium, ſi vnguentum conficimus ex variarum virtutum commiſtione. De primo: *Adoleſcentiores deuita*. De ſecundo: *Sepi aures tuas ſpinis*. Hæc diſciplina dat homini interiorem requiem. Hinc eſt, quòd Lamech, qui dicitur *percuſſio*, genuit Noe, qui dicitur *requies*. Sed & Lamech occidit Cain in folijs fruticum latentem; id eſt, animam in leuitate diſſolutionis manentem. Noë quoque, ſurgente fluctu, intrauit Arcam, & clauſit oſtium. Sic nos, forinſeca occurrente tentatione, ad arcam cordis debemus confugere, & oſtia, id eſt, ſenſus exteriores claudere. De tertio, vnguenta ſuauis odoris conficiebat Paulus, dicens: *Fructus autem ſpiritus eſt gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas*. Hæ ſunt vnguenta, quæ redolent ſupernas illas delicias, quæ in fructu palmæ deſignantur.

1. Tim. 5. 11
Eccli. 28. 28.
Lamech interpretatur. Noe interpretatur.
Gen. 4. 23.
Gen. 7. 13.
Gal. 5. 22.

Dixi, Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua, ſicut botri vineæ. Cap. XXII.

Cant. 7. 8.

DICTVM eſt de Domino hoc. Palma hæc eſt anima, vel Eccleſia: ſed deſcendit in eam, dum gratiam cæleſtem deſuper mittit: aſcendit, cùm cognitionem ſuæ maieſtatis magis magiſque reuelat. Apprehendit verò fructus eius, vt ſuo attactu, ampliori ſemper benedictione fœcundet. *Et erunt vbera tua, ſicut botri vineæ*: quia qui alijs, quæ ſciunt prædicant, interdum potiori ſapientiæ munere inebriantur. Fructus, qui eſt Chriſtus, præſtat alimentum, quia hìc eſt viaticum, in regno erit panis Angelorum.

Chriſtus quomodo aſcendat & deſcendat in palmam, & fructus eius apprehendat.

De Cruce Domini. §. DCCCLI.

PAlmæ quoque nomine victorioſiſſima Crucis arbor deſignatur. Hæc eſt enim

Arbor vna nobilis,
Nulla ſilua talem profert
Fronde, flore, germine.

Arbor enim bona dat folijs vmbraculum, floribus ornamentum, fructu alimentum. Folia itaque ſunt verba, quæ protulit in cruce Dominus: flores, ſunt ſanguis pro nobis in cruce effuſus: fructus, pendens in cruce Deus. Folia itaque ſunt vmbraculum contra æſtum vitiorum: ſanguis præſtat ornamentum ſpiritualium bonorum.

Crux Chriſti, verè palma, cum omnibus ad eam pertinentibus

De quinque paſſibus Chriſti. §. DCCCLII.

QVinque ſunt paſſus in aſcenſu Crucis. Primo, mundus vincitur; ſecundo, peccator ſanatur; tertio, amaritudo pœnitentiæ dulcoratur; quarto, gratia confertur; quinto, in regnum intratur. In primo, Moyſes percuſſit mare virga; id eſt, Chriſtus mundum cruce deſtruxit. vnde ait: *Confidite: ego vici mundum*. In ſecundo, erat ſerpens in ligno ſuſpenſus, cuius aſpectu ſanati ſunt vulnerati. vnde: *Sana me Domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero*. In tertio, poſito ligno in Mara, id eſt, ligno crucis, dulcoratæ ſunt aquæ. vnde: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt*. In quarto, Moyſes virga percuſſit petram, id eſt, Chriſtum in cruce; & inde exiuit gratia nobis. vnde: *Petra mihi fundebat riuos olei*. In quinto, Arca vectibus ligneis, id eſt, caro Chriſti ligno crucis, portata eſt trans Iordanem, id eſt, vltra mundum; in terram promiſſionis, id eſt, regnum cælorum. vnde: *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*. Folia, verba ſunt. vnde: *Folium eius non defluet*. De flore ſanguinis Salomon: *Florebit amygdalus, impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis*. De fructu, qui eſt Chriſtus, dicitur: *Benedictus fructus ventris tui*.

In crucem Chriſtus quinque tantum paſſibus aſcendit, vt fructus quinque nobis daret.
Exod. 14. 21.
Ioan. 16. 33.
Num. 21. 8.
Ierem. 17. 14.
Exod. 15. 25.
Num. 20. 11.
Iob 29. 6.
Exod. 32. 4.
Ioſ. 3. per tot.
Ioan. 12. 32.
Eccli. 12. 5.
Pſal. 1. 3.
Eccle. 12. 5.

De ſeptem verbis Domini in Cruce. §. DCCCLIII.

Folia palmæ ſunt ſeptem verba, quæ Chriſtus protulit in cruce. Luc. 23. 43. Ioan. 19. 26. Luc. 23. 46. Mar. 15. 34. Luc. 23. 34.

FOlia, id eſt, verba, quæ protulit Chriſtus in cruce, ſeptem ſunt. Latroni dixit; *Hodie mecum eris in paradiſo.* Matri: *Mulier, ecce filius tuus.* Patri; *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Item; *Eloi, eloi, lammaſabacthani? Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Item eidem, de crucifixoribus; *Pater ignoſce illis.* Dixit quoque, *Sitio.* Ad vltimum verò; *Conſummatum eſt.*

Ioan. 19. 28. Ioan. 19. 30.

Primum verbum. §. DCCCLIV.

Primum verbum quo myſterio à Chriſto dictum latroni in cruce.

EX his ſeptem, nos quaſi quodam triuio, & quadriuio conſtruxit. In primo, nos docet pro tribulatione effundere orationem; & ipſe pro tribulatione confert nobis conſolationem: poſt tribulationem verò remunerationem. vnde: *De quacunque tribulatione clamauerint ad me*; ecce oratio; *exaudiam eos*; ecce conſolatio; *Et ero illorum Dominus in perpetuum*, ecce retributio. Sic orauit latro: *Memento mei Domine, cùm veneris in regnum tuum.* Ex reſpectu Domini accepit conſolationem; ex promiſſo, nunc habet retributionem.

Luc. 23. 42.

Secundum verbum. §. DCCCLV.

Ioan. 19. 26.

In ſecundo verbo, quod Matri dixit, quid doceamur.

IN ſecundo verbo, ſcilicet, *Mulier, ecce filius tuus*, nos inuitat ad propriam dilectionem, & proximi compaſſionem; ac ſi diceret Matri; Me exhibeo tibi viriliter tractatum; & tu compatiaris ſuper me, tanquam proximum. Has habuit Abraham, cùm ſe puluerem & cinerem diceret, & de Sodoma peritura inueſtigando ſcrupuloſus eſſet.

Tertium verbum. §. DCCCLVI.

Luc. 23. 46.

In tertio verbo, quod Patri, de quo nos admoneat.

IN tertio, ſcilicet, *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum*, nos monet, in tribulatione omnem ſolicitudinem noſtram proijcere in eum, & ab ipſo ſolo nos ſperare adiutorium, omnem ſolicitudinem noſtram proijcientes in eum. Ecce illud triuium.

Quatuor vltima verba. §. DCCCLVII.

Epheſ. 3. 18. Mar. 15. 34.

Quatuor vltima verba prolata in cruce à Chriſto, quomodo continentur in quatuor dimenſionibus ab Apoſtolo aſſignatis, & in ipſa cruce. In quarto verbo Chriſtus fidem in ligno abſcondito crucem ſubſtantem figuratam commendauit. Iob 29. 16.

SEquitur quadriuium, in quo quaſi in cruce videtur illud Apoſtoli, ſcilicet, *Quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum.* In cruce enim Domini erat lignum abſconditum in terra, in quo crux fixa erat; & hoc erat *profundum*, in quo accipitur fides, quæ trahitur de occulto. Quod accipitur in hoc verbo, *Eloi, eloi, lammaſabacthani? Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Quæſtionem proponebat Chriſtus, non quòd ignoraret, ſed vt nobis in dubijs, quid quæramus, quid taceamus, formam pararet. Quædam enim debemus quærere, quæ vtile eſt ſcire. vnde, *Cauſam quam ignorabam, diligentiſſime inueſtigabam.* Quædam verò ſoli fidei debemus relinquere: *Qui enim ſcrutatur maieſtatem, opprimetur à gloria.* Itaque iſtud verbum ponit nobis fidem in profundo.

Latitudo in ligno tranſuerſo ponitur, quo Chriſtus quinto verbo charitatem erga amicos, & inimicos commendauit. Luc. 23. 34.

Latitudo eſt lignum ex tranſuerſo poſitum. Hæc eſt charitas, quæ ſe extendit vſque ad inimicos diligendos; quod oſtenditur in hoc verbo, *Pater, ignoſce illis.*

Longitudo eſt lignum ſurſum erectum quod nobis oſtendit in deſiderio ſupernorum perſeuerantiam. Quod eſt in hoc verbo, *Sitio.* De charitatis latitudine dicitur: *Benefacite his qui oderunt vos.* De perſeuerantia: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

Ioan. 19 28. Luc 6 27. Matt. 10. 22.

Sublimitas Crucis, eſt tabella in ſummo poſita, in qua poſitum eſt; *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Hoc deſignatur præmium, quod accipiemus, ſi in hanc palmam, id eſt, crucem aſcendamus, & perſeueremus. Quod habemus in hoc verbo, *Conſummatum eſt.* Ieſus enim *Saluator* dicitur: Nazareth *flos*, vel *Sanctitas*, vel *Gratia munditia.* Corpora enim noſtra reflorebunt incorruptione; ſancti erimus perpetua charitate: mundi erimus, quia ampliùs peccare non poterimus. Iſtæ ſunt ſeptem rubæ, ad quarum ſonitum muri Iericho corruerunt.

Ioan. 19. 20. & 30.

In longitudine ligni ſurſum erecti, in quo ſextum verbum Chriſti ponitur, ſupernorum perſeuerans deſiderii oſtenditur.

De flore, & folio palmæ. §. DCCCLVIII.

ECce, quantum eſt arbor iſta nobilis fronde, nec ſolùm fronde, ſed gemmi-

Sublimitas in titulo crucis exprimitur, cui ſeptimum verbum correſpondet.

Crux ſub nomine palmæ triplici pulchritudine decoratur.

mine. Hoc eſt enim folium, quod vento non rapitur: hic eſt flos, quo frigus Aquilonis retunditur: hic eſt fructus, qui comeſtus, integer reperitur. Folium igitur iſtud, eſt documentum: flos, medicamentum. In fructu habemus medium. Folium namque docet peccati cognitionem, & curationis artem: flos ſanguinis facit curationem: fructus, id eſt, Chriſtus exhibet operationem. Igitur flos iſte, valde eſt medicinalis, qui infirmos curauit à peccato: incarceratos liberauit, extrahens ab inferno: mortuos ſuſcitauit, dum exierunt de ſepulchro. De primo:

Apoc. 1. 5. *Lauit nos à peccatis, in ſanguine ſuo.*

De ſecundo: *In ſanguine teſtamenti tui*

Zach. 9. 11. *eduxiſti vinctos tuos de lacu, in quo non*

Matt. 26 51 *eſt aqua.* De tertio: *Monumenta aperta ſunt; & multa corpora ſanctorum, quæ dormierant, ſurrexerunt.* Chriſtus namque eſt quaſi Pellicanus, qui de latere ſuo proprium ſanguinem extrahit, & eo aſpergens mortuos pullos ſuos, ſic viuificat. Poſt florem iſtum, fructum palmæ nos oportet apprehendere.

Chriſtus quaſi pellicanus, proprio ſanguine filios mortuos ſuſcitat.

Tres ſunt palmæ fructus. §. DCCCLIX.

NOtandum, quòd tres ſunt palmæ huius fructus, quia triplex eſt Crucis vtilitas. Primus eſt, iuſtificatio peccatorum, per quam præparamur ad tenenda Dei mandata. Secundus, eſt Chriſtus, qui eſt nobis viaticum, quo ſeparamur à miſeria. Tertium eſt gaudium nobis promiſſum, quo reparabimur in

1. Reg. 7. 3. gloria. De primo: *Præparate corda veſtra Deo, & ſeruite illi ſoli.* Secundum fiet in iudicio, quando iſte fructus, id eſt, Chriſtus, ſeparabit oues ab hœdis. Ter-

Philipp. 3. 21 tium fiet in regno, quando *reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*; quando illucebit dies *reparationis antiquæ, felicitatis æternæ*. Vt igitur iſtos fructus apprehendamus, aſcendamus in hanc palmam.

Aſcenſus triplex. §. DCCCLX.

SEd priùs debemus aſcendere ſuper mundũ: ſecundò, ſuper cor noſtrum: tertiò, aſcendemus ſuper palmam, id eſt, macerando carnem noſtram, crucis patibulum. In quo Chriſtus, propinquans ad paſſionem, hunc triplicem nobis figurauit aſcenſum. Aſcendit enim in cœnaculum, vt nos doceret ſuper cor noſtrum aſcendere. Aſcendit ſuper aſinum, quod eſt animal fatuum, vt nos doceret mundi ſtultitiam calcare: aſcendit & patibulum, vt nos doceret carnem domare. Primus *ſedebit ſolitarius, & tacebit; quia leuauit ſe ſuper ſe.* Thren. 3. 28. In figura ſecundi, aſcendit Zachæus in arborem ſycomorum, quæ dicitur *ficus fatua*. Luc. 19. 2. Propter tertium, dicit Chriſtus: *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Ioan. 12. 32. Sic aſcendendo, huius arboris emimus fructum. Iuxta Legis peritos, fructus alij percepti, alij pendentes, alij percipiendi. Item, expenſæ fiunt in fructibus acquirendis, in colligendis, in conſeruandis. In cruce enim carnem noſtram expendimus, & ſic primum acquirimus: in Iudicio ſecundum colligemus; poſt Iudicium, tertium conſeruabimus. Primus dulcis; & mulcet conſcientiam: ſecundus medicinalis, & indulget culpam: tertius pulchritudine delectabilis; & fulget per Dei præſentiam.

Quomodo ad exemplum Chriſti, ſuper tria debemus aſcendere.

Fructus ſecundum Iuriſconſultos, in triplici differentia.

De primo: *Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda.* Pſal. 18. 9. Audi ſanantem, ſimul, & indulgentem: *Orietur vobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* Malach. 4. 2. Audi fulgentem. *Ciuitas illa non indiget Sole, neque luna, vt luceant in ea; quia lucerna eius erit Agnus, & claritas Dei illuminabit eam.* Apoc. 21. 23 De hoc tertio dicitur: *Seminauit Iſaac in terra illa, & inuenit illo anno centuplum.* Gen. 26, 12 Et Deus. *Qui perdiderit animam ſuam propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Matt. 19 29

Et

Cant.7.8.&9.

Et erunt vbera tua, ſicut botri vineæ: & odor oris tui, ſicut malorum. Guttur tuum, ſicut vinum optimum, dignum Dilecto meo ad potandum, labijs, dentibuſque illius ad ruminandum.

Cap. XXIII.

Apoſtoli poſt paſſionem fuerunt ſicut botri vineæ.

VERE vbera erunt ſicut botri vineæ, quia Apoſtoli completa paſſione & reſurrectione Domini, maiorem quàm priùs ſcientiã doctrinæ, & gratiam habuerunt, quando aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & Spiritum ſeptiſormem acceperunt. In *odore oris*, formam bonæ locutionis: in *gutture*, ipſum vocis Deo dediręofficium, & in anima, & in Eccleſia accipimus. Primum ad abſentes: ſecundum, ad inſtruendos præſentes. *Vinum* hoc optimum, eſt Euangelium, *dignum Dilecto ad potandum*, quia primus Redẽmptor per ſe prædicauit Euangelium. *Labia* eius, & *dentes*, ſunt Prædicatores, qui de Euangelio inter ſe conſerunt, & alijs prædicant,

Prædicatores quomodo dentes dicantur.

Comparatio trium ad tria, §. DCCCLXI.

TRia tribus hic conferuntur: Os pomo odorifero: Guttur vino optimo: Vbera botro. Vbere nutriuntur minores, & eruditur infantia. Orę interiores emittuntur odores, & inſtruitur ignorantia. Gutture diſcernuntur ſapores, & habetur eorum differentia. Primo, datur potentia infirmis: ſecundo, ſcientia ignaris: tertio, voluntas præparatur inuitis. Si enim habens voluntatem, ſine duobus primis ſis; dicitur tibi: *Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere*. Si reliqua duo ſine potentia dicitur tibi: *Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam*. Primum igitur eſt donum Patris, qui implet vbera ad fortitudinem: ſecundum Filij, qui os aperit, vt emittat doctrinæ odorem: tertium Spiritus ſancti, qui ad præparationem voluntatis, gutturi ſupernum infudit ſaporem.

Pſal. 126. 1. & 2.

Figura Botri. §. DCCCLXII.

PRima igitur gratia porrigit, vbera, quæ botro comparantur, propter effectum. Botrus enim primo pedibus calcatur: ſecundò, in torculari premitur: tertiò, muſtum exprimitur. Sic nutriendus eſt homo nouus. Priùs calcetur pedibus, per humilitatem: ſecundò, ſit in torculari, vt ſuſtineat diſciplinæ aſperitatem: tertiò, exprimatur muſti dulcedo; vt ſpiritus, cui caro priùs repugnabat, habeat quietis ſuauitatem. De primo; *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Tollite iugum meum ſuper vos: Iugum enim meum ſuaue eſt*. ecce de ſecundo. *Et inuenietis requiem animabus veſtris*. ecce de tertio. Sed & ipſe Chriſtus ſuo exemplo nos ad hoc inſtruxit. Priùs humiliatus eſt in Virgine, carnem aſſumendo: ſecundò, diſciplinam ſuſtinuit, in cruce patiendo: tertiò, quietem adeptus eſt, iacens in ſepulchro, vel à mortuis reſurgendo. Iſaiam audi, in his tribus eum præuidentem: *Vidimus eum percuſſum à Domino, & humiliatum*. ecce primum. *Diſciplina ſuper eum*. ecce ſecundum. *Pacis noſtræ*. ecce tertium.

Homo nouus debet eſſe ſicut botrus.

Matth. 11. 29. & 30.

Iſai. 53. 4. & 5.

Triplex Botrus. §. DCCCLXIII.

LEgimus botrum vineæ: botrum, quẽ attulerunt in vecte exploratores de terra promiſſionis: botrum Cypri. Primus botrus vineæ, id eſt, Eccleſiæ, Chriſtus, dat nobis vinum doctrinæ ſalutaris. Secundus de terra promiſſionis, id eſt, de cælo, ſcilicet, Chriſtus, effundit, vinum,

id

id eſt, ſanguinem noſtræ redemptionis. Tertius de Cypro, id eſt, *mæroris*, vel *triſtitia*, quia per triſtitiam paſſionis venit ad gaudium reſurrectionis. Primus vrget inertiam: per ſecundum, peccator ſurgit ad veniam: per tertium, mortuus reſurget ad gloriam. Vinum primi eſt doctrina Chriſti, de quo ait Dauid: *In me pſallebant qui bibebant vinum*: ideſt, Qui doctrinam meam audiebant, mihi illudebant. Vinum ſecundi, eſt quod infudit Samaritanus vulnerato à latronibus. Vinum tertij, eſt quod lætificat cor hominis. De primo Dauid: *Poculum meum cum fletu miſcebam*. Cùm enim reprehenderet eum Nathan propheta pro Berſabee, potum doctrinæ eius ſumebat, & flebat. De ſecundo: *Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. De tertio: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ; & torrente voluptatis tuæ potabis eos*.

Cyprus interpretatur.
Pſ. 101. 10.
Matt. 27. 27
Pſal. 35. 9.

Triplex odor Sponſæ.
§.DCCCLXIV.

TRes in hoc cantico inuenimus odores, ad ſponſam pertinentes: ſcilicet, odorem oris, veſtimentorum, vnguentorum. De primo hic. De ſecundo: *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*. De tertio: *Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*. Odor oris eſt, ſcientia præcedentiũ Patrum, per ſcripta ad nos deriuata. Odor veſtimentorum, eſt fama antiquæ conuerſationis, vſque ad tempora noſtra prolata. Odor vnguentorum, pinguedo deuotionis, habita de ſuperna lætitia contemplata. De primo: *Christi bonus odor ſumus Deo in ijs, qui ſalui fiunt, & in ijs, qui pereunt*. De ſecundo: *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*. De tertio: *Balſamum non mixtum, odor meus*. Primus odor oculos cordis illuminat. vnde, *Oculos tuos vnge collyrio, & videas*. Secundus in exteriori homine religionem format. vnde, *Induite nouum hominem*. Tertius ad ſuperna cor eleuat. vnde, *Odor tuus in me concupiſcentias excitauit æternas*. Odor oris pomo comparatur, propter ſaporẽ: odor veſtimẽtorum, thuri, propter concremationem: odor vnguentorum aromata ſupergreditur, id eſt, virtutes propter deuotionis ſuauitatem. Oporter enim vt ſcientia, ſi habet odorem, habeat & diuini amoris ſaporem, per quem omnem malitiam vincat: & ita creſcat ſapientia, vt odor conuerſationis, per ſeruorem fortitudinem habens, à principio conuerſationis vſque ad finem viriliter agat, tantum etiam proficiat in deuotione, vt cuncta in dulcedine ſpiritus perficiat. Inde moraliter dictum eſt: *Sapientia vincit malitiam*. Hoc de primo. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter*: de ſecundo. *Diſponit omnia ſuauiter*: de tertio. Sequitur de ſapientia: *Guttur tuum vinum optimum*, eſt, diſcretio in ſapientia.

Cant. 4. 10. & 11.
2. Cor. 2. 15.
Gen. 27. 27.
Eccli. 24. 21.
Apoc. 3. 18.
Eph. 4. 24.
Scientia non ſolũ bona fama debet habere, ſed ſaporem diuini amoris.
Sap. 7. 30.
Sap. 8. 1.
Cant. 2. 9.

De Labijs, Dentibus, & Palato.
§.DCCCLXV.

NOtandum, quando cibo reficimur, primò, labijs libatur: ſecundò, dentibus teritur: tertiò, palato guſtatur: quartò, gutture diſcernitur. Labia cordis, ſunt prima meditatio: dentes, frequenter meditationis retractatio: palatum, appetitus: guttur, diſcretio. Primò enim boni meditatio occurrit: ſecundò, quaſi dentibus maſticando, ſapiens ad memoriam ſæpè reducit: tertiò, quaſi palato guſtans, appetit: quarto, ne Angelus Sathanæ transfiguret ſe in Angelum lucis, quid ſit bonum, quid melius, quid optimum, quaſi quodam gutture diſcretionis percipiens reficit. vnde: *Si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum*. Tunc enim Domino aperimus, cùm meditationes bonas recipimus: intrat ad nos, cùm eas retractamus: cœnat nobiſcum, cùm ipſo donante appetimus. Nos cum Chriſto cœnamus, quando ſecundùm collatam ſapientiam, in eius amore reficimur: labijs & dentibus eius ruminatur, dum ſicut dictum eſt, & meditando concipimus, & concepta frequenter apud nos cum delectatione retractamus. Hæc ſunt labia Dilecti, & dentes, quæ tota & frequenter, in obſequium eius, ſuis officijs cum multo amore ſapientiæ funguntur.

Apoc. 3. 20.

Digitized by Google

Cant. 7. 10.

Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Cap. XXIV.

Totis viribus ſemper cõuerſi ad Deum eſſe debemus, vt ipſe omnia ſua auxilia nobis impendat.

AC ſi diceret: *Ego Dilecto meo* totum meæ ſeruitutis & deuotionis munus impendo: *Et ad me conuerſio eius*, vt & me interim in hac mortali vita, ne laborando deficiam; ne lampades abſque oleo, id eſt, ne bona opera ſine charitate feram, præſentia ſui reſpectus ſemper adiuuet, & in fine ad immortalia gaudia thalami cæleſtis ſecum introducat. Vel poteſt eſſe vox Eccleſiæ expectantis eius aduentum in carne; vnde gratulabunda dicit: *Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius*, qui ſe inuiſibiliter mihi toties dignatus eſt præſentare, ipſe dignabitur viſibiliter in carne noſtra apparere. Vel ſic: *Ego Dilecto meo*, in omni voluntate, & gratiarum actione, me deuotam exhibeo.

De quatuor generibus voluntatum. §. DCCCLXVI.

Voluntas reproborum ſicca.

QVatuor ſunt genera voluntatis humanæ: Sicca in reprobis, qui nullo rore gratiæ infunduntur. Recta, in inchoantibus, qui fortitudinem priſtinam relinquentes, vt rectè viuant, conuertuntur. Deuota, in proficientibus, qui vſu orationis aſſiduæ, in amorem bene agendi cælitus eriguntur. Beata, in conſummatis, qui pene nihil niſi Deum cogitantes, in ipſo reclinantur. Tria autem ſunt, quæ bonas illas tres impediunt, ne de virtute in virtutem aſcendamus. Inter ſiccam enim, & erectam; chaos magnum firmatum eſt, vt qui volunt tranſire, non poſſint; ſcilicet, peruerſa intentio. Inter rectam & deuotam, eſt inolita conſuetudo. Inter deuotam & beatam, corporalis affectio. De prima:

Sap. 1. 3.

Peruerſa cogitationes ſeparant à Deo; quanto magis peruerſæ voluntates? De

Pſal. 72. 1.

ſecunda: *Quam bonus, Iſrael, Deus, his qui recto ſunt corde!* De tertia canit Eccleſia; *Deuoti in tua laude ſemper viuamus*. De quarta:

Matt. 24. 46

Beatus ſeruus, quem cùm venerit dominus eius, &c. ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Qui inuentus eſt ſuper omnia mundi bona, tanquam calcans & reſpuens ea. Rectitudo igitur calcat peruerſam intentionem, deuotio inolitam conſuetudinem, beata voluntas occidit corporalem affectionem. Hæc offerens Dilecto ſecuta, poteſt gratulari de eius conuerſione ad ipſam, vt ſubiungat, *Et ad me conuerſio eius*.

Quomodo reuertatur Dilectus poſt lapſum primi hominis. §. DCCCLXVII.

PRimus homo, qui in paradiſo fuit euerſus, Dilectus ab eo eſt auerſus, ſed poſtmodum miſericorditer conuerſus, tandem videbitur reuerſus. Propter primum dicitur, quòd fortis armatus intrans domum aduerſarij ſui, ſubuertit eam; id eſt, diabolus cor hominis. Per primum incuttit Dei iram. vnde, *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Per ſecundum amiſit Dei præſentiam. vnde, *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus*. Per tertium redijt in gratiam. vnde: *Apparuit gratia Dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus*. Per quartum intrabit in gloriam. vnde, *Gratiam & gloriam dabit Dominus*. Itaque euerſio facta eſt per diaboli ſuggeſtionem. vnde euertit fortis armatus domum aduerſarij. Auerſio per primi hominis iniquitatem. vnde, *Ne auertas faciem tuam à me*. Conuerſio, quando venit incarnari in mundum. vnde: *Conuertere Domine aliquando, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos*. Reuerſio, quando veniet ad Iudicium. vnde: *Vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quãdo reuertatur à nuptijs*. Similiter in homine interiori hæc contingunt. Euertitur per tentationem: auertitur Dilectus per malam compaſſionem: conuertitur per confeſſionem & orationem: reuertitur per ſatisfactionem. De primo, *euerterunt ſenes ſenſum, capti in pulchritudine Suſanna*. De ſecundo: *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus*. De tertio: *Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluũ me fac propter miſericordiam tuam*. De quarto, propheta in perſona Domini: *Reuertimini ad me; & ego reuertar ad vos*.

Luc. 11. 22.
Pſal. 6. 1.
Diabolus quomodo ſubuertit cor hominis.
Pſal. 29. 8.
Tit. 2. 11.
Pſal. 83. 12.
Luc. 11. 22.
Pſal. 26. 9.
Pſal. 89. 13.
Luc. 12. 36.
Dan. 13. 9.
Pſal. 29. 8.
Pſal. 6. 5.
Malach. 3. 7.

Auer-

Digitized by Google

Auerſionis Dilecti tres cauſæ.
S. *DCCCLXVIII.*

NOtandum, quòd auerſio Dilecti, quandoque eſt ira, quando vltra modum offenſio: quandoque iuſtitia, vt per dolorem deſerti cordis peccatum puniatur: quandoque miſericordia, vt ardentiùs à derelicto requiratur, & ſic eius meritum augeatur. De primo: *Ne declines in ira à ſeruo tuo*: De ſecundo: *Omnia, quæ feciſti, Domine,* Dan. 3. 31.
in recto iudicio feciſti, quia peccauimus tibi. De tertio: *Miſericordia tua, quòd* Thren. 3. 22.
non ſumus conſumpti, quòd non defecerunt miſerationes tuæ,

Explicit Liber Nonus.

INCIPIT
LIBER DECIMVS
in Canticum Canticorum
SALOMONIS.

Cant. 7. 11. & 12.

Veni, Dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in Villis. Mane ſurgamus ad vineas. Cap. I.

SIC aiunt ſancti Patres, deſiderantes aduentum Chriſti in carne, ad ſalutem omnium. Deſiderant illum, qui eſt inuiſibilis apud Patrem, in agrum Eccleſiæ apparere viſibilem, iuxta illud prophetæ, *Egredietur Dominus de loco ſancto ſuo.* Cupiebant etiam cum illis commorari in villis; id eſt, etiam paganis verbum fidei committere: Sed quia ſine te nihil poſſumus facere, veni nobiſcum, vt tutiùs faciamus. Quod addit, *Mane ſurgamus ad vineas*; ac ſi patenter dicat: Quia nox iam priſcæ infidelitatis abſceſſit, quia lux Euangelij coruſcantis iam patere incœpit; *ſurgamus ad vineas*; id eſt, ad Eccleſias per orbem Deo inſtituendas operam demus.

Eccleſia, ager, in quem Chriſtus ingreſſus eſt.

Dilectus quomodo commoretur in villis.

Triplex Ager. §. *DCCCLXIX.*

TRiplex eſt Ager, ad quem egreditur Dilectus. Eſt enim ager floridus, in quo flores ad delectandum naſcuntur, vt ſunt roſeta, violaria. Secundus, paſcuus, in quo animalia bruta paſcuntur herbis & fructibus. Tertius eſt ſationarius, in quo aliquod ſemen ſeminatur. Primus eſt floridus flore virginitatis, & gratiæ: ſecundus, paſcuus pane Euchariſtiæ: tertius, ſationarius verbo doctrinæ. De primo:

Chriſtus quomodo triplicem agrum ingrediatur.

Floribus eius nec roſa nec lilia deſunt.

Ioan. 6. 55. De ſecundo: *Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo.* *Luc. 8. 11.* De tertio: *Semen eſt verbum Dei,* quod ſeminatur in agro cordis noſtri. Videamus igitur, vt ſemen hoc cadat in terram bonam, non ſuper petram, ne carens humore gratiæ, in tentatione areſcat; non inter ſpinas diuitiarum, ne ſuffocatum ab eis deficiat; non ſecus viam mundanæ vanitatis, ne per volucres, id eſt, aereas poteſtates, deuoratum pereat.

Triplex egreſſus Sponſi. §. *DCCCLXX.*

TRiplex eſt egreſſus. Primus eſt à Patre in agrum Virginis. vnde: *A ſummo cælo egreſſio eius; & occurſus eius vſque ad ſummum eius.* *Pſal. 18. 7.* Secundus; de Matre in agrum Eccleſię peregrinantis. vnde, *Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo.* *Abac. 3. 13.* Tertius, de præſenti calamitate, & frequenter reuertitur in agrum cordis noſtri. vnde, *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ.* *Oſee 6. 3.*

Triplex egreſſus ſponſæ; vbi de ſpelunca duplici. §. *DCCCLXXI.*

TRiplex eſt egreſſus ſponſæ. Primus, de mundi vanitate: ſecundus, de carnis voluptate: tertius, de fluxa cogitatione. vnde: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* *Gen. 12. 1.* *De domo*, id eſt, de mundo. *patris*, id eſt, diaboli. vnde, *ex patre diabolo eſtis.* *De terra tua*, id eſt, de carne: *de cognatione tua*, id eſt, cogitatione

De triplici agro quomodo debemus egredi.

by Google

nè ſtulta. Igitur de mundo egredientes, ingrediamur agrum Virginis per fidem, vt credamus veram Chriſti incarnationem. vnde: *Egredimini filiæ Sion, & videte regem veſtrum diademate coronatum*. Egredientes de carnis voluptate, ingrediamur cum Dilecto agrum Eccleſiæ, vt in eo videamus, & cum eo ſuſtineamus eius paſſionem. vnde: *Egrediamur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes*. Egredientes de ſtulta cogitatione ingrediamur cum Dilecto agrum cordis, vt ſentiamus eius dulcem miſericordiam. vnde: *Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo*. De lecto voluptuoſo; de thalamo ſecreto; id eſt, de ſecreta voluptate cogitationum.

Cant. 3. 11. *Hebr. 13. 13.* *Ioel. 2. 16.*

Iterum, de egreſſu triplici Sponſi.
S. DCCCLXXII.

PRimò egreſſus eſt Dilectus de cęlo in vterũ Virginis. vnde, egreſſus eſt Iſaac qui dicitur *riſus, vel gaudium*, id eſt, Chriſtus in agrum Virginis: cui occurrit Rebecca, id eſt, *patientia*: nam ibi eſt ſumpſit, vnde pro nobis paſſus patientiam veram habuit. Et Debbora nutrix eius, id eſt, *tentatio*, pergens venit cum ea: nam Chriſtus tentatus eſt, non à Iudæis, nec à diabolo. Hæc eſt nutrix Rebeccæ, id eſt, *patientia*: tentatio enim nutrit patientiam. vnde, *Tribulatio patientiam operatur. Inclinata iam die*, id eſt, in fine ſæculi.

Gen. 24. 63. & ſeqq. *Virginis vterus dicitur Ager.* *Rebecca interpr.* *Debbora interpr.* *Ruth 2. per tot.*

Secundo ingreſſu ingreſſus eſt agrum Eccleſiæ peregrinantis. Inde eſt, quòd Ruth, quæ dicitur *inſpirata*, venit ad metendum in agrum Booz, qui dicitur *in fortitudine*: & Booz, id eſt, Chriſtus, ingreſſus eſt eundem agrum, id eſt, Eccleſiam; & colloquens cum Ruth, multam ei benignitatem exhibuit; id eſt, Chriſtus, cuilibet fideli diuinitus inſpirato: vnde poſtmodum duxit eam vxorem.

Ruth interpr. *Booz interpr.*

Tertio egreſſu ingreſſus eſt calamitatem noſtram, frequenter ingreditur agrum cordis noſtri, vel agrum ſepulchri: ſed in corde iuſti ſepelitur per ſecretum amorem. Inde eſt, quòd Sara, quæ dicitur *Princeps mea*, & Abraham, qui dicitur *Pater excelſus*; id eſt, anima, & Chriſtus, ſepulti ſunt in ſpelunca duplici: *conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem*. Cor nanque noſtrum duplex eſt ſpelunca, in qua debent abſcondi Chriſtus, & Anima. In prima debet conſcientia gaudere, quia hic eſt ſine crimine, & in futuro erit abſcondita ab inferni calamitate. Vnde, *Abſcondes eos in abſcondito vultus tui, à conturbatione hominum*. Secundò, debet gaudere de dulcedine æternæ vitæ, quæ eſt ei abſcondita in cælo. vnde: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te!* Hæ duę ſpeluncæ ſunt in agro, quem emit Abraham, qui dicitur Pater excelſus; id eſt, Chriſtus, ab Efron, qui dicitur *Puluis mœroris*, id eſt, Diabolo, qui lingendo, puluerem peccatorum nobis proponit. Qui dicitur Ethęus, id eſt, *Fortitudo*, quia eius fraus timenda eſt. Igitur ille ager ſumus nos, quos poſſidebat Diabolus: Sed Deus Pater dedit pro nobis Filium ſuum redemptionem.

Chriſtus aliquando agrū cordis noſtri ingreditur, & aliquando in eo ſepelitur. *Gen. 25. 9.* *Rom. 6. 4.* *Cor noſtrum eſt ſpelunca duplex, in qua Chriſtus & anima debent abſcondi.* *Pſal. 30. 21* *Pſal. 30. 20* *Efron interpr.* *Ethęus interpretatur.* *1. Tim. 2. 6.*

Triplex cauſa egreſſus, in agro triplici,
S. DCCCLXXIII.

IN primum igitur agrum egreſſus eſt Dilectus ad meditandum de noſtra ſalute. vnde, *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis*. In ſecundum, ad metendos fructus iuſtitiæ. vnde, *Mitte operarios in meſſem tuam*. In tertium, ad ſepeliendum Dilectum in ſecreto cōſcientiæ. vnde, *Mittens hæc mulier hoc vnguentum in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit*. Nos enim primò pedes miſericordiæ diuinæ lacrymis lauamus: ſecundò, deuotione vngimus: tertiò, vehementer diligendo, in ſecreto cordis affectu ſepelimus. Hæc de egreſſu in agrum. Sequitur, *Commoremur in villis*.

Ierem. 29. 11 *Luc. 10. 2* *Matt. 26. 12.* *Quomodo Chriſtum in corde noſtro ſeppelire debemus.*

Tres Villæ. S. DCCCLXXIV.

TRes ſunt Villæ celebris memoriæ, in quibus moratus eſt Dilectus: ſcilicet, in Bethlcē, quæ dicitur *Domus panis*, natus. In Nazareth, quæ dicitur *Flos*, vel *Sanctitas*, vel *Germen munditiæ*, nutritus. In Ieruſalem, id eſt, *Viſione pacis*, crucifixus, & ſuſcitatus: & nos moremur in his, cum Dilecto; vt in *Domo panis* noſtra nutriatur infantia: in domo *floris, munditiæ, & ſanctitatis*, noſtra creſcat adoleſcentia: in domo *pacis*, pro Chriſto patiendo, noſtra roboretur patientia.

Bethlem interpr. *Nazareth interpr.* *Ieruſalem interpr.*

Tres

Tres panes Bethleem.
§. DCCCLXXV.

Luc. 11. 5. *Tres panes, quibus reſici debemus.*

IN prima, tres ſunt panes, quibus reſici debemus. vnde, *Amice accommoda mihi tres panes*. Primus eſt panis doctrinæ, qui cælum oſtendit, dans nobis fidei firmamentum: Secundus, vehementes ex deſiderio ſupernorum lacrymæ, per quem cor noſtrum in cælum aſcendit, dans præſentis exilij ſolatium.
Ioan. 6. 51. Tertius, Euchariſtiæ *panis viuus, qui de cælo deſcendit*: hìc viaticum, in regno
Pſal. 103. 15. futurus delectamentum. De primo: *Panis cor hominis confirmet*. De ſecundo:
Pſal. 41. 4. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi eſt*
Pſal. 77. 25. *Deus tuus?* De tertio: *Panem Angelorum manducauit homo*. Primus comeditur in tabernaculo doctoris: ſecundus cum aqua lacrymarum: tertius cũ potu
Leu. 24. 5. dominici ſanguinis. In figura primi, erant in tabernaculo duodecim panes propoſi-
3. Rg. 19. 9. tionis. In figura ſecundi, poſuit Angelus panem, & vas aquæ ad caput Eliæ ſubtus iuniperum dormientis. In figura
Gen. 14. 18. tertij obtulit Melchiſedech panem & vinum Abrahæ de bello reuertenti. Ecce, his in Bethleem, cum Dilecto, naturæ noſtra nutritur infantia.

Triplex interpretatio Nazareth.
§. DCCCLXXVI.

TRanſeamus vſque Nazareth, vt ibi noſtra cum Dilecto creſcat adoleſcentia. Oportet igitur, vt iuxta triplicem eius interpretationem, primò ſimus ſancti, vt peccata purgemus: ſecundò, mundi, vt deinceps à lapſu nos cuſtodiamus: tertiò, floridi, vt virtutibus abundantes, in contemplando flore, qui eſt Christus, iocundi ſimus. De primo:
Pſal. 24. 20. *Cuſtodi animam meam, quoniam ſperaui in te*. Item, *Lauamini* ſanctificando: *mundi eſtote* de cætero, à peccato vos cuſtodiendo. Hæc eſt duplex ſanctificatio. Vnde Moyſes: *Sanctificamini hodie, & cras in tertia die videbitis maieſtatem Dei in vobis*: ſcilicet, quando floridi eritis. vnde, *Iuſtus vt palma florebit*. Palma, quæ eſt iuſtus, floret virtute, & dulcem fructum, ſcilicet viſionem diuinæ Maieſtatis, habet in ſummitate: ſcilicet, hìc in ænigmate; ibi in ſpecie. Ecce, hìc creuit adoleſcentia. In viſione pacis roboretur patientia. Leu. 20. 7.

Pax triplex Ieruſalem.
§. DCCCLXXVII.

TRes videmus paces in hac villa, ſpiritualiter cum Dilecto morantes. Primam, in extremo examine. vnde: *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, vt requieſcam in die tribulationis*. Secundam, in regno ab omni tentatione libe- Abac. 3. 16.
ri. vnde: *Beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi*. Beſtiæ, ſunt tentationes mundi hu- Iob 5. 23. *Tentationes, quomodo beſtia terra dicantur.*
ius. De tertia, ipſe promittit, quæ eſt cum offenſo priùs Creatore ad eum reuertimur, & tunc ipſe ait: *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.* Ierem. 29. 11.
Inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis, hìc, & in futuro. *Mane ſurgamus ad vineas.*

Tribus gradibus perficitur Religio.
§. DCCCLXXVIII.

Religio quomodo dicatur Vinea.

VInea eſt conuerſatio religioſa. Hæc mane perfunditur rore: meridie proficit Solis calore: veſpere, vicina loca afficit odore. Conuerſatio enim ſancta
primò habet rorem, id eſt, inchoantem Iob 29. 19.
gratiam: ſecundò, diuini amoris fragrantiam. Primum ad ſe. vnde: *Ros in meſ-* Cant. 1. 5.
ſione mea morabitur. Secundum, ad Deũ. vnde: *Nolite conſiderare quod fuſca ſim*.
Tertium, ad proximum. vnde: *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris*. 1. Cor. 15. 10
In primo gradu erat Paulus, cùm diceret: Rom. 5. 5.
Gratia Dei, ſum id quod ſum. In ſecundo, dixit: *Charitas Dei diffuſa eſt in cor-*
dibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui 2. Cor. 2. 15.
datus eſt nobis. In tertio erat, cùm dixit: *Christi bonus odor ſumus Deo, in ijs qui ſalui fiunt, & in ijs qui pereunt.*

Vi-

Cant. 7. 12.

Videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica. Cap. II.

Eccleſia tunc floret, quando admonitiones Sanctorum Patrum in ea percipiuntur.

FLORET Vinea, cùm Eccleſia, prima fidei & confeſſionis pia rudimẽta percipit. Flores autem fructus parturiunt, cùm fides & confeſſio ſanctorum prompta efficitur, etiam ad exercenda opera iuſtitiæ, ne fides eorum ſine operibus otioſa videatur eſſe, vel mortua. Florent mala punica, cùm ij, qui in fide, & recta operatione perſecerunt, etiam deſiderium patiendi pro iuſtitia percipiunt. Mala etiam punica, qui ſanguinei ſunt coloris, paſſionem tam Chriſti, quàm Martyrum, deſignant. Rectè in omnibus his ſponſa Dilecti ſui præſentiam requirit, quia ſine eo nec facere, nec cogitare aliquid boni poteſt. Si autem hæc in perſona antiquorum Patrum legantur, per *mala* accipimus Chriſti incarnationem: quam ardenter deſiderabat videre, & cum eo alijs proficere.

Eccleſia fructus parturit, quando quod fide retinet, operibus comprobat.

Mala punica tunc florent, quando pro fidei dilatatione ſanguis effunditur.

De profectu Vitis. S. DCCCLXXIX.

Ioan. 15. 5.

VInea eſt Eccleſia, vitis Chriſtus: *Ego ſum, ait, vitis vera, vos palmites*. Huius vineæ vitis, eſt aſpectu vilis, propter tortitudinem; flos medicinalis, quia fugat ſerpentem: fructus, id eſt, vinum, lætificat cor hominis, propter potus ſuauitatem. In primo attendimus Chriſti humilitatem: in ſecundo, dæmonum impugnationem: in tertio, lætam reſurrectionem. Humilis fuit Dilectus in præſepio, reclinatus vilibus pannis, quia *non erat ei locus in diuerſorio*. Humilis in ſæculo, dum clamaretur ad eum, *Dæmonium habes*. Expoſitus Iudæorum ludibrio. Humilis in patibulo, in quo eſt viſus quaſi *Leproſus, & percuſſus, & humiliatus à Deo*. Palmes non poteſt florere, niſi manſerit in vite.

Luc. 2. 7. — Ioan. 8. 52. — Iſai. 53. 4.

Tres ſunt flores Vitis. S. DCCCLXXX.

VItis iſta tribus floribus floruit: flore caſtitatis, in natiuitate: miraculis, in prædicatione: effuſione ſanguinis, in paſſione. Hoc triplici flore per ipſum floret vinea Eccleſiæ. Flos iſte medicinalis, ex virtute ſua ſerpentes fugat.

Chriſtus triplici flore decoratur.

Genera Serpentium tria. S. DCCCLXXXI.

TRia ſunt genera Serpentium, quæ fugiunt à facie huius floris: ſcilicet, carnis petulantia, mundi malitia, Sathanæ aſtutia. Per florem caſtitatis, carnis petulantia: per florem miraculorum, mundi malitia: per florem ſanguinis, diaboli ſuperatur aſtutia. Primi Serpentes, quos Magi Pharaonis fecerunt in Aegypto, vbi filij Iſrael ſeruiebant in luto, & latere, id eſt, carnis voluptate. Secundi, qui eoſdem perſecuti ſunt in Deſerto, per malitioſam murmurationem. Tertius, qui Euam ſeduxit in paradiſo, ſua calliditate.

Chriſti flos tria ſerpentium genera ſuo fugat odore.

Quid ſit ſeruire in luto, & latere.

In hoc Cantico ter agitur de florente vinea. S. DCCCLXXXII.

NOtandum, quòd in hoc Cantico de vinea florente ter agitur. Primò, ſimpliciter dicitur: *Si floruiſſent vineæ*. Secundò, *Vineæ florentes odorem dederunt*. Tertiò: *Si flores fructus parturiunt*. Primò enim Chriſtus ab hominibus, quaſi infans bonæ indolis, & mundæ vitæ, ſimpliciter eſt acceptus. Secundò, quaſi non purus homo, ſed & Deus eſſet, per miracula eſt agnitus. Tertiò, effuſo ſanguine, acceptus eſt ab eo immortalitatis fructus. Propter hos flores dicebat: *Ego flos campi, & lilium conuallium*; quia humilis in caſtitate. *Flos campi* fuit, qui eſt in euidenti; quem dicunt eſſe Violam, quia manifeſtus factus eſt miraculorum operatione. De tertio flore dicitur: *Quaſi roſa plantata ſuper*

Cant. 6. 10. — Cant. 2. 13. — Cant. 7. 12.

Chriſtus quomodo flos campi, & lilium conuallium.

Cant. 2. 1. — Eccli. 39. 17.

ſuper riuos aquarum fructificate. Ipſe enim fuit roſa rubens ſanguine in paſſione. Riui aquarum, ſunt diuerſa dona gratiarum. Super hæc, non ſub his, ipſe fuit, vtpote dominus omnium gratiarum fructificauit; quia moriendo, ſibi, & nobis vitam acquiſiuit. Videamus ergo, *ſi flores fructus parturiunt.*

Horum florum triplex eſt fructus. §. *DCCCLXXXIII.*

TRiplicem ex his floribus fructum expectamus: ſcilicet, virtutis, operis, immortalitatis. Igitur per florem caſtitatis, habetur fructus virtutis, vnde: *Egredietur Virga de radice Ieſſe*, quod dicitur *Refrigerium*; vnde aſcendit flos caſtitatis, in quo dona Spiritus ſancti libentiùs requieſcunt. Per florem miraculorum, virtutem operis. Propter hæc enim, quæ videbantur fieri à Chriſto, homines operabantur. Inde eſt, quòd Virga Aaron floruit, & ideo ad miniſtrandum in tabernaculo electus eſt. Per florem ſanguinis, fructum immortalitatis, vnde: *Florebit amygdalus, impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis.* Hæc *amygdalus* fuit Crux, quæ floruit ſanguine Chriſti: & per eum *diſſipabitur capparis*, id eſt, corruptio noſtra: & ſic redibit homo in domum æternitatis ſuæ. Videamus quoque, *ſi floruerunt mala punica.*

Iſai. 11. 1. *Ieſſe interpretatur.* *Num. 17. 8.* *Eccl. 12. 5.* *Lignum Crucis amygdalus florens.*

Martyrum gradus triplex. §. DCCCLXXXIV.

MAla punica, quæ rubea ſunt, martyres deſignant. Hi primò florent martyrij deſiderio: ſecundò, vt ſunt, cùm ſe offerunt martyrio: tertiò, matureſcunt, & rubent, martyrium voluntariè ſufferendo. Audi florentem: *Non ſolùm paratus ſum*, ait, *alligari, ſed & mori pro nomine Ieſu Chriſti.* *Act. 21. 13.* Audi offerentem: *Curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum.* *Hebr. 12. 1.* Audi ſufferentem. *Ter virgis caſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, &c.* *2. Cor. 11. 25*

Cant. 7. 12.

Ibi dabo tibi vbera mea. Cap. III.

Eccleſia quòd dicatur dare vbera ſponſo. *Quæ ſponſa ſe daturam promittit.*

POSTQVAM venimus ad prædicta vbera conſtat eſſe Doctores Eccleſiæ. Quæ hæc vbera Domino dat, cū & dicta & facta Prædicatorum ſuorum, in eius obſequium exhibet, vt nouos generent Filios Dilecto.

Tria ſunt vbera. §. DCCCLXXXV.

SVnt vbera brutorum animalium, vt equarum, quæ ſolùm ſuos nutriunt fœtus: & ſunt, quæ ſuos nutriunt fœtus, & in humanos aliquid præſtant vſus; vt vaccarum, & ouium: & ſunt, quæ ſolummodo ſunt apta nutriendis hominibus, vt mulierum. In primis deſignantur homines, tam verbis, quàm moribus diſſoluti; qui ſibi ſimiles tantùm faciunt diſcipulos: In ſecundis verbis, ornati, ſed moribus diſſipati; qui conuerſatione ſibi ſimiles faciunt, ſed verbis diuerſos. In tertijs, tam verbis, quàm moribus compoſiti, qui verbis & moribus Deo faciunt acceptos. De primis: *Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos.* *Thren. 4. 3.* De ſecundis Ezechiel: *Confracta ſunt vbera pubertatis tuæ.* *Ezech. 23. 3.* Pubes dicitur femina, quando eſt viri pòtens, & apta ad gignendos filios: quod habet prædicator per ſermonem; ſed confracta eius vbera ſunt, ſi prauam habet conuerſationem. *Prædicatores mali, vbera fracta; boni verò, vbera integra.* De tertiis: *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ*; *Cant. 7. 3.* propter bonam conuerſationem, & bonum ſermonem. Primis dicitur; *Circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.* *Matt. 23. 15.* De talibus dicitur: *Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt*: *Pſal. 13. 3.* hoc de ſermone. *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem*: hoc de conuerſatione. De ſecundis: *Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere.* *Matth. 23. 3.* Tertios Apoſtolus ſic nutriebat: *Lac vobis potum dedi, non eſcam.* *1. Cor. 3. 2.* Item ad Timotheum: *Prædica verbum: inſta opportunè, importunè.* *2. Tim. 4. 2.* De prædicatione: *In omnibus præbe teipſum exemplum bonorum operum.* *Tit. 2. 7.*

Dif-

Differens vſus uberum.
§. DCCCLXXXVI.

Qui collatum prædicationis talentum in proximi vtilitatem non expendit, emarceſcit.

VBera iſta, quæ bona ſunt, alii à Dilecto elongant, qui collatam ſibi à Deo gratiam in nullam expendunt vtilitatem. Alii Dilecto locant, expendentes pro temporali commoditate. Alii Dilecto donant pro ſola charitate. Primi talentum Domini ſui abſcondunt in ſudario; quibus dicitur: *Videte ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Secundi vendunt oues & boues, & conuerſantur in templo; quibus dicitur: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Tertii talentum ſibi commiſſum ad Dominum ſuum reportant cum lucro; quibus dicitur: *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui:* id eſt, Tibi proficiat gratia à Deo collata: proficiat nihilominus alienis. vnde ſubditur: *Deriuentur fontes tui foras; & in plateis aquas tuas diuide.* Gratia primorum figurata in manna illo, quod quia filii Iſrael contra præceptum reſeruauerant, cœpit ſcaturire vermibus. Similiter Onan filius, qui dicitur *Tepor eorum*, cùm deberet ſuſcitare ſemen fratris ſui flet, qui defunctus erat, cum accederet ad Thamar vxorem illius, effundebat ſemen in terram. Gratia ſecundorum deſignata eſt in primogenitura Eſau, quam dedit fratri ſuo Iacob pro edulio ruſæ lenticulæ. Tertiorum gratia figurata eſt in oleo mulieris, cui filius vaſa miniſtrabat, & illa effundebat: & in oleo, & vino, quod infudit Samaritanus ei, qui incidit in latrones.

2. Cor. 6. 1. — Matth. 10. 8. — Prou. 5. 15. & 16. — Exod. 16. 20. — Onan interpretatur. Gen. 38. 9. — Gen. 25. 29. — 4. Reg. 4. 5. — Luc. 10. 33.

Cant. 7. 13.

Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris. Cap. III.

Doctores, & Prædicatores, portæ Ieruſalem.

Apoc. 21. 10.

PORTAE Chriſti, & Eccleſiæ, ſunt Doctores, quia nutritos lacte vberum ſuorum introducunt ad regna cælorum. vnde in Apocalypſi, Ciuitatis, quam vidit Ioannes, dicuntur eſſe portæ duodecim, ſcilicet duodecim Apoſtoli. In his portis *mandragoræ odorem dederunt*, quia Apoſtoli, & eorum ſequaces, ſpiritualium ex ſe virtutum famam ſparſerunt. Mandragora; eſt herba aromatica, cuius radix formam habet humani corporis: mala verò eius ſunt ſuaue olentia. Talis eſt virtutis, vt ægris laborantibus incommodo vigiliarum, ſomnum indulgeat; &, ſi quorum corpora propter curam ſecanda ſunt, huius cortex vino mixtus ad bibendum datur, vt ſopotati dolorem non ſentiant. Item, illis medetur, qui ſic nauſea laborant, vt nec continere cibos valeant, nec capere delectentur. Cibus animæ, eſt ſermo doctrinæ, quem quidam faſtidiunt audire; vel auditum tradere negligunt memoriæ.

Mandragoræ virtus, & efficacia debet eſſe in prædicatoribus.

Portæ ſunt quatuor.
§. DCCCLXXXVII.

QVATVOR ſunt Portæ. Prima ad Orientem, ſecunda ad Auſtrum, tertia ad Aquilonem, quarta ad Occidentem. In Ezechiele verò monſtratum eſt ædificium, in quo quarta tacetur; quia eſt inutilis: tres aliæ ei oſtenduntur, quia in eis eſt magna vtilitas. Per primam eſt egreſſus ad tenebras mundanæ cæcitatis; qua homo labitur in culpam; & eſt porta erroris. Per ſecundam regreſſus ad gratiam ſanitatis, qua reſurget per pœnitentiam; & eſt ſatisfactionis. Per tertiam progreſſus in feruore charitatis, qua ambulat in iuſtitijs; & eſt feruoris. Per quartam ingreſſus in ſplendore claritatis, qua penetrat ſecreta ſupernæ beatitudinis; & eſt luminis. Prima, eſt porta ſterquilinij; vnde, *Appropinquauerunt vſque ad portas mortis.* Secunda, in qua iuuenis filijs vnicus matris ſuæ à Domino ſuſcitatur. vnde, *Intrate per anguſtam portam.* Tertia eſt ſpecioſa porta, in qua Petrus claudum erexit; vbi opus charitatis exercetur vnde, *Aperite mihi portas iuſtitiæ; ingreſſus in eas, confitebor Domino.* Quarta eſt porta Bethleem, in qua erat fons, cuius aquam Dauid

Ezech. 40. Cur in Templo Ezechieli oſtenſo, quarta porta non ponatur.

Pſ. 106. 18. — Luc. 7. 11. — Luc. 13. 24. — Act. 3. 4. — Pſ. 117. 19. — 2. Reg. 23. 15.

deſideranit, vnde; *Diligit Dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob.* (Pſal. 86. 2.) Per primam Dina egreſſa eſt, & corrupta. (Gen. 34. 2.) Ad ſecundam innitabat propheta Synagogam, dicens: *Reuertere virgo Iſrael in ciuitatem tuam.* (Ier. 31. 21.) De tertia: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* (Cant. 6. 9.) Ad quartam feſtinabat Paulus, dicens. *Feſtinemus ingredi in illam requiem.* (Hebr. 4. 11.)

De Mandragora. §. DCCCLXXXVIII.

Mandragora per omnia aſſimilatur homini, præter caput. Homo integer eſt Chriſtus, Diuinitate, & Humanitate. Iuſtus autem, qui per has portas intrat, eſt Mandragora, quæ aſſimilatur Corpori Chriſti, id eſt, Humanitati, imitatione religioſæ vitæ. (*Iuſtus Mandragora ſimilis.*) Caput Chriſti Deus, cui iuſtus non poteſt aſſimilari, in his, quæ agit ex Diuinitate, vt in miraculorum operatione. Igitur vita iuſti dat odorem in portis noſtris, ſcilicet in tribus vltimis. Nam in prima dat fætorem vita peccatoris quatriduani: in ſecunda, vita reuerſi dat odorem vnguenti: in tertia, vita iuſti dat odorem thuris: in quarta, vita deuoti contemplatiui dat odorem aromatis. De primo: *Domine, iam fœtet, quatriduanus eſt enim.* (Ioan. 11. 39.) De ſecundo; *Domus repleta eſt ex odore vnguenti.* (Ioann. 12. 3.) De tertio *habebant ſeniores citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.* (Apoc. 5. 8.) In cithara eſt vox: in odoramentis, ſuauis pinguedo orationis. De quarto. *Aſcendit fumus aromatum de orationibus ſanctorum, de manu Angeli coram Deo.* (Apoc. 8. 4.)

Quatuor Portæ. S. DCCCLXXXIX.

Qvatuor iſtas portas inuenimus in ſacramentis Chriſti, omnes in bonam partem acceptas. Prima Orientalis, eſt vterus virginalis. vnde: *Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſiet per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam.* (Ezech. 44. 2.) Secunda Occidentalis, eſt latus Saluatoris. (*Latus Saluatoris quomodo dicatur anguſta porta.*) vnde: *Intrate per anguſtam portam.* (Luc. 13. 24.) Tertia Aquilonaris, eſt tenacitas rapinæ infernalis. vnde: *Vadam ad portas inferi.* (Iſai 38. 10.) Quarta Meridionalis, eſt ingreſſus patriæ cæleſtis. vnde: *Eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* (Pſal. 23. 7. 9.) (*In Chriſti Sacramentis quomodo ſunt quatuor portæ.*) Iſtæ portæ clauſæ fuerunt in prophetis, quia obſcurè ab eis prædictæ ſunt: prædicante Euangelio, ab eis ſunt apertæ. Prima aperta eſt in Chriſti natiuitate: aperta, dico, non virginitatis corruptione, ſed natiuitatis Chriſti manifeſtatione: ex ea enim mundus illuminatus. vnde: *Vidimus gloriã eius gloriã quaſi Vnigeniti à Patre.* (Ioan. 1. 14.) & *Orietur vobis timentibus nomen meum, Sol iuſtitiæ.* (Malach. 4. 2.) Secunda aperta eſt in eius paſſione, qua eſt homo redemptus à peccatis. vnde: *In ſanguine teſtamenti tui redemiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.* (Zach. 9. 11.) Tertia in deſcenſu Chriſti ad inferos, & reſurrectione, qua eſt captiuus homo ab inferis liberatus. vnde: *Ero mors tua, ò mors; morſus tuus ero, inferne;* (Oſee. 13. 14.) & à captiuitate liberati Ieſum ſequuntur ad gloriam. Quarta, in eius aſcenſione, qua miſſus eſt Spiritus ſanctus. vnde: *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.* (Ephes. 4. 8.) In iſtis dant mandragoræ, id eſt, conuerſationes iuſtorum, odorem. In prima, dum Chriſti humilitatem ſequuntur. vnde: *Ludam, & vilior fiam plus quàm factus ſum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis glorioſior apparebo.* (2. Reg. 6. 22.) In ſecunda, dum ei ſe conformant per paſſionem. vnde: *Stigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* (Gal. 6. 17.) In tertia, dum cantè fugiunt inferni tormenta, repellendo viriliter diaboli machinationem. vnde: *Domine, eduxiſti ab inferno animam meam; ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.* (Pſal. 29. 4.) In quarta, dum ad cælum ſua erigunt deſideria. vnde: *Sitiuit anima mea ad Deum viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* (Pſal. 41. 3.) Item, dictus eſt Chriſtus, Porta. vnde ipſe ait: *Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur.* (Ioan. 10. 9.)

Alia Portarum diuiſio. §. DCCCXC.

Svnt Portæ Sion, id eſt, Eccleſiæ Sacramenta, per quæ Eccleſiam intramus. Sunt portæ iuſtitiæ; id eſt, virtutes mediæ, quas temporaliter exercemus. Sunt portæ æternales, ſcilicet, præcipuæ virtutes, quas etiam in futuro habituri ſumus. In primis, dant odorem prædicando, Prælati. vnde, *Chriſti bonus odor ſumus Deo in ijs, qui ſalui fiunt: & in ijs, qui pereunt.* (2. Cor. 2. 15.) (*In quatuor Eccleſiæ portis quatuor odores redolent.*) In ſecundis, iuſtè viuendo, Religioſi. vnde, *Ecce odor* (Gen. 27. 27.)

filij

filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. In tertijs, ſoli Deo vacantes, perfecti. vnde, *Odor tuus in me concupiſcentias excitauit æternas*.

Porta Mundi

Item, ſunt Portæ Mundi, quibus ingredimur ad mundum, id eſt, corrupta

Pſal. 106. 18.

ſenſualitas, & cæca cupiditas. vnde, *Appropinquauerunt vſque ad portas mortis*.

Porta Inferi.

Matt. 16. 18.

Sunt Portæ Inferi: cæca deſperatio, & dura obſtinatio. vnde, *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*. Sunt Portæ

Porta Cæli.

Cæli: humilis patientia; quæ eſt porta ferrea, ducens ad ciuitatem: & amoris concordia; quæ eſt porta orientalis. Primæ portæ pertinent ad filios huius ſeculi, qui in eis inueniunt errorem. vnde:

Pſal. 106. 4.

Errauerunt in ſolitudine, in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Secundæ, ad filios gehennæ, qui per eas præparant æternum fœtorem.

Pſal. 10. 8.

vnde: *Ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum, pars calicis eorum*. Sulphur enim fœtore ſuo æternum fœtorem inſinuat. Tertiæ ad filios Dei; qui quaſi mandragoræ, dant vitæ odorem. vnde, *Ego quaſi vitis*

Eccli. 24. 23.

fructificaui ſuauitatem odoris. Vitis enim, quam diximus portas cæli, putationem ſuſtinendo, deſignat patientiam fortitudine & vilitate ſua, humilitatem: vino, quod eſt calidæ naturæ, & *lætificat cor hominis*, deſignat diuini amoris feruorem, & iocunditatem.

Portæ Ieruſalem ſeptem; §. DCCCXCI.

Portæ ſeptem in Ieruſalem, quo myſterio poſitæ fuerint.

Item, ſeptem ſunt Portæ Ieruſalem, Porta Vetus: porta Fontis: porta Gregis: porta Equorum: porta Sterquilinij: porta Piſcium: porta Vallis. Item, ſeptem ſunt beatitudines, quæ in Euangelio numerantur. Prima, eſt cæleſtis, id eſt, Angeli, ſecundùm vnam conſiderationem. Secunda, fidelis, ſcilicet, Patriarchæ. Tertia, vmbratilis, ſcilicet, Prophetæ. Quarta, iudicialis, ſcilicet, Apoſtoli. Quinta, terribilis, ſcilicet, Martyres. Sexta, exemplaris, ſcilicet, Confeſſores. Septima, admirabilis, ſcilicet, Virgines.

Porta *Vetus* dicta eſt, quia in principio naſcentis Ieruſalem fundata eſt: quia

Gen. 1. 1.

In principio creauit Deus cælum & terram, id eſt, angelicam & humanam na-

Gen. 28. 17.

turam. vnde, *Non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli*. Porta *Fontis* eſt, per quam erat exitus ad fontem Gihon, vbi Salomon vnctus eſt in regem à Natan propheta, & Sadoch ſacerdote. Hæc deſignat Patriarchas; ab eis enim fides, & vnius cultus Dei incœpit, & ad nos, tanquam de fonte per riuos emanauit. vnde Prudentius:

Senex fidelis, prima credendi via eſt.

Porta *Gregis* iuxta Templum erat, per quam ducebantur animalia ad immolandum. Hi ſunt Prophetæ, quorum primus Samuel habitare fecit vnius moris in domo, tanquam gregem in ouili. Hæc dicitur *Vmbratilis*, quia ſub figuris operum, & in integumentis vmbrarum prophetauerunt. Porta *Equorum* dicebatur, in qua dimittebant equos qui aſcendebant in Templum; vltra quam equitare non licebat. Hi ſunt Apoſtoli, propter velocitatem ſic dicti, quia ſubitò *in omnem terram exiuit ſonus eorum*. In horum figura Zacharias vidit equos rubeos, albos, nigros, & varios. Hæc porta eſt *Iudicialis*, quia Apoſtolis dictum eſt: *Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael*. Porta *Sterquilinij* eſt, per quam ſordes ciuitatis efferebantur. Iſti ſunt Martyres, quorum corpora reputata ſunt vt ſtercora. vnde: *Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem: & non erat, qui ſepeliret*. Item, *Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt*. Porta *Piſcium*, id eſt aquæ, reſpiciebat mare mediterraneum; per quam mercimonia piſcium deferebantur in vrbem. Iſti ſunt Confeſſores, qui in media voragine vitiorum, contra impetus fluctuum mundi, id eſt, tentationum, feruntur, & procellis circumdantibus concutiuntur non deijciuntur. Hi ſunt piſciculi pauci, quibus ſatiauit Dominus millia hominum. Hæc dicitur *Exemplaris*, quia cum verbo doctrinæ miniſtrant nobis exemplum vitæ. Porta *Vallis* erat, quæ ducebat ad vallem Ioſaphat. Iſti ſunt Virgines, in valle humilitatis poſiti, quia collactaneæ Virtutes ſunt Virginitas, & Humilitas. Hæc dicitur *Admirabilis*. Quid eſt mirabilius, quàm vitam angelicam ducere in terris? Nam in carne non ſecundum carnem viuere; non ſolum ſuper carnem, ſed angelicum eſt.

Pſal. 18. 5.

Zach. 6. per tot.

Quid ſint equi rubei, albi, nigri, & varij, quos Zacharias vidit, ſignificetur.

Matt. 19. 28.

Pſal. 78. 3.

Hebr. 11. 37.

Matt. 14. 18.

Virginitas & humilitas ſunt Virtutes collactaneæ.

Moralitas Portarum. §. DCCCXCII.

Moraliter quoque poſſumus accipere portas iſtas. Sit ergo prima *Gratiæ*: ſecunda *Contritionis*: tertia *exterioris pœnitentiæ*: quarta *ſancta me-*

ditationis. Prima ergo eſt *Gratia*, ſcilicet *Vetus*, quæ eſt principium bonorum, quæ agimus. Ipſa quoque eſt *Cœleſtis*: per eam enim de cælo egreſſus eſt Angelus ad viſitandum contra diaboli machinamenta: egreſſus eſt Chriſtus: ad redimendum de infernali pœna: egreſſus eſt Spiritus ad conſolandum in hac miſeria. Vnde Iacob vidit aſcendentes & deſcendentes Angelos, & lapidem ſub capite, id eſt, Chriſtus; & vnxit eum oleo, Spiritus ſancti; & ait: *Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli*. Secunda, ſcilicet *Pontis*, id eſt, *Contritionis*, eſt tres habens riuos. Primo lauat macula peccati infectum: ſecundo luget proximi defectum: tertio pium rigat affectum. Fidelis eſt: quærit enim ſe mundare, proximo ſubuenire, Deum deſiderare. Hanc aquam deſiderauit Dauid, dum deſideraret de fonte, quæ eſt in porta Bethleem. Tertia eſt porta *Gregis*, quæ *Vmbratilis* dicitur. Tres ſunt greges. Grex porcorum: vnde permiſit Dominus malignos ſpiritus intrare in gregem porcorum. Grex caprarum; vnde: *Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad*. Grex ouium; vnde: *Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro*. Non legimus quòd porci offerantur in ſacrificio: capra offertur pro peccato: oues in holocauſto. Primi portam non ingrediuntur, quia ſunt porci, qui in mare præcipitantur; id eſt, peccatores, qui perpetuò in inferno cruciabuntur. Secundi ingrediuntur, pœnitentes, qui pro peccatis ſcilicet aſſignantur ſuis. Tertij in templum introducuntur, iuſti, qui charitate feruoris ardent, vt iuſtiores reddantur. De primis: *Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*. De ſecundis: *Intrate per anguſtam portam*. De tertijs: *Filij Sadoc intrabunt in ſanctuarium meum: & miniſtrabunt mihi*. Hæc porta dicitur *Vmbratilis*, quia hæc ſacrificia ſunt vmbra futurorum: vel quia hæc opera ſecretò facienda ſunt, vel quia licèt meritum videatur, præmium nondum declaratur. Quarta eſt porta *Equorum*. Per equos tria deſignantur genera hominum. Luxurioſi, qui extra portam remanent, propter ſuam immunditiam. Superbi, propter ſuam ſuperbiam. Oneribus ſubditi, vt ſolicitudine depoſita ad tempus, maiorem habeant contemplationis abundantiam. De primo, *Fluxus eorum, vt fluxus equorum*. De ſecundo: *Non in fortitudine equi voluntatem habebit; nec in tibijs viri beneplacitum erit ei*. De tertio. *Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadriga tua ſaluatio*. Hæc eſt *Iudicialis*, quia cùm reuertitur anima, veriùs ſcit iudicare inter verum & falſum, bonum & malum, temporale & æternum.

Gen. 28. 12. & 17.

Tunc velut Iacob ſcalam Angeloſque aſcendentes, & deſcendentes cernimus, quando ſub capite noſtro lapidem, ſcilicet, Chriſtũ ponimus.

2. Reg. 23. 16

Matth. 8. 31.

Cant. 4. 1. & 2.

Grex porcorum, grex peccatorum, in quem malorũ ſpirituum ingreditur exercitus.

Pſal. 94. 11.

Luc. 13. 24.

Ezech. 44. 15

Luxurioſi, ſuperbi, & mundanis curis onerati, equi dicuntur.

Ezech. 23. 20

Pſ. 146. 10.

Habac. 3. 8.

De tribus Portis. §. DCCCXCIII.

SEquuntur tres aliæ Portæ. Quarum prima eſt *Cõfeſſionis*: quæ eſt *Sterquilinij*: dum enim peccata confitemur, quaſi ſterquilinium extra portam eijcimus. Tria ſunt ſterquilinia. Primum, peccata. vnde: *Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora*. Secundum, temporalia bona. vnde, *De ſtercore boum lapidatus eſt piger*. Tertium, mundi miſeria. vnde, *Suſcitans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem*. Hæc dicitur *Terribilis*. Dum enim auditor confeſſionis prædicat, incutit timorem in mortis articulo, tremorem horroris in iudicio, tenebras in inferno. vnde, *Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ*. Secunda porta *Imitationis*, quæ eſt porta *Piſcium*. Tria ſunt genera piſcium, quæ debemus imitari; ſcilicet, de fluuio, de ſtagno, de mari. Primi ſunt qui viuunt in ſæculo de ſuis laboribus, eleemoſynis vacantes: & hi teſtimonio ſunt probati. Secundi, in clauſtro recluſi, anguſtiati, afflicti. Tertij in martyrio ludibria & verbera experti. Hæc dicitur *Exemplaris*. Primos debemus imitari, vt ſciamus in ſæculo communiter viuere: ſecundos, in clauſtro ſolitudinem tenere: tertios, vt poſſimus in martyrio conſtantiã habere. In his omnibus neceſſaria eſt patientia. vnde: *Piſces, ſiue de fluuio, ſiue de ſtagno, ſiue de mari, non comedetis, qui non habent pennulas aut ſquamas*. Sequitur porta *Vallis*, id eſt, *humilitatis*. Eſt vallis fontuoſa, ſcilicet, humilitas peccatorum, qua humilis peccator lacrymis rigatur. Eſt vallis frumentoſa iuſtorum, quæ frumento virtutum cumulatur. Eſt vallisullioſa Virginum, qua humilis virgo amœnitate munditiæ iocundatur. De primo: *Qui emittis fontes in conuallibus*. De ſecundo: *Valles abundabunt frumento*. De tertio: *Circundabant eam flores roſarum, & lilia conuallium*. Hæc eſt *Mirabilis*. Mirabile eſt enim, quod deſtruit ſuperbiam, quæ totum genus humanum præcipitauit. Quod enim illa de cælo præcipitauit, iſta reuehit ad cælum.

Peccata, temporalia bona, & mundi miſeria, quomodo ſtercora dicantur.

Thren. 4. 5.

Eccli. 22. 2.

Pſal. 112. 7.

Pſal. 54. 6.

Piſcium tria genera in Eccleſia.

Leu. 11. 10.

Pſal. 103. 10.

Pſal. 64. 14.

Om-

Digitized by Google

Cant. 7. 13.

Omnia poma, noua, & vetera, Dilecte mi, ſeruaui tibi. Cap. IV.

Præcepta veteris & noui Teſtamenti ſunt poma noua & vetera, Dilecto ſemper ſeruãda.

POMA noua, & vetera, præcepta vel promiſſa noui ac veteris Teſtamenti, quæ omnia Dilecto ſuo ſeruauit Eccleſia. Ipſum enim ſolũ eſſe nouit, qui vtraq; præcepta daret, & ſeruantibus digna præmia redderet. Ipſe enim ſolus fuit, qui antiquis per Angelos, per ſeipſum nobis, illis minora, nobis maiora & dedit præcepta, & promiſit nobis præmia. Item poma vetera, ſunt Patres veteris Teſtamenti, quorum nullus quantumlibet ſanctus, potuit regnum Dei introire, ante incarnationem, paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem. Poma verò noua, ſunt Iuſti noui Teſtamenti; quos vtroſque ſaluandos præſciuit Eccleſia, per gratiam Chriſti venturi in mundum.

Quatuor noua Poma. §.DCCCXCIV.

NOua Poma ſunt quatuor. Primum, Incarnatio Saluatoris. vnde, *Dies mei tranſierunt quaſi naues poma portantes.* (*Iob 9. 26.*) quod de Incarnatione Gregotius exponit. Secundum, initium bonæ conuerſationis. vnde: *Cùm intraueritis terram, quam Deus daturus eſt vobis, & plantaueritis in ea ligna pomifera; auferetis præputia ab eis*; (*Leu. 19. 23.*) id eſt vanam gloriam à noua conuerſatione. Tertium, profectus humilitatis. vnde: *Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium.* (*Cant. 6. 9.*) Per conuallem enim deſignatur humilitas. Quartum, fructus perfectæ virtutis. vnde, *Emiſſiones tuæ, paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus.* (*Cant. 4. 13.*) Mala enim punica; ſunt Martyres, ſanguinis effuſione rubei: fructus pomorum, quæ eſt in eis perfectio virtutum. Primum pomum affert ſanitatem fidei veræ: ſecundum ſapit auſteritatem pœnitentiæ: tertium prouocat vomitum ſuperbiæ: quartum tribuit appetitum dulcedinis fraternæ.

Primum itaque affert ſanitatem antiquis, odore; præſentibus ſapore, futuris in reſurrectione, fortitudine & decore. vnde, *Sicut cinnamomum & balſamum aromatizans, odorem dedi: quaſi myrra electa dedi ſuauitatem odoris.* (*Eccli. 24. 20.*) Sicut cinnamomum, iocundi odoris, & ſaporis, dedit odorem in natiuitate: ſicut *myrrha*, quæ amara eſt, in paſſione: ſicut *balſamum*, quod à putredine conſeruat incorruptum, in reſurrectione. Hunc triplicem odorem dedit antiquis, ad fidem: ſaporem dedit præſentibus, ſe eis manifeſtans in carne. vnde, *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus; beatus vir, qui ſperat in eo.* (*Pſal. 33. 9.*) Futuris dabit ſuauitatem fortitudinis, propter incorruptionem: pulchritudinis, propter ſui viſionem. vnde: *Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* (*Pſal. 92. 1.*) Secundum pomum ſapit auſteritatem pœnitentiæ. vnde: *Propter te mortificamur tota die; æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* (*Pſal. 43. 22.*) Tertium facit vomitum ſuperbiæ. vnde: *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum & ſimulationem, & inuidias, & omnes detractiones &c.* (*1. Pet. 2. 1.*) Quartum prouocat appetitum dulcedinis ſupernæ. vnde, *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* (*Coloſſ. 3.*) De his quatuor pomis ait Propheta: *Ipſe cœpit, & ſanabit nos.* (*Oſee 6. 2. & 3.*) Per primum, *percutiet* pœnitentia: per ſecundum, *curabit nos*, faciens vomere ſuperbiam: per tertium, *Viuificabit nos poſt duos dies*; ſcilicet, prædictæ inchoationis, & perfectæ humilitatis, dans nobis ſaporem æternum. Per quartum, quod eſt quædam viuificatio ſpiritualis vitæ, quæ ſequitur ex his duobus diebus, *In die tertia ſuſcitabit nos*, in corpore & anima; ſcilicet, præcedentibus duobus diebus Legis, & Euangelii.

Primum pomum nouum eſt ineffabili Dei & Hominis vnione. vnde: *Faciet Dominus nouum ſuper terram: Fœmina circundabit virum.* (*Ier. 31. 22.*) Secundum, vetuſtatis Adæ abiectione. vnde, *In nouitate vitæ ambulemus.* (*Rom. 6. 4.*) Tertium nouum eſt, ſe deformando à ſuperbiente diabolo. vnde: *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt: deponentes mendacium &c.* (*Epheſ. 4. 23.*) Quartum nouum eſt, ſe Chriſto conformando, vnde, *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* (*Pſal. 102. 5.*) *Aquila*, hoc eſt, Chriſtus, ad cuius ſimilitudinem renouamur, cùm, relictis peccatis, eius nos virtutibus & operibus, quantum datur noſtræ infirmita-

ta-

Digitized by Google

tati, nos conformamus, vt poſt mortem, ab ipſo reformemur. Quòd Chriſtus ſit

Chriſtus quomodo Aquila

Apoc. 8. 13. Aquila, audi in Apocalypſi: *Audiui vocem vnius Aquilæ volantis per medium cælum*, quod intelligimus de Chriſti aſcẽſione. Hæc de pomis nouis dicta ſunt.

Vetera Poma tria. §. DCCCXCV.

Poma vetera, Chriſto a ſynagoga reſeruata, quid eſſent.

TRia ſunt Poma vetera: culpa originalis: voluptas carnis: vanitas temporalis. Primum collegit Adam in paradiſo: ſecundum, duo ſeniores, inſidiantes caſtitati Suſannæ, latentes in pomario: tertium, in Eccleſiaſtis libro:

Eccle. 2. 5. *Ego paraui mihi ſeruos, & ancillas: plantaui hortos & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus: poſſedi ſeruos & ancillas, multamque familiam habui.* Prima illa poma ſeruat Eccleſia Dilecto, ad remunerandum: iſta verò vetera, vel ad remittendum culpam originalem, per Baptiſmi ablutionem, ſeruat ei: vel ad remittendam voluptatem carnalem, per confeſſionem, & carnis macerationem. De primo: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,* *Ioan. 3. 5.*
& Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei. De ſecundo: *Qui odit animam ſuam in hoc mundo*, id eſt, vitam carnalem, *in vitam æternam cuſtodit eam.* De tertio: *Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Magnæ poſſeſſiones, cauſa ſunt vanitatis: alioquin Dilecto hæc omnia ſeruantur æternaliter punienda, niſi ſatisfecerimus ex eis, dum ſpatium datur nobis.

Quid ſit odire animam ſuã in hoc mũdo.

Ioan. 12. 25.

Luc. 14. 33.

Cant. 8. 1.

Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ?
Cap. V.

Virgo Maria eſt mater vniuerſalis Eccleſiæ: ad cuius vbera ſugenda, Verbum æternũ, ratione carnis aſſumendæ, ſub nomine fratris, antiqui patres vocabant.

HÆC eſt vox antiquorum Iuſtorum, qui Dominum Patri, & Spiritui ſancto, æqualem & conſubſtantialem credebant. Ipſum quoque in habitu hominis, & hominibus conſubſtantialem, videre cupiebant. Mater noſtra, cuius ſuxit vbera, eſt Beata Virgo, non per naturam, ſed per gratiam, per quam talem nobis fratrem genuit. Vel, Synagoga eſt mater, in qua, & ex qua, mediante Virgine, carnem humanam aſſumpſit, & infantili ætate nutritus eſt Dilectus.

Quomodo Chriſtus ſit frater noſter, triplici ratione. §. DCCCXCVI.

CHriſtus, frater noſter eſt, triplici ratione. Ratione aſſumptæ carnis.
Gen. 37. 27. vnde: *Caro noſtra, & frater noſter eſt.*
Mar. 3. 35. Ratione religionis. vnde: *Qui facit voluntatem Patris mei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.* Ratione comparticipandæ hæreditatis. vnde: *Vt ſit*
Rom. 8. 29. *ipſe primogenitus in multis fratribus.* Primam fraternitatem conciliauit in Maria, de qua carnem aſſumpſit. vnde:
Iſai. 53. 4. *Languores noſtros ipſe tulit.* Secundam, in Eccleſia, cùm ex ſua gratia *habitare fecit vnius moris in domo.* Tertiam, à *Pſal. 67. 7.*
Patre in patria, dum præparauit nobis hæreditatem *immarceſcibilem, conſeruatam in cælis, paratam reuelari in tempore nouiſſimo.* *1. Pet. 1. 4.*

Tres fratres habet quilibet Chriſtianus. §. DCCCXCVII.

HAbet quilibet Chriſtianus tres fratres. Primus affligit, ex malitia; periculoſus, quia falſus. Secundus negligit, ex pigritia vel carnali amicitia; inutilis, quia erroneus. Tertius diligit, & corripit, ex charitatis abundantia; imitandus, quia verus. De primo: *2. Cor. 11. 26.*
Periculum in falſis fratribus. De ſecundo: *De manu viri, & fratris eius,* *Gen. 9. 5.*
requiram animas veſtras. De tertio: *Si* *Matt. 18. 15.*
peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Hæc tria genera fratrum habuit Ioſeph. Primi fuerunt filij ancillarum, qui eum vendiderunt. Secundi, filij Liæ, qui conſenſerũt. Tertius fuit Beniamin filius Rachel, couterinus, qui cum patre eius deplorauit abſentiam.

Ioſeph tria genera fratrum habuit: primi, filij ancillarum: ſecundi, Liæ: tertius de Rachel Beniamin, conterinus.

Chri-

Chriſtus fuit nobis natus, datus, & condemnatus. S. DCCCXCVIII.

ISte frater fuit inter nos, natus de matre. vnde: *Puer natus eſt nobis*. Nobis datus. vnde: *Filius datus eſt nobis*. Pro nobis condemnatus. vnde: *Quem condemnauerunt Iudæi in mortem*. Datus eſt nobis, vt & nos pro nobis eum daremus, ad placandam Patris iram. Natus eſt inter nos, vt nos purgaret à peccatis, liberaret ab inferis, aperiret regnum patriæ cæleſtis. Itaque *natus* eſt, inter nos, in precium, ne remaneremus Deo odioſi. *Datus* eſt nobis in ſolatium, ne perpetuò eſſemus de noſtra miſeria confuſi. *Damnatus* pro nobis, in præmium, ne eſſemus in hoc exilio perpetuò captiui. Iſte frater ſic *datus*, ſic *natus*, ſic *damnatus*, ſugere dicitur vbera matris noſtræ.

Vbera quatuor. S. DCCCXCIX.

QVatuor ſunt vbera. Prima ſunt Gentiles, & Iudæi. vnde, *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ*. Cant. 7. 3.
Secunda, Diſcipuli Domini, aut Apoſtoli. vnde. *Meliora ſunt vbera tua vino*. Cant. 1. 2.
Tertia, ſacræ Scripturæ vbera. vnde. *Qui premit vbera fortiter, vt lac eliciat, exprimit butyrum*. Prou. 30. 33.
Quarta, falſa ſpei argumẽta. vnde: *Cur ſuſceptus genibus cur lactatus Vberibus*. Iob 3. 12.
Primis itaque lactatur Chriſtus, ne ab eo infantilis diſciplina contemni videatur. Secundis paruulus, vt fide & moribus inſtruatur. Tertijs prouectus, vt ſecreta Eccleſiæ ſacramenta intelligantur. Quartis ſeductus, vt de impunitate ſibi blandiatur. Mater itaque Chriſti, eſt Eccleſia, de Gentibus, & Iudæis; cuius ſugebat vbera, cùm ſedens inter Doctores, audiebat, & interrogabat eos, non tamen ignorabat.

Cant. 8. 1.

Vt inueniam te foris, & deoſculer: & iam me nemo deſpiciat? Cap. VI.

INTVS quippe erat Dilectus, quia *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*: vt foris poſſit inueniri, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Ioan. 1. 1. & 14.
Viderunt Patriarchæ, & Prophetæ; ſed intus per contemplationem, non oculo carnali. Felices, qui dicere potuerunt: *Inuenimus Meſſiam, qui dicitur Chriſtus*. Ioan. 1. 41.
Nam talibus aptè conuenit, qui ait: *Vt inueniamus te foris, & deoſculer*. Cant. 8. 1.
Inuentum deoſculati ſunt, qui eum facie ad faciem viderunt, & ore ad os locuti ſunt ei. vnde: *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Cant. 1. 1.
Et iam me nemo deſpiciat, Cant. 8. 1.
ſicut priùs cùm eſſem paruula; quia tantum *in Iudæa notus erat Deus*. Pſal. 75. 1.
Sed ipſo apparente foris, vbique notus Deus; quia *in omnem terram exiuit ſonus eorum*. Pſal. 18. 5.
Angelis quoque precioſior videtur humana natura, quàm priùs, quia ante Chriſti aduentum ſe patiebantur ab hominibus adorari: ſed poſt eam, non. (Poſt incarnationem humana natura Angelis precioſior.)
vnde vnus dixit: *Vide ne feceris*. Ap. c. 22. 9.

Inuentio oſculatio, à contemptu liberatio. S. DCCCC.

TRia proponuntur, inuentio, oſculatio, à contemptu liberatio. Primum factum eſt in Incarnatione; in quo eſt donum cognitionis. Secundum, in ſancti Spiritus miſſione; quod eſt pignus familiaritatis, & amoris. Tertium fiet in extremo examine; quod eſt magnificentia honoris. (*Adeo magnificata eſt humana natura, vt poſt Chriſti aduentum nullus Angelorũ patiatur ab hominibus adorari.*)
Hinc eſt, quòd pater ille filium ſuum prodigum, inuentum recognouit: Luc. 15. 20.
oſculum porrigens, ſignum familiaritatis & amoris oſtendit: Induens ſtola prima, & faciens ei conuiuium, honorauit. Ita Diſcipuli cognouerunt Dominum in *fractione panis*. Luc. 24. 35.
Audi amorem, & familiaritatem: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. Ioan. 14. 23.
De tertio: *Nimis honorificati ſunt amici tui, Deus*. Pſal. 138. 17.

Triplex inuentio Dilecti.
§. DCCCCI.

ISte Dilectus aliquando inuenitur interiùs, in Prophetarum obſcuritate: aliquando foris, in aſſumpta carne: aliquando ſuperiùs cum Patre, in maieſtate. De
Pſal. 131. 6. primo: *Inuenimus eum in campis ſyluæ.*
De ſecundo: *Inuenimus Meſſiam.* De
Ioan. 1. 41. Pſal. 131. 5. tertio: *Donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Item de primo:
Ioan. 1. 4. *Lux in tenebris lucet*; id eſt, Chriſtus in
Ioan. 1. 14. obſcuris prophetijs. De ſecundo: *Ver-*
Ioan. 1. 1. *bum caro factum eſt.* De tertio: *In principio erat Verbum.* Oſculum eius accepit ſponſa in ſancti Spiritus miſſione.

Spiritus ſanctus ad tria datur.
§. DCCCCII.

SPiritus ſanctus datur ad tria: ad peccatorum remiſſionem: ad fortitudinem: ad miraculorum operationem. Hinc eſt, quòd Dominus inſufflauit Apoſtolis,
Ioann. 20. 22. dicens: *Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, &c.* quod fit nobis in Baptiſmo. Dabatur per manus impoſitionem ab Apoſtolis; quod fit in Confirmatione nobis, ad fortitudinem. Datus eſt in die Pentecoſtes Apoſtolis, ad facienda miracula. Hæc ſunt tria oſcula, quæ dabit Dilectus ſponſæ in pignus amoris. Primum, vt eſſet reconciliata à peccatis: ſecundum, vt eſſet robuſta contra impetum tentationum: tertium, vt eſſet admirabilis, & pulchra
Luc. 15. 20. miraculis. Primum oſculum dedit Pater prodigo filio, ad reconciliandum. Se-
Gen. 27. 26. cundum dedit Iacob Iſaac patri ſuo, quando ad robur debilitatis eius, dedit ei cibum. Tertium dedit Rachel; & quia
Gen. 29. 11. pulchra erat, venit in eius coniugium. Poſtmodum, ne deſpiciatur, honorabit.

Tripliciter Spiritus ſancti dono tripliciter Dilectus oſculatur Eccleſiã, ac tripliciter honorat exornat.

Honor Domini triplex. §. DCCCCIII.

HOnorat Dominus amicos ſuos: in mundo, aggregando militibus Chriſti: in Iudicio, ſeparando à miniſtris diaboli: in Regno, locando ad dexteram Dei. De primo: *Gloria, & honor, & pax*
Rom. 2. 10. *omni operanti bonum.* De ſecundo: *Si*
Ioan. 12. 26. *quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ Pater meus.* De tertio: *Nimis honorifi-*
Pſ. 138. 17. *cati ſunt amici tui, Deus.* Moraliter quoque fit hæc triplex inuentio.

Iterum moraliter, triplex dicitur inuentio Dilecti. §. DCCCCIV.

INuenitur enim ſimiliter in anima: nunc interiùs, per dulcedinem deuotionis: nunc exteriùs, per formam religionis: nunc ſuperiùs, per iocunditatem præſentis iam retributionis. Inde eſt, quòd in hoc Cantico tertiò agitur de inuentione ſponſi. De prima dicitur: *Pau-*
Cant. 3. 4. *lulum, cùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea.* Sed, vt ad tertiam perueniat, adiungit: *Non dimittam eum,*
Ibid. *donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ,* id eſt, Gloriam ſuam inueniam poſtmodum. De ſecunda hoc dicitur: *Vt inue-*
Cant. 8. 1. *niam te foris,* id eſt, vt cognita forma religionis tuæ extrinſecùs, vt poſſim imitari. Sequitur, *Et deoſculer te.*

Cur in hoc Cantico de inuentione ſponſi ter agitur.

Triplex oſculum. §. DCCCCV.

EST oſculum per Dilecti remiſſionem, vt dimittat peccata. Eſt oſculum, ob deſideratæ rei adeptionem, dum conferuntur ſpiritualia bona: & eſt oſculum in gratiarum actione, dum manifeſtatur, quantum accepta ſint dona. Primum obtulit Maria Magdalene ad pedes Domini. Secundum dedit Iacob Iſaac patri ſuo, vt daret ei benedictionem *de pin-*
Luc. 8. 38. *guedine terræ, & rore cæli.* Tertium dedit Iacob moriẽs Ioſeph filio ſuo, quaſi referẽs ei gratias, quòd in tempore famis ſubuenerat ei. *Et,* ob meritum horum trium
Gen. 26. 28. oſculorum, *iam me nemo deſpiciat.* So-
Gen. 48. 10. lent enim homines deſpici, propter ſuæ perſonæ delictum; quod remittit primum oſculum. Vel propter paupertatem; quam releuat ſecundum. Vel propter ingratitudinem; quam redimit tertium. Hæc ſecunda eſt cauſa, quare non debeat deſpici; ſcilicet, his impetratis oſculis.

Sponſa tripliciter ſponſum oſculari exoptat.

Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Ibi me docebis; & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum. Cap. VII.

Cant. 8. 2.

PROMPTA ac fideli deuotione excipiam venientem, & cum omni deſiderio tua monita complebo. Te quoque ad cælos peracta diſpenſatione carnis, redeuntem ducam lætis luminibus, læta omnibus voce prædicabo. Domus matris Eccleſiæ, felicitas eſt æternæ patriæ, vbi iam eſt pars illa, quæ dicitur Mater. In illam ſe promittit ducere Dilectum militans Eccleſia, non ſua virtute, ſed qua poteſt deuotione, & votis, & præconijs proficiendo prædicans. *Ibi me docebis*, euangelica præcepta, vel in via ſuperna Eccleſiæ. *Et dabo tibi poculum ex vino condito*, pro acceptis beneficijs gratiam amoris rependens. Hoc eſt purum vinum, ſed conditum, atteſtatione bonorum operum; & quia ſunt, qui pro Chriſto ſanguinem fundunt, id eſt, Martyres, addit, *& muſtum malorum granatorum*, quæ rubore ſuo, Martyrum ſanguinem deſignant. Eadem ſunt mala granata, quæ & punica; ſed granata, propter multitudinem granorum; punica verò à patria, ſcilicet, Africa. Tu quis es, qui incomprehenſibilem apprehendes? Sed quia *ſemen Abrahæ apprehendit*, & non Angelos; ea carne, qua eum apprehendit, confidis te poſſe apprehendere.

Felicitas æterna patria, eſt domus matris Eccleſia.

Poculum vini, eſt amor, quem Beati ergo Deum habent in patria.

Hebr. 2. 16.

Quo ordine apprehendit Chriſtus §. DCCCCVI.

PRimò igitur deprehende peccatũ, cognoſcẽdo: ſecũdò, reprehende, deprehenſum confitendo: tertiò, comprehẽde, reprehenſum refrenando. Sic enim mendacium Saræ deprehenderat raptor eius Pharao, quia dixerat, quòd ſoror eſſet Abrahæ. *Memento*, ait, *te deprehenſam*. De ſecundo: *Me ipſum reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere*. De tertio: *In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum*. Iam potes apprehendere eius Humanitatem, vt poſtea apprehendas eius Diuinitatem.

Gen. 20. 16.
Iob 42. 6.
Pſal. 9. 16.

Triplex apprehenſio. §. DCCCCVII.

IGitur priùs apprehende eius operis inſtantiam ad effugandam ocioſitatẽ. Secundò, apprehende eius diſciplinam, in robur, contra diſſolutionem. Tertiò, eius iuſtitiam, in ornamentum, ad honeſtam Dilecti ſuſceptionem. Primum ſtrenuè impleuit illa fortis mulier: Nam *digiti eius apprehenderunt fuſum*. De ſecundo: *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta*. De tertio: *Qui continens eſt iuſtitiæ, apprehendet illam*. De primo, nobis exemplum exhibuit in ſua conuerſatione: de ſecundo, in paſſione: de tertio, in reſurrectione.

Prou. 31. 19.
Pſal. 2. 12.
Eccli. 15. 1.

Alia triplex Apprehenſio. §. DCCCCVIII.

ITem apprehendimus eum in corde noſtro, per deſiderium: in Sacramento, propter muniendum peccatum: in regno, vt ſit laboris præmium.

De apprehenſione Sponſi, quantum ad Diuinitatem. §. DCCCCIX.

ITem, ſecundùm Diuinitatem præſumimus eum aliquatenus apprehendere. Primò, per rationem, quæ nos aliquantulum trahit ad eius cognitionem, creaturas inſpiciendo. Secundò, per deuotionem, ad delectationem, in ipſo requieſcendo. Tertiò, per diuinitùs inſpiratam reuelationem, eius magnalia ſpeculando. De primo: *Inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt*

Tribus modis quo ad Diuinitatem, ſponſum apprehẽdere præſumimus.

Rom. 1. 20.

intellecta conſpiciuntur. Secundus dicit: Pſal. 54. 7. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ; & volabo, & requieſcam?* Pennas enim columbæ habet, ſcilicet virtutes cum ſimplicitate, quibus ad deuotionem aſcendit, in qua requieſcit. Quia verò tertium non tam virtute propria, quàm diuina, in admiratione ſubleuat, vbi propriè pennæ non ſufficiunt; Deus expandit alas ſuas, & aſſumit eum, atque portat in humeris ſuis. In hac enim apprehenſione
Deut. 32. 12. & 13. *Deus ſolus dux eius fuit; & conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo*: ſcilicet, in pinguedine, & dulcedine ſupernorum delectando. Sic itaque apprehenſum ducit in domum matris ſuæ. Credo, hanc eſſe illam ſeptiformem mulierem, de qua ait Iſaias.

Mulieres ſeptem. §. DCCCCX.

Iſai. 4. 1. *Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos*. Vir iſte eſt Chriſtus; vnde,
Ierem. 31. 22. *Mulier circumdabit virum*: qui vnus dicitur antonomaſtice, præ cæteris. Iſtæ ſeptem mulieres ſignificant Eccleſiam,
Septem mulieres quomodo Eccleſiam ſignificent. quæ virgo eſt; & ſeptenarius virgo eſt numerus, qui infra primum limitem ſolus nec gignit, nec gignitur. Hic fuit deprehenſus à Patriarchis per fidem: comprehenſus à Prophetis per reuelationem, apprehenſus ab Apoſtolis per incarnationem.
3. Reg. 3. 17. In figura primi, vna ex duabus mulieribus, quæ contendebat coram Salomone, deprehendit filium ſuum non eſſe mortuum, ſed viuum: id eſt, Eccleſia de Patriarchis Chriſtum, quem credebat à mortuis reſurrecturum; Eccleſia verò de Iudæis, perpetuò mortuum. Per ſecundum,
Amos 9. 13. *Comprehendet arator meſſorem*. Aratores, Prophetæ: Meſſor, Chriſtus.
Cant. 7. 8. Pro tertio: *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius*. Sic apprehendit mulier illa ſeptiformis, quia ſeptem ſacramentis renouata, ſeptem virtutibus renouata, roborata ſeptem donis ſancti Spiritus, gubernata. Sed & ipſe apprehendit nos.
Hebr. 2. 16. *Non enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*. Non apprehendit, *animatum corpus ſumens*: nos eum, quando *largitus eſt nobis ſuam Deitatem*.

Incommoda quatuor. §. DCCCCXI.

Quatuor patiebatur hic incommoda, quæ vt reſarciantur, vult apprehendi: ſcilicet, inediam panis, per quam omnes languidi: inopiam veſtis, per quam confuſi: diminutionem capitis, per quam erronei: crimen læſæ maieſtatis, per quam publica infamia notati. De duobus primis Iſaias: *Non ſum medicus, & non eſt panis in domo mea, neque veſtimentum*. De ſecundo: *Miſer es, & pauper & nudus*. De tertio: *Facti ſunt hoſtes eius in capite*. De quarto: *Omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt eam, quia viderunt ignominiam eius*. Sed in aduentu Chriſti, hæc nos recuperare ait Iſaias. De primo: *Qui dat ſemen ſerenti, & panem comedenti*. De ſecundo: *Induere veſtimentis gloriæ tuæ*. De tertio: *Ecce nomen Domini venit de longinquo*. De quarto: *In die illa non confunderis ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me*. Primum igitur affert nobis panem triplicem. vnde:

Eccleſia poſt quam à Dilecto eſt apprehenſa, à quatuor incommodis eſt liberata.
Iſai. 3. 7.
Apoc. 3. 17.
Thren. 1. 5. & 8.
Iſai. 55. 10.
Iſai. 52. 1.
Iſai. 30. 27.
Soph. 3. 11.

Triplex panis. §. DCCCCXII.

Amice, commoda mihi tres panes. Luc. 11. 5. Primus eſt lacrymoſæ contritionis, cibans languentes, vt ſe reficiant. Secundus, doctrinæ, confortans mundum fugientes, vt proficiant. Tertius, Euchariſtiæ, confirmans Deo militantes, ne deficiant. De primo: *Cibabis nos pane lacrymarum*. Pſal. 79. 6. De ſecundo: *Qui habitatis terram Auſtri, cum panibus occurrite fugienti*. Iſai. 21. 14. De tertio: *Panis cor hominis confirmet*. Pſ. 103. 15. Primum ſub iuuipero cum aqua, Eliæ attulit Angelus. 3. Reg. 19. 6. Secundum habet menſam propoſitionis, qui ſolis competit ſacerdotibus. Exod. 25. 30. Tertius, qui à muliere Sareptana Prophetæ datus eſt ſubcinericius. 3. Reg. 17. 13. Panis, qui eſt Chriſtus, fuit in Cruce precium, in peregrinatione viaticum, in regno hominibus præmium, hominibus, & Angelis præmium, & gaudium. De primo, cùm daret diſcipulis ſuis, ait: *Comedite: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*. Matt. 26. 26. De ſecundo: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Luc. 11. 3. De tertio: *Panem Angelorum manducauit homo*. Pſal. 77. 25. Primus fuit furfureus, propter ſimilitudinem carnis peccati. Rom. 8. 3. Secundus, hordeaceus propter miſeriam mundi. Tertius ſimilagineus, quia fuit abſque furfure vitij. De hac ſimila triplex

Tres panes, quos nobis amicus ſponſus commodat, qui ſint.

ſa-

ſacrificium præcipitur in Lege. Primum de clibano, in Chriſti conceptione, quia igne ſancti Spiritus conceptus eſt in matris vtero. Secundum de craticula, quia igne tribulationis coctus eſt, in crucis patibulo. Tertium de ſartagine, quia igne charitatis decoctus, in oleo lætitiæ, cum iocunditate ſurrexit de ſepulchro. Ecce panis, *qui de cælo deſcendit*, & dat vitam mundo: *Comedite*, ait, *& inebriamini, chariſſimi*. (Cant. 5. 1.) Beatus enim qui manducabit panem hunc in regno cælorum. Seqitur veſtimentum, quid triplex eſt.

Triplex Veſtimentum. §.DCCCCXIII.

PRimum, Religioſæ, conuerſationis, quo vtimur in clauſtro, propter nuditatem. Secundum, robuſtæ virtutis in prælio, contra inimicorum importunitatem. Tertium gloriæ, iucunditatis. De primo: (Apoc. 3. 18.) *Suadeo tibi vt emas aurum ignitum & purũ, vt locuples fias & veſtibus albis induaris, propter confuſionem nuditatis tuæ*. De ſecundo: (Ephes. 6. 11.) *Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduersùs inſidias diaboli*. De tertio: Iudith vidua, itura ad caſtra Holoſernis, (Iudith. 10. 3.) *induit ſe veſtibus iocunditatis ſuæ*. Prima veſtis eſt de cilicio: ſecunda de ferro: tertia de purpura, & byſſo. Iuxta primum, Niniuitæ, (Ion. 3. 5.) ad prædicationem Ionæ, induti ſunt ſaccis. Iuxta ſecundum, Iudas Machabæus (1. Mach. 3. 3.) *induit ſe lorica ſicut gigas, & protegebat caſtra gladio ſuo*. De tertio: (Prou. 31. 22.) *Byſſus, & purpura, indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ*. Iuxta primum, Chriſtus in natiuitate in vilibus pannis in præſepio (Luc. 2. 7.) poſitus inuentus eſt. Iuxta ſecundum, in paſſione, coccinea chlamyde, (Matt. 27. 29.) quæ ſanguinei eſt coloris, eſt indutus. Iuxta tertium, in transfiguratione, alba veſte (Matt. 17. 2.) ſicut nix, oſtenſus eſt. Sed & in propria carne: nam in natiuitate eius, *in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*. (Philipp. 2. 7.) In paſſione, de morte *conoſciſſo ſacco*. (Pſal. 29. 12.) In reſurrectione, *formoſus in ſtola ſua*, (Iſai. 63. 1.) regnans in cælo. Induamur ergo veſtibus pœnitentiæ, primò: ſecundò, veſtibus militiæ: tertiò, induemur veſtimentis gloriæ. Ne autem acephali, id eſt, ſine capite ſimus, oportet vt nomen Domini inuocetur ſuper nos. Primum, *Chriſtus*; quod habuit in mundo, per ipſum ad nos veniens inuocatur. Secundum, *Ieſus*; quod habebit in Iudicio, quando pro nobis aſtabit aduocatus. Tertium, Dilectus, quod habebit in regno; per quod nos ad ſe transferet reuocatus.

Chriſtus ſub triplici nomine tripliciter Aduocatus efficitur. §.DCCCCXIV.

(Intellige de iudicio particulari.)

DE primo: *Inuocabunt in nomine Domini Regis Iſrael*. De ſecundo: *Aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum, iuſtum*. (1. Ioan. 2. 1.) De tertio. *Reuertere, Dilecte mi, ſimilis eſto capreæ, hinnuloque ceruorum*. (Cant. 2. 17.) Per primum, ſuſtinuit mundi tribulationem. vnde, *In tribulatione dilataſti mihi*. (Pſal. 4. 1.) Per ſecundum, faciet cauſam noſtram apud Patrem. Per tertium, nos ſocios recipiet in hæreditatem. Ecce deleta eſt capitis diminutio, quia *nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos, Domine Deus*. (Ier. 14. 9.) Et quod adhuc reſtat opprobrium: aufert opprobrium noſtrum.

Triplex opprobrium. §.DCCCCXV.

(In mundo triplex reperitur opprobriũ.)

TRia ſunt opprobria. Primum pœnę ſpiritualis, quam iuſti ſuſtinent patienter, quia expectant præmium. Secundum, iniquitatis, quam mali impudenter, quia non timent Dei iudicium. Tertium, æternæ calamitatis, quam damnati inceſſanter, quia non quęſierunt de peccato remedium. De primo: *Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſannatio & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt*. (Pſal. 78. 4.) De ſecundo: *Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iocunda*. (Pſ. 118. 39.) De tertio: *Percuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis*. (Pſal. 77. 6.) Sed hæc omnia abſtulit Chriſtus. Primum extenuauit, quando illud aſſumpſit in vtero virginali. Secundum deleuit in Baptiſmo, quod falsò impoſitum eſt ei, propter ſimilitudinem carnis peccati. Tertium neſciet omnino, & auferet illud à iuſtis, per opprobrium patibuli. Primum ſi obijcis ei, reſpondet; *Et ego factus ſum* propter te *opprobrium vicinis meis valde*. (Pſal. 30. 12.) Contra ſecundum ait: *Ego ſum vermis, & opprobrium hominum, & abiectio plebis*. (Pſal. 21. 7.) Contra tertium ait Patri: *Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me*. (Pſal. 68. 10.) Vltimum ergo auferet per crucis ignominiam: ſecundum, per miſericordiam: primum Iuſtis mutabit in gloriam.

Triplex Domus. §. DCCCCXVI.

NOtandum eſt, quòd inuenitur Domus *Matris*, vt hic. Domus Pa-
Ioan. 14. 2. tris. vnde: *In domo Patris mei manſiones multa ſunt*. Domus *Fratris*,
Pſal. 67. 7. vnde: *Qui habitare facit vnius moris in domo*. Domus *Patris*, eſt totius machina, in qua Pater vſque modo operatur.
Ioan. 5. 12. vnde: *Pater meus vſque modo operatur; & ego operor*. Domus *Matris*, cæleſtis patria, in qua mater gratulatur. vnde:
Pſal. 86. 2. *Sicut latantium omnium habitatio eſt in te*. Domus *Fratris*, clauſtralis anguſtia,
Pſal. 16. 3. in qua frater examinatur. vnde: *Igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas*.

Quomodo ex tribus domibus fiet tantùm vna domus. Sed attendamus vnitati; vt ſit vna horum trium Domus, ſcilicet cæleſtis patria. In hac *Dilectus* regnat: *Mater* orat: *Frater* ad eam ſuſpirat. In hanc domum ducit animam Iuſti Dilectus: primò, ei gratiam conferendo; poſtmodum ipſa ducit Dilectum, in gratia omnia operando. Sequitur: *Ibi me docebis*. Docet nos Dilectus in hoc exilio: docebit in regno.

Quatuor ſunt, qua docet nos Chriſtus. §. DCCCCXVII.

QVatuor modis nos hìc docet: Exhibitione præcepti, vt cognoſcamus viam veritatis, ne erremus. Aſperitate flagelli, vt videamus onus noſtræ infirmitatis, ne in homine confidamus. Nouitate miraculi, vt cognoſcamus eius potentiam. Inſpiratione ſubtili, vt aduertamus eius circa nos beneuolentiam. Hæc quinque cauſis fit: vt ab iniquitate nos corrigat: ne quia de collata virtute ſuperbiat: vt virtus hominibus innoteſcat: vt alios eius exemplo compeſcat: vt corona cumuletur, & creſcat. De prima:
Pſ. 118. 30. *Viam veritatis elegi*. De ſecunda: *Ma-*
Ier. 17. 5. *ledictus homo, qui confidit in homine*. De tertia: *Poteſtas eius, poteſtas aterna*. De
Tit. 3. 4. quarta: *Apparuit benignitas & humanitas*
Ezech. 1. 9. *Saluatoris noſtri Dei omnibus hominibus*.

In quatuor Ezechielis animalibus, quatuor reſpondent, quibus à Deo in hoc mũdo monemur. Hæc quatuor deſignant illæ quatuor formæ animalium Ezechielis. Forma enim humana rationalis animalis, habet documentum præcepti. Forma Bouis, qui immolatur, habet flagelli aſperitatem, ſcilicet infirmitatem carnis. Forma Leonis, qui eſt mirabile animal, habet nouitatem miraculi. Forma Aquilæ, quæ in altum volat, eſt inſpiratio ſubtilis, quæ deſurſum venit. Vnde
de eis ſequitur: *Et facies, & pennas* Ezech. 1. 8.
per quatuor partes habebant. *Facies*, id eſt, conſcientias, quibus hæc quatuor conſideremus. *Pennas* quibus hæc quatuor genera docendi ſequamur. His quatuor eruditus eſt Paulus. Præceptum enim ei exhibitum eſt, quando ipſe, & Barnabas ſegregati ſunt in Euangelium ad prædicandum. Aſperitas flagelli, quando à Domino eſt cæcitate percuſſus, & alibi lapidatus, & verberatus. Nouitas miraculi, quando lux de cælo circumfulſit eum. Inſpiratio ſubtilis, quando raptus vſque ad tertium cælum. Sequitur:
Et dabo tibi poculum ex vino condito. Cant. 8. 2.

D. Paulus quatuor modis à Deo eruditus fuit.

Triplex Poculum. §. DCCCCXVIII.

Vini tres ſpecies, tres varias proprietates retinentes quæ nos iuuant, & Chriſto conueniũt. EST vinum purum, quod ſimpliciter dicitur Vinum: eſt vinum melle infuſum, quod eſt mulſum: eſt vinum ſpeciebus aromatum conditum, quod dicitur pigmentum. Primum cor hominis lætificat; quod propinauit nobis Chriſtus. Secundum, dulcorat; quod Spiritus ſanctus. Tertium, ægra viſcera confortat; quod Pater dabit in regno. Primum eſt Natiuitas Saluatoris: ſecundum, gratia ſeptiformis: tertium, præſentia æternæ maieſtatis.

Vinum tria facit. §. DCCCCXIX.

Chriſtus omnia quæ vinũ in nobis operatus fuit. NOtandum, quòd vinum lætificat, calefacit, putredinem vulnerũ purgat. Aduẽtus enim Chriſti nos lætificauit ſua
natiuitate. vnde: *Montes exultauerunt* Pſal. 95. 13.
à facie Domini: quia venit. Purgauit
peccata ſanguinis effuſione. vnde: *La-* Apoc. 1. 5.
uit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ad amorem ſuum nos accendit, & ad patiendum animauit ſua paſſione. vnde:
Imitatores Dei eſtote, ſicut filij chariſſi- Epheſ. 5. 1.
mi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem. Hoc vinum Chriſti militibus magnum dat vigorem, vnde dicitur Vinum *quaſi vigorem nutriens mentis*.

De Vino, quod dicitur Mulſum. §. DCCCCXX.

MVlſum verò, quod eſt gratia Spiritus ſancti, facit vt anima pingueſcat deuotione; dulceſcat, gaudens in

tri-

Digitized by Google

tribulatione ; liqueſcat, compatiendo
2. Eſd. 8. 10. proximo per opera miſericordiæ. De
his tribus dicitur : *Comedite pinguia*; ec-
ce primum ; *& bibite mulſum* ; ecce ſe-
cundum ; *& mittite partes his, qui non*
præparauerunt ſibi ; ecce tertium. Hoc
mulſum mulcet corda; vnde dicitur Mul-
ſum, quaſi *mulcens ſuauitate mellis*.

De Vino aromatibus condito.
§. DCCCCXXI.

TErtiò ſequitur Pigmentum, id eſt,
Vinum conditum, quod habebi-
Chriſtus tri- mus in Patris præſentia, cuius mira ſuaui-
bus vini ſpe- tate gaudebimus. Vnde dicitur Pig-
ciebus nos re- mentum, quaſi *pius guſtus meus*. Nos
creat. quoque ſanabit ab omni corruptione,
quando *corruptibile hoc induet incorru-*
ptionem. Purum vinum offert anima, ſe
conformans humilitati natiuitatis. Mul-
ſum in gaudio gratiæ ſpiritualis: Vinum
conditum in patria : cùm referet Dilecto
gratias de omnibus his ei collatis bene-
ficijs. Dabit & muſtum malorum gra-
natorum.

Malo-granatum habet tria.
§. DCCCCXXII.

Quomodo Ec- MAlum granatum habet in cortice
cleſia det mu- liquorem, in granis ruborem, in
ſtum malorũ fragrantia candorem. In primis eſt affli-
granatorum. ctio Confeſſorum, in ſynceritate conuer-
ſationis. In ſecundis, rubro Martyrum,
effuſione ſanguinis. In tertijs, candor
Virginum, puritate caſtitatis. Iuſti quo-
que anima hæc tria ſimul offert : ſcilicet,
deſiderium videndæ maieſtatis; nec tan-
tum hæc, ſed & alia dona præuidet Da-
uid in ſpiritu, quæ filij ſponſæ offerent ei
Pſal. 71. 10 in hoc exilio, cùm ait : *Reges Tharſis, &*
Inſulæ, munera offerent : Reges Arabum,
& Saba dona adducent.

Reges quatuor. §. DCCCCXXIII.

QVatuor hìc deſignantur Reges, qui
veniunt adorare Dominum. *Pri-*
mus eſt Rex *Iocundus*, gaudio ſupernæ
felicitatis. Secundus *Robuſtus*, prælio
corporali & ſpirituali aduerſitatis. Ter-
tius *Latens*, in nubilo humilitatis. Quar-
tus *Vehemens* incendio charitatis. Pri-
Tharſis inter- mus eſt Rex *Tharſis*, qui interpretatur
pretatur. *Exploratio gaudij*. Secundus, Rex *In-*
Inſulæ inter- *ſulæ*, quæ concutitur fluctibus maris.
pretatur.

Tertius, Rex *Arabiæ*, quæ dicitur *Hu-* *Arabia inter-*
milis. Quartus eſt Rex *Saba*, quod di- *pretatur.*
citur *Incendium*. Primus eſt *Salomon*, *Saba inter-*
qui dicitur *Pacificus*. vnde, *In pace eſt* *pretatur.*
gaudium. Secundus, *Dauid*, qui dicitur *Salomon in-*
Manu fortis. vnde : *Quis eſt iſte Rex* *terpretatur.*
gloriæ? Dominus fortis & potens Domi- *Dauid inter-*
nus potens in prælio. Tertius, Ezechias, *pretatur.*
qui dicitur, *Deus confortauit*. In humi- *Ezechias in-*
litate enim venit Dominus confortare *terpretatur.*
nos. Vnde : *Cùmque ſederem quaſi Rex*
circumſtante exercitu, eram tamen mæ-
rentium conſolator. Quartus eſt Rex O- *Ozias inter-*
zias, qui dicitur *Vbi eſt inuentum Do-* *pretatur.*
mini. Iob 29. 25.

Triplex Gaudium. §. DCCCCXXIV.

PRimus triplex explorat gaudium.
Gaudium mundi de re caduca; in
quo nihil inuenit, niſi vanitatem. Gau-
dium Spiritus ſancti, de propria iuſti-
tia; in quo vtilitatem. Gaudium cæli,
de ſuperna gloria; in quo perpetuam
inuenit felicitatem. Oportet ergo vt Rex
iſte per hæc gaudia ſic greſſus ſuos re-
gat, ne in primo ſe immergat : in ſecun-
do, ne laſciuiat, & ne pœnitentiam ob-
liuioni tradat : in tertio, totum ſe effun-
dat. De primo : *Riſum reputaui erro-* Eccl. 2. 2.
rem : & gaudio dixi, Quid fruſtra deci-
peris? De ſecundo : *Confitemini Domi-* Pſal. 32. 2.
no in cithara, in pſalterio decem chorda-
rum pſallite illi. De tertio : *Sancti &* Ioſ. 2.
iuſti in Domino gaudete : vos elegit Deus
in hæreditatem ſibi. Primi ſunt Explo-
ratores Iericho, quod dicitur *Luna*, *Iericho inter-*
id eſt, *Mundus*, propter ſui immutabi- *pretatur.*
litatem. Secundi, exploratores Lais, *Lais interpre-*
qui dicitur *In ſalutem* ; quam Tribus *tatur.*
Dan, quæ non habebat hæreditatem,
acquiſiuit. Tertij, exploratores Terræ
Promiſſionis : *Per ſalutem Pharaonis*, Exod 42. 9.
exploratores eſtis, ait Ioſeph. Iſti ſunt 2. Par. 9. 21.
naues Salomonis, qui afferebant aurum
ſupernæ claritatis : Secundi, argentum
innocentiæ, & puritatis; tertij, dentes
elephantorum, ſimias, & pauos ; quæ
ſunt deſignatiua mundanæ vanitatis.
De primo dicitur, quòd ciuitas illa au- Apoc. 21. 18.
rea futura eſt ; ſecundum, *argentum* Pſal. 11. 7.
igne examinatum : tertium eſt *vanitas* Eccl. 1. 1.
vanitatum. Igitur Exploratores Ieri-
cho inueniunt dentes elephantorum,
id eſt, mundi malignitatem. vnde, *Fi-* Pſal. 56. 5.
lij hominum, dentes eorum arma, & ſa-
gittæ. Simias, id eſt, ſcurrilitatem.
vnde : *Turpitudo nec nominetur in vo-* Epheſ. 5. 4.
bis, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non per-
tinet

Digitized by Google

tinet. Pauos, mundani ſauoris vanita-
Pſal. 48. 17. tem. vnde: *Cùm interierit, non ſu-
mst omnia, neque deſcendet cum eo glo-*
Iudic. 19. 5. *riacius*. Exploratores miſſi in Lais, id
eſt, ad explorandam animæ ſalutem,
Michas interpretatur. in domo Michæ, qui dicitur, *Quis eſt
hic?* inueniunt innocentiæ candorem,
in anima; & *therapbim* ſtultarum ima-
ginationum, *&* *ſculptile* peruerſorum
operum; *atque conflatile* ſuperfluorum
ſermonum. Sed auferuntur de domo Mi-
chæ, cùm repelluntur à corde: ſed ibi
Inueniuntur ea, quæ ſunt in candela-
bro Tabernaculi. *Scyphi*, id eſt, con-
ſcientia pigmento deuotionis plena:
Sphærula, vitæ reuolutio, torno corre-
ptionis caſtigata: & *Lilia*, virtutum io-
cunditas, & incrementa.

De Exploratoribus Eccleſiæ ſanctæ. §. DCCCCXXV.

Num. 13.24 EXploratores de Terra Promiſſionis,
id eſt, de cælo, afferunt *Vuam*,
id eſt, iocunditatem dominicæ reſurre-
ctionis: *Mala granata*, id eſt, vnitatem
Angelorum futuram & hominum, in
cælis: *Ficum*, dulcedinem diuinæ vi-
ſionis. Sed notandum, quòd reges Thar-
ſis offerunt aurum ſpiritualis claritatis.
Reges Inſulæ, myrrham, id eſt, amari-
tudinem tribulationis: Reges Arabum
thus humilitatis: Reges Saba thuribu-
lum, incenſum inflammantis charita-
tis. Igitur tres Exploratores aurum af-
ferunt. Exploratores mundi, aurum
obrizum, id eſt, claritatem bonæ vitæ,
ſed cum admiſtione tentationis. Explo-
ratores Spiritus ſui aurum ignitum, ſci-
licet, claritatem doctrinæ cum zelo cha-
ritatis, Exploratores cæli aurum mun-
dum, ſcilicet, claritatem ſupernæ pa-
triæ, cum cognitione veritatis. Prima
eſt ſubditorum: ſecunda Prælatorum:
tertia contemplatiuorum. Propter pri-
Dan. 10. 5. mum, viſus eſt Prophetæ vir præcin-
ctus ad renes, *auro obrizo*, id eſt, ru-
Apoc. 3. 18. di. Pro ſecundo, in Apocalypſi: *Sua-
deo tibi vt emas aurum ignitum proba-*
Apoc. 21. 18. *tum, vt locuples fias*. Pro tertio: *Ciui-
tas illa, aurum mundum, ſimile vitro
mundo*, Sequitur: *Reges Inſulæ*.

Reges Inſulæ. §. DCCCCXXVI.

Inſula etymologia. INſula dicitur, quaſi *intus ſolum*.
Inſula enim eſt terra, quæ omni par-
te ambitur aqua: Reges ergo Inſulæ
ſunt, qui ita regunt Inſulas, ne impetu
aquarum inundantium ſubmergantur, &
pereant.

Triplex periculum. §. DCCCCXXVII.

INſula triplici ſubiacet periculo. Mi-
noratur, aquarum latente corroſio-
ne: concutitur tempeſtatis impulſione: *Anima noſtra eſt velut inſula inter mūdi fluctus.*
ſubmergitur, aquarum inundatione.
Rex verò ſapiens, ab his eam defendit
incommodis. Contra primum, *Inter
terram & aquam ſepes ligneas componit.*
Contra ſecundum, *muros lapideos in-
ſtruit*. Contra tertium, *vt homines eua-
dant, turrim erigit*. Inſula hæc eſt ani-
ma inter mundi fluctus, & tentationes
laborans. Rex, qui eam regit, eſt
Ratio. Prima ergo corroſio eſt diaboli,
vel mundi, vel carnis doloſitas; vnde:
Mons cadens defluit. Impetus tempeſta-
tis, hæreticorum peruerſitas; vnde, *&* Iob 14. 19. & 20.
ſaxſum de loco ſuo mouetur. Et vnde
hoc contingat, addit: *Lapidem exca-
uant aquæ, & alluuione paulatim terra
conſumitur*. Inundatio aquarum, ty-
rannorum mundi malignitas. vnde:
Abyſſus vallauit me, pelagus operuit ca- Ioan. 2. 6.
put meum.

Triplex remedium contra illud. §. DCCCCXXVIII.

SEd contra primum Rex Inſulæ, id *Ratio quomodo Rex Inſulæ dicatur.*
eſt, Ratio, faciat ſepem circumſpe-
ctionis. vnde: *Qui diſſipat ſepem, mor-* Eccles. 10. 8.
debit eum coluber. Contra ſecundum, mu-
rum Scripturarum, & orationum. vn-
de: *Muro inexpugnabili circumcinge* *Eccleſia*;
nos, Domine. Contra tertium, tur-
rim virtutum. vnde: *Eſto nobis, Domi-
ne, turris fortitudinis à facie inimici*.
In hac turri ſecuritas eſt ab aquis, quia
excelſa eſt. Iſti autem in tanta pericu-
lorum amaritudine poſiti, myrrham of-
ferunt.

Triplex Myrrha Chriſto offertur. §. DCCCCXXIX.

NOtandum, quòd Chriſto ter myr-
rha oblata eſt. Primò, in præſe- *Chriſto, cur ter myrrha oblata fuerit.*
pio; quæ fuit oblatio Magorum, ad ſi-
gnificationem. Secundò, in patibulo;
quæ Iudæorum, ad illuſionem. Tertiò,
in ſepulchro; quæ deuotorum, ad vn-
ctio-

ctionem. Significationem mortalitatis: illuſionem ſanctitatis: vnctionem contra putredinem corruptionis. Primam offerimus, cùm dolemus propter incolatum huius miſeriæ.
Matth. 2. 11 vnde *Magi obtulerunt Domino aurum, thus, & myrrham.* Secundam, quando illuſiones, & probra ſuſtinemus, vt in inferno careamus.
Marci 15. 23 & 43. vnde: *Dederunt ei vinum myrrhatum bibere.* Tertiam offerimus, cùm fortiter laboramus, vt corpus noſtrum perpetua careat corruptione.
Ioan. 19. 39. Vnde Ioſeph ille nobilis Decurio emit myrrhę, & aloes, quaſi libras centum. Hæc eſt oblatio *Robuſti* Regis.

Rex quartus. §. DCCCCXXX.

OFfert ſuam Rex *latens ſub nubilo* humilitatis. Iſte Rex eſt moderatus amor propriæ deiectionis; ſicut, ex diuerſo, Rex ſuperbiæ, amor propriæ laudis.

Triplex Humilitas.
§. DCCCCXXXI.

Ratio humana, velut Rex ſuper equum, noſtrâ debet aſcendere humilitatem, vt eam regat.

ESt humilitas, quæ deſcendit ad inertiam: eſt, quæ excedit moderantiam: eſt, quæ procedit ad iuſtitiam. Rex iſte primam excitat aculeo: ſecundam inhibet freno: tertium omni ſubijcit iudicio.
Luc. 5. 8. In prima erat Petrus, cùm dixit: *Recede à me, quia homo peccator ego ſum, Domine.*
1. Mac. 6. 43. In ſecunda Elazarus quando indiſcretè ſe ſuppoſuit Elephanti, & ab eo oppreſſus eſt. vnde,
Pſ. 119. 92. *Tunc forte periiſſem in humilitate mea.*
Ion. 3. 5. In tertio, Niniuitæ, ad prædicationem
Pſ. 118. 107. Ionæ operti ſunt ſaccis. vnde, *Humiliatus ſum vſquequaque, Domine.* Iſte Rex offert thus, id eſt, odorem bonæ vitæ, tam interioris, quàm exterioris,
2. Cor. 2. 15. vt dicat: *Chriſti bonus odor ſumus* Deo *in omni tempore.*

Triplex profectus Thoris.
§. DCCCCXXXII.

Orationem, quomodo ſicut incenſum in conſpectu Dei dirigere debemus.

THus primò contunditur in puluerem, vt ſe puluerem, & cinerem reputet: quod facit tribulatio. Secundò, crematur per ignem, cùm per deſiderium fit animæ liqueſactio. Tertiò, inde fumus procreatur, per calorem, & humorem, cùm emittuntur lacrymæ,
Pſal. 37. 9. & 10. & oratio. vnde; *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis.* De primo: *Domine ante te omne deſiderium meum.* De ſecundo; *& gemitus meus à te non eſt abſconditus.* De tertio: In primo erat Iob,
Iob 2. 8. cùm ſedens in ſterquilino radebat vlcera.
Cant. 5. 6. De ſecundo: *Anima mea liquefacta eſt, vt*
Cant. 3. 6. *Dilectus locutus eſt.* De tertio: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Ecce Rex iſte Arabiæ, *Latens ſub nubilo* humilitatis, offert thus.

Ratio dicitur Rex Arabiæ, qui interpretatur, latēs ſub nubilo.

Rex Saba.
§. DCCCCXXXIII.

Rex Saba interpretatur.

SEquitur Rex *Saba*, qui dicitur *Incendium*. Ipſe enim Rex vehemens in medio charitatis, eſt iuſtitia inflammata, offerens thuribulum carbonibus viuis plenum.

Triplex Incendium.
§. DCCCCXXXIV.

HVius eſt Incendium triplex. Primum emittit extra ſe; quod eſt vicinæ correptionis. Secundum retinet circa ſe; quod propriæ excitationis. Tertium eleuat ſuper ſe; quod diuinæ dilectionis. Primo corrigit peccatorem. vnde,
Soph. 3. 8. *In igne zeli mei deuorabitur omnis terra.* Secundo ſe excitat ad laborem. vnde,
Luc. 12. 49. *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi vt accendatur?* Tertiò guſtat æternum ſaporem. vnde: *Veni ſancte Spiritus, & emitte cælitus Lucis tuæ radium.* Itaque Rex iſte, id eſt, Iuſtitia, ſic regat ſe, ne proximum ſubuertat. Vnde Iob ait amicis ſuis, indiſcretè eum increpantibus.
Iob 6. 19. *Conſiderate ſemitas Thema, itinera Saba.* Secundò, ne ſe nimis affligat. vnde,
3. Reg. 10. 1. *Regina Saba venit audire ſapientiam Salomonis*, vt ab eo diſceret, quomodo ſe moderatè feruore incenderet. Tertiò, ne dilectione Dei ſic ſit illectus; vt proximi curam poſtponat. vnde,
Iſai. 60. 6. *Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes:* Aurum deferētes, claritatem bonæ vitæ, qua proximus exemplo doceatur. *Thus* deuotionis, & orationis, quibus impinguatur ad laudem, qua Deus honoratur.

Læua

Cant. 8. 3.

Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cap. VIII.

Sponſi læua, & dextera, quæ ſit.

L*AEVA eius*, ſcilicet, ſacramenta Incarnationis, & præſentiæ eius dona. *Dextera* vero ſunt præmia, quæ in fine percipient electi; in quibus erit viſio maieſtatis, & gloria glorificatæ Humanitatis. *Læua* iſta *ſub capite* ſponſæ ponitur, vt interim his donis ſpiritualibus ſuſtentetur. *Dextera* verò ſuper caput, vt in Patria donis æternis remuneretur.

Ordo, quo venitur ad amplexum: vbi & de oſculo Iſaac ad Iacob. §. DCCCCXXXV.

Cant. 1. 1. & 15

Sponſa cur prius requirat oſculum, quàm allocutionem cum ſponſo.

NOtandum, quòd ſponſa priùs petit oſculum: *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Secundò, venit ad ſponſi colloquium vnde: *Ecce tu pulchra es, amica mea; ecce tu pulchra es*. Et illa: *Ecce, tu pulcher es Dilecte mi, & decorus*. Tertiò, feſtinat ad amplexum, vt hic. In oſculo eſt ſignum pacis, qua Dilecti ira & indignatio excluditur. In colloquio, familiaritatis, qua ſecretum voluntatis aperitur. In amplexu, ſpiritualis vnionis, qua vehemens amor oſtenditur, & ſponſa cum ſponſo, vnus ſpiritus efficitur. In figura huius copulæ, Iacob Rachelem inuentam oſculatur: ſecundò, alloquitur: tertiò, in eius amplexu recipitur. Sponſus iſte eſt Chriſtus: ſponſam Eccleſiam oſculatus eſt in Patriarchis, quia ab eis cœpit reconciliatio: ſecundò, allocutus eſt in Lege, & Prophetis: amplexatus eſt, expandens manus ſuas pro ea in patibulo crucis. De primo: *Ponam arcum meum in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram*. Vel oſculum reconciliationis dedit Patriarchis; quod oſtendit copia rerum, gratiæ euentuum, ſanitas corporum, compoſitio morum: ſicut Abrahæ, Iſaac, & Iacob. Iſtud oſculum prætendebat illud, quod dedit Iſaac Iacob patri ſuo, quando dedit ei duos hœdos ad manducandum. In Iacob, Chriſtus: in Iſaac, veteres Patres, de quibus Chriſtus ſecundùm carnem; & pro eis duos obtulit hœdos: vnum ſcilicet, carnem ſuam, ſimilem carni peccati: alterum, ſcilicet peccata noſtra, quæ ipſe occidit, dum carnem ſuam pro nobis in cruce mactauit.

Gen. 29. 11.

Figura pulcherrima de Iacob, & Rachel.

Gen. 9. 13.

Chriſtus quomodo oſculatus fuerit Eccleſiam, quomodo allocutus, & quomodo amplexatus.

Gen. 29. 26.

In colloquio tria ſunt. §. DCCCCXXXVI.

Dilectus triplex colloquium quod habuit cum ſponſa.

COlloquium habuit Dilectus cum Eccleſia, in Lege, & Prophetis. Dedit enim eis Legem, in qua tria oſtendit: eis prohibuit fugienda; vt, *Non occides &c.* Propoſuit cuſtodienda; vt, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* In figuris oſtendit facienda; ſicut locutus eſt ad Moyſen de Tabernaculo faciendo. *Vide*, inquit, *omnia facies ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*. Mons ille eſt Chriſtus, in quo oſtenſa eſt forma Tabernaculi ſpiritualis, qui ex virtutibus conſtruitur in nobis; ſcilicet, quando vitam noſtram conuerſationi Chriſti conformamus. In Prophetis quoque, quæ de Chriſto ventura erant, prænunciauit. Ecce colloquium ſponſæ, & Dilecti. Amplexatus eſt quoque eam piiſſimo amplexu, cùm manus ſuas in cruce extendit, vt ſponſam ad ſe traheret, & ſtricto amplexu ſpirituali ſibi vniret; iuxta illud, *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt*. Ibi *Læua* fuit ſub capite noſtro; ſcilicet caro: quæ vt animam noſtram, quæ eſt caput, ſuſtineret, data eſt ei in precium. *Dextera eius* amplexata eſt nos, ſuperpoſita, vt ſit nobis in præmium.

Exod. 25. 40.

1. Cor. 6. 17

In amplexu tria. §. DCCCCXXXVII

O Vehemens amplexus, in quo aqua regenerationis, qua nos ſaluauit, à corpore. Sanguis redemptionis, quo nos à poteſtate diaboli exemit, à corde. Anima liberationis, qua deſcendens ad inferos, Patres eduxit, exiuit à corpore. De primo: *Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro*. De ſecundo: *In ſanguine teſtamenti tui redemiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua*. De tertio: *Ero mors tua, ò mors*.

Ezech. 47. 1.

Zach. 9. 11.

Oſee 13. 14.

Quomodo Dilectus oſculetur ſponſam. Moraliter. §. DCCCCXXXVIII.

OSculatur Dilectus animam, remiſ-
ſione peccatorum, reconciliando.
Dilectus quomodo animā oſculetur, alloquatur, & amplectitur. Colloquitur ei, voluntatem ſuam, id eſt,
viam, qua ambulet, aperiendo. Am-
plectitur eam, inter ſiniſtrum brachium
virtutum, & dextrum ſupernarum pro-
miſſionum ſuſpendendo. De primo:
1. Tim. 1. 15. *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum,*
peccatores ſaluos facere. Colloquium
Rom. 12. 2. habent cum Dilecto, qui inquirunt, *quæ*
ſit voluntas Dei bona, beneplacens, & per-
Act. 9. 6. & 16. *fecta.* vnde, *Domine,* ait Paulus, *quid*
me vis facere? Audi Dilectum collo-
quentem. *Ego illi oſtendam, quanta*
oportet eum pro nomine meo pati. Poſtea
venitur in amplexus Sponſi. Supponit
enim capiti noſtro, id eſt, animæ, bra-
chium ſiniſtrum, id eſt, virtutes, quibus
ſuſtinemur in via: ſupponit dextrum, bo-
Prou. 3. 16. na promittendo in Patria. vnde: *Longi-*
tudo dierum in dextera eius; & in ſini-
ſtra illius, diuitiæ, & gloria. Sobriè, in-
quit, *& iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæ-*
Tit. 2. 12. *culo;* ecce ſiniſtrum: *Expectantes beatam*
ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, &
Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti; ecce dex-
trum.

Dextera Sponſi tria facit. §. DCCCCXXXIX.

DExtera ſponſi tenet cadentem, ne
corruat tentatione; deducit ambu-
Pſal. 72. 24. lantem, ne erret in via iuſtitiæ: ſuſcipit
peruenientem, vt teneat ſolium gloriæ.
De his tribus Dauid: *Tenuiſti manum*
dexteram meam: & in voluntate tua dedu-
xiſti me: & cum gloria aſſumpſiſti me.
Pſal. 93. 17. Primus dixit: *Niſi quia Dominus adiu-*
uit me. Hic, *Cùm ceciderit, non collide-*
Pſal. 36. 24. *tur.* Secundus dicit: *Deduc me, Domi-*
ne, in via tua, & ingrediar in veritate
Pſal. 85. 11. *tua.* Tertius dicit: *Exaltabo te, Domi-*
ne, quoniam ſuſcepiſti me. Hæc eſt ma-
Pſal. 29. 1. nus, quam Ezechiel vidit, *Ecce, ait, ma-*
Ezech. 8. 3. *nus apprehendit me in cincinno capitis*
mei. Tunc *tenuit & leuauit me inter ter-*
ram & cælum. Tunc *deduxit,* ne ſcilicet,
aliquis ſcrupulus terræ faceret iter eius
tortuoſum. *Cùm gloria verò ſuſcepit,*
quando ſtatuit in Templo, in Ieruſalem,
quæ dicitur *Viſio pacis.*

Horum trium figuram tenuit Elias.
Primi, quando fugiens à facie Iezabel, 3. Reg. 19. 5. & 8.
id eſt, *tentationis,* obdormiuit præ tæ-
dio ſubtus iuniperum: ſed eum tenuit *Iezabel interpretatur.*
Dominus, quia ibi inuenit angelicam
conſolationem. Secundi, quando *am-*
bulauit in fortitudine cibi ab Angelo
dati, *quadraginta diebus, & quadraginta*
noctibus. Tertij, quando fuit in monte
Dei Oreb. Bene ergo dicitur, *In ſiniſtra* Prou. 3. 16.
eius diuitiæ, virtutum, *& gloria,* non
iam æterna, ſed interim delectatio ſuper-
norum. *Longitudo* verò *dierum in dexte-*
ra, quia ſub vmbra illius viuent Beati in
æternum. *Læua Domini,* dicitur corre-
ptio diuina: *Dextera,* in amore Dei di-
lectio.

Læua tria facit. §. DCCCCXL.

LÆua manus Domini habet flagel- *Læua manus Domini in tribus ſe manifeſtat.*
lum afflictionis, quo homo flagel-
latur: Flagellum dilectionis, quo ſpiritus
auræ excitatur. Læua manus aliquando
tangit iuſtum, vt probetur: aliquando
increpat pigrum, vt excitetur: aliquan-
do grauat iniquum, vt reuocetur. De
primo: *Miſeremini mei, ſaltem vos ami-* Iob 1. 21.
ci mei, quia manus Domini tetigit me.
De ſecundo: *A fortitudine manus tuæ* Pſal. 38. 12.
ego defeci in increpationibus. De tertio:
Die ac nocte grauata eſt ſuper me manus Pſal. 31. 4.
tua. Item de primo; *Dilectus meus mi-* Cant. 5. 4.
ſit manum ſuam per foramen, & ven-
ter meus intremuit ad tactum eius. Secun-
dus autem: *Increpationem Domini ne repro-* Iob 5. 17.
bes: ipſe enim vulnerat, & medetur: per-
cutit, & manus eius ſanabunt. Propter
tertium, Manus Moyſi erant graues, ſci-
licet, ad puniendum iniquos: *Sed Hur,* Exod. 17. 12
& Aaron, ſuſtinebant eas, quia beni-
gnitas Spiritus ſancti, & miſericordia
Chriſti faciunt ne ſuſtinentes grauentur.
Sic Deus reuocat iniquos: qui niſi con-
uertantur, dicitur eis: *Vocaui, & renui-* Prou. 1. 24.
ſtis: extendi manum meam, & non fuit
qui aſpiceret. Itaque læua Domini teti-
git Iob: increpauit Ezechiam aggrauata
eſt ſuper Paulum. Iob vero viriliter ſuſti-
nuit: Ezechias fleuit amarè: Paulus vo-
catus, voluntati Domini acquieuit. Hæc Dan. 5. 25.
eſt manus, quæ apparuit Balthaſſar, ſcri- *Manus, quæ apparuit Balthaſſar, in pariete ſcribens, quid ſignificet.*
bens in pariete, hæc tria: *Mane,* quod
dicit Iuſto; id eſt, *Numerauit* bona tua.
Thecel, dicit pigro: id eſt, *appendit* bo-
na tua, quę per pigritiam tuam inuenta
ſunt pauca. *Phares,* dicit iniquo; id eſt,
Diuideris à regno, niſi à me reuocatus
redeas.

Cant. 8. 4.

Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis Dilectam, donec ipſa velit, Cap. IX.

Infirmi, licèt etiam, ipſi vocentur filij, nõ debet tamen perfectos, curis ſæcularibus inquietare.

FILIÆ Ieruſalem hic vocantur infirmi, qui licèt curis ſęcularibus ſint intenti, quibus aliquando & contemplatiuos impediunt, qui appellatione *Dilectæ* hic deſignantur; tamen ad regnum tendunt, quamuis ædificantes ligna, fœnum ſtipulam, quibus à ſomno contemplationis excitant ſponſam importunè. Sed ante quàm ipſa ſua ſponte ad communem fratrum vtilitatem redeat, euigilare non præſumant.

Suſcitatio triplex. §.DCCCCXLI.

Iob 3. 8.

Mali non ſolùm tentatur, ſed ipſi Deum, & Eccleſiam, & Diabolum tentant.

Luc. 20. 23.

Matth. 8. 25.

QVidam ſuſcitant diabolum ad tentationem, vnde: *Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan*. Ipſum enim ſuſcitant, dum ſua ſponte ſenſus mundo exponunt. Quidam animam, ſcilicet, Eccleſiam ſuſcitant ad laborem. Alij excitāt Deum, nunc ad tribulationem, nunc ad furorem. vnde, *Quid me tentatis hypocritæ?* Ad tribulationem ſuſcitauerunt Diſcipuli dicentes: *Domine, ſalua nos, perimus*. Et hi excitant ad conſolationem, quia eis affuit Chriſtus, conſolans in tribulatione.

Cauſæ ſuſcitandi. §.DCCCCXLII.

Eccle. 10. 1.

Muſcæ morientes, et perdentes ſuauitatem vnguenti, quæ ſint.

Gen. 12. 25.

Iſai. 61. 1.

QVidam ſponſam ſuſcitant per inquietationem: alij, propter habendam conſolationem: aliquando ipſa ſe ſuſcitat propter ſuam voluntatem. Primi ſunt *muſcæ morientes*, quæ *perdunt ſuauitatem vnguenti*. Anima ſic ſuſcitata, ſi ſtultitiæ non conſentit, cum maiori lucro redit. Hæc eſt Sara vxor Abrahæ, quæ à ſatellitibus Pharaonis auulſa eſt à latere mariti ſui; ſed intacta permanſit, & cum muneribus ad maritum rediit, propter conſolationem clamans per prophetam: *Ad annunciandum manſuetis miſit me*.

Modi quatuor ſuſcitandi, & de Filio prodigo. §.DCCCCXLIII.

Gen. 34. 2.

Curioſitas valde periculoſa contemplanti.

Iudith 10. & 13.

Exod. 2.

A contemplatione non eſt recedendum, niſi propter ſuam, vel proximi vtilitatem.

Ruth. 1. 15.

PEr ſuam voluntatem quatuor modis ſuſcitatur à contemplatione. Per propriam curioſitatem. Hæc eſt Dina, quæ egreſſa eſt de domo patris, ad videndum mulieres regionis, & corrupta eſt à Sichem filio Hemor. Ad præueniendam Dæmonis machinationem. Hæc fuit Iudith, quæ egreſſa eſt de ciuitate ſua ad caſtra Holofernis, qui genti ſuæ machinabatur malum; *& abſtulit caput eius*; id eſt, ſubuertit principium diabolicæ tentationis. Propter neceſſitatem, tertiò egreditur, vt ſanet iam à peccatis fluctuantem peccatorem. Hæc eſt Maria ſoror Moyſi, quæ egreſſa eſt de domo patris ſui, & ambulabat ſuper alueum aquæ, vt aliqua ratione poſſet ſubuenire fratri ſuo Moyſi, qui paruulus in papyrione laborabat in mediis fluctibus. Quartò egreditur propter ſuam vtilitatem; vt aliorum viſo exemplo, & propria operatione, alacrior reuertatur ad contemplationem. Hæc eſt Ruth, quæ cum Noëmi ſocru ſua, quæ dicitur *Pulchra*, egreſſa eſt de terra ſua, & ſpicas colligebat in agro Booz: vnde ipſa & Noëmi paſcerentur; & poſtmodum meruit peruenire ad coniugium Booz, id eſt, contemplationem ſponſi.

Gradus in egreſſu animæ. §.DCCCCXLIV.

Similitudo de contemplatione.

PRimò itaque à ſeipſa ſuſcitata Anima, egreditur à contemplatione cæleſtium ad meditationem Scripturarum: demum, ad memoriam ſuorum delictorum: tertiò, ad compaſſionem proximorum. Inde progreditur ad agendam curam eorum. Quod per ſimile patet. Cùm aliquis egreditur de thalamo in domum, à domo in porticum, à porticu in vicum, à vico in agrum. Egreditur namque ad cæleſtium contemplationem, ad Scripturas, quaſi ad thalamum: inde in domum, id eſt, in memoriam delictorum: inde ad compaſſio-

nem

Digitized by Google

Labor eſt in omnibus præter quàm in contemplatione.

nem proximorum, quaſi in vicum: inde ad agendam curam eorum, quaſi in agrum. In contemplatione ſola quieſcimus; in cæteris laboramus. In meditatione enim Scripturarum laboramus, timentes ne præmia Iuſtorum amittamus. In memoria delictorum gemimus laborantes, ne condemnari ſimus. In compaſſione proximorum, labor eſt cordis. In agenda cura eorum, labor eſt operationis. In vno monemur, in alio docemur, in tertio mouemur, in quarto meremur. Monet Scriptura, quid agere debeamus: docet memoria delicti, vt pœniteamus: mouemur compaſſione, vt diligamus: per opus verò bonum meremur vt nobis, qui aliis ſuccurrimus, ſuccurratur. Occurrit mihi

Luc. 15. ille pius pater, qui egreſſus eſt in occurſum filii ſui prodigi. A longe venientem videt; occurrit; amplectitur; occidit vitulum ſaginatum; ordinat chorum; ſymphoniam tangit. Sic pius pater à contemplatione reuertitur, ob curam peccatoris ad pœnitentiam reuertentis. A longe venientem videt, compatiendo: occurrit, indulgendo: amplectitur, familiarem ſibi faciendo: occidit vitulum, carnis mortificationem prædicando; inſtrumenta tangit, morum concordiam, & vnitatem docendo. Inuitat igitur pietas deſperantem; trahit charitas inuitum: fratrum miſericordia placat: hilaritas ſecurum reddit: affabilitas familiarem: familiaritas ſecretum aperit: apertio ſecretorum; amicitiam ſeruat: prædicatio inſtruit: morum concordia facit amicum proximo: humilitas Deo. Hæc igitur eſt cauſa neceſſaria, qua ſe ſponſa vult ſuſcitari.

Contemplator Patri Filij prodigi aſſimilatur.

Cant. 8. 5.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens, innixa ſuper Dilectum ſuum? Cap. X.

Eccleſia Gentium, quæ derelicta erat, quia Chriſto inuiſa fuit, aſcendit delicijs omnium gratiarum ornata.

ASCENDIT Eccleſia Gentium de Deſerto; quia quæ plurimo tempore fuerat à Deo derelicta, iam fidei & boni operis gradibus proficientibus, ad eius gratiam peruenit. vnde: *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium*. Meritò *innixa ſuper Dilectum*, ſine quo non ſolùm ad ſuperna aſcendere, ſed nec reſurgere valebat. Hæc clamat Iudæa, admirans conuerſionem Gentium.

Iſai. 35. 1.

Tria ſunt genera Deliciarum.
§. DCCCCXLV.

Deliciæ, aliæ temporales, aliæ ſpirituales, aliæ cæleſtes.

SVnt deliciæ temporales ſæcularium, vel carnalium, quas homines ſibi aſſumunt in vſum, vel in abuſionem. Sunt ſpirituales, religioſorum virtutes, vel ea, quæ ſunt circa contemplationem. Sunt cæleſtes Beatorum, quæ perfectè faciunt felicem. Primis abutuntur illi,

Philipp. 3. 19. *quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.*

Coloſſ. 3. 1. Secundis vtuntur qui, *quæ ſurſum ſunt*

Pſal. 35. 9. *quærunt*. Tertiis fruentur hi, Qui *inebriabuntur ab vbertate domus* Dei; vbi manducabit homo in regno panem Angelorum. Primæ effluunt: ſecundæ affluunt: tertiæ confluunt. Conſideremus igitur de primis. Ipſæ enim ſunt in carnis cura, in diuitiarum affluentia, in potentia, in ſcientia, in nobilitatis gloria. De his Sapiens: *Qui delicatè nutrit ab adoleſcentia ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem*. De cura carnis ait Apoſtolus: *Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs: & carnis curam ne feceritis in deſiderijs*. Iſti non recolunt quoniam *omnis caro fœnum*. De diuitibus ait Apoſtolus: *Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum; ſed in Deo viuo*. Ipſæ enim in vita affligunt, in morte relinquunt, poſt mortem hominem à regno excludunt. De duobus primis ait Boetius:

Prou. 29. 21.

Rom. 13. 13.

Iſai. 40. 6.

1. Tim. 6. 17.

Quamuis fluente Diues auri gurgite *Boetius.*
Non expleturas cogat auarus opes,
Oneretque baccis colla Rubri littoris,
Aruaque centena ſcindat opima boue;
Non cauſa mordax liquerit ſuperſtitem,

Aaa 2 *De-*

Digitized by Google

Defunctumque leues non comitantur opes.

[*Matt.* 19. 24.] De tertio: *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.*

De potentia. §. DCCCCXLVI.

ESt potentia, quæ diſplicet: & eſt potentia, quæ Deo placet. Diſplicet illa, in qua homo gloriatur, & opprimit alios. vnde: [*Pſal.* 51. 2.] *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* De ea, quæ Deo placet, dicitur: [Iob 36. 5.] *Deus potentes non abijcit, cùm & ipſe ſit potens.*

De Scientia. §. DCCCCXLVII.

[*Scientia, quæ deſurſum nõ eſt, eſt terrea, animalis, & diabolica, & quare.*]

ITem, eſt ſcientia, quæ Deo diſplicet: & eſt ſcientia, quæ Deo placet. Ea ſapientes fiunt, vt faciant mala. Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrea, animalis, diabolica. Per terrenam temporalia nimis appetuntur: per animalem, in voluptatem caro reſoluitur: per diabolicam, Deus & proximus iniurijs appetuntur. Prima eſt contra ſpiritualem paupertatem: ſecunda contra ſobrietatem: tertia contra charitatem. Sunt qui ſcire volunt, vt glorientur. vnde, [1 *Cor.* 8. 2.] *Scientia inflat.* De ſcientia, quæ Deo placet, dicitur: [*Eccl.* 1. 18.] *Qui apponit ſcientiam, addit decorem.* De nobilitate dicit Apoſtolus: [1. *Cor.* 1. 28.] *Ignobilia mundi elegit Deus.* Hæ ſunt duæ deliciæ temporales. Sunt autem tres deliciæ ſpirituales: ſcilicet, pura conſcientia, deuotio, de ſupernis lætitia. vnde: [*Pſal.* 64. 13.] *Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur. Deſertum*, eſt cor hominis: *ſpecioſa* eius, munda conſcientia. Specioſa iſta pingueſcunt per deuotionem: colliqueſiunt ſuperna ſpeculando: *exultatione accinguntur*, illuc cum gaudio aſcendendo. Primum habebat Iob, cùm diceret: [Iob 16. 20.] *Ecce, in cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.* De ſecundo, & tertio: [Iob 20. 17.] *Non videbit riuulos fluminis, torrentis mellis & butyri.* Butyrus eſt pinguedo deuotionis. vnde: [*Pſal.* 62. 6.] *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima meâ.* Mel verò eſt lætitia de ſupernis. vnde: [*Eccli.* 24. 27.] *Spiritus meus ſuper mel dulcis.* Tali animæ meritò dicitur: [*Cant.* 4. 2.] *Quam pulchra es, & quàm decora, chariſſima!*

De ſapientia, quæ deſurſum eſt. §. DCCCCXLVIII.

[*Quid ſit bonorum, & mal.*]

ESt enim chara in conſcientia, charior in deuotione, chariſſima in lætitia. De prima: [2. *Cor.* 1. 12.] *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* De ſecunda: [*Rom.* 5. 5.] *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.* De tertia: [*Philipp.* 3. 10.] *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.* Inde prudentes virgines, mundas habebant lampades conſcientiæ; [*Anima iuſta, quibus delicijs affluat.*] intus verò oleum deuotionis, & ignẽ charitatis, & claritatis; quæ vident cæleſtia, de quibus lætantur. His delicijs affluit ſponſa. Iuxta primum, *affluit*, id eſt, *à fece luit.* Iuxta ſecundum, *affluit*, id eſt, *affectuosè fluit.* Iuxta tertium, *affluit*, id eſt, *affatim fluit*, id eſt, abundanter. De his in Iob: [Iob 22. 26.] *Tunc ſuper Omnipotentem afflues delicijs; & eleuabis ad Deum faciem tuam.* De his Salomon: [*Prou.* 19. 10.] *Stultum non decent deliciæ, nec ſeruum dominari in ſeruum ſuum.*

Deliciæ tres. §. DCCCCXLIX.

TErtiæ ſunt deliciæ cæleſtes, de quibus dicitur: [*Gen.* 49. 20.] *Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.* [*Aſer interpretatur:*] *Aſer*, beatitudo eſt, Chriſtus eſt, qui beatitudinem dabit in patria. Ab his receſſit diabolus, vnde: [*Ezech.* 28. 13.] *In delicijs paradiſi Dei fuiſti.* Vel, *deliciæ*, vbi Pater præparat locum immortalitatis: Filius dat cibum, [*Quibus delicijs anima perfruatur.*] cuius viſu ſanabimur, ſcilicet glorificati ſui corporis: Spiritus ſanctus dat pigmentum ſui amoris: Angelus canticum in laudem: Homines tripudium in gratiarum actionem. De primo: [*Matt.* 20. 23.] *Sedere ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis; ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* De ſecundo: [*Pſal.* 13.] *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* In tertio: [*Cant.* 4. 16.] *Perflabit Auſter, vbique.* id eſt, Spiritus ſanctus; *& fluent aromata illius*, id eſt, pigmentum amoris; vt

Læti bibamus ſobriam
Ebrietatem Spiritus.

De quarto; audiuit Iſaia Seraphim cantare, [*Iſai.* 6. 3.] *Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus exercituum; plena eſt omnis terra gloria eius.* De quinto: [*Malach.* 4. 2.] *Egredimini, & ſalietis ſicut vituli de armento.* Iſtæ ſunt deliciæ cæleſtes. Sed ne forté à ſe putemus has ſponſam habere, ſubditur: [*Cant.* 8. 5.] *Innixa ſuper Dilectum ſuum.* Priùs ſponſa itur, dum recedit à peccatis: ſecundò,

ni-

nititur, per gradus virtutum aſcendendo: tertiò, innititur, confidens de Dei adiutorio, nil de bonis ſuis imputans ſibi, ſed Deo. Primò dicitur. *Ioan. 5. 8.* *Tolle grabatum tuum, & ambula*. *Iſai. 2. 3.* Secundò, *Venite, aſcendamus ad montem Domini*. De tertio: *Pſal. 113. 9.* *Non nobis, Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Sine Dilecto enim nihil poteſt: *Pſal. 77. 14.* ſed ipſe deducit eam *in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis*. Non enim poſſet ſuſtinere *pondus diei & æſtus*, niſi in *vmbra illius, quem diligit anima ſua*. Quis enim locus tutus eſſet ei à *timore nocturno*, præſertim *in loco erroris, & vaſtæ ſolitudinis*, niſi ipſe emittat *lucem ſuam, & virtutem ſuam*? Quomodo temperaret ſibi æſtus concupiſcentiæ, niſi *Virtus Altiſſimi obumbraret ei*? vnde ignorantiæ ſuæ tenebras illuminaret, niſi *in lumine illius videret lumen*? *Pſal. 17. 29.* Inde dicitur ei: *Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine*. Igitur à ſponſa accipit duo remedia contra duo principalia mala: refrigerij nubem, contra æſtus carnis; reuelationis lucem, contra ignorantiam mentis. Hæc accipit ſponſo *innixa ſuper Dilectum*. Quia verò ad delicias iſtas Virginis Mariæ ad congaudendum nos inuitat Eccleſia, ſic: *Hodie Maria Virgo cælos aſcendit: gaudete, quia cum Chriſto regnat in æternum*.

Quadruplex aſcenſus Beatæ Virginis. §. DCCCCL.

Deipara quatuor modis aſcendit, vt Virgo, vt Maria, vt Regina, vt Mater

HIc notandum, quòd Virgo iſta mundo decedit, Maria cælos aſcendit: Regina Angelos excedit, Mater ad Filium accedit. Primum, quia hodie de ſæculo nequam eripitur, relinquens mundum. De ſecundo: *Aſſumpta eſt Maria in cælum*. De tertio: *Exaltata eſt ſancta Dei Genitrix ſuper choros Angelorum*. De quarto: *Quia cum Chriſto regnat in æternum*. Vnde apparet, quàm ſit aliena à mundo Virginitas; quàm perceptibilis ſit cæleſtium ſecretorū puri intellectus claritas; quantum exaltata ſit humana dignitas; quantum Deo appropinquet virgo humilitas. De primo, quàm ſit aliena à mundo Virginitas, oſtendit Hieronymus: *Sibi præter carnem in carne viuere, non humana, ſed angelica eſt vita*. Vnde, *ſequuntur Virgines Agnum quocunque ierit*. Hæ ſunt *Exod. 25.* enim pelles hyacinthinæ in tabernaculo ſuper ſanctuarij circulos, & ſuper pelles arietum rubricatas.

Primus Aſcenſus, §. DCCCCLI.

SCiendum autem, quòd Diabolus genus humanum in tribus ſibi obligauerat. Fœditate, ex originali culpa, qua homo eſt infectus. Vilitate, ex genitura, per quam deiectus. Calamitate, in vita, per quam infinitos patitur defectus. *Per Virginis aſſumptionē, à triplici diabolo obligatione genus humanum liberatur.* De primo: *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?* *Iob 14. 4.* De ſecundo. *Putredini dixi; Pater meus es, mater mea, & ſoror mea, vermibus*. *Iob 17. 14.* De tertio: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs*. *Iob 14. 1.* Sed, vt per Beatam Virginem iſta leuigarentur; contra primum, Virginitas in eius carne floruit: contra ſecundum, ſine concubitu genuit: contra tertium, peperit, nec doluit. Contra primum, Virginitas dedit odorem. vnde: *Quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatem odoris*. *Eccli. 24. 20. & 23.* Contra ſecundum, conceptus honorem. vnde, *Flores mei, fructus honoris, & honeſtatis*. Contra tertium, partus requiem. *In omnibus requiem quæſiui*. *Eccli. 24. 11.* Notandum autem, quòd quæſiuit requiem intra ſe: requiem ſuper ſe: requiem circa ſe. *Virgo Maria tribus requiē quæſiuit, & inuenit, & parauit: ſibi, ſcil. Filio, Spiritui ſancto & humano generi.* Prima Filij: ſecunda Spiritus ſancti: tertia generis humani. Prima fuit in vtero Virginis, in quo Chriſtus voluit incarnari. Secunda, infuſio gratiarum in Chriſto, ita vt ab eo non poſſet ſeparari. Tertia erit generis humani ſalus, quod mediante Beata Virgine, Deus voluit ſaluare. De primo: *Requieuit in tabernaculo meo*. *Eccli. 24. 12.* De ſecundo: *Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini*. *Iſai. 11. 2.* De tertio: *In omnibus requiem quæſiui*. *Eccle. 24. 11.* Itaque Virgo operans mundo deceſſit: eius exemplo, vt caſtitatem conſequamur, mundo moriamur, & myrrha electa ſimus. Sed eſt myrrha infecta: eſt myrrha accepta: eſt myrrha electa. *Triplex myrrha, & triplex eius amaritudo, declaratur.* Prima eſt amara pœnitentia; nec tamen à peccato ceſſatur. Secunda, pœnitentia, qua peccatum diluitur. Tertia, afflictio, qua corona iuſtorum augetur. Prima data eſt in cruce; quam cùm guſtaſſet, noluit bibere. Secunda in ſepulchro, vnctione. Tertia, quam obtulerunt Magi cum auro ſapientiæ. Sequitur, *Maria Cælos aſcendit*. Maria, *Maris Stella* interpretatur. *Maria interpretatur.* Hæc eſt in nobis moraliter puræ intelligentiæ claritas, qua ſecreta cæli penetramus. vnde, *Reuelata facie gloriam Dei ſpeculantes*.

Digitized by Google

Secundus Aſcenſus. §. DCCCCLII.

HVius Mariæ triplex eſt Aſcenſus. Aſcendit enim ſpiritualiter ſupra ſcipſam, per propriam humiliationam: aſcendit mirabiliter ſuper humanam naturam, per Chriſti incarnationem: aſcendit materialiter ad cæleſtem patriam, per ſuam glorificationem. De primo: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum?* De ſecundo: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto.* De tertio: *Vidi ſpecioſam, ſicut columbam aſcendentem deſuper riuos aquarum.* Priùs itaque aſcendit *per deſertum*, ſpinis diſciplinæ corpore & ſpiritu expoliata, in feruore ſanctæ conuerſationis. Secundò, *de deſerto*, rigore diſciplinæ calcato, floruleta ſupernorum dulcedine amœnata, beneficio obumbrationis, & dominicæ Incarnationis. Tertiò, *deſuper riuos aquarum*, de fluentis gratiarum, quaſi pennis quibuſdam ad cælum eſt ſubleuata in gloria exultationis. Hinc eſt, quòd ſponſus ſponſam vocat nunc ad petræ refugium, nunc ad hortum floridum, nunc inuitat ad thronum. Primum, vt experiretur paſſionis Chriſti aſperitatem. vnde: *Veni columba mea, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Secundò, ſpiritualium honorum florulentam iocunditatem. vnde, *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* Tertiò, vt accederet ad Filij ſui maieſtatem. vnde, *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum.*

Cant. 3. 6. — Cant. 8. 5. — Eccleſia. — Cant. 2. 14. — Cant. 5. 1.

Videte ne fortè ſit illa mulier, quæ ſupra verticem Boetio aſtare viſa eſt, *reuerendi admodum vultus; colore viuido; oculis ardentibus, & vltra communem hominum valentiam perſpicacibus.* & nunc quidem ad communem hominum menſuram ſe exhibebat, quantum ad primum aſcenſum: nunc verò verticis cacumine vidabatur tangere cælum, quantum ad ſecundum. Quæ cùm altiùs caput extuliſſet, ipſum etiam cælum videbatur penetrare, quantum ad tertium. Potes adhuc de prædictis aliqua Beatæ Virgini aſſignare, vt inde ſumamus formam, qua poſt eam debemus aſcendere. Dicta eſt *reuerendi admodum vultus*, morum grauitate: *colore viuido*, Religionis veritate: *oculis ardentibus*, charitate: *perſpicuis*, intelligentiæ claritate. Per primum excluditur ſcurrilitas: per ſecundum, hypocritarum falſa religioſitas: per tertium, falſa compaſſio, & fraternitas: per quartum, mundanorum cæcitas. Reuerendum vultum volebat videre, qui dicebat, *Oſtende mihi faciem tuam.* Inde Iob: *Lux vultus mei non cadebat in terram.* De colore, ſplendida facta eſt facies Moyſi, dum reſpiceret in eum Dominus. Facies hypocritarum ſplendida eſt, ſed non ex Domini reſpectu. De oculis ardentibus, in Apocalypſi: *Oculi eius ſicut flamma ignis, velut in camino ardenti.* De oculis perſpicacibus: *Semitam ignorauit auis, nec oculos vulturis intuitus eſt.* Vultur ex acumine viſus, cadauer transmarinum vider. Mare, eſt Mundus: vltra, quem videt iuſtus cadauer, id eſt, carnem ſuam in Chriſto glorificatam. Hanc Maria, id eſt, *Maris Stella*, adhuc in mundo viuens, videbat ſpiritualiter: hodie videre incipit præſentialiter. Ecce, *Maria cælos aſcendit*,

Pſal. 79. 4. — Iob 29. 24. — Exod 34. 33. — Apoc. 1. 14. — Iob 28 6. — *Vulturis viſus iuſti viſus.*

Tertius Aſcenſus. §. DCCCCLIII.

SEquitur: Regina Angelos excedit. Sic itaque humana natura, in ea eſt honorata. Quæ enim per Euam ſub pedibus Sathanæ fuerat incuruata, per Mariam eſt ſuper choros Angelorum exaltata. Quam per Euam Diabolus traxerat in interitum, in Maria Angelorum præcedit meritum. Quæ per Euam facta eſt ignominioſa, præ Angelis in Maria facta eſt glorioſa. De primo, Dæmones dicebant: *Incuruare, vt tranſeamus.* Sed contra, *Exaltata eſt ſancta Dei Genitrix.* De ſecundo, per Euam, *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Sed contra, *Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Dicuntur autem filiæ, animæ adhuc in mundo militantes, & animæ iam cum Domino regnantes, & angelicæ Virtutes. De tertio: *Omnes, qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius.* Sed contra: *O quàm glorificata luce clareſcit Virgo ſuper choros Angelorum exaltata!*

Humana natura per Sathan incuruata quæ per Mariam ſuper Choros Angelorũ eſt exaltata. — Iſai. 51. 23. — Sap. 2. 24. — Prou. 31. 29. — Thren. 1. 8.

Quartus Aſcenſus. §. DCCCCLIV.

SEquitur, quomodo ad Filium accedit. *Gaudete*, ait, *quia cum Chriſto regnat in æternum.* Notandum, quòd regnantis eſt, habere purpuram, ex qua decorem claritatis: ſceptrum, ex quo rigorem poteſtatis: coronam, ex qua habet honorem maieſtatis: Per primum, iocundantes lætantur, quando *fulgebunt iuſti ſicut*

Matt. 13. 43.

cut Sol, in regno Patris eorum. Per ſecundum rebelles ſubiugantur, quando caro non concupiſcet aduerſus ſpiritum, & è conuerſo. Per tertium admirantes reuertentur, cùm dicetur: *Gloria & honore coronaſti eum*. Itaque mundo decedentem, cælos aſcendentem, Angelos excedentem, ad Filium accedentem, vocat Filia ſic: *Reuertere, reuertere, Sunamiti: reuertere, reuertere, vt intueamur te*. Ecce, per iſta quatuor, quater dicitur, *reuertere*. Itaque gaudete, ſi cùm ea mundo deceditis, per carnis mortificationem: cælum aſcenditis, per ſupernorum cognitionem: Angelos exceditis, per Dei contemplationem: Si ad Filium acceditis, ſuſpirantes ad eius exaltationem; vt intercedente Beata Virgine, cum ipſo regnemus, reuerentes eius maieſtatem.

Gal. 5. 17. *Pſal. 8. 6.* *Cant. 6. 17.*

Quad uplici Virginis aſcenſui, quater Reuertere correſpondet.

Triplex gradus Charitatis.
§. DCCCCLV.

Chriſtus cur Petrũ ter interrogauerit, an eum diligeret.

CVm interrogaret tertiò Dominus Petrum, vtrum amaret eum, tres nobis gradus oſtendit charitatis. Eſt charitas inſopotabilis, quia excitatur ſtimulis languoris; vnde, *Ego dormio, & cor meum vigilat*. item, *Nunciate Dilecto, quia amore langueo*. Eſt charitas inſeparabilis, quia ligatur vinculis dulcedinis; vnde: *Quis nos ſeparabit à charitate Dei?* &, *Trahe me poſt te*. Eſt charitas inſuperabilis, quia roboratur incendio feruoris. vnde: *Hac eſt vera fraternitas, qua nunquam potuit violari certamine*. item: *Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*. In primo, ſicut ſupra dictum eſt, tres habet anima ſolicitudines, quæ à ſolicitudinibus mundi eam retrahunt. Timet enim fœditatem impuritatis, ne Dilectus recedat, propter peccatum: vilitatem paupertatis, ne indignetur redire, propter inopiam virtutum: leuitatem inſtabilitatis, ne ex dilatione præmij cadat in tædium. In primo dicit: *Infixus ſum in limo profundi*. In ſecundo: Venit Dominus ad arborem fici, in qua quæſiuit fructum; & non inueniens, maledixit ei, & ſtatim aruit. De tertio: *Aſcendunt vſque ad cælos*, ſuperna præmia expectando; *& deſcendunt vſque ad abyſſos*, longa expectatione fatigando: *Anima eorum in malis tabeſcebat*: præ tædio; quia *Spes, quæ differtur, affligit animam*. Contra hæc tria quærebat ſponſa remedium. Contra primum: *Fulcite me floribus*, id eſt, puritate contra peccatum: *ſtipate me malis*, vt habeam copiam virtutum. *Læua eius ſub capite meo*, ne cadam in tædium. Ecce amor inſoporabilis. Amor inſeparabilis tribus ligatur vinculis, quia *triplex funiculus difficilè rumpitur*. Hæc ſunt dona naturæ, quibus creati: dona gratiæ, quibus recreati: promiſſa gloriæ, quibus ſumus reparati. De primo: *Inuiſibilia à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*. De ſecundo: *Si qua in Chriſto noua creatura: vetera tranſierunt*. De tertio: *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*. De his vinculis ait Propheta: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis*. Pro inſopotabili dictum eſt: *Si dederit homo, pro dilectione, omnem ſubſtantiam domus ſuæ; quaſi nihilum deſpiciet eam*. Pro inſeparabili dicitur: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*. Inſuperabilis eſt in illis charitas, qui ſunt in charitate radicati, & fundati, id eſt, ſolidati triplici feruore. Primus feruor eſt, vt eripiat homo animam ſuam à peccato: ſecundus, vt eripiat animam ſuam etiam à purgatorio: tertius; vt eripiat animam ſuam, & corpus, ab hoc miſerabili exilio; & ſic auferet prædam ſuam à diabolo. Propter hæc tria, cùm diceret Achis ad Dauid: *Vbi prædatus es hodie?* reſpondit: *Ad meridiem Iudæ*; quod dicitur *Confeſſio*: *ad Meridiem Ieramеel*, quod dicitur *Dei Miſericordia*: *& ad Meridiem Theni*, quod dicitur *Nidus meus*, vel *ærarium meum*, vel *poſſeſſio mea*. Conſcientia enim primo feruore liberatur per confeſſionem: ſecundò, per Dei, quæ eſt in cælo miſerationem; Corpus & anima ab hoc exilio, per adipiſcendæ æternæ beatitudinis feruorem. De primo: *Paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum*. De ſecundo: *Theſaurizate theſauros in cælo*. De tertio: *In terra ſua duplicia poſſidebunt*.

Cant. 5. 2. *Cant. 5. 8.* *Rom. 8. 35.* *Cant. 1. 3.* *Cant. 8. 6.*

Anima tres habet ſolicitudines.

Pſal. 68. 2. *Matt. 21. 19.* *Pſ. 106. 26.* *Pſal. 118.* *Prou. 19. 12.* *Cant. 2. 5.* *Cant. 8. 3.* *Eccle. 4. 12.* *Rom. 1. 20.* *2 Cor. 5. 17.* *Philipp. 3. 21* *Oſee 11. 4.* *Cant. 8. 7.* *Cant. 8. 6.* *1. Reg. 27. 10*

Iuda interpretatur. Ieramеel interpretatur. Theni interpretatur.

Pſal. 83. 4. *Matth. 6. 20* *Iſai. 61. 7.*

Cant. 8. 5.

Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.

Cap. XI.

Eccleſia fidelis ſuſcitata eſt ſub arbore Crucis, ſub qua per ſuſ delicatem corrupta fuit mater eius, Synagoga.

ARBOR Malus aptiſſimè lignum Crucis exprimit, in quo ipſe pependit. Sub hac ſuſcitauit Dilectus Synagogam, quam per fidem ſuæ paſſionis à perpetua morte reuocauit. Sub qua arbore corrupta ac violata eſt mater ac genitrix ipſius, maior ac ſenior, quæ principum ſuorum ſuaſione ſeducta, Barrabam elegit, ſtulta temeritate concla-
Matt. 27. 25. mans: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*. Et hæc quidem ſub cruce erat, non credendo, ſed huius ſuper nos vindictam pertinaciter imprecando. A cuius ſocietate Dominus credulam plebem ſecernens, hortatur, vt memoriam ſibi collatæ gratiæ in corde fixam teneant.

Tres ſunt Matres. §. DCCCCLVI.

TRes Matres nobis prædicat Eccleſia. Prima fuit Eua, mater generis humani: ſecunda, Synagoga, Eccleſiæ militantis: tertia, Maria, Mater Saluatoris. Eua nanque generis humani fuit initium; vnde dicitur *Mater omnium viuentium*. Synagoga in vmbra cognouit fidei ſacramentum; vnde, *Congregatio Gentium*. Maria, Chriſtum; qui eſt *Lux vera, quæ illuminat omnem homi-*
Ioan. 1. *nem venientem in hunc mundum*; vnde dicitur *Maris Stella*. In prima fuit obedientia rupta, quia fuit ſeducta. In ſecunda, fides corrupta, quia fuit incredula. In tertia, incorrupta, quia Spiritu ſancto obumbrata. De prima: *Timeo vt*
2. Cor. 11. 3. *ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto*.
Pſal. 77. 22. De ſecunda: *Quia non crediderunt in Deo, nec ſperauerunt in ſalutarieius*. De
Luc. 1. 35. tertia: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*. Prima, per lignum ſcientiæ boni & mali: ſecunda, per lignum ſanctæ Crucis: tertia, per lignum, quod eſt Sapientia Dei. Per primum, rupta ſunt fœdera inter hominem & Deum. vnde peccanti
Gen. 3. 17. dictum eſt: *Maledicta terra in opere tuo*. In ſecundo, Synagoga eſt corrupta, per
Crucis ſcandalum. vnde, *Verbum crucis* 1. Cor. 1. 18.
pereuntibus quidem ſtultitia eſt. Per tertium, Virgo manſit incorrupta, & incorruptibile fiet per eam genus humanum.
vnde: *Oportet corruptibile hoc induere* 1. Cor. 15. 53.
incorruptionem.

Virtus Crucis triplex. §. DCCCCLVII.

NOtandum, quòd ſub arbore Crucis citantur ſani, ſuſcitantur infirmi, reſuſcitantur mortui. Hi enim aliquid habent de antiqua Euæ arbore: Sani, duritiam, quâ tardi ſunt in deuotione: infirmi fatigantur tentatione: mortui delectantur iacere in ſua iniquitate. Sed primi per virtutem Crucis citantur, vt in
bono proficiant; quibus dicitur: *Ambu-* Ioan. 12. 35.
late dum lucem habetis. Infirmi ſuſcitantur, vt à tentationibus ſe excutiant; qui-
bus dicitur: *Fidelis eſt Deus, qui non* 1. Cor. 10. 13.
patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis. Mortui reſuſcitantur, ne quatriduani in ſepulchro remaneant; quibus
dicitur: *Surge, qui dormis, & exurge à* Epheſ. 5. 14.
mortuis: & illuminabit te Chriſtus. Pri-
morum duritia figurata eſt in Abraham, Gen. 18.
qui ſub duritia quercus exiſtens, id eſt, ſub ilice Mambre, citatus eſt angelica viſione, quando *tres vidit, & vnum adorauit*. Suſcitatio ab inquietatione ten-
tationum, figurata in Elia iacente ſub 3. Reg. 19.
iunipero, id eſt, aculeo tentatinnum; qui ſuſcitatur angelica viſitatione. Reſuſcitatio mortui, qui iacet in delectatio-
ne peccatorum, figuratur in Nathanaele Ioan. 1. 48.
iacente ſub ficu; vnde vocatus eſt à Domino; qui diu iacuerat in Legis peccato.

Arbor Moralis. §. DCCCCLVIII.

EST & moralis arbor; ſcilicet, iuſtitiæ; ſub qua anima refrigeratur. Hæc plantatur in terra bonæ voluntatis, radicatur in profundo humilitatis, creſcit per deſiderium, expandit ramos per exemplum, dat fructum boni operis, cibat eſurientem dulcedine contemplationis. De
hoc ligno dicitur. *Lignum habet ſpem:* Iob 14. 7.
ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant.

Ligna

Digitized by Google

Ligna ſunt tria. §. DCCCCLIX.

Ligni nomine aliquando Crux, aliquando Iuſtus, aliquando diuina ſapientia figuratur.

SIcut ait Gregorius in Moralibus, Ligni nomine aliquando crux, aliquando Iuſtus, aliquando incarnata Dei Sapientia figuratur. In Ligno Crucis habemus ſpem ſalutis. Quod verò de ligno hic dicitur, iuſtitiæ cuiuſlibet hominis aſſignatur. *Lignum habet ſpem* iuſtitiæ quia futuræ beatitudinis Iuſtus expectat retributionem. *Si præciſum fuerit, rurſum vireſcet*: cùm enim in morte paſſionis pro veritate iuſtus afficitur, in æternæ vitæ viriditate recuperatur; & qui hic virebat per fidem, ibi vireſcit per ſpem. *Et rami eius pullulant*, quia plerumque ex paſſione iuſti, fideles quique ad amorem cæleſtis patriæ multiplicantur, & viriditatem vitæ ſpiritualis accipiunt, dum hic pro Deo fortiter egiſſe gratulantur. Ex fructu iuſtitiæ anima cum ſuis virtutibus ſatiatur. Eſt lignum vitæ, ſecundùm formam hominis, Chriſtus in medio Eccleſiæ. Hoc habet *ſpem*, quòd *ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcet*: quia etſi Chriſtus occidi potuit, per reſurrectionis gloriam rurſus ad vitæ viriditatem venit. Huius rami *pullulant*, vt ex reſurrectionis gloria multiplicati, longe lateque fideles creſcant. Fructus huius arboris eſt caro Chriſti, & ſanguis. Hoc lignum, ſcilicet, *Sapientia Dei*, fuit ab æterno cibus Angelorum; incarnata, redemptio peccatorum; in reſurrectione, ſalus iuſtorum; in aſcenſione, conſummatio gaudiorum.

Crucis & Sanguinis Chriſti efficacia, à prioris, & poſterioris, æterna declaratur.

Cant. 8. 6.

Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.

Cap. XII.

1. Tim. 1. 5.

PONE *me ſuper cor tuum*, per cogitationem: *ſuper brachium*, per operationem; vt & intus ſit *charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta*; & cordis deuotio, per opera foris appareat, ad gloriam Dei. *Signaculum* ait: ſolemus enim in digito vel in manu, aliquid ligare, vt per hoc memores ſimus rei, quam propoſuimus agere. Hac ſimilitudine commonet nos Dominus, ſuorum mandatorum memores exiſtere: vnde de Lege, quam dedit, *Erit*, ait, *quaſi ſignum in manu tua*. Igitur Dilectus quaſi *ſignaculum ſuper cor* ponitur, cùm ea, quæ fecit, & docuit, in corde memoriæ tenemus. *Vt ſignaculum ſuper brachium* ponitur, quando ea, quæ de eo memorantur foris affectui mancipamus. Hoc ſignaculum, ſiue ſigillum, imaginem Dilecti habet, quæ triplex eſt.

Charitatem interius, & operationem exterius a ſponſa requiſiuit.

Exod. 13. 9

Imago Dilecti triplex. §. DCCCCLX.

EST enim Imago Diuinitatis, in qua facti ſumus, vt eſſemus. Eſt imago noſtræ infirmitatis, in qua refecti ſumus, vt boni eſſemus. Eſt imago glorificatæ Humanitatis, in qua perficiemur, vt beati ſimus. In prima, initiamur, formati in ea, & reformati: in ſecunda, promouemur conformati: in tertia, conſummabimur transformati. De prima: *Creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam*. &, *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ*. De ſecunda: *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui*. De tertia: *Reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur*. Prima ergo imago fuit Memoria, Intelligentia, Beneuolentia. Hæc eſt forma Trinitatis. Pater enim dicitur *Memoria*, ne quaſi vetuſtus, obliuioſus videatur. Filius, *Intelligentia*, ne quaſi puerulus, minus capax veritatis videatur. Spiritus ſanctus, *Beneuolentia*, ne nullus amor in illo eſſe putaretur. Igitur in his tribus creati ſumus, vt Deum memoremus, intelligamus, diligamus. Sed peccante primo homine, *Memoria* verſa eſt in obliuionem; vnde, *Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos*. *Intelligentia* in Ignorantiam; vnde, *Ignorantias meas ne memineris*. *Beneuolentia* in Cordis duritiam; vnde, *Dura ceruice, & incircunciſo corde, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis*.

Gen. 1. 27.
Epheſ. 4. 23.
Rom. 8. 29.
2. Cor. 3. 18.

Forma Trinitatis quo modo in tribus animæ potentijs conſiſtat.
Propter peccatum primi parentis, Imago Dei in nobis deformata, ſed per Chriſtum reformata fuit.

Pſal. 105. 21
Pſal. 24. 7.
Act. 7. 51.

De clauſo & aperto Signo.
§. DCCCCLXI.

Humilitas, velut quædã clauis, claudit in ſe theſaurum virtutum.

EST Signaculum clauſum, humilitas, & abiectio Iuſtorum; in quo clauditur theſaurus virtutum. Eſt ſignaculum ex parte apertum, Scriptura Prophetarum; in quo aperitur gratia Sacramentorum. Eſt ſignaculum iam reuelatum, Regnum cælorum; in quo reuelata eſt gloria Beatorum. De primo Iob: *Qui claudit ſtellas quaſi ſub ſignaculo.* Stellas appellat Virtutes. De ſecundo: *Dignus es, Domine, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.* De tertio in omni tribu filiorum Iſrael, erant *duodecim millia ſignati*, quaſi iam in gloria. Primum itaque eſt clauſum, quia virtutes ſuas includunt, vt vanam gloriam excludant. Secundum, ex parte manifeſtum, vt fideles in eo proficiant. Tertium, in via Iuſtis eſt reuelatum, vt illuc ardenter currant: beatis manifeſtum, vt iam de ſua gloria gaudeant.

Iob 9. 7.
Apoc. 5. 5.
Apoc. 7. 4.

Vbi portatur Signaculum.
§. DCCCCLXII.

Signaculum Chriſti, quomodo in corpore, in corde, & in fronte, portandum.

ITem, quidam portant ſignaculum Chriſti in corpore, ſeſe affligendo. Quidam in corde, Deum memorando, intelligendo, diligendo. Quidam in fronte, paſſionem Chriſti, & Crucis victoriam glorificando. Primum eſt ſignaculum noſtræ infirmitatis: ſecundum, in corde, Diuinitatis: tertium, in fronte, nunc prædicatio paſſionis, nunc glorificatæ Chriſti Humanitatis. De primo: *Stigmata Ieſu in corpore meo porto.*

Galat. 6. 17.

Triplex Imago. §. DCCCCLXIII.

Triplex Imago ſponſi in corde noſtro reſplendet.

TRiplex eſt Imago in corde. Creationis, quæ rationis: in qua creati. Recreationis, quæ gratiæ; in qua recreati. Similitudinis, quæ eſt Trinitatis; ad quam ſumus creati. In prima, it homo ad naturalem rerum cognitionem. In ſecunda, tranſit ad ſupernæ Ciuitatis ſpeculationem. In tertia pertranſit ad perfectam Dei dilectionem. Vnde, de corde dicitur: *Dediſti lætitiam in corde meo*, quia *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*; ſcilicet, claritas Filij tui, qui nos illuminat, renouans in nobis ſignaculum Diuinitatis; vt eius habeamus memoriam, intelligentiam, amorem. De fronte: *Nolite nocere terræ, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Quod intelligi poteſt de ſignaculo Crucis. De ſignaculo gloriæ: *Vidi Angelum aſcendentem ab ortu Solis, habentem ſignum Dei viui.* Vnde ait Dominus per Prophetam: *Aſſumam te, Zorobabel ſerue meus, & ponam te quaſi ſignaculum: quia te elegi, dicit Dominus.*

Pſal. 4. 7.
Apoc. 7. 3.
Apoc. 7. 2.
Agg. 2. 24.

De quadruplici Signaculo.
§. DCCCCLXIV.

Aliqui quadruplex ſignaculum diuerſimodè portant in fronte.

NOtandum, quod quidam in fronte portant ſignaculum Terreni, qui verbo & opere in ſe manifeſtant carnis illecebram: quidam ſignaculum Diaboli; qui ſuperbiam: quidam ſunt Chriſti crucifixi, qui prædicant Crucis ignominiam: quidam ſunt Chriſti glorificati; qui reſurrectionis gloriam. In figura primi Rex Ozias habuit lepram in fronte; qua eſt abiectus. In figura ſecundi, Golias lapidem in fronte accepit; qua eſt proſtratus. Populus Iſraeliticus, in figura tertij, accepit Thau, in fronte, id eſt, ſignum Crucis; quo eſt ab Exterminatore liberatus. In figura quarta Aaron laminam aureã habebat in fronte pendentem; in qua eſt ad Sacerdotium ſublimatus. In hac erat ſcriptum, *He, Iod, & Thau*, ſcilicet nomen tetragrammaton: quod ſonat, *Iſte principium paſſionis vitæ*. Nos verò, ſicut portauimus imaginem Terreni, portemus imaginem Cæleſtis. Primi ſunt inimici Crucis Chriſti; in quorum ſignaculo ſcriptum eſt: *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* In ſecundo ſcriptum eſt: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium; ſimilis ero Altiſſimo.* In tertio ſcriptum eſt: *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* In quarto ſcriptum eſt: *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuæ.* Formam ſignaculi oſtendebat nobis Propheta, vt eam nobis imprimeremus, cùm modum paſſionis eius ſic proponebat:

2. Par. 26. 19.
1. Reg. 18. 49.
Ezech. 9. 4.
Exod. 28. 36.
Iſai. 22. 13.
Iſai. 14. 14.
Gal. 6. 14.
Philip. 3. 21.

Quadruplex huius ſignaculi forma.
§. DCCCCLXV.

TRadidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit, vt non perirent. Audi-

Iſai. 53. 12.

diſtis mortis anguſtiam, in qua noſtrum
conſummauit defectum; vilitatis igno-
miniam, in qua cor Iudæorum apparuit
malitia infectum: fraternam compaſſio-
nem; in qua noſtrum quæſiuit profe-
ctum: charitatis perfectionem, in
qua oſtendit affectum. Ecce quomodo
Ioan. 11. vita moritur. vnde: *Moriatur vnus*
homo pro populo: Gloria confunditur;
Pſal. 105. 20 vnde, *Commutauerunt gloriam ſuam*
in ſimilitudinem vituli manducantis fœ-
num, dum inter latrones, tanquam in-
ter bruta animalia, crucifixerunt. Hanc
confuſionem figurauit Sol in Apocalypſi,
Apoc. 6. 12. qui factus eſt *tanquam ſaccus cilicinus*.
Sanitas infirmatur. vnde: *Sanitates ho-*
die perficio, & eras. ecce ſanitas. Au-
Luc. 13. 12. di infirmitates: *Vidimus eum quaſi lepro-*
Iſai. 53. 4. *ſum, & percuſſum à Deo, & humilia-*
tum. Verè languores noſtros ipſe tulit, &
dolores noſtros ipſe portauit. Ipſe fuit Eli-
ſeus, qui mortuum proiectum in ſepul-
chro ſuo, in quo iacebat, ſuſcitauit.

Chriſtus velut Eliſeus mortuum in ſepulchro ſuo proiectum ſuſcitauit.

Triplex Dei deprecatio.
§. DCCCCLXVI.

MAieſtas tripliciter deprecatur. De-
precatur peccatorē, vt reſipiſcat. vn-
Iſai. 45. 22. de, *Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad*
Ezech. 18. 31. *vos. Quare moriemini, domus Iſrael?* Hic
Tob. 12. eſt Angelus, qui tractabat de ſanitate To-
biæ. Deprecatur Iuſtum, vt proficiat.
vnde: *Venite filij, Audite me.* Hic eſt
Pſal. 33. 12. Angelus *habens thuribulum in manu ſua,*
Apoc. 8. 3. *ſtans iuxta altare* throni, id eſt, cor Iu-
ſti. Deprecatur Patrem, vt peccatori
Luc. 23. 34. indulgeat; *Pater ignoſce illis*: Iuſto gra-
tiam augeat; vnde: *Rogabo Patrem*
Ioan. 14. 16. *meum, & alium Paraclytum dabit vobis,*
Exod. 25. 22. *vt maneat vobiſcum*. Hinc eſt quòd duo
Cherubim, qui dicitur *Plenitudo ſcien-*
1. Ioan. 2. 2. *tia*, erant ſuper Propitiatorium, id eſt,
Chriſtum, qui factus eſt *propitiatio pro*
peccatis noſtris, quia pro nobis ſupplicans
Patri.

Quibus rebus hoc Animæ *nomen com-*
petat. §. DCCCCLXVII.

DIcitur Anima, inuiſibilis Subſtantia,
qua homo conſiſtit: Temporis præ-
ſentis vita, qua viuit: Senſualitas, qua
concupiſcit: Res dilecta, quam concupi-
Pſal. 21. 31. ſcit. De prima: *Anima mea illi viuet*. De
Act. 20. 24. ſecunda: *Nec facio animam meam pre-*
Pſal. 118. 20. *cioſiorem me*. De tertia: *Concupiuit ani-*
ma mea deſiderare iuſtificationes tuas.

Quatuor in nobis, quæ Anima dicitur.

De quarta Iſaias: *Peccauit anima tua,*
Deus: id eſt, Gens, quam diligebas ſi-
cut animam tuam. Primam Chriſtus de-
poſuit in morte, quando ſeparata eſt à
corpore. vnde: *Poteſtatem habeo ponen-* *Ioan. 10. 18.*
di animam meam. Secundam tradidit
in mortem. vnde: *Tradidit in mortem* *Iſai. 53. 12.*
animam ſuam. Tertia contriſtata eſt
vſque ad mortem. vnde: *Triſtis eſt ani-* *Matt. 26. 38.*
ma mea vſque ad mortem. Quarta redem-
pta eſt à morte. vnde: *Gaudebunt labia* *Pſal. 70. 23.*
mea, dum cantauero tibi; & anima mea,
quam redemiſti. Dicitur Anima ipſe Ho-
mo. vnde: *Anima, quæ non fuerit affli-* *Leu. 23. 29.*
cta die hac, peribit de populis ſuis.

De Chriſti ſecunda Anima.
§. DCCCCLXVIII.

SEcundam Animam reddidit, Pater,
morti exponendo; in quo oſtendi-
tur eius largitas. Tradidit Chriſtus Pa-
tri, obediendo; in quo eius charitas.
Tradidit Iudas Iudæis pro precio; in quo
eius iniquitas. De primo: *Proprio Filio*
ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus *Rom. 8. 32.*
tradidit illum. Ab eo enim Chriſtus tra-
ditus eſt, *propter delicta noſtra*. De ſe- *Rom. 4. 25.*
cundo: *Tradidit in mortem animam* *Iſai. 53. 12.*
ſuam. De tertio, ipſe Chriſtus Iudæ:
Iuda oſculo tradis filium hominis? Pater *Luc. 22. 48.*
ergo tradidit Filium, tanquam precium,
ad redimendum. Filius ſe tradidit, qua-
ſi hoſtia ad immolandum. Iudas tradi-
dit, quaſi lupus ad deuorandum. De
primo: *Redemptionem miſit populo ſuo.* *Pſal. 110. 8.*
Ipſe eſt enim Aries, quem ſuppoſuit ad
immolandum pro Iſaac: Humanitas pro
Diuinitate. De ſecundo: *Oblatus eſt,* *Iſai. 53. 7.*
quia ipſe voluit. Diuina quippe ſapien-
tia incarnata, fuit filia Iephte, quæ ſpon- *Iudic. 11. 34.*
te ſe obtulit, patri ſuo occurrens de præ-
lio reuertenti. Iephte dicitur *Aperiens*:
hic deſignat patres, ex quibus ſecun-
dùm carnem, aperitur fides. De tertio:
Fera peſſima deuorauit filium meum *Gen. 37. 33.*
Ioſeph. Ioſeph, qui *Augmentum* dici-
tur, eſt Chriſtus, qui proficit *ætate &*
ſapientia apud Deum, & homines, & nos
in ipſo, & per ipſum in bonis augemur:
In cuius venditionis figura, fratres Io- *Gen. 37. & 39.*
ſeph ipſum vendiderunt Iſmahelitis; &
duxerunt eum Iſmahelitæ in Ægyptum,
quod dicitur *Tenebræ*. Venditus enim
Chriſtus à Iuda, in tenebras mortis ſepul *Luc. 2. 53.*
chri inferni deuenit. Ecce quomodo Vi-
ta moritur. Sequitur, quomodo Gloria
confunditur. Conſideremus ergo cau-
ſam, pro qua patitur; quæ eſt, pro ſcele-

Secundam Chriſti animā tres tradiderunt, Pater, ipſe Chriſtus, & Iudas.

Humanitas Chriſti filiæ Iephte aſſimilatur.

Iephte interpretatur.

Ioſeph interpretatur.

Ægyptus interpretatur.

raris ſub qua patitur; ſcilicet,
ſub ſceleratis: latronem, cum quo pati-
tur; ſcilicet, cum ſceleratis. In primo
oſtenditur opus diuinæ dignationis, vt
Deus ampliùs diligatur. In ſecundo,
innocentia ſubiectionis, ne homo ſubij-
ci dedignetur. In tertio, exemplum hu-
miliationis, ne quiſquam extollatur. Au-
di, quomodo paſſus eſt pro ſceleratis:
Iſai. 53. 5. *Vulneratus eſt propter delicta noſtra.*
Iſai. 53. 12. Audi, à quibus: *Animæ impiorum fre-
muerunt aduerſum me.* &, *Cum ſceleratis
reputatus eſt.* Ecce, quomodo Gloria
confunditur. Sequitur, quomodo Sani-
tas infirmatur: cum eſſet Deus, factus
eſt homo, vt peccata noſtra portaret.

Quæ ex Christi paſſione nobis manaue-rint. §. DCCCCLXIX.

SEd notandum, quod diſtulit vindi-
ctam, ad pœnitentiam patienter ex-
pectando: tulit pœnam, inſufficientiam
noſtram ſupplendo: abſtulit culpam, ab
omni inquinamento carnis & ſpiritus
emundando: contulit gratiam, qua pro-
ficiamus in bono: retulit ad patriam
ouem, quæ errauerat, ad gregem repor-
Rom. 2. 4. tando. De primo: *Quia patientia Dei
ad pœnitentiam te adducit.* De ſecundo:
Iſai. 53. 6. *Dominus poſuit in eo iniquitates omniū
Pſal. 84. 3. noſtrum.* De tertio: *Remiſiſti iniquita-
tem plebis tuæ.* De quarto: *Captiuam
duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.*
Deut. 32. 11. De quinto: *Expandit alas ſuas, & aſ-
ſumpſit eum, atque portauit in humeris
ſuis.* Exemplum primi fuit, quòd Pe-
trum increpauit, quia abſcidit aurem — Cur Chriſtus Petrum increpauerit, quando abſcißit ſerui Principis.
ſerui, vt reſeruaretur ad pœnitentiam.
Secundi, Samaritanus, qui vulneratum
à latronibus duxit in ſtabulum. Tertij,
quòd leproſos mundauit, pedes Diſci-
pulorum lauit. Quarti, quòd quinque
panibus turbam pauit. Quinti, quòd cru-
cem ſuam ipſe tulit, per quam, quaſi per
ſcalam, ad cælum nos retulit. Ecce fra-
terna compaſſio. Sequitur charitatis per-
fectio, qua *pro tranſgreſſoribus rogauit,* Iſai. 53. 12.
vt non perirent. Tranſgreſſorum qui-
dam aggrediuntur profundum malorum: — Trāſgreſſorū, pro quibus Chriſtus rogauit, triplex genus.
quidam digrediuntur per opus malum,
monſtrando exemplum: quidam regre-
diuntur compuncti, ad pœnitentiæ fru-
ctum. Pro his tranſgreſſoribus rogauit.
Pro primis, ne cadant in tentationem, Matth 6. 12.
ſic: *Dimitte nobis debita noſtra.* Pro ſe-
cundis, ne remaneant in obſtinatione,
ſic: *Ne nos inducas in tentationem*: id eſt,
intus ducas; ſcilicet, in profundum ma-
lorum. Pro tertijs, ne alios corrumpant
prauo opere, ad ſepulchrum Lazari, di-
cens: *Gratias tibi ago, Pater, qui a ſemper* Ioan. 11. 41.
me audis. Pro quartis, vt proficiant in ſatiſ-
factione, ſic: *Pater ſanctifica eos in no-* Ioan. 17. 11.
mine tuo, quos dediſti mihi. Forſitan
pro his quatuor ait Apoſtolus: *Volo in* 1. Tim. 2. 1.
*Eccleſia fieri orationes, obſecrationes, po-
ſtulationes, gratiarum actiones.* Ecce
charitatis perfectio. Sed eſt perfecta,
offenſam dimittere: perfectior, pro ini-
micis orare: perfectiſſima, eis bene face-
re. Primum fecit Chriſtus in Maria Mag-
dalene: ſecundum, in hac oratione: ter-
tium, ſeipſum dando pro peccatoribus
in ſua paſſioue.

Cant. 8. 6. Quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio. Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Cap. XIII.

FORTITVDO hæc
dilectionis, & in capite,
& in membris oſtendi-
tur. In capite, *Fortis
vt mors dilectio,* qua nos
ipſe dilexit, vt mortem
pro nobis ſuſtineret. vn-
Ioan. 15. 13. de: *Maiorem hac dilectionem nemo habet,
vt animam ſuam ponat quis pro amicis
ſuis.* Æmulatione, qua nos æmulatus
eſt: *Dura ſicut infernus æmulatio*: Du- — Similitudo de Chriſti amore cum inferno.
ra ſicut infernus, quia nullis aduerſita-
tibus potuit à noſtra cura reuocari; ſicut
nec infernus à cruciatibus miſerorum po-
teſt mitigari. *Lampades ignis, atque flam-
marum*; id eſt, dilectionis, ſunt corda
Ele-

Electorum corda, ſunt lampades ignis atque flammarum.

Electorum, quæ totis viribus amori Factoris ſui ſe ſubijciunt & proximos ſuos vt ſeipſos diligunt. Iſtæ lampades, *ignis* ſunt, quo interiùs ardent; *& flammarum*, quibus exteriùs lucent. Lampas ignis erat, qui dicebat: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via?* Lampadem docebat nos Dominus, dicens: *Luceat lux veſtra coram hominibus*. — Luc. 24. 32. — Matth. 5. 16.

Aquæ, & flumina, quæ nō poſſunt extinguere charitatem, ſunt tentationum incurſus.

Aquæ multæ, quæ non poſſunt *extinguere charitatem*; & *flumina*, ſunt incurſus tentationum, quæ vue viſibiliter, ſiue inuiſibiliter, animas impugnant fidelium, ſed non mouentur corda, quæ ſunt in charitate radicata, & fundata; ſicut ſcriptum eſt: *Cùm tranſieris per ignem, tecum ero, & flumina non obruent te*. Et de domo fundata ſupra petram, ſcriptum eſt: *Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit*. — Iſai. 43. 2. — Matth. 7. 27.

Hìc quinque dantur Charitati.
§. DCCCCLXX.

IN his quinque clauſulis quinque charitati attribuuntur. Primo, dicitur *Fortis*; in quo habet patientiam contra illatam paſſionem. vnde: *Charitas patiens eſt*. Secundò, *Dura*; in quo continentiam contra vitæ mollitiem. vnde ait: *Oro vt charitas veſtra magis ac magis abūdet in ſcientia, & in omni ſenſu: vt probetis potiora*. Tertiò, *Ignea*; in quo feruorem contra Aquilonis pigritias; & ſplendorem contra ignorantiam. De feruore: *Omnia ſuffert*. De ſplendore: *Benigna eſt*. Benignitas enim eſt largitas rerum, quæ ædificat alios, cùm videt aliquem propria indigentibus erogare. Quartò, *Inextinguibilis*; in quo prudentiam contra mundanæ ſolicitudinis turbulentiam. vnde: *Charitas non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt*. Magna eſt enim prudentia, in ſolicitudine temporali ſic agere, vt pro Deo dignitates non ambiat, nec etiam omnia ſua repetat. Quintò, *Immobilis* contra animi inconſtantiam; in quo habet perſeuerantiam. vnde: *Charitas nunquam excidit*. — 1. Cor. 13. 4. — Philipp. 1. 9. — 1. Cor. 13. 4 & 7. — 1. Cor. 13. 5. — 1. Cor. 13. 8.

Tres gradus fortis Charitatis.
§. DCCCCLXXI.

SEd eſt Charitas fortis; eſt fortior; eſt fortiſſima: vt ſcilicet erigamus eam in quandam arborem. Dicamus, quòd ſit fortis in radice; fortior in ſtipite; fortiſſima in cacumine. Habet enim radicem in propoſito: ſtipitem in experimento: cacumen in flagellorum gaudio. De primo: *In charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere, quæ ſit latitudo, longitudo, & ſublimitas, & profundum*. De ſecundo: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* De tertio: *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti*. Charitas eſt, qua in tribulatione gaudemus: ſuper omnem ſcientiam eſt. Audi Dauid in radice, ſcilicet in propoſito fortem: *Diligam te, Domine, virtus mea*. Audi Iob in ſtipite, id eſt, experimento, fortem. *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo*. Audi poſitos in cacumine, id eſt, in tribulationis gaudio: *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*. Hæc eſt fortis *vt mors*, quia in hac temporalem vitam impendebat. Sequitur: *Dura ſicut infernus æmulatio*.

Charitas quomodo ſit fortis, fortior, & fortiſſima. — Epheſ. 3. 17. — Rom. 8. 35. — Epheſ. 3. 19. — Pſal. 17. 1. — Iob 13. 15. — Act. 5. 41.

Tres gradus duræ Charitatis.
§. DCCCCLXXII.

CHaritas eſt dura, in reſecanda ſuperfluitate: eſt durior in coarctanda neceſſitate: eſt duriſſima in relinquenda voluntate. De his Apoſtolus: *Argue*, ad reſecandam ſuperfluitatem: *Obſecra*, ad coarctandam neceſſitatem: *Increpa*, vt relinquat voluntatem. De primo, in Lege ſcriptum eſt: *Cùm ceperis captiuam; ſi volueris habere vxorem, radet omnes pilos carnis ſuæ*, id eſt, ſuperfluitates. De ſecundo: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*: ſcilicet, neceſſaria corporis ſubtraho. De tertio: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*. Omnia reliquit, ſic ait Expoſitor, qui nec habendi voluntatem retinuit. In his tribus diuitijs perſecutor noſter diabolus occiditur. Forſitan, iſtæ ſunt tres lanceæ, quibus Abſalom perſequēs patrem ſuum, occiſus eſt. In figura horum trium, tres duras punctiones ſuſtinuit Chriſtus in cruce. Punctus eſt clauis in manibus, & pedibus: ſpinis in capite: lancea in latere. In manibus & pedibus punctus eſt, quaſi deſignans reſecanda eſſe operum noſtrorum ſuperflua. In capite, vbi vigent ſenſus; vt oſtenderet nos debere inhibere ſenſus noſtros, etiam à ſua neceſſitate. In corde, vbi eſt ſenſus volunta-

Charitas aliquando dura, aliquando durior, aliquando duriſſima. — 2. Tim. 4. 2. — Deut. 21. 11. — 1. Cor. 9. 27. — Matt. 19. 27. — 2. Reg. 18. 14. — *Cur Chriſtus in cruce punctus fuit in manibus, & pedibus ſpinis in capite, & lancea in latere.*

tatis, vt nos doceret propriam voluntatem de corde noſtro debere expellere. Hæc charitas eſt *dura ſicut infernus*, qui damnatos cruciat, non penitus occidit. In hac enim duritia nos cruciare, non penitus occidere, debemus.

Chriſtus quomodo dicatur dura ſicut infernus.

In Lampade quatuor.
S. DCCCCLXXIII.

SEquitur Charitas ignea. Sed notandum, quod dicitur, *Lampades eius, lampades ignis atque flammarum*. In lampade quatuor inueniuntur. Lampas enim vas eſt clarum, intus habet oleum: oleum verò mittit ignem, qui dat feruorem & ſplendorem. In lampade igitur cor purum intelligitur: in oleo deuotio: in calore ignis, feruor deſiderij: in ſplendore, exemplum proximorum, & ſpeculatio ſupernorum. Talis lucerna erat Ioannes, *ardens & lucens*. Lampas erat cor mundum, deuotio oleũ: *ardorem* habebat in corrigendo, in conuerſando, in diligendo: *Lucens* docendo, lucens Chriſtum oſtendendo, lucens cæleſtia ſpeculando. Illa Magdalena, ad pedes Chriſti lacrymando, lampadem, id eſt, cor ſuum purificando, aromata ſepulturæ præparando, deuotionem comparabat: ad ſepulchrum frequenter curſitando, ardorem deſiderij oſtendebat. Quantò illuminata eſt, quando Chriſtus in ſpecie hortulani ei apparuit! In primo igitur Dilecto hoſpitium præparamus: in ſecundo, cum gaudio expectamus: in tertio, venienti occurrimus: in quarto, pulſanti cum lucernarum claritate aperimus. Et apud Ezechielem, *Erat ſimilitudo animalium, quaſi carbonum ignis ardentis, & quaſi aſpectus lampadarum*. Si vis lampadem id eſt, cor mundare, audi: *Emundate manus, peccatores; & purificate corda, duplices animo*. Reſpice mulierem, quæ præcepto Eliſei oleum infudit; vt habeas oleum deuotionis. Hæc mulier eſt recens dilectio, quæ in principio habet modicum olei; id eſt, deuotionis; in domo ſua, id eſt, in corde: filius eius eſt opus exterius, quod vaſa cordium præparat.

Charitas lãpas ardens. — Ioan. 5. 35. — *Io. Baptiſta, quomodo lucerna dicebatur.* — Ioan. 20. 15. — Ezech. 1. 13. — Iacob. 4. 8. — 4. Reg. 4. 4. — *Recens caritas eſt ſicut Eliſei mulier.*

Triplex Ignis vtilitas.
S. DCCCCLXXIV.

IGnis verò adtria tibi prodeſt: conſumit culpam: accendit pigritam: illuminat ignorantiam. De primo: *Deus noſter, ignis conſumens eſt*. De ſecundo: *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, niſi vt accendatur?* De tertio: *Expandit nubem in protectionem eorum: & ignem, vt luceret eis per noctem*. Item de primo: *Ignis hoſtes tuos deuoret*; id eſt, motus illicitos. Sequitur de immobili & inextinguibili charitate.

Hebr. 12. 29 — Luc. 12. 49. — Pſ. 104. 39. — *In charitate tres ignis effectus repenuntur.* — Iſai. 26. 11.

Charitas inextinguibilis, & immobilis.
S. DCCCCLXXV.

INextinguibilis eſt, quæ ita prudenter ſatrum vtilitatem adminiſtrat, vt nimia ſolicitudo, furtim & paulatim ſubripiens, inuiſibiliter non ſubuertat. Iſtæ enim tentationes, *Aqua* ſimpliciter dicuntur. Immobilis verò eſt charitas, quam impetus violentæ & apertæ tentationis non poteſt à conſtantia ſua mouere: quæ tentatio in hoc loco nomine *Fluminis*, appellatur. De his Iob: *Mons cadens defluit, & ſaxum de loco ſuo transfertur. Lapidem excauant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur*. *Mons* enim eſt homo ſublimis in charitate; ſed, ſi prudentia careat, illa defluit. Sic *terra* montis, aquis furtiuis & aſſiduis corroditur. Hoc eſt, quod dicit: *Alluuione paulatim terra conſumitur*. *Saxum* verò dicitur homo fortis & conſtans in charitate: ſed aſſiduus impetus tentationum, ſua proteruitate, quaſi fluuius aſſiduus, concauat, donec vno impetu tandem cadat. Vnde eſt iſtud, quod dicitur: *Lapidem excauant aqua*. Sed, ſi fuerit prudens & conſtans charitas, *aqua multa non extinguunt, nec flumina obruent eam*.

Iob 14. 18. — *Caritatem fortem flumina tentationum non impellunt.*

Si

Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione; quaſi nihil deſpiciet eam. Cap. XIV.

Cant. 8. 7.

In duabus re bus, quibus regnum cælorum ſimile dicitur, vera charitas oſtenditur.

IN Apoſtolis, & eorum ſequacibus, quàm vera ſit hæc ſententia, patens eſt; qui pro dilectione Dei, omnia, quæ in mundo habebant, reliquerunt, & nil perdidiſſe ſibi viſi ſunt, dummodo in cælo vera bona perceperunt. Quod duabus parabolis in Euangelio oſtendit Dominus: *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro*, & alia: *Simile eſt regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas*. In quibus omnia debere dari pro dilectione, oſtenditur.

Matt. 13. 44 & 45.

Triplex Domus, & ſubſtantia triplex. §. DCCCCLXXVI.

TRes ſcimus eſſe domos, in quibus triplex eſt ſubſtantia, quæ datur pro dilectione. Prima, eſt domus pecuniæ: ſecunda diſciplinæ: tertia ſapientiæ. De prima Apoſtolus: *In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia.* De ſecunda: *Qui habitare facit vnius moris in domo*. De tertia: *Sapientia ædificauit ſibi domum*. Prima ex lignorum & lapidum materialium rudi materia habens fundamentum: in qua ſunt ſubſidia temporalium bonorum. vnde: *Moue buntur omnia fundamenta terræ*. Secunda, eſt domus religionis, ex fratrum concordia; in qua Chriſtus fundamentum; quo refrenatur luxuria corporum. vnde: *Bene fundata eſt ſupra firmam petram*; & et ſapiens architectus fundamentum poſuit. Tertia, eſt domus ſpiritualis in ſecreto cordis, ex virtutum conſonantia; cuius fundamentum Charitas, quæ dicitur Spiritus ſanctus: in qua cuſtoditur theſaurus virtutum; quam ipſe fundauit Altiſſimus. vnde, *In charitate radicati & fundati*. Et Iſaias: *Sternam per ordinem lapides tuos*; id eſt, virtutes ordinabo in te; & addit: *Et fundabo te in ſapphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos*. Sapphirus, cæli habens colorem, deſignat charitatem, in qua fundantur cæteræ virtutes; & cæleſtis eſt origine. *Iaſpis* virentis coloris, fidei virorem deſignat. Hic ponitur in propugnaculis, quia verè fides dæmones expugnat. vnde: *Sancti per fidem vicerunt regna*. *Lapides ſculpti*, ſunt patientia. In his ſunt *portæ*, quia patientia tanquam portararius, cuſtos eſt virtutum. Super ſecundum autem fundamentum, ſcilicet Chriſtum Apoſtoli, ſuperædificauerunt *Aurum*, id eſt, Chriſtianos charitate feruidos; *Argentum*, ſcilicet diuini eloquij ſonoros, & nitidos: *Lapides precioſos*, operibus virtutum conſpicuos: & infirmiores, qui *ligna*; ſcilicet ad opera miſericordiæ aliquantulum duros: *Fœnum*, ſcilicet, in carne ſua terrenos: *Stipulam*, ſcilicet, aliquantulæ leuitati deditos: Qui tamen ſaluabuntur, fundamenti merito.

2. Tim. 2. 20

Pſal. 67. 7.

Prou. 9. 1.

Triplicem ſubſtantiam, quæ in tribus domibus manet, pro dilectione Dei erogare debemus.

Pſal. 81 5.

Epheſ. 3. 17.

Iſai. 54. 11.

Sapphirus quia cæleſtis coloris charitatem ſignificat.

Fides vera dæmones expugnat.

Hebr. 11. 33.

1. Cor. 3. 12.

Patientia eſt cuſtos virtutum.

Quid in his tribus comeditur. §. DCCCCLXXVII.

IN prima domo comeditur cibus materialis, pro neceſſitate, vnde, *In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt*. Hæc pro neceſſitate corum. In ſecunda, Agnus paſchalis, cum ſobrietate. vnde: *In eadem domo comedetis illum*. Sed quo modo? cum ſobrietate. Audi: *Renes veſtros accingetis*; contra luxuriam; *calceamenta habebitis in pedibus veſtris*; contra terrenorum affluentiam; *tenentes baculos in manibus*; vt defenſionem habeatis contra dæmonum violentiam. In tertia: *Riuulos torrentis mellis & butyri*; in ebrietate. vnde: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ; & torrente voluptatis tuæ potabis eos*. In prima ergo domo eſt ſubſtãtia tẽporaliũ bonorũ: in ſecunda, ſubſtantia corporũ: in tertia, ſubſtantia virtutum, aliquando has autem ſubſtantias poſſumus habere contra charitatem: aliquando ſine charitate: aliquando damus pro charitate. Temporalia expendimus contra charitatem; ſicut ille prodigus filius, cum meretricibus luxurioſè viuendo. vnde: *Epulati eſtis ſuper terram, & in delicijs enutri*

Luc. 10. 7.

Exod. 12. 8. & 11.

Iob 20. 17.

Pſal. 35. 9.

Iac. 5. 5.

1 Ioan. 3. 17. *triſtiſcorda veſtra.* Item: *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua: quomodo charitas Dei manet in illo?* Corpora noſtra, bonis eorum abutendo; vt de fortitudine aut pulchri-
Prou. 31. 30 tudine ſuperbiendo. vnde: *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.* Subſtantiam virtutum, de ipſis vanè gloriando. vnde:
1. Cor. 4. 7. *Quid habes, quod non accepiſti?*

Sine charitate vtuntur, ſicut ij, qui bona ſua dant amicis ſuis, non propter Deum, ſed propter carnalem amorem; proprio corpore præſtant alijs obſequiū; propter vrbanitatem; ſubſtantiam virtutum habent, propter ſolam conſuetu-
1. Cor. 13. 1. dinem, vnde: *Si linguis hominum loquar, aut angelorum, charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et, ſi habuero omnem ſcientiam; &, ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam; charitatem autem non habuero: nihil ſum.* Ecce virtutes ſine charitate. *Et, ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas;* ecce de bonis temporalibus ſine charitate. *Et, ſi tradidero corpus meū ita vt ardeam;* ecce ſubitantiam corporis ſine charitate.

His autem tribus ſubſtantijs vtimur, dando; pro charitate, quaſi nihilum deſpiciendo: ſcilicet, cùm bona temporalia pro Deo relinquimus: cùm corpus noſtrum martyrio exponimus: cùm virtutes noſtras Deo, non nobis, imputamus. De primo ait Apoſtolus: *Quæ mihi fuerunt lucra, facta ſunt detrimenta propter Chriſtum.* De ſecundo: *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateant.* De tertio: *Gratia Dei ſum id, quod ſum.* Contra charitatem igitur vtentes; ad inferiora trahimur. vnde: *Subſtantia mea in inferioribus terræ.* Sine charitate, pro nihilo reputamur. vnde: *Subſtantia mea tanquam nihilum ante te.* Cum charitate apud Deum ſubleuamur. vnde, *Et ſubſtantia mea apud te eſt.*

Triplicem ſubſtantiam nempe noſtri corporis, rerū temporaliū, & virtutū, quaſi nihilū propter charitatem deſpicere debemus.
Philipp. 3. 7.
1. Cor. 15. 10
Pſal. 138. 15
Pſal. 38. 6. & 8.

Cant. 8. 8.

Soror noſtra, paruula, & vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtræ, in die, quando alloquenda eſt?

Cap. XV.

Chriſtus magna charitate vocat Eccleſiam ſororem ſuam, & Sinagogā.

MAGNA diſpenſatio charitatis! Dominus Eccleſiam vocat Sororem, & ſororem Synagogæ, vt eadem Synagoga & ſororem ſui Conditoris, per gratiam eſſe factam recoleret, & de addita ſuæ germanæ gratia & ſocietate gauderet. Sed quia, adhuc nouella, conſolatione indiget, quaſi de eius ſalute conſulens, addit: *Quid faciemus ſorori noſtræ paruulæ, in die quando alloquenda eſt?* Alloquitur Dominus Eccleſiam, cùm eam de ſalute perpetua, ſiue per occultam ſui ſpiritus illuſtrationem, ſiue per apertam prædicantium vocem, admonet: *Quid faciemus ſorori noſtræ paruulæ, in die quando alloquenda eſt?* ſcilicet, in aduentu meo in carnem: alloquendo in quantum per me, tum per Apoſtolos, tum per Patres.

Alloquitur ſponſus Eccleſiam, ſiue per ſecretam, ſiue per publicam prædicationē.

Hic quatuor notantur.

§. DCCCCLXXVIII.

HIc quatuor notanda. Eccleſia dicitur *Soror*: dicitur *Parua*: dicitur *non habens vbera*: dicitur *Alloquenda*. *Soror* Chriſti facta eſt, gratiæ participatione, qua ipſe noſtram aſſumpſit Humanitatem, & nos filios Dei fecit per adoptionem, vnde: *Apparuit gratia Dei* Tit. 2. 11.
Saluatoris noſtri omnibus hominibus. *Parua*, recenti conuerſione, creuit per baptiſmum, & Chriſti creationem. vnde: *Quaſi modò geniti infantes, rationa-* 1. Pet. 2. 2.
biles ſine dolo lac concupiſcite. *Non habens vbera*, quia lactis eſt particeps, & expers ſermonis iuſtitiæ. Sed cœpit vbera habere per Apoſtolorum vocationem; vnde iam creſcebant vbera, cùm diceret:
Venite poſt me; faciam vos piſcatores ho- Marci 1. 17.
minum. *Alloquenda eſt*, vt tranſeat ad nuptias Dilecti, & ſic proficiat in prolis procreatione. Tranſeat per paſſionem, concipiat per ſancti Spiritus miſſionem, pa-

Digitized by Google

pariat per Apoſtolorum prædicationem. Tranſiuit, cùm eam deſponſauit *vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto:* Fœcundata eſt per ſancti Spiritus gratiam ſeptiformem. Peperit, vnde dictum eſt: *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* *Soror* fuit per prædeſtinationem: *Parua* creuit per vocationem: *Vbera* aſſumpſit per iuſtificationem: *Allocuta*, & facta ſponſa per magnificationem. *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit*, ait Apoſtolus: *Quos verò vocauit, hos & iuſtificauit: quos iuſtificauit, illos & magnificauit.*

2. Cor. 11. 2. — *Marci 16. 15.* — *Rom. 8. 30.*

Moraliter ad quatuor. §. DCCCCLXXIX.

MOraliter anima Iuſti, *ſoror* fit Dilecti per obedientiam, faciendo Dei voluntatem, ſicut Chriſtus *factus eſt obediens vſque ad mortem.* vnde: *Qui facit voluntatem meam, ille meus filius, & ſoror, & mater eſt.* *Paruula* eſt, ſe nullius momenti reputando, per humilitatem: ſed magnificatur, quia eam Deus exaltat per remunerationem. vnde: *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* *Vbera non habet*, dum conuerſationem ſuam bonam, & mores, foris oſtendere, ad aliorum ædificationem, non curat; timens ne aſcendat in elationem: ſed Dominus contra hæc ſuam ei, per quam ſecura ſit, dat benedictionem. Inde Iacob ad filium ſuum Ioſeph: *Deus patris tui erit adiutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, & benedictionibus abyſſi iacentis deorſũ, & benedictionibus vberũ, & vuluæ.* Benedictio *deſuper*, eſt amor Dei, & eſt in dextro vbere. Benedictio *abyſſi iacentis deorſum*, eſt timor inferni, & eſt in ſiniſtro vbere. Sed ſicut puer priùs in vulua concipitur, deinde naſcitur, & lactatur: ſic timor & amor, priùs in ſecreto cordis deliberantur, deinde foris alijs verbo & opere, quaſi ex operibus manantes oſtenduntur. Poſtmodum Dilectus eam alloquitur, vt ad nuptias eius transducatur. Ecce, iam *adſtitit regina à dextris.*

Philipp. 2. 8. — *Matt. 12. 50.* — *Gen. 49. 25.* — *Pſal. 44. 10.*

Profectus in allocutione Chriſti. §. DCCCCLXXX.

IAm verò ſic Dilectus alloquens, inſtruit vt mandata Dei audiat, audita intelligat, intellecta obediat, obediendo carnalia relinquat, mundum abijciat. Hoc eſt, quod hoc verſiculo comprehendit. *Audi filia*; ecce primum; *& vide*; ecce ſecundum; *& inclina aurem tuam*; ecce tertium; *& obliuiſcere populum tuum*; ecce quartum; *& domum patris tui*; ecce quintum: & ſic *concupiſcet rex decorem tuum*, & aſſumet te in coniugium. De hoc enim coniugio dictum eſt: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Reliquit enim Chriſtus Patrem ſuum, quando æqualis Patri, carnem aſſumendo, ſe exinaniuit. Reliquit matrem, quando carnem ex ea aſſumptam quaſi vilipendens, paſſioni expoſuit. Adhæſit vxori ſuæ, quia poſtea eam non dereliquit.

Pſal. 44. 11. — *Omnia relinquere debemus antequã Deo coniungamur.* — *Epheſ. 5. 31.* — *Chriſtus quomodo reliquit patrem, & matrem, & vxori adhæſit.*

Tres Nuptiæ. §. DCCCCLXXXI.

TRes Nuptias legimus in Euangelio, Chriſti & Eccleſiæ nuptias præſignificantes. Primæ in incarnatione, quas fecit mortalibus; in quibus pauperes recreat. vnde: *Simile eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Secundæ in aſcenſione, quas fecit Angelis, quos lætificat. vnde: *Vos ſimiles homi nibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.* Tertiæ fient in generali reſurrectione, Angelis, & hominibus: in quibus paſcentur, & accubabunt, & non erunt qui exterreant. Inde adueniente ſponſo, quæ paratæ erant, *intrauerunt cum eo ad nuptias.* In primis ſponſa dotatur: in ſecundis, thalamus à Deo & Angelis præparatur: in tertijs, introducetur. Dos eſt id, quod ad hoc datur vxori, vt habeat vnde viuat, ſi contigerit vt marito ſuo careat: quæ apud Legis peritos dicitur Donatio propter nuptias. Nam dos eſt propriè, quæ datur viro cum vxore. Eccleſia quaſi marito caruit, quando Chriſtus in cælum aſcendit; ſed dotem accepit, quando Spiritum ſanctum, quo conſolaretur, recepit. De primo: *Pignus Spiritus accepimus*, ait Apoſtolus. De ſecundo ait Ioannes: *Vado parare vobis locum.* De tertio: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Sunt & nuptiæ, quæ factæ ſunt in Cana Galileæ, vbi aqua mutata eſt in vinum.

Matth. 22. 2. — *Luc. 12. 36.* — *Nuptiæ quomodo fient in reſurrectione.* — *Matt. 25. 10.* — *Dos quid ſit.* — *Dos Eccleſiæ quæ fuerit.* — *Ioan. 14. 2.* — *Matt. 25. 34.* — *Ioan. 2. 1.*

Nuptiæ Morales.
§. DCCCCLXXXII.

Ratio debet eſſe maritus affectionis. *Sex motus affectionis, quomodo dicantur ſex hydriæ.* *Iacob, 5. 5.* *Habac. 2. 9.* *Gal. 6. 3.* *Hydriæ noſtrarum affectionum quandoque debent mutari in vinum.* *Marci 1. 6.* *Iob 31. 32.*

MOrales ſunt iſtæ nuptiæ, in quibus Affectio tanquam ſpōſa nubit Rationi tanquam marito. Ratio enim regit affectiones. In his ſex ſunt hydriæ continentes aquam, quæ mutatur in vinum, ſi tamen Ieſus interſit. Sex ſunt iſtæ hydriæ, quia ſex ſunt motus affectionis. Tres primæ, ſunt appetitus, carnalis voluptatis: appetitus ſubſtantiæ temporalis: appetitus famoſæ laudis. De prima: *Epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs enutriſtis corda veſtra.* De ſecunda: *Væ qui congregat auaritiam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius: & liberum ſe putat de manu mali.* De tertia: *Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe, cùm nihil ſit: ipſe ſe ſeducit.* In prima eſt aqua luxuriæ: in ſecunda, auaritiæ: in tertia, vanæ gloriæ. Sed adueniente Ieſu, id eſt, deſiderio ſalutis, aquæ luxuriæ mutantur in vinum corporalis afflictionis: aquæ auaritiæ, in vinum miſericordis largitatis: aquæ vanæ gloriæ, in vinum proprij contemptus, & humilitatis. De primo bibit Ioannes Baptiſta veſtitus pilis camelorum. De ſecundo: *Foris non manſit peregrinus: oſtium meum viatori patuit.* De tertio: *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis.* *Gen. 18. 27.*

Tob. 13. 6. *Num. 12. 3.* *Rom. 7. 23.* *Hydriæ tunc ſūt lapideæ, quando homines obſtinati ſunt in malo, vel confirmantur in bono.*

Aliæ tres hydriæ ſunt iſtæ: contemptus Dei, odium proximi, negligentia ſui. Prima habet aquam ingratitudinis: ſecunda, eſt crudelitatis: tertia diſſolutionis. Prima aqua mutatur in vinum, id eſt, in gratiarum actionem: ſecunda in manſuetudinem: tertia in circumſpectionem. De primo vino bibit Tobias, gratias agens Deo de bonis ſibi reſtitutis. De ſecundo, Moyſes: *erat enim mitiſſimus omnium hominum, qui eſſent in terra.* De tertio bibit Paulus: circumſpiciebat enim ſe, cùm diceret: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Lapideæ ſunt hydriæ, quando homo obſtinatus eſt in malo, vel confirmatus in bono. Hæc mulier, ſcilicet Affectio, in ſuis hydrijs ſolam aquam habet, quæ non nubit Rationi. Vacuæ ſunt hydriæ, quando nubit Rationi, ſed Ieſus non vocatur ad nuptias, qui *Saluator* dicitur; quia non cauſa ſalutis animarum, ſubditur Affectio Rationi, ſed forſitan cauſa vanitatis, vel lucri; ſicut fecerunt Philoſophi. Chriſto verò vocato, aqua mutatur in vinum.

Cant. 8. 9.

Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.
Cap. XVI.

Non niſi per Chriſtum quaſi muro munimur, & quaſi per oſtium in ſocietatem Eccleſiæ muniti intramus. *Iſai. 26. 1.* *Ioan. 10. 9.* *Quid ſit murus, & antemurale.*

MVRI nomine, vel oſtij, ſolet Dominus deſignari. Rectè *murus*, qui Eccleſiam ſuam omni parte munit, ne ab hoſtibus diripiatur: *oſtium*, quia non niſi per Chriſtum, vel huius ſocietatem Eccleſiæ, cælorum regnum intramus. De primo: *Saluator ponetur in ea murus & antemurale.* De oſtio: *Ego ſum oſtium.* Murus fuit in carne apparens: antemurale, reuelatio prophetiæ, quæ murum defendit Eccleſiæ, incarnationem eius prædicendo. Vel, *Murus & Oſtium* poteſt dici quilibet de fortioribus membris eius, qui alios & defendunt, & introducunt in regnum. Iſti ſunt *propugnacula argentea*, quando nitore eloquentiæ ſuæ, virtutes aliorum & ſuas defendunt. *Cedrinæ tabulæ*, ſunt exempla antiquorum, imputribilia ſicut cedrus. His oſtium compingitur, dum eorum abundantia ad proficiendum alijs doctoribus datur. Vel *tabulæ cedrinæ* ſunt latitudo virtutum, quibus abundare debent qui alios ad regnum ſecum introducunt.

Murus & oſtium, quis dici debeat. *Cedrinæ tabulæ, quæ ſint.*

Quatuor Ciuitates. Prima, Babylonia.
§. DCCCCLXXXIII.

Babylonia interpr.

QVatuor ſunt ciuitates habentes muros & propugnacula. Prima eſt Babylonia: ſecunda, Iericho: tertia, Ieruſalem: quarta, Sion. Ciuitas, *plurium eſt cohabitatio.* In Babylone habitat pecca-

Babylonia ciuitatis murus eſt obſtinatio, & propugnaculum deſperatio; quæ confuſionem faciunt peccatorum.

catorum confuſio; nam & ipſa *Confuſio* dicitur. Eius murus, eſt obſtinatio: propugnaculum, deſperatio. Audi ciuitatem: *Tu verò odiſti diſciplinam, & proiecisti ſermones meos poſt te, ſi videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Audi murum obſtinationis: *Peccator, cùm venerit in profundum malorum, contemnet.* Audi propugnaculum deſperationis: *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.*

Pſal. 49. 17. Prou. 18. 3. Gen. 4. 13.

Secunda ciuitas, Iericho.

§. DCCCCCLXXXIV.

Iericho interpretatur. Murus Iericho, eſt proſperitas, & propugnaculum, infida ſecuritas.

IN ciuitate Iericho, quod dicitur *Luna*, propter mutabilitatem, nam *ſtultus vt luna mutatur*, eſt quaſi multitudo ciuium, rerum humanarum varietas: eſt murus proſperitas: eſt propugnaculum, infida ſecuritas. Audi ciuitatem plenam: *Omne, quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Audi murum proſperitatis: *Proſperitas ſtultorum perdet illos.* Propugnaculum infidæ ſecuritatis erigunt, *qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.* Vnde: *Vidi ſtultum firmo radice; & maledixi pulchritudini eius ſtatim. Longe fiant filij eius à ſalute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.*

1. Ioan. 2. 16. Prou. 1. 32. Pſal. 48. 7. Iob 5. 3.

Tertia ciuitas, Ieruſalem.

§. DCCCCCLXXXV.

Ieruſalem interpr. Murus Ieruſalem, eſt patientia, propugnaculum circumſpectio. Galat. 5. 22.

IEruſalem *Viſio pacis* dicitur. In ea habitat virtutum pax & concordia. Eius murus eſt patientia: propugnaculum, in circumſpiciendo ſapientia; habitatores ſunt virtutes concordes, quas Paulus proponit, *Charitas, pax, gaudium, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.* Murus patientiæ, poſſeſſionem conſeruat. vnde: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Propugnaculum ſapientiæ longè viſum porrigit, ad prouidendum. Inde ait ille ſapiens:

Luc. 21. 19.

Quod ſequitur ſpecta: quod prominet, ante videto.

Inde, *& grauior ictus hoſtem ferit*; & ſic ſapientia vincit mundum.

Quarta ciuitas, Sion.

§. DCCCCCLXXXVI.

Sion interpr. Amor Chriſti, eſt murus, & propugnaculum, eius deſiderium. Iſai. 26. 1.

SIon *Specula* dicitur. In ea ciues ſunt, viſiones ſupernarum beatitudinum: murus eſt Chriſti amor: propugnaculum, eius deſiderium. Inde Iſaias: *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion Saluator ponetur in ea murus & antemurale.*

Babylonis muros, ne perficerentur, Dominus inhibuit, linguarum intelligentia ablata; quia obſtinationis ſunt principium, malorum conſilia. vnde:

Corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Ioſ. 6. 20. Ioſue interpretatur.

Muros *Iericho* deſtruxit Ioſue ſepteno circuitu, & tubarum ſonitu; quia prædicatione ſeptem virtutum, vel ſeptem Sacramentorum, vel ſeptem Donorum Spiritus ſancti. *Saluator noſter*, quod Ioſue interpretatur, mundi proſperitatem & infidam ſecuritatem deſtruxit. vnde ipſe ait: *Confidite, ego vici mundum.*

Ioan. 16. 33.

Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine, clamant habitatores *Ieruſalem*. Sed multa eſt anguſtia, *vt ædificentur muri Ieruſalem*, id eſt, patientia: ſicut filij Iſrael reuertentes à captiuitate, vna manu locabant lapidem, altera verò tenebant gladium ad defendendum.

Pſal. 50. 20.

Muri verò, & propugnacula *Sion* ædificantur in frequenti ſupernorum inſpectione: quia quantò plus ſuperna conſpicimus, tantò ampliùs Chriſtum & diligimus, & deſideramus. De hac ſic roborata clamat propheta: *Alieni non tranſibunt per eam ampliùs.* Sed & ſub Iuda Machabæo alieni arcem Sion tenebant: nam multi benè viuunt, & confeſſione ſe purgant, quos tamen mundi ſollicitudo, & maligni ſpiritus, quantum poſſunt retardant, ne per ſpeculationem ſupernorum, ad vehementiam amoris & deſiderij ſe erigant.

Ioel. 3. 17.

Murus Animæ.

§. DCCCCCLXXXVII.

Animæ murus eſt ordo virtutum, quibus reſiſtis vitijs.

MOralites: Murus animæ fidelis, eſt ſtructura bonæ operationis: propugnacula ſunt, ſolers cuſtodia. Vel, murus eſt ordo virtutum: hoſtes, carnales affectiones, quæ ordinem virtutum interrumpunt. Hunc murum Dominus diſſipari permittit, cùm anima vitijs non reſiſtit. vnde Ieremias: *Cogitauit Domi-*

Thren. 2. 8.

minus diſſipare murum filiæ Sion. Hos
Quomodo Deus ad pœnitentiam peccantes expectat. muros Dominus diſſipare cogitat, dum
peccantes patienter expectat: cogitat, &
deſtruit, dum impœnitentes hoſtibus pu-
niendos derelinquit. Etiam turres ho-
ſtibus traduntur, cùm virtutibus excel-
Thren. 2. 7. lentioribus vitia dominantur. *Tradi-*
dit, inquit, *Deus in manus inimici mu-*
ros turrium eius. Primus ferè indiſſolu-
bilis eſt, quia eſt de coctis lateribus: ſe-
cundus poteſt tranſiri, quia eſt de com-
portatis aggeribus: tertius robuſtus eſt,
quia ferreus: quartus ſplendidus eſt, quia
eſt de lapidibus precioſis. De primo:
Iſai. 16. 11. *Venter meus ad Moab quaſi cithara ſo-*
nabit, & viſcera mea ad murum cocti la-
teris. De ſecundo, ad Ezechielem: *Su-*
Ezech. 4. 1. & 3. *me tibi laterem, & pinges in eo ciuitatem*
Ieruſalem, & dicitur inter cætera: *Et*
comportabis aggerem. De tertio, in eo-
dem: *Sume tibi ſartaginem ferream, &*
pones eam murum inter te, & ciuitatem:
Apoc. 21. 18. De quarto: *Et erat ſtructura ex lapide*
iaſpidis. Horum duorum extremorum
propugnacula ſunt aurea, ex charitate:
argentea, in prædicatione: ex precioſis
lapidibus, in operatione.

Oſtium triplex.

§. DCCCCLXXXVIII.

Ioan. 10. 9. Oſtium dicitur Chriſtus; vnde: *Ego*
ſum oſtium: oſtium Prælatus: In-
Iob 38. 8. de Iob: *Quis concluſit oſtijs mare, quan-*
Chriſtus, Prælatus, & homines ſenſus, quomodo dicantur oſtium. *do erumpebat quaſi de vulua procedens?*
Mare eſt mundus; *vulua*, conceptua car-
nalis cogitationis; oſtium, hominis ſen-
ſus: inde: *Pone Domine cuſtodiam ori meo,*
& oſtium circumſtantiæ labijs meis. Pri-
Pſal. 140. 3. mum, id eſt, Chriſtus, clauditur repro-
bis: inde, *Quæ paratæ erant, intraue-*
Matth. 25. v. 13. *runt cum eo ad nuptias; & clauſa eſt ia-*
nua, ſcilicet fatuis virginibus. Aperitur
Iob 31, 32. prædeſtinatis, inde in Iob: *Oſtium meum*
patuit viatori: ſcilicet tendenti ad re-
gnum cælorum. Secundum clauditur
Act. 13. 46. improbis: inde, *Quia indignos vos fe-*
ciſtis æternæ vitæ; ecce conuertimur ad
Ioan. 10. 27. *Gentes*. Aperitur benignis: vnde: *Oues*
Gen. 7. 16. & 8. 13. *meæ vocem meam audiunt*. Vnde Domi-
nus contra fluctus Diluuij clauſit oſtium
Arcæ; ipſis ceſſantibus, aperuit.

Idem Moraliter.

§. DCCCCLXXXIX.

IN omnibus eſt triplex oſtium mora-
le. Primum eſt ſenſualitatis ſenſuum
apertio: ſecundum, intelligentiæ, ſcili-
cet diſcretio: tertium, affectionis: ſcili-
cet deliberatio. Oſtium ſenſuum clauda-
tur contra mundi illecebroſa, ne intrent
ad interiora. Inde eſt, quòd Loth aſtan-
tibus Sodomitis, *occludebat oſtium poſt* Gen. 19. 6.
tergum ſuum. Si verò intrent illecebræ,
retineantur ad oſtium diſcretionis, vt ibi
diſcernatur, bonum ſit, an malum? In- 4. Reg. 4. 4.
de dicitur mulieri fundenti oleum: *Clau-*
de oſtium ſuper te, & ſuper filium tuum;
ſcilicet, cùm deprehendis malum. Quòd
ſi euaſeris vſque ad oſtium deliberatio-
nis, vt deliberet anima, faciat, an non?
claudat oſtium. Inde eſt: *Cùm orat, in-* Matth. 6. 6.
tra in cubiculum tuum; & clauſo oſtio ora
Patrem tuum.

Primum aperitur, vt ad laudandum
Creatorem, videat pulchritudinem crea-
turarum, vel vt ſumat à bonis exemplũ.
Vnde, cùm Moyſes egrederetur ad ta- Exod. 33. 8.
bernaculum, filij Iſrael erant in oſtijs pa-
pilionum ſuorum. Secundum aperitur
ad bonum, poſtquam à malo eſt diſcre-
tum. Vnde Abraham ſtans in oſtio ta-
bernaculi ſui, vidit tres viros: *tres vidit,* Gen. 18.
& vnum adorauit. Tertium aperitur,
quando bonum à malo diſcretum, pulſat
ad oſtium deliberationis, & deliberat fa-
ciendum, & ſic introducitur ad affectum,
& intendit in Deum. Vnde Elias in oſtio 3. Reg. 19. 13
ſpeluncæ vidit Dominum tranſeuntem.
Inde ipſe ait: *Ecce ego ſto ad oſtium, &* Apoc. 3. 20.
& pulſo. Si quis audierit vocem meam,
intrabo ad illum, & cœnabo cum illo.

Iſta compinguntur *tabulis cedrinis*,
propter odorem cedri, & incorruptio-
nem. Primum enim oſtium, quod eſt
Chriſtus, incorruptibile fuit. vnde: *Nos* Ioan. 12. 34.
audiuimus quòd Chriſtus manet in æter-
num. Et odoriferum: inde Apoſtolus:
Benedictus Deus, qui manifeſtauit per nos 2. Cor. 2. 14.
vbique odorem notitiæ ſuæ. Et ſecundum
oſtium, id eſt, Prælati, odoriferum eſt,
ſicut docet Apoſtolus Timotheum: *Opor-* 1. Tim. 3. 2.
tet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, ho-
ſpitalem, & caſtum; ecce odor. Audi
incorruptibilem: *Non vinolentum, non*
percuſſorem; ſed modeſtum, non litigio-
ſum, non cupidum. Et tertium oſtium
ſimiliter; id eſt, ſenſus interiores & ex-
teriores, ſunt incorrupti; ſicut docet A- 2. Cor. 11. 3.
poſtolus: *Timeo, ne ſicut ſerpens Euam*
ſeduxit aſtutia ſua; ita corrumpantur
ſenſus veſtri.

Iſta oſtia compinguntur *tabulis cedri-*
nis. Sed iſtud *compingere* dicitur à *pan-*
go, pangis, compegi; quod eſt, *formare*:
non à *compingo, compingis*.

Quia omnia ſupradicta oſtia tabulis cedrinis, id eſt, perpetuis exemplis, muniuntur: ideo compingere non dicitur à compingo, ſed à compango.

Ego

Cant. 8. 10.

Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. Cap. XVII.

Eccleſia quomodo Murus dicatur.

EGO *Murus* rectè cognominor, quia diuinis comparata ſũ lapidibus: quia glutine charitatis adunata: quia ſuper fundamentum immobile locata ſũ: quia nullo ictu arietis hæretici poſſum deijci. Sunt quoque in me eximia virtute præditi; vnde & *Turris* dicuntur, qui impetus peruerſorum non dubitant. Et *vbera* ſunt, dum paruulos ſimplici doctrina lactant. Et hoc, ipſo largiente, percepi, ex eo tempore, de quo *facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens*: id eſt, ex quo donum pacis ſuæ contulit. Vnde de eadem pace, adhuc mihi placet proſequi.

Ex quo ſancta Eccleſia Chriſto deſponſata fuit, vbi eo ſicut turris recepit, quibus, & paruulos lactabat, & per verſorum impetum non timeret.

Pax quadrifaria. §. DCCCCXC.

Pax vera, & falſa, quæ ſit.

Vt pax habeatur cum hominibus, Deus lædi non debet.

Eſt Pax *vera*, quando ſimpliciter ab vtraque parte cuſtoditur. Eſt *inordinata*, quando propter conſeruandam pacem proximi, Deus offenditur. Eſt pax *repudiata*, quando ab altero offertur, & ab altero reſpuitur. *Vera* fuit inter Dauid, & Ionatham. inde: *Soliciti ſeruate vnitatem Spiritus in vinculo pacis.* (Ephoſ. 4. 3.) *Inordinata* fuit inter Adam, & Euam, quia offendit Adam Deum, propter ipſam. De hac dicebat ad Iehu: *Pax ne eſt Iehu?* (4. Reg. 9. 22.) & ille: *Quæ pax?* cùm *adhuc ſint abominationes & idola in domo Achabi* ac ſi diceret: Si hanc pacem ſeruarem, Deum offenderem. *Ficta* pax fuit Ioab ad Amaſam. (2. Reg. 20. 9.) Apprehendens enim mentum eius, oſculatus eſt eum, dicens: *Salue mi frater*: & occidit eum. De hac dictum eſt: *Pax pax, & non erat pax.* (Ier. 8. 11.) *Repudiata* pax fuit inter Dauid, & Saul: hanc Dauid volebat, & Saul reſpuebat: vnde ipſe ait: *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.* (Pſal. 119. 6.)

Item, pax *Vera* aliquando perit, ſcilicet, quando Deus offenditur: ſed hanc Iuſtus primò reperit, quando reconciliatur: ſecundò aperit, quando verbo & opere oſtenditur: tertiò, parit, quando ab eo inter diſcordes pax reformatur. Pax perit, ſicut ſcriptum eſt: *Non eſt pax* (Iſai. 48. 22.) *impijs*. In reconciliatione reperitur; vnde: *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.* (Ier. 29. 11.) Aperire docet Apoſtolus, dicens: *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam*: Pacem parere, monet Dauid: *Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam reliquiæ ſunt homini pacifico.* (Hebr. 12. 14.) Ecce, in talibus eſt ſponſa murus, qui ſic in pace ambulant: propter pacem enim, ipſa dicitur murus. Ipſa enim pax, murus eſt. Hic pax fundatur, quando reperitur: creſcit, quando aperitur: cumulatur, quando paritur. Iſte murus pacis, omnes in pace vnanimes, quaſi ciues vnius ciuitatis ambiens ſecuros, in Domino requieſcere facit, vt dicant: *In pace in idipſum obdormiam, & requieſcam.* (Pſal. 4. 9.) Dominus quoque, cum eis, & in eis requieſcit, quia *in pace factus eſt locus eius, & habitatio eius in Sion.* (Pſal. 75. 3.) In Sion erat turris, cui comparat ſponſa vbera ſua; Prælatos, iuxta allegoriam; in quibus eſt Dilecti habitatio.

Eccleſia propter pacem quam ſeruat dicitur murus.

Inter pacificos Deus requieſcit.

Pax triplex. §. DCCCCXCI.

Pax inferni, quæ ſit.
Pax mundana, quæ ſit.
Pax cæleſtis, quæ ſit.

Eſt pax de *Inferno*: ſcilicet conuenientia cum vitijs, & iniquitate, peſſima & fera. Eſt pax de *Mundo*, tranquillitas in diuitijs, & felicitate, periculoſa, & adultera. Eſt pax de *Cælo*, quieta poſſeſſio gratiarum in bona voluntate, tutiſſima, & pax vera. De prima: *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet.* (Luc. 11. 21.) De ſecunda: *Non quomodo mundus dat, ego do vobis*: (Ioan. 14. 27.) De tertia: *Pacem meam do vobis*. De duabus primis: *Pax pax; & non erat pax.* (Ier. 8. 11.)

Illas paces non venit Ieſus mittere, ſed foras mittere; vt huic tertiæ locus foret. Fortis itaque armatus, ſcilicet diabolus, cuſtodiebat atrium ſuum. Hic primò pulſat ad oſtium, id eſt ſenſus corporis: ſecundò, ſe recipit in angulum ſecretæ cogitationis: tertiò, poſſidet atrium vitioſæ euagationis. Primum, vt introeat: ſecundum, vt decipiat: tertium, vt poſſideat. In oſtio loquitur verbis pacificis in dolo: in angulo allicit, falſæ ſecu-

Pacem noſtram quibus modis diabolus perturbare conetur.

euritatis oſculo: in atrio percuſſit gladio. Hoc ordine vſus eſt Ioab, quando occidit Amaſam, Primò enim ait: *Salue frater*: ſecundò apprehendit mentum eius, & oſculatus eſt eum: tertiò, arripiens pugionem, & percuſſit eum, & occidit.

2 Reg. 20. 9.

Mich 5. 5. *Pax erit*, ait, ait propheta, *cùm venerit Aſſyrius in terram noſtram*. Aſſur Dirigens interpretatur; dirigit enim vias ſuas contra nos. Sed cum eo melius eſt nobis bellum habere, quàm pacem; & Chriſto venienti totum negocium pacis noſtræ committere.

Aſſur interpretatur.

Pacem cum diabolo habere non debemus, ſed bellum quia totum negotiū pacis Principi pacis committendum eſt.

Sed qualiter nobis cum eo pugnandum ſit, audiamus. Primò, debemus eum propellere, id eſt, procul pellere: ſecundò, repellere; id eſt, retro pellere: tertiò, expellere, id eſt, extra pellere, de atrio, timorem opponendo. Igitur in oſtio ſedeat continentia, quæ propellat voluptatem: In angulo prudentia, quæ repellat fraudem. In atrio conſcientia, quæ expellat actum peccandi, & aſſiduitatem. Continentia tenet ſcriptum in manu ſua:

Quomodo contra diabolum pugnandum.

Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.

Prou. 1. 10. Ideo, *Fili, ſi te lactauerint peccatores, noli acquieſcere eis*. Peccatores illi, dæmones ſunt: hi nos lactant, dum blanda ſuggerunt. Prouidentia tenet ſcriptum in manu ſua:

Dæmones quomodo peccatores lactent.

Numquam te fallant animi ſub vulpe latentes:

Prou. 4. 23. Ideoque *omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit*. Conſcientia tenet ſcriptum in manu ſuâ:

Præmia digna feret mens, quæ ſibi conſcia recti eſt.

Igitur cuſtodi atrium ex conſcientia bona, & fide non ficta. Ecce pax de Inferno: Veruntamen, quid dæmoni tibi, & paci? *Non eſt pax impijs*. Hunc fortem vicit *Princeps pacis*, ſcilicet Chriſtus, qui eſt *Princeps perfectus*, & *Princeps perfectio*: *Princeps*, cùm pacatos nos reddit à vitijs: *perfectus*, cùm pacatos nos reddit à mundi duritijs, & vitijs: *perfectio pacis* erit, cùm virtutes nobis fœdere perpetuo hæreditabit, quãdo pacis eius non erit finis.

Iſai. 48. 22. Iſai. 9. 7.

Chriſtus quomodo dicatur Pacis perfectus Princeps.

Igitur, quia pax mundi tranſitoria, quæ eſt in diuitijs: *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere*. Sunt enim quidam, qui eis cor ſupponunt, qui ſtudent parcitati, & ſunt miniſtri auaritiæ. Quidam qui apponunt, dediti prodigalitati, ſerui vanæ gloriæ. Quidam, qui opponunt, ſuæ ſubuenientes neceſſitati, vt filij temperantiæ. Primis dicitur: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur*. Secundis dicitur: *Diuitibus huius ſeculi præcipe non altum ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum*. Tertijs dicitur: *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude*. Figuram primi tenuit ille Diues, cui dixit Dominus: *Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in cælo*. Figuram ſecundi Diues ille purpuratus, qui epulabatur quotidie ſplendidè. Figuram tertij, qui dicebant: *Ecce, nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*. Ex his eſt pax mundi. Hinc ait Ezechias: *Bonus ſermo Domini: tantum pax ſit in diebus meis*. Sed vos *rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem*.

Pax mundi tranſitoria. Pſal. 61. 11. Matth 6. 19 1. Tim. 6. 17 Tob. 4. 9. Matt 19. 21. Luc. 16 19. Matth. 19. 27. 4. Reg. 20. 19 Pſal. 121. 6.

Hæc eſt pax vera, quæ de cælo deſcendit: eſt pax vera inter fratres, vnanimitatis gratia, vnde: *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam: ſine qua nemo videbit Deum*. Eſt pax verior, in tribulatione patientia, vnde: *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis*. Eſt veriſſima, Dei virtus & Dei ſapientia, vnde: *Ecce declino in eos vt flumen pacis*. Prima, vera, quæ eſt fratribus vna anima, & cor vnum: ſecunda, verior, quam non diſſoluit impetus tentationum & teſtia, veriſſima, quam dicit Apoſtolus, *Pacem noſtram qui fecit vtraque vnum*. In hac pace, noſtram inueniemus requiem: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam*.

Hebr. 12. 14. *Sine pace nemo Deum videbit.* Pſal. 119. 7. Iſai. 66. 12. Epheſ. 2. 14. Pſal. 4. 9.

De Turri tripliciter. §. DCCCCXCII.

COmponamus turrim, & ſit Chriſtus in fundamentis: Apoſtoli in parietibus: Martyres in propugnaculis. Hæc habet altitudinem, & fortitudinem. Audi fortitudinem: *Venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam; & non cecidit*. Audi altitudinem: *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* Ibi ædificate nobis altam turrim, in cuius inferiori ſtatione ſunt opera hominum; quæ ſunt pœnitentia in ſe, miſericordia in proximum, pietas in Deum. In media, opera Angelorum, quæ ſunt, Deum laudare, fungi eius legatione, nos viſitare. In ſuprema, opera Dei; quæ ſunt opera conditionis, opera reparationis, opera reformationis. De primo: *In principio crea-*

Matth. 7. 25. Iſai. 60. 8. Gen. 1. 1.

creauit Deus cælum & terram. De ſecundo: *Ecce veniet Propheta magnus; & ipſe renouabit Iſrael*. De tertio: *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratū corpori claritatis ſuæ*. Item, *Aedificant nobis turrim*. & in fundamento eſt vmbra *figuræ*: in pariete, corpus *rei*: in ſummo, Spiritus *veritatis*. *Figura* fuerunt ea, quæ facta fuerunt ſub lege naturali, & ſub lege ſcripta. *Res* ſunt Sacramenta nouę legis, quæ ſunt viſibilia, & in prædictis ſignificata; vt Baptiſmus: *Spiritus*, vel *Veritas*, eſt ſpiritualis gratia, & inuiſibilis, per illa viſibilia Sacramenta nobis collata.

Eccleſia:

Philipp. 3. 21

Turris, moraliter. §. DCCCCXCIII.

MOraliter verò Turris erigitur. In hac eſt fundamentum, cognitio recta: paries, meditatio prouida: ſummitas, contemplatio. In hac charitas præcipit, ratio diſponit, ſenſus perficit. Qui ſunt in hac turri, clamant: *Eſto nobis, Domine, turris fortitudinis, à facie inimici*: & Dominus ibi *Confringet potentias arcuum*; id eſt, fraudulentam aduerſionem: *Scutum*, id eſt, occultam peccatorum ſuorum defenſionem: *Gladium*, ſcilicet apertam impugnationem: *Bellum*, apertam ſui erroris protectionem. Hanc vltimam turrim dicimus eſſe duo vbera moralia, ſcilicet, Rationem, & Affectionem. *Et vbera noſtra ſicut turris*.

Pſal. 60. 4.

Pſal. 75. 4.

Cant. 8. 11.

Vinea fuit pacifico, in ea quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro ea mille argenteos.

Cap. XVIII.

LOQVITVR Eccleſia adoleſcentulis ſuis: Pacificus eſt ſponſus, ſcilicet faciens pacem: In cuius pace fuit vinea eadem, ſcilicet, quæ eſt Eccleſia. vnde: *Simile eſt regnum cælorum homini patri familias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam*. Hæc habet populos, quæ de Iudæis & Gentibus eſt congregata. Cuſtodes huius vineæ ſunt Prophetæ, Apoſtoli, ſucceſſoreſque eorum. Cuſtodes ſunt Angeli, qui pro ea curam gerunt. *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*. Vbi hic dicitur quilibet perfectus, qui omnia temporalia ſua bona relinquit, vt habeat fructum eius. Fructus autem laborum, qui pro Domino temporaliter fiunt, perceptio eſt cum Domino ſempiternæ quietis & regni. Inde: *Poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat*.

Matth. 20. 1.
Eccleſia, Vinea dicitur pacifici, quia Chriſtus Princeps pacis eā ex vitibus Iudæorum & Gentilium formauit.
Ioan. 15. 16.

Profectus Animæ quatuor. §. DCCCCXCIV.

HÆc Vinea eſt Anima; cuius hic quatuor oſtenduntur profectus, cuilibet vineæ congruentes. In primis, aura temperata, pacis, in qua nouitas nutritur. Secundò, pampinorum germina virtutis, quibus nutritur, roboratur. Tertiò, cuſtodia per circumſpectionem, ne deficiat præcaueter. In fructu æternæ retributionis, labor eius conſummatur. Ad auram pacis inuitat Apoſtolus, dicens: *Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis*. Ad robur virtutis inuitat, dicens: *Obſecro vos, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, &c.* Cuſtodiam Chriſtus in Euangelio, dicens: *Si ſciret pater familias, qua hora fur veniret; vigilaret vtique*. Ad fructum animabat, cùm diceret: *Ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat*. Igitur priùs ad nutriendum nouitatem, neceſſaria eſt aura pacis, ne aura

Sicut in vinea aura temperat, palmitum germina, cuſtodia & labor requiruntur, vt ſit fructifera ſic in Eccleſia hæc omnia ſunt neceſſaria.

2. Cor. 6. 2.

Epheſ. 4. 1.

Matt. 24. 43.

Ioan. 15. 16.

aura peſtilens Aquilonis nouitatem extinguat.

Aura peſtilens, quæ ſit: & quæ Aura pacis? §. DCCCCXCV.

HÆc enim in tribus ſolet nocere ſcilicet, Gelu torporis, qui ingerit futuræ aſperitatis horrorem & impedit cōuerſionem: Grandine aduerſitatis, quæ ferit cum impetu, & frangit iam adultum virtutis germen: Pluuia proſperitatis, quę blanditur, & marceſcere facit internæ deuotionis, & exterioris ad exemplum, oſtenſæ honeſtatis florem. De primo:
Prou. 20. 4. *Piger propter frigus arare noluit.* De
Pſal 79 14. ſecundo: *Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.*
Nahum 1. 4. De tertio: *Flos Libani elanguit.* & Ie-
Thren. 4. 1. remias: *Quomodo obſcuratum eſt aurum mutatus eſt color optimus?* Ecce de Vinea, quæ *fuit pacifico; in ea,* id eſt, in cura pacis. Sequitur de germinibus Virtutum. Hæ enim ſunt populi in anima habitantes. Quod ſic dicitur in hoc loco: *Quæ habet populos*; id eſt, virtutes in anima habitantes. Vt igitur creſcant germina virtutum, oportet vt anima mea diuina irrigetur gratia. Rigatur itaque deuotione; cuius tres ſunt ſpecies: Zelus, Compaſſio, Beneuolentia.

Rigatio triplex,
§. DCCCCXCVI.

DEuotio eſt bonus feruor mentis; quā mens non valens continere, certis demonſtrat indicijs. Hæc itaque habet in ſe Zelum in eos, qui contra Dei veritatem ſunt. Compaſſio verò eſt in eos, qui ſuſtinent calamitatem. Beneuolentia eſt, qua ſe roganti proximum & promptum exhibet homo,

De ſeptem Donis.
§. DCCCCXCVII.

Septem fontibus Vinea Eccleſia, vel anima Iuſti dibus irrigari.

SEd, vt verè fatear, oportet vt rigetur de fontibus Iſrael. Septem fontes Iſrael, ſunt ſeptem Dona Spiritus ſancti, quæ frequenter dicta ſunt: ſcilicet, Spiritus *ſapientiæ*; ſcilicet, *intelligentiæ*; ſcilicet, *conſilij*; ſcilicet, *fortitudinis*; ſcilicet, *ſcientiæ*; ſcilicet, *pietatis*; ſcilicet, *timoris Domini*. De Spiritu *ſapientiæ* profluit aqua doctrinæ: Spiritus *intelligentiæ* emittit riuulum prouidentiæ; de fonte *conſilij* procedit vena ſolatij: de fonte *fortitudinis* procedit robur boni operis: emittit fons *ſcientiæ* gemitum doloris: *qui enim addit ſcientiam, addit & dolorem.* Eccle. 1. 18. Reddit autem fons *pietatis* debitum compaſſionis: riuulus verò *timoris* dat fructum confeſſionis. His itaque Vinea, quaſi ſeptem fontibus, rigatur, vt virtutum germina creſcant.

De eiſdem aliter.
§. DCCCCXCVIII.

Pacis aura ſeruat ſeptē dona Spiritus ſancti.
Matth. 5. 3.

INter Dona Spiritus ſancti, primum eſt *Timor*, qui congruit humilibus; de quibus: *Beati pauperes ſpiritu*; non inflati, ſed alta ſapientes, ſed timentes. Secundum eſt *Pietas*, quæ conuenit mitibus. Qui enim piè quærit, honorat ſancta, non reprehendit, non reſiſtit; quod eſt mitem fieri. Tertium, *Scientia*, quæ conuenit lugentibus pro his, quibus malè vſi ſunt. Quartum, *Fortitudo*, quæ conuenit eſurientibus & ſitientibus, quia deſiderantes gaudium laborant de veris bonis à terrenis auerti. Quintum, *Conſilium*, quod conuenit miſericordibus, quia vnicum remedium eſt à tantis malis exui, dimittere alijs, & accommodare, ſicut volumus nobis fieri. Sextum, *Intellectus*, conuenit mundis corde, qui purgato oculo poſſunt videre *quod oculus non vidit.* Septimum, Sapientia, conuenit pacificis, in quibus nullus eſt motus rebellis, ſed omnia obtemperant ſpiritui. Ecce, quomodo aura pacis nutrit bonitatem; quomodo etiam germina virtutum creſcant. Sed pro nihilo laborauimus, niſi cuſtodiamus, vnde ſequitur: *Tradidit eam cuſtodibus*, Cant. 8. 11. Cuſtodes Virtutum diximus Circumſpectionem.

Pacis aura germina virtutum creſcere facit.

In circumſpectione ſunt quatuor.
§. DCCCCXCIX.

SVnt autem quatuor, quibus circumſpectio exercetur: *Timor*, *Cura*, *Neceſſitas*, *Affectus*. *Timor* eſt anxietas periclitandi: *Cura* eſt ſolicitudo euitandi incommodi, aut commodi adipiſcendi: *Neceſſitas* eſt debitum dandi, aut indigentia accipiendi: *Affectus* eſt deſiderium perfruendi. *Timor* premit, *cura* trahit, *neceſſitas* ligat, *affectus* vulnerat. Sic, cùm ramos arboris extendimus, aut ſuperponimus ei pondera, quæ deorſum premant; aut ſubtus alligamus quæ deor-

Similitudo de circumſpectione.

ſum

ſum trahant; aut iuxta ſtipites affigere curamus, & alligare ramos, ne ſurſum eleuentur; ſed in latum diffundant, aut ipſi nudo truneulo inſigimus ſurculos, vt ibi creſcentem arborem veſtiant. *Timor* igitur, eſt quaſi pondus ſuppoſitum: *Cura*, quaſi pondus ſubtus appenſum. *Neceſſitas* ſimilis eſt ſtipiti, qui ligat. *Affectus* eſt quaſi ſurculus, qui infixus vulnerat. Iſta quatuor naſcuntur ex quatuor generibus malorum, quæ hîc ſuſtinentur in hoc mundo: hoc eſt, *Ira Dei, Vanitas mundi, Infirmitas humanæ conditionis, Inuidia diaboli*. *Ira Dei* eſt, cùm flagellis atterimur. *Vanitas mundi*, eſt, cùm modum excedendo neceſſitatis, in voluptatem abimus. *Infirmitas humanæ conditionis*, eſt, quòd facilè lædimur aduerſis, & difficilè ad bona agenda conualeſcimus. *Inuidia diaboli*, eſt, cùm ipſo inſtigante ad vitia inflammamur. Igitur *Ira Dei*, timore premit: *Vanitas mundi*, curas ſuperfluas immittendo, deorſum trahit: *Infirmitas conditionis* diris nos neceſſitatibus ligat: *Inuidia diaboli*, illicitis deſiderijs nos inflammando, vulnerat. Igitur cautè hæc circumſpiciendo, lapſum faciliùs vitamus. Igitur, ſic cuſtoditis germinibus virtutum reſtat vt omnia relinquentes, ad fructus percipiendos tendamus. Hoc enim eſt, *relinquere omnia, afferre mille argenteos*. Vide quomodo.

Fructus perceptio de octò beatitudinibus. S. M.

B*eati pauperes ſpiritu*: ecce relinquitur timor ſuperbiæ, ſed accipitur fructus; ſcilicet, *quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. *Beati mites*: relinquitur crudelitas; accipitur fructus, ſcilicet, *quoniam poſſidebunt terram*, ſcilicet hîc animæ ſuæ; in futuro verò, corporis, & animæ; vel cæleſtis patriæ. *Beati qui lugent*: ecce, relinquitur gaudium mundi; ſed accipitur fructus, *quoniam ipſi conſolabuntur à Domino*. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam*. Reliquiſti Dei proximique iniuriam; ſed fructum accipis, *quoniam ipſi ſaturabuntur*: *Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo*, ait Dominus. *Beati miſericordes*. Reliquiſti duritiam cordis: ſed fructum audi: *quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*, in Iudicio, vbi remittetur eis. *Beati mundo corde*. Reliquiſti immundas mundi illecebras; ſed ſequitur fructus, ſcilicet, Viſio Dei: *quoniam*, ait, *ipſi Deum videbunt*. *Beati pacifici*. Reliquiſti ſeditiones: ſed fructus eſt, eſſe filium Dei: *quoniam*, ait, *filij Dei vocabuntur*. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam*. Reliquiſti vltionem, & murmurationes: ſed habes fructum, ſcilicet, regnum cælorum: *quoniam*, ait, *ipſorum eſt regnum cælorum*. Vir igitur iſtas afferat virtutes, contrarias relinquat, & fructum accipiet.

Matth. 5. 3. & ſeqq. Ex octo his germinibus octo fructus percipimus.

Luc. 22. 30.

Cant. 8. 12. Vinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius.

Cap. XIX.

Eccleſia Vineam licèt Chriſtus varijs ac multis agricolis locauerit; attamen coram eo eſt, quia ſemper, nos quomodo in ea operemur, diſcernit.

VINEAM meam, inquit Dilectus, tradidi cuſtodibus, vt eam excolerent verbis & exemplis: ſed ſic, vt nihilominus quid in ea agatur, intendam, quo quiſque animo, qua induſtria laboret, aſpiciam. His enim, qui modo prædicto omnia reliquerunt, ſicut dictum eſt, retribuam. Sed his, qui eam cuſtodiunt, ampliùs remunerabo, quia cuſtodiunt fructus eius. Millenarius enim, & centenarius, quia vterque perfectus eſt numerus, vterque poſitus eſt pro retributione æterna, quæ perfecta erit: ſed centenarius duplicatus, ampliora Doctorum perfectorum præmia deſignat. vnde: *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habentur; maximè, qui laborant in verbo, & doctrina*. Ac ſi dicat: Mille tui argentei pacifici, & ducenti argentei pro his qui cuſtodiūt corpus Eccleſiæ. Qui enim geminum laborem in præſenti ſubeunt, &

1. Tim. 5. 17. Millenarius numerus retributionē vniuerſalem. Centenarius duplicatus duplicatam doctorum in patria deſignat retributionem quia aureolam habebunt.

ipſi ſobriè & iuſtè & piè viuendo, & Eccleſiæ fructus ne deficiant, ne ab hoſtibus diripiantur, ſua prædicatione tutando, gemina dona conſequentur. Pacifici dicuntur *argentei*; id eſt, bona, quæ hic faciunt, quia in recipiendo præmio, pro eis pacem æternam habebunt.

Pacifici cur dicantur argentei.

Varius acceſſus ad Deum. §. *MI.*

Prou. 18. 3 *Peccantium triplex genus, & triplex ſinis.*

QVidam ſunt quos Dominus repellit: ſcilicet, *peccator*, *qui cùm venerit in profundum malorum, contemnet.* Quidam, à quibus faciem ſuam auertit; ſicut ille, quem Deus ad tempus cadere permittit, & fortior reſurgit. Quidam, quos coram facie ſua ſtatuit; ſicut eſt ille, quem Deus poſt lapſum releuat, & deinceps ſe cuſtodit. Primos plangit Dauid, ſic: *Vt quid, Domine, receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, & tribulatione?* De ſecundis: *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* De tertijs: *Præoccupemus faciem eius in confeſſione.* Inde Iacob: *Vidi Dñm faciem ad faciem.* Primi non formidant Iudicis ſeueritatem, quibus dicitur: *Secundùm duritiam tuam, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram; in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei.* Secundi cognoſcunt ſuam infirmitatem, dicentes: *Non inuenio in me*, hoc eſt, in carne mea, *bonum.* Tertij ſentiunt benignitatem, dicentes: *Tu Domine ſuauis & mitis, & multa miſericordiæ omnibus inuocantibus te.* Iſta eſt vinea, de qua dicit: *Vinea mea coram me eſt*; ſcilicet, à ſimili cuſtodientis vineam. Quam enim habet ante faciem ſuam cuſtodit: alias videtur negligere, quæ ſunt à tergo.

Pſal. 9. 22. *Pſal. 29. 8.* *Pſal. 94. 2.* *Gen. 32. 30.* *Rom. 2. 5.* *Pſal. 85. 5.* *Cant. 8. 12.*

Eccleſiam catholicam Deus ante ſe ſem habet, alias à tergo.

Multiſaria Viſitatio. §. *MII.*

VIde igitur, quomodo ſit hæc Vinea coram Dilecto. Suſcipit reuertentes in gratiam; in quorum perſona dicitur: *Citò proferte ſtolam primam, & induite eum.* Reſonat deſperantes, inuitans ad veniam: quos figurat illa mulier deprehenſa in adulterio. Audi inuitatam ad veniam. *Nemo te condemnauit, mulier? Neque ego te condemno. Vade, & iam ampliùs noli peccare:* Vnde Dominus: *non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Falsò calumniatorum liberat innocentiam; quorum perſonam tenet Suſanna. Audi quomodo liberat innocentiam. *Suſcitauit Dominus Spiritum ſanctum iunioris Pueri, & conuicit ſacerdotes, & liberatus eſt ſanguis innoxius in die illa.* Inde: *Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te.* Laborantium perſonam tenet Stephanus: *Video*, inquit, *cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei.* Inde eſt illud: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* Diligentes attendimus in Ioanne Euangeliſta, *qui priuilegio præcipui amoris ſupra pectus Domini, in Cœna recubuit.* Ibi multiplicata ſunt eius gaudia, vt poſſet dicere: *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabo in Deo ſalutari meo.* His ergo, qui cuſtodiunt fructus eius, ſunt præparata præmia.

Luc. 15. 22. *Ioan. 8. 10.* *Dan. 13. 45. 62.* *Pſal. 83. 12.* *Act. 7.* *Matth. 5. 10* *Eccleſia.* *Iſa. 61. 10.*

Triplex Dei retributio. §. *MIII.*

SEd cuſtodum quidam retribuuntur temporaliter, qui ob ſolam naturalem cuſtodiunt pietatem, vt Obſtetrices in Ægypto naturali motæ pietate, pueros Hebræorũ reſeruabant, propter quod eis Dominus domos fecit in Ægypto. Spiritualiter ſimul, & temporaliter remunerantur quidam, qui ex debito officij ſui cuſtodiunt. vnde: *Presbyteri qui bene præſunt duplici honore digni habeantur*: id eſt, exteriùs apud homines, interiùs apud Deum, qui auget in nobis gratiam. Iſti etiam remunerantur æternaliter; tertij verò ſolum æternaliter remunerantur, qui ex ſola gratia hoc faciunt, non ex debito officij, & ideo non accipiunt hic retributionem honoris, & ideo (forſitan) in Cælo maiorem; vnde apud Danielem: *Qui ad iuſtitiam erudierint multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*, ſed negligentibus erit retributio pœna æterna: vnde cum filij Iſrael fornicarentur cum mulieribus Madianitis, & à magiſtris eorum iſtud peccatum neglectum eſt, dictum eſt à Domino; *Suſpendite Principes Populi in patibulis.* Prælati verò ſuper alios coronabuntur, qui ſtrennè egerunt, eis enim debetur, & aurea, & aureola quæ erant in Tabernaculo ſuper menſam appenſa. His autem, qui ſola gratia hic agunt, maior iſtis; vnde Iacob ait ad Ioſeph; *Do tibi vnam partem extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo*: id eſt illam gloriam, quam diabolo abſtuli per potentiam meam.

Tim. 1. 5. *Cuſtodes, & curam præſt[i]m[e] gerẽtes ſiſe per remunerãtur à Deo, etiamſi non moueantur ſine ſupernaturali ſicut obſtetrices in Ægypto.* *Daniel. 12. 3* *Num. 25. 4.* *Gen. 48. 22.*

Quæ

Cant. 8. 13.

Quæ habitas in Hortis, amici auſcultant; fac me audire vocem tuam.

Cap. XX.

AC ſi apertè dicat Dilectus; quia in longum ſermonē protraximus, qui iam claudendus eſt, audi, quid à te depoſcam. Nihil mihi dulcius quā te habitare in hortis, id eſt in ſpiritualium cultura virtutum, manſionem tibi locare, vt illic fixa mente in eum expectes aduentum. Secundum eſt, quod ad te requiro, ſcilicet, vt me facias audire vocem tuam prædicando; nam & amici auſcultant, ſcilicet, Angeli, quos tibi Cuſtodes, & Adiutores in certaminibus dedi quotidianis, & animæ iuſtorum quas de tuo cœtu aſſumens, ad viſionem meæ gloriæ, ad quam venenta es aliquando, collegi.

Quia ſponſus virtutum cultura delectatur; ideo ſponſam requirit in hortis.

Tria proponuntur ſponſæ. *§. MIV.*

TRia proponuntur Sponſæ in hortis; habitatio amicorum, id eſt Angelorum, & ſanctarum animarum auſcultatio; ſponſi petentis, vt fiat vocis auditio. In hortis enim Eccleſiæ, ſponſa proximis dat prædicationem: cum Angelis, & animabus laudando Deum gratiarum actionem: ipſi Deo pro ſe, & pro proximo orationem. Sed quia his tribus aliquid petere intendimus, pro oratione accepta in Theologia, inuenimus tres ſpecies orationis.

Prædicationis vocem Angeli diligenter auſcultant.

De tribus ſpeciebus Orationis. *§. MV.*

TRes enim ſunt ſpecis orationis; ſupplicatio, poſtulatio, inſinuatio. Supplicatio eſt ſine determinatione petitionis, humilis, & deuota precatio: poſtulatio eſt determinatæ petitioni inſerta narratio: inſinuatio eſt ſine petitione, per ſolam narrationem, facta voluntatis ſignificatio. Tres ſunt ſpecies ſupplicationis: captatio, exactio, pura oratio: captatio fit ante poſtulationem, ad præparandum animum auditoris, quod fit tribus modis; primo enim cum aliquid dicimus, quod perſonam, vel cauſam noſtram commendet, ſiue meritum, ſiue infirmitatem, ſiuè quid aliud enumerando, quod ad noſtram perſonam, vel cauſam commendandam valeat apud eum, cui noſtram petitionem offerimus. Secundus modus captationis eſt, cum aliquid in laudem eius proferimus, per quod in animo noſtro charum eum, & acceptabilem eſſe ſignificamus, vt noſtra charitate viciſſim eius dilectionem mereamur. Tertius modus captationis eſt quando aliquid dicimus, per quod animum auditoris aduerſus cauſam, vel perſonam aduerſarij deprimendam adducimus, vt odio eius potius, quam amore digna videatur. His tribus modis fit captatio. Hoc genere ſupplicationis frequenter vtitur diuina Scriptura: hoc agimus, vbique laudes Dei canimus, vbique infirmitatem noſtram, vbique malitiam aduerſariorum noſtrorum recitamus, & omnino quicquid auribus Dei dignum, & noſtræ neceſſitati congruum, ante petitionis pronuntiationem loquimur.

Habet tres ſpecies ſupplicatio.

Captatio beneuolentiæ tripliciter apud Deum, & homines fit.

De exactione. §. MVI.

EXactio eſt quæ fieri ſolet poſt factam poſtulationem, quando auditorem, ne petitio noſtra apud eum in obliuionem veniat, quadam importunitate, & inſtantia frequenter memorem facimus. Hæc memoria tribus modis renouatur: ſcilicet, quando aliquid, vel de perſona eius, vel de perſona noſtra, vel de cauſa noſtra iterato dicimus, vnde petitionem noſtram in eius animum renouamus. Hoc genus quod importunum dicitur apud homines, apud Deum laudabile eſt.

In oratione, quod importunum eſt apud homines; apud Deum laudabile.

De pura Oratione. §. MVII.

PVra oratio eſt, quando ex abundantia deuotionis mens ita accenditur, vt cum ſe ad Deum poſtulatura conuerterit, pro amoris eius magnitudine, etiam petitionis ſuæ obliuiſcantur,

Oratio pura quaſi.

Digitized by Google

& dum amore eius quem videt, perfrui vehementer concupiſcit, totaque illi vacare deſiderat, illud, & pro quo venit libenter poſtponat. Hoc genus orandi vniforme eſt, & quam præ cæteris vnicum, tam eſt apud Deum pretioſum. Sed inter hæc tria ſupplicationum genera infimum locum captatio, medium exactio, ſupremum, & excellentiſſimum pura oratio obtinet; quia captatio timorem, exactio fiduciam; pura oratio, perfectum amorem habet: horum primum in hortis conuenit proximo, ſecundum amicis, tertium Deo. Supplicatio aliquando fit per ſola nomina vt; *Miſericordia mea, & refugium meum*: aliquando per verba, *& nomina vt*; *Verba mea auribus percipe Domine*.

In rethorica humana quæ ſunt priora: ſunt poſteriora in diuina.

Pſal. 142. 6.

Pſal. 5.

De Poſtulatione. S. MVIII.

Pſal. 50.

POſtulatio eſt determinatæ petitioni inſerta narratio, vt; *Cor mundum crea in me Deus; & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis*. His tribus modis fit; obſecrando, rogando, & ſuppliciter poſtulando. Obſecratio eſt, quando vehementior neceſſitas deuotis precibus inſiſtere cogit. In mediocribus cauſis rogamus; in minimis ſuppliciter poſtulamus. Hæc tria in hoc differunt; Excellentiſſimum eſt obſecrare, medium rogare, minimum ſuppliciter poſtulare.

Poſtulatio, quid ſit.

De Inſinuatione. S. MIX.

Inſinuatio, quid ſit.

INſinuatio eſt ſine petitione, per ſolam narrationem voluntatis facta ſignificatio. Hoc quoque, tribus modis fit videlicet timore, fiducia, & contemptu: timore fit quando cauſa magna eſt, quam agimus, vel magna eſt perſona, quam rogamus vt; *Domine, ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus*. Rogare voluit, ſed pro magnitudine cauſæ, & pro reuerentia perſonæ extimuit, & ideo potius inſinuare, quam poſtulare elegit.

Ioh. 11. 21.

De Fiducia. S. MX.

FIducia, fit inſinuatio, quando; vel de facilitate cauſæ, vel de beneuolentia perſonæ confidimus, & ideò deſiderium noſtrum patenter exprimere negligimus, quia nos obtinere poſſe, ſola inſinuatione ſperamus, ſicut mater Domini, *Vinum*, ait, *non habent*.

Ioan. 2. 4.

De Contemptu. S. MXI.

COntemptu fit inſinuatio, quando vel cauſa vilis eſt, vel perſona quæ rogatur humilis; hæc omnino ab oratione Diuina excluditur; apud homines verò ſuperbos, & potentes exercetur. Inſinuatio perfectis ex fiducia conuenit; ex timore, incipientibus, ex contemptu, malis. Ex his diligens lector attendat, quia quando miſerias noſtras in cauſa proponimus, vel de Deo aliquid prædicamus, ſponſa cum his qui in hortis cum ea habitant, loquitur, id eſt cum proximis; cum verò in laudes ad captandam beneuolentiam, vel ad referendas gratiarum actiones, ſe extollit, cum amicis, qui auſcultant, cauſam agit: cum verò puram offert orationem, nulla ſua prætendendo merita, Dilectus vocem eius audit.

Inſinuatio aliquando fit ex fiducia, & aliquando ex contemptu.

Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ hinnuloque, ceruorum ſuper montes aromatum. Cap. XXI.

Cant. 8. 14.

HIC enim ſermo, & de triumpho Dominicæ Aſcenſionis, & de his quæ in Eccleſia quotidie geruntur, rectè poteſt accipi. Fugit enim Dilectus poſtquam allocutus eſt ſponſam, & ſororem ſuam, quia completa diſpenſatione noſtræ redemptionis, ad Cæleſtia rediit. Aſſimilatur autem capreæ, hinnuloque ceruorum, ſuper montes aromatum, quia ſæpe per gratiam compunctionis fidelium ſuorum cordibus apparet, qui montes aromatum ſunt, qui deſpectis terrenis, cæleſtium amore tenentur, & ſpretis vitio-

Aſcenſionem Chriſto ſponſa ſuadet, poſtquam diſcrudimenta ſuſcepit.

rum

Digitized by Google

Cur dilectus Capreæ hynnuloque debeat aſſimilari.

rum ſectoribus, ſpiritualium virtutum ſunt odore refecti. Caprea hinnuluſque, quamuis ſylueſtria ſint, & inter homines noline habitare, tamen monteſ ſolent frequentare: ſic Dilectus licet poſt aſcenſionem non habuerit conuerſationem inter homines, tamen frequenter viſitat montes, id eſt ſpiritualium mentes. Moraliter etiam fugit quando ad tempus gratiam ſuam ſubtrahit. Fit ſimilis capreæ hinnuloque ceruorum, cū facili ſaltu rediit.

Tres ſunt fugæ Dilecti, & in vnaquaque tria.
§. MXII.

TRes ſunt Dilecti fugæ. Prima corporalis, quæ fuit nobis in exemplum, qua Chriſtum imitamur; ſecunda ſpiritualis ad detrimenta, vel incrementa virtutum, quibus deficit, vel proficit; tertia glorificatæ carnis in reſurrectionis eius argumentum declaratur.

Prima fuga. §. MXIII.

Chriſti in Euāgelio tres fugæ quid nobis innuant.

IN prima illa corporali tria oſtendit Dominus; legimus enim in Euangelio, ipſum fugiſſe, cum à Iudeorum maligno conſilio obſeruaretur; inde Ioannes: *Abſcondit ſe, & exiuit de Templo*. Fugit etiam cum in Regem eligeretur: fugit quando ab Herode ad occidendum quæreretur, inde; *Tolle puerum, & matrem eius*, ait Angelus ad Ioſeph, *& fuge in Aegyptum*. In primo monet nos fugere conſilia malignorum, vt auferamus peccandi occaſionem. In ſecundo nos docet fugere ſæculares dignitates, vt liberiorem habeamus Deo vacationem. In tertio nos monet aliquando debere fugere mortem, vt nos reſeruemus ad maiorem noſtri, vel fratrum vtilitatem. Primam fugam docebat Paulus ſic; *Obſecro vos, vt abſtineatis à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore*. Secundam fecit Ioannes Baptiſta, cum fugit in deſertum,

Hymn.

Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſet. Tertiam Pau-

Matt.10.23

lus in ſportam per murum demiſſus; & Chriſtus Apoſtolis: *Si vos perſecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam*. Hæc eſt illa fuga Dilecti corporalis.

Secunda fuga. §. MXIV.

Obſtinatio in peccatis fugam dilecto parat.

SEcunda fuga, quæ ſpiritualis dicta eſt, triplex eſt. Fugit enim aliquando Dilectus de corde hominis, pro graui culpa, in qua fit peccator obſtinatior; vnde; *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum*: fugit ſecundo dum ad tempus iuſto gratia ſubtrahitur; fugit tertio, dum iuſtus exponitur in tribulationis anguſtia, qua fit probatior. vnde Chriſtus in paſſione; *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* &; ignis probat aurum, & iuſtos homines tentatio tribulationis.

Bona eſt fuga dilecti, dū ad augendū nobis meritū fugit.
Eccl. 2. 5.

Tertia fuga. §. MXV.

TErtia fuga, quæ dicta eſt, glorificatæ carnis, triplex eſt. Prima fuit celebrata Chriſti reſurrectione, ad indicium: facta coram diſcipulis quando euanuit ab oculis eorum, in qua facta eſt ſpei, & fidei regeneratio, vnde; *Benedictus Deus qui regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo*. Secunda fuit eius aſcenſione ad mittendum Spiritum ſanctum, quando, *Eleuatis manibus ferebatur in Cælum*; in qua fuit charitatis diffuſio, vnde; *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Tertia erit in Iudicij conſumatione, ad ſeparationem malorum, & bonorum quando dicet; *Ite maledicti in ignem æternum, & venite benedicti Patris mei, percipite Regnum*; in qua erit reproborum confuſio, quando *tollctur impius ne videat gloriam Dei*; quando inducetur *ſicut diployde confuſione ſua*.

1. Pet. 1. 3.

Rom. 5. 5.

Matth. 25.

Pſal. 108.

Tres ſunt Regiones, tria genera Montium, & de actionibus Chriſti.
§. MXVI.

TRes ſunt montium regiones; ſunt enim montes Armeniæ, in quibus Arca requieuit poſt diluuij fluctus nimios: ſunt montes Iſrael, qui expandunt ramos ſuos: ſunt montes aroma-

tum, qui dant odores ſuauiſſimos; montes iſti ſunt iuſti. Quidam ſunt montes Armeniæ, quod dicitur graue, ſcilicet, qui grauibus ſuis laboribus arcam, id eſt Eccleſiam quaſi montes fortiter detinent. Secundi ſunt montes Iſrael, quod dicitur videns Deum, ſcilicet qui Deum ſpeculantes in charitate radicati, & fundati, ramos ſuæ deuotionis ad Deum expandunt. Montes Aromatum ſunt hi, qui iam ſunt in cælo cum Chriſto, odorem laudis emittentes ſuauiſſimum. Ad primos venit ſicut caprea, & hinnulus, viſitans eos, vt roborentur; ad ſecundos, vt virore virtutum, & iucunditate florum, ſcilicet deuotionum, dulciter exhilarentur; tertios viſitabit quando transferet eos in regnum, vt cum eo glorientur. De primis: *Omnes montes qui in circuitu eius ſunt, viſitet Dominus. à Gelboe autem tranſeat.* De ſecundis: *Montes Iſrael ramos veſtros germinetis, & fructum veſtrum afferatis Populo meo Iſrael.* De tertijs: *Montes & colles cantabunt coram nobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.* Itaque ſi ad montem illum poſt Dilectum volumus aſcendere, prius maneamus in valle lacrymarum, quo abluimur, & comparamus nobis pulchritudinem. Secundo, in planitie morum, quo vngimur comparantes manſuetudinem. Tertio, in Colle virtutum, quo paſcimur comparantes fortitudinem. Quarto in monte ſpeculationum, quo illuminamur videntes altitudinem. In primo erat Dauid, quando *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum.* In ſecundo cum diceret: *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* In medio cum diceret: *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.* In quarto cum diceret: *Oculi mei ſemper ad Dominum.* In primo erat Iob cum diceret: *Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ: tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.* De ſecundo: *Frater fui Draconum, & ſocius Struthionum.* Audi in tertio: *Foris non manſit Peregrinus: oſtium meum viatori patuit.* Audi in quarto: *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* Itaque vallis eſt holocauſtorum, quo in corde contrito humiliamur; planities dogmatum, quo corde pacato erudimur: collis chariſmatum, cum propter virtutes quæ in nobis ſunt, donis cæleſtibus accumulamur. Mons aromatum, in quo illuminati ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, odore ſupernæ fęlicitatis perfundamur. Audi holocauſtum in valle: *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu; & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Audi eruditionem in planitie, in manſuetudine, *ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.* Ad chariſmata in colle inuitabat Dominus diſcipulos dicens: *Sedete in Ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.* In monte ſenſit odorem Ioannes Euangeliſta cum dixit; *Odor tuus in me concupiſcentias excitauit æternas.*

Iuſti quia triplici ratione montes dicuntur, triplici etiam viſitatione dignantur.

Eccleſia in reſponſ.

Reg. 2. 21.

Ezech. 36. 8.

Iſai. 55. 12.

Si poſt Dilectum volumus aſcendere prius manere debemus in valle lacrymarum, in planitie morum & in colle virtutũ.

Pſal. 83.

Pſal. 100.

Pſal. 26.

Pſal. 24.

Iob 9. 30.

Iob 3. 29.

Iob 31. 32.

Iob 42. 5.

Ioel. c. 2. 12. 13.

Iac. 1. 21.

Luc. c. 24. 49.

De Aromatibus. §. MXVII.

SVnt aromata, quæ mortua corpora prohibent à corruptione, quibus vnctus eſt Chriſtus in paſſione, vnde: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Sunt quæ languidos ſanant ab infirmitate, quibus vnctus eſt Chriſtus in reſurrectione, propter quæ noſtram quam aſſumpſerat depoſuit infirmitatem, quia *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur; mors illi vltra non dominabitur.* Sunt quæ ſanos iocundant ſuauitate, quibus vnctus eſt in Aſcenſione, in quibus ſentit ſupernæ Patriæ ſerenitatem, vnde & tertio vnctus eſt. Vnctus eſt aromatibus in ſepulchro. Vnxit Maria Magdalena pedes vnguento, vnxit & caput nardo. Propter primum dicit ſponſa: *Faſciculus myrrhæ, Dilectus meus mihi.* Propter ſecundum Iſaac: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Propter tertium in Apocalypſi: *Stetit Angelus iuxta Aram Templi habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa vt adoleret in conſpectu Dei.* Itaque vt ſequamur Dilectum, ſi mortui ſumus mundo, habemus aromata pœnitentiæ, quæ nos conſeruent à putradine vitiorum; & aromata virtutum, quæ infirmitatem noſtram roborent, contra impetus tentationum; & aromata affectuoſa amoris quibus poſt Dilectum aſcendamus ſuper montes aromatum, id eſt, ſuauitatem ſupernorum gaudiorum. Primis vnctus eſt Iacob mortuus in Ægypto, ne putreſceret, à Ioſeph filio ſuo, qui dicitur augmentum, & ſic referret ad terram promiſſionis de tenebris huius mundi, quia Ægyptus tenebræ dicitur. Secunda portabant Iſmaelitæ in Ægyptum, qui item dicitur tribulatio, & Iſmaelitæ auditiones Dei, qui emunt Ioſeph, id eſt, Chri-

Pſ. 15. 10.

Rom. 6. 9.

Cant.

Gen.

Eccleſia.

Quibus Aromatibus à putradine & corruptione nos ſeruare poſſimus.

Ægyptus interp.

Iſmaelitæ interp.

Digitized by Google

Chriſtum ſublimatum in tribulationibus huius mundi, qui *Factus obediens vſque ad mortem; mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.*

Philipp. 2. 8. 9.

Itaque Chriſtum emunt Iſmaelitæ, id eſt, audientes Chriſtum, qui aromata virtutum portant in Ægyptum, vt per ea ſint tuti contra impetus tribulationum.

Verbi Dei auditores Chriſtum emunt.

Tertia aromata contulit Regina Saba Salomoni in Ieruſalem: Saba ſuccenſio interpretatur. Regina Saba eſt anima iuſta, quæ diuino amore ſuccenſa regit greſſus ſuos in Ieruſalem, quæ dicitur viſio pacis, ſcilicet cæleſtis Patria, vbi eſt pax ſumma. Ibi manet Salomon, id eſt, pacificus, ſcilicet Chriſtus, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, cui talis anima præſentat aromata deuotionis, deſiderij, & amoris, vt aſſimiletur ei ſuper montes aromatum, id eſt, ſupernorum gaudiorum.

Saba interpr. Anima iuſta Regina Saba

In primis aſſimilamur hinnulo ceruorum dum tranſilimus ſpineta paternorum vitiorum. In ſecundis aſſimilamur Capreæ dum paſcimur in cæli rupibus virtutum. In tertijs aſſimilamur Dilecto, dum toto corde ſuſpiramus ad montes aromatum, id eſt, ſupernarum beatitudinum, quoniam tunc ſimiles ei erimus, *quoniam videbimus eum ſicuti eſt*; cùm dicet: *Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.*

Quomodo Capreæ hinnuliſque ceruorum aſſimilari debemus.

1. Ioa. 3. 2.

Cant. 5. 1.

De ædificijs in Montibus.

§. MXVIII.

ADhuc habemus, quid de montibus iſtis dicamus. Ad primum venit vt exemplar eſſet, ad quod fieret Moyſi tabernaculum, vnde: *Vide vt omnia facias, ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.*

Exod. 25. 40.

Ad ſecundum vt eſſet fundamentum ædificij ciuitatis vergentis ad auſtrum, vnde Ezechiel: *Fundamentum ædificij vergentis ad auſtrum oſtendit mihi vir, qui duxit me in montem altum.* Ad tertium fugit vbi eſt *Rex regum, & Dominus dominantium* ciuitatis ſanctæ Ieruſalem, cuius ſunt plateæ quaſi aurum. Inde in Apocalypſi: *Duxit me Angelus in montem magnum valde, & altum & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam à Deo deſcendentem, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.*

Dilectus ad tres montes venit vt tria nos operari doceret.

Apoc. 21. 10. & Eccleſia.

Primus eſt mons Armeniæ, qui dicitur graue, quia in eo Chriſto tabernaculum ædificantes, multam ſuſtinent grauitatem.

Mons Armeniæ interpretatur.

Secundus mons eſt, qui dicitur, videns Deum, quia in eo habitantes nunc per ſcripturas, nunc per contemplationem fidei, cognoſcimus veritatem. Tertius dicitur mons aromatum, quæ ſuauiter redolent, quia in eo habitantes perpetuam poſſidebunt beatæ vitæ ſuauitatem. In primo ædificatur in quolibet iuſto ſingulariter. In ſecundo Eccleſia vniuerſalis. In tertio Ciuitas beatorum manſura æternaliter. Prima ædificatio ex moribus, eſt paſſionis Chriſti conformitas. vnde: *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.* Secunda ex ſacramentis ſpiritualibus, eſt fratrum vnanimitas. inde: *Seruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Tertia ex Angelis & hominibus laudantium Deum ſolemnitate; inde plangit Ieremias; *Viæ Sion lugent, eo quod non ſit, qui veniat ad ſolemnitatem.* Item de prima; *Nos qui ſumus in tabernaculo iſto ingemiſcimus grauati.* De ſecunda: *Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum.* De tertio, *In hoc ingemiſcimus, habitationem quæ de cælo eſt ſuperindui cupientes.*

Rom. 8. 29.

Epheſ. 4. 3.

Thren.

2. Cor. 5. 4.

Pſ. 132. 1.

Prima habitatio eſt cuiuſlibet iuſti perſona, placendi Deo ſtudioſa, in qua debemus Deum ſuſcipere, vnde: *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino.* Secunda eſt in certamine laborans adhuc Eccleſia, in qua Deũ adorare, vnde: *Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus vbi ſteterunt pedes eius.* Tertia eſt Ciuitas Dei glorioſa, in qua ſperamus in pace perpetua cum ipſo habitare, vnde: *Elegit Dominus, Sion, elegit eam in habitationem ſibi: hæc requies mea in ſæculum ſæculi.*

Pſ. 131. 4. 5.

Pſ. 131. 7.

Pſ. 131. 13 14.

Primæ itaque habitationis fuit Chriſtus exemplar in paſſione. Secundæ in Aſcenſione & Spiritus ſancti miſſione. Tertiæ in transfiguratione. Si ergo volumus primam ad eius exemplar ædificare, cum ipſo patiamur. vnde ipſe ait: *Soluite templum hoc, & poſt triduum excitabo illud.* In ſecunda ipſum captiuam ducentem captiuitatem ſequentes adoremus, & per ignem ſancti Spiritus vnanimes in domo habitemus. vnde: *Factus eſt repente de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes*; id eſt, Eccleſiam in qua erant Apoſtoli Spiritum ſanctum poſtulantes. vnde: *Sedete in Ciuitate quò induamini virtute ex alto.* In tertia nos reſurrecturos, in ea claritate quam oſtendit ſperamus. Hoc deſiderabat Petrus cum diceret: *Domine ſi vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum,*

Chriſtus in tribus montibus inuitat vt debemus vt exemplar alij poſſimus.

Ioa. 2. 19.

Act. 2. 2.

Luc. 24. 49.

Matth 17 5

&

Google

Petrus à quo tabernacula ſuperet erigere.

& Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Huius tabernaculi habitatio fit in monte Armeniæ, quod graue propter paſſionem Chriſti: vnde in monte Sina, quod dicitur rubrum, exemplar oſtenſum eſt.

De ædificio exemplari §. M XIX.

Lapis qui ſtatuam Nabuchodonoſor comminuit, quis fuerit.

Chriſtus in quo Samſoni, Serpenti, & Eliſeo fuerit ſimilis.

CONſiderandum ergo eſt prius exemplar. Primo enim materiaeius collecta eſt de Libano virginali, in quo eſt lapis abſciſſus de monte ſine manibus, qui ſtatuam Nabuchodonoſor vſque ad pedes luteos comminuit. Secundo fabricata aſſlictione corporali, in quo Sãſon illuſus à Phyliſthęis in mola laborauit. Tertio eſt erecta in ligno vitali, in quo ſerpens exaltatus in ligno, vulneratos à ſerpentibus ſanauit. Quarto copulata clauorum confixione pœnali, in quo lapis angularis vtrumque parietem copulauit. Quinto cõſummata reſurrectione potentiali, in quo Heliſeus filium mulicris Sunamitis ſuſcitauit. In primo fuit Agnus Dei, qui peccata mundi abſtulit. In ſecundo: *Flos Libani elanguit*. In tertio:

Nahum. 1. 4.
Langnores noſtros ipſe tulit. In quarto:

Pſal. 53. 4.
Venit pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. In quinto: *Sol qui prius erat in*

Epheſ. 2. 14.

2. Mac. 1. 22
nubilo refulſit. Itaque ad exemplar iſtud debemus tabernaculum noſtrum ædificare, & vt omnia ad eius imitationem faciamus, prius debemus ædificare, ſecundo cuſtodire, tertio cum ædificato aſcendere. In primo, vt Deus in nobis inueniat manſionem. In ſecundo ne diabolus in nobis machinetur diſſipationem. In tertio, vt perueniamus ad incorruptionem, ſed nec iſtud poſſumus ſine Dei adiutorio, inde: *Niſi Dominus ædificauerit ciuitatem, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam*. ecce de primo: *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem*. ecce de ſecundo: *Surgite poſtquam ſederitis*. ecce de tertio. Primo ergo ædificemus in mõte ad exemplar, quod eſt Chriſtus: ligna autem ſunt mores & virtutes. Hæc ergo primo, collecta ſunt in Libano munditiæ, fabricata ferramento regularis diſciplinæ, erecta in cruce paſſionis Dominicæ, copulata quaſi clauis longanimi charitate, conſummata, vt reſurgens cum Chriſto viuat cęleſti conuerſatione. Audi munditiam; *Lectulus noſter floridus*. audi ligna: *Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*. In lectulo florido accipitur munditia: per tigna cedrina, quæ ſemper creſcunt, virtutum incrementa: per *laquearia cypreſſina*, quæ benè redolent, opera proximis ad ædificationem apparentia.

Ad Chriſti exẽplar debemus tabernaculum noſtrum ædificare.

Pſal. 126. 1.

Ibi.

Pſal. 126. 2.

Cant. 1. 16.

Ibi. n. 17.

De munditia ait Apoſtolus: *Sobriè, & iuſtè, & piè, viuamus in hoc ſaeculo*. Quaſi quibuſdam fragmentis diſciplinæ docebat ligna iſta dolare, cum diceret: *Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere. Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Cum oras intra in cubiculum tuum*. Ab his enim virtutibus vanamgloriam quaſi aſtulas ſuperfluas docebat abſcindere Apoſtolus. Dilectio ſine ſimulatione. Sequitur quomodo erigantur ligna; eriguntur per feruoris ardorem. vnde: *Manus diſſolutas erigite*. In huius figura. *erexit Iacob lapidem in titulum, fundens oleum deſuper*. Per lapidem deſignatur fortitudo patientiæ, per oleum amoris ſuauitas; compaginantur, cum longanimitas adhæret paſſioni, inſeparabiliter ei affixa, quaſi quibuſdam clauis deſideriorum pungentiũ. vnde: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul, & reſurrectionis erimus*. Hoc eſt tabernaculi conſũmatio: vnde cùm conſũmatum eſſet tabernaculum, nubes operuit illud, & gloria Domini impleuit illud. Conſummatur in nobis, dum his adimpletis, certiſſimam habemus ſpem gloriosæ reſurrectionis: ſed quia non videmus niſi per ſpeculum, & in ænigmate, nondum apparuit, quod erimus, & ita nubes operuit illud, ſed quia gaudium interius certiſſimum accipimus, gloria Domini implet illud. Sed vt gloriæ huius ſint alij participes, debet in eo inueniri vnguentum mundi cordis, compaſſionis infirmis, vt ſanentur; panis conſolatoriæ refectionis, ſamelicis, vt reficiantur; veſtimentum honeſtæ conuerſationis, nudis; vt ornentur, ne fortè qui hoc tabernaculum ædificat cogatur dicere illud Iſaiæ; *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum*: vnde magnopere cauendum eſt ne in tabernaculo iſto inueniantur ea, quæ Dominum de eo eijciant.

Tit. 2. 12.

Matth. 6. 2.

Matth. 6. 16.

Ibi. 6.

Iſai. 58. 6.

Gen. 28. 18.

Rom. 8. 35.

Rom. 6. 5.

Tria eijciunt hominem de domo. §. M XX.

SVnt enim tria, quæ hominem eijciunt de domo ſua fumus, ſtillicidium, mala vxor. Fumus, eſt ignorantia, quæ obſcurat veritatem. Stillicidium, gratia à

Dco

Deo infuſa, ſed neglecta, quæ potius cor
rubiginat, quam afferat vtilitatem. Mala
vxor, caro ſuggerens voluptatem. Verun-
tamen triplex eſt fumus. Primus eſt igno-
rantia veri (de quo hic.) Secundus de-
Pſal. 101. 4. fectus boni. vnde: *Defecerunt ſicut fumus
dies mei.* Tertius, confuſio animaduerſio-
Pſal. 17. 9. nis Dei, vnde: *Aſcendit fumus in ira eius.*

Triplex Stillicidium.
S. MXXI.

STillicidium quoque triplex eſt. Pri-
mum eſt vtilitas, quæ ex aduentu
Pſal. 71. 6. Saluatoris confertur. vnde: *Deſcendet ſi-
cut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia
ſtillantia ſuper terram.* Secundum eſt
gratia quæ infunditur, & gratanter ſuſcipi
Ibid. tur. vnde: *In ſtillicidijs eius lætabitur ger-
minans.* Tertium eſt gratia, quæ infundi-
tur, & negligitur; hoc eſt ſtillicidium,
quod eiecit hominem de domo ſua.

Mala vxor triplex. S. MXXII.

MAla vxor nihilominus triplex eſt.
Prima eſt mala ſuggerẽdo volupta-
Vxor mala, quæ hominẽ expellit de domo triplex eſt. tẽ; hæc eſt Eua, quæ Adam illecebris ſedu
xit. Secũda mala murmurãdo propter ad-
uerſitatẽ; hæc eſt vxor Iob, quæ de flagello
Dei cõtra maritũ murmurauit. Tertia ma
la ſuperbiendo, indignans vilitatem; hæc
fuit Michol filia Saul, quæ Dauid humi-
liantem ſe coram Arca Domini deſpexit.
Vt autem hanc cuſtodiamus habitatio-
nem, oportet vt ad ſecundam eam tranſ-
Eccleſ. 4. 10. feramus; *Væ enim ſoli, quia ſi ceciderit
non habet ſubleuantem.*

De ædificio Eccleſiæ. S. MXXIII.

IGitur ædificetur vna, id eſt, Eccleſia.
Sit ergo prius ædificata in fortitudine,
vt reſiſtat inimico; ſecundò ornata decõ-
re, vt placeat amico; tertiò dedicata ſan-
ctitate, ne conſentiat impudico. Pri-
mum experta eſt domus illa, in quam ve-
nerunt flagella; flagellata vero non eſt
Pſal. 25. 8. mota. De ſecunda: *Domine dilexi deco-
Pſal. 45. 5. rem domus tuæ.* De tertia: *Sanctificauit
tabernaculum ſuum Altiſſimus.* Hæc æ-
dificatur in montibus Iſrael, id eſt, Apo-
ſtolis, videntibus Deum, qui expandunt
ramos ſuos, in quibus ſunt folia prædi-
cationum, flores operum, fructus lucrum
animarum. Ædificatur ergo ex lignis,
ſcilicet infirmis in tentatione, lapidi-
bus, id eſt, fortibus in pœnitentiali af-
flictione, & metallis, ſcilicet robuſtis,
qui ſe opponunt pro alijs in perſecutione.

In primo erat Paulus, cum diceret. *Da- 2. Cor. 12. 7.
tus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus
ſathanæ, vt me colaphizet.* In ſecundo:
*Libenter gloriabor in infirmitatibus meis,
vt inhabitet in me virtus Chriſti.* In ter-
tio cum diceret: *Omnibus omnia factus
ſum, vt omnes ſaluos faciam.* Ornatur pi-
cturis morum, vnde grarioſa. inde: *Mu-
lier gratioſa habebit gloriam.* Celaturis
operum; vnde negotioſa, inde: *Quæſiuit* Prou. 31. 13.
*lanam, & linum, & operata eſt conſilio
manuum ſuarum* Gemmis miraculorum
vnde glorioſa. inde: *Omnis gloria eius* Pſ. 44. 14. 15
*filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis, cir-
cumamicta varietatibus.* Ab interiori
enim virtute, foras prorumpit in mira-
culum.

De Dedicatione ſunt Eccleſiæ tria.
S. MXXIV.

IN dedicatione tria ſunt; debet enim
diuinis vſibus cedere, vt ſponſo exhi-
beat obſequium, in quo offertur obedien-
tia; ſe voto adſtringere, ne ſit momenta-
neum, in quo conſtantia; alienum ex-
cludere, ne committat adulterium, in
quo pudicitia. Ad hæc tria inuitabat A-
poſtolus dicens: *Æmulor enim vos Dei æ-* 2. Cor. 11. 2.
mulatione; vt Deo obſequium præbeatis:
Deſpondi vos vni viro; vt quaſi mulier Ibid.
viro, perpetuò adhæreatis: *Virginem ca-* Ibid.
ſtam exhibere Chriſto; vt caſtitatem ei
cuſtodiatis. Hæc enim ſe debet exhibe-
re glorioſam, non habentem maculam, Eccleſia militãs abſque vlla labe debet ad montes aromatũ confugere vt cum triumphante gloriam poſſideat.
neque rugam, vt cum ſponſo fugiat ab hac
calamitate, ad montes aromatum, vt vna
facta cum ſuperna Eccleſia perpetuam
poſſideat gloriam. In his montibus fa-
ciet Dominus conuiuium medullatorum
pinguium, ſicut ait per Iſaiam, vt ſimul
recipiat ſponſa epithalamium, & nuptia-
le conuiuium, vt tandem ſuo deſiderio
ſit potita.

De Eccleſiæ conuiuio. S. MXXV.

DE hoc conuiuio dicitur; *Anno ter-* Eſth. 1. 3.
*tio imperij ſui fecit Aſſuerus con-
uiuium Principibus ſuis, & fortioribus,
& inclytis, & Præfectis Prouinciarum.*
Principes ſunt Apoſtoli. vnde: *Glorioſi* Eccleſiæ Apoſtli Principes terræ.
*Principes terræ, & nimis confortatus eſt
principatus eorum.* Pueri ſunt Confeſſo-
res. vnde: *Quaſi modo geniti infantes.*
Fortiores ſunt martyres, inde; *fortes fa-
cti ſunt in bello.* Inclyti ſunt virgines,
ab intus, & Deo, quod eſt gloria, quia
Om-

Pſal 44. 14.

Angeli præfecti prouinciarum.

Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis: Præfecti Prouinciarum ſunt Angeli, qui præſunt regionibus, vnde Michael præpoſitus dicitur Paradiſi. Aſſuerus dicitur beatitudo eorum; id eſt, Chriſtus.

Triplex conuiuium nuptiale.
§. MXXVI.

Nuptiæ, ad quid nobis ter in Euangelio proponantur.

HIc triplex facit conuiuium nuptiale. Primum in hoc exilio, in quo prorogat miſericordiam: ſecundum in iudicio: inde faciet iudicium, & iuſtitiam: tertium in Regno, in quo dabit gloriam. Inde legimus tres nuptias in Euangelio. In primis inſtruitur homo, vt teneat inferiorem locum; in ſecundis damnatur homo non habens nuptiale veſtimentum; in tertijs aqua mutatur in vinum. In primis quæritur humilitas, & comeditur agnus Paſchalis; in ſecundis virtutum honeſtas, & exigitur veſtis nuptialis; in tertijs dabitur immortalitas, vbi bibetur vinum quod lætificat cor hominis. Chriſtus autem in nobis tria facit immolatus ſi dignè ſumatur; hœdus ſumitur ad peccatorum remiſſionem; agnus vt ſimus patientes aduerſum tribulationem; vitulus ſaginatus vt pingueſcamus per deuotionem. De agno dicitur filijs Iſrael, vt immolarent eum; de hirco, *Iuxta quem ritum tolletis & hœdum.* Vitulum ſaginatum immolauit pater filio prodigo. Hircus ergo ſicut prædiximus occiditur, excoriatur, coquitur; primò enim debemus peccatum occidere. vnde: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.* Secundo veterem conuerſationem relinquere. vnde: *Exuentes veterem hominem, cum actibus ſuis induite nouum.* Tertio in pœnitentia agenda feruere, vnde: *Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcet ignis.* In agno Paſchali tria dicuntur: *Renes veſtros accingetis*, contra luxuriam. vnde: *Sint lumbi veſtri præcincti*; calciamenta habentes in pedibus contra terrenorum concupiſcentiam vnde: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.* Tenentes baculos in manibus contra Diaboli violentiam. vnde: *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis.* In tertio, Pater ornauit filium, vt ſimus ornati virtutibus: modulatus eſt ſymphoniam, quæ ſonat ab inferiori, vt referamus gratiarum actiones pro collatis donis ſpiritualibus: modulatus eſt, & Chorus qui à ſuperiori ſonat, vt exultemus in ſplendoribus bonis cæleſtibus. De veſte, cum ſenſiſſet *Iſaac veſtimentorum fragrantiam ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* De ſymphonia Paulus: *Prius fui blaſphemus, & perſequutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.* De Choro; *Commonentes voſmetipſos pſalmis hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino.*

Pſal. 48. 4. — Ex. 12. 11. — Luc. 12. 35. — 1. Ioa. 2. 15. — Iac. 4. 7. — Gen. 27. 27. — 1. Tim. 1. 13 — Ef. 5. 19.

De ſecundis nuptijs, & Veste nuptiali, & de Veſtibus Aaron.
§. MXXVII.

In iudicio non erunt perizomata Adæ ad tegenda verenda ſua.

IN ſecundis nuptijs, quæ erunt in Iudicio, vt homini illi qui inuentus fuit non veſtitus veſte nuptiali, ibi non aſſumet perizomata Adæ, ad tegenda pudenda ſua, ſed induetur diployde confuſionis, vt confundatur in corpore, & anima; ibi inuenientur in veſte nuptiali, qui veniunt dignè ad conuiuium Aſſueri, in terra enim ſua duplicia poſſidebunt. inde: *Omnes domeſtici veſtiti ſunt duplicibus.* Sedebit enim Chriſtus veſtitus ſplendore Paternæ gloriæ, in maieſtate; Maria ſplendida, Sole iuſtitiæ, quem peperit claritate; Angeli clari ſapientia, qua Deum vident in veritate, miniſtrant in ſanctitate, laudant in puritate. Sequuntur Prophetæ veſtiti nube vitrea, quia viam Chriſti venientis prænunciauerunt in obſcura viſione; Apoſtoli mappa mundi in coloris differentia, quia diuerſitatem gentium congregauerunt, & mundum pinxerunt prædicatione; Martyres in veſte purpurea, rubricata ſanguinis effuſione. De Prophetis: *Video*, inquit, *nubem, quaſi veſtigium hominis*: Hæc eſt columna nubis, quæ duxit filios Iſrael per deſertum, præbens eis viam. De Apoſtolis ſcriptum eſt, quod in veſte poderis Aaron, erat totus Orbis terrarum; per totum enim Orbem alios informauerunt, ad vnitatem, alios ad confeſſionem, alios ad martyrium, alios ad contemplationem. vnde; *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & ſicut columba ad feneſtras ſuas? Candidores niue* propter virgines, *nitidiores lacte* propter Confeſſores, *rubicundiores ebore antiquo*, propter martyres, *ſaphiro pulchriores*, propter, contemplatiuos. De martyribus habes, *Purpura* propter paſſionem, *& byſſus* propter cordis puritatem, *indumentum eius*. Veniunt

Prou. 31. 21. — In iudicio qua veste Chriſtus Maria & Angeli apparebunt veſtiti. — Qua veſte omnes ſancti in iudicio apparebunt induti. — Iſai. 45. 8.

Con-

Confeſſores veſtiti ſuperhumerale, &
rationale, coninnctis catenulis aureis.
In ſuperhumerali deſignatur, quod onus
diſciplinæ tulerunt patienter; in ratio-
nali, quod opera ſua, & affectus ordina-
uerunt prudenter; in catenulis aureis
ſtringentibus, quod voluptatem carnis,
& mundi refrenauerunt viriliter, & re-
ſplenduerunt exemplariter. Veniunt &
Virgines in ſyndone munda, & florida.
Prou. 31 24 vnde: *Syndonem fecit, & vendidit, &
cingulum tradidit* Chananao. Hi offerunt
Regi incomparabiles diuitias virginita-
tis. Verè eam honor diuinæ dignationis
Io. 1. 9. illuminat; primo per Chriſtum, *qui illu-
minat omnem hominem venientem in
hunc mundum*; ſecundo per Beatam Vir-
ginem, quæ peperit ſolem, cuius ſplen-
dor illuminat genus humanum; tertio per
Prophetas in ſpirituali reuelatione; quar
to per Apoſtolos in prædicatione; Mar-
tyrum ſanguis exornat roſulenta effuſio-
ne; inuiolata conſeruat viola Confeſſo-
rum aſſidua diſciplinę obſeruatione; can-
dida induit virginitas ſuæ munditiæ io-
cunditate, & delectatione. In his ſecun-
dis nuptijs examinantes transferet ad
tertias nuptias Aſſuerus noſter, id eſt,
beatitudo Chriſtus noſtra. Hoc eſt ter-
tium conuiuium, quod fecit tertio anno
Imperij ſui.

De tribus Annis Imperij Chriſti. §. *MXXVIII.*

TRes ſunt Anni Imperij Chriſti. Pri-
mus ſub gratia; Annus benignita-
tis in quo dedit peccatoribus miſericor-
Pſal. 64. 12. diam. vnde: *Benedices corona anni be-
nignitatis tuæ*. Secundus Annus retri-
butionis in iudicio; in quo omnibus fa-
Pſal. 88. 15. ciet iudicium, & iuſtitiam. vnde: *Annus
retributionis meæ venit*, quando reddet
Leuit. 25. 28 vnicuique *iuxta opera ſua*. Tertius in
Regno Annus plenitudinis, in quo da-
bit electis gratiam, & gloriam. Hic eſt
Iubilæus; quando redibit vnuſquiſque
ad poſſeſſionem ſuam, & ad propriam
familiam. In hac erit iſtud nuptiale con-
uiuium; in quo mutabitur aqua noſtra
in vinum, id eſt, corruptio in incorru-
ptionem.

Proprietas Vini. §. *MXXIX.*

VIni eſt ſeipſum à ſordibus purgare, *Vini tres ef-*
corda humilium lætificare, facies *fectus quo-*
colorare. Itaque mundificat à ſordibus *modo in no-*
vitiorum; lætificat vt ſimus ſine grauami- *bis debẽt ma-*
ne dolorum; colorificat vt ſimus conſpi- *nere.*
cui in conſpectu Angelorum. Per pri-
mum, erunt irreprehenſibiles; ipſum eſt
vinum Engaddi: quod dicitur fons hędi; *Engaddi in-*
quia peccatores lauat. vnde: *Lauabit in* *terpretatur.*
vino ſtolam ſuam; & lauabis me, & *Pſal. 50.*
ſuper niuem dealbabor. Per ſecundum
incorruptibiles: ipſum eſt de vinea So- *Soreth inter-*
reth, quod dicitur electa; quia Beati à *pretatur.*
malis eligentur, vt ſint ſine miſeria. vn-
de: *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætan-* *Iſai,*
*tur in meſſe, ſicut exultant victores capta
præda, quando diuidunt ſpolia*. &, *Audi-* *Pſal. 50.*
tui meo dabis gaudium & lætitiam. Per
tertium ſpectabiles; ipſum eſt de vinea
Nabuth, quod conſpicuus; quia & ipſi *Naboth inter*
Dominum videbunt, & ab omnibus vi *pretatur.*
debuntur in gloria. vnde: *Fulgebunt iu-* *Matth.*
ſti ſicut ſol, in Regno Patris eorum. De
hoc vino ait Saluator; *Non bibam amo-
do de hoc genimine vitis, vſque in diem
illum, cum adbuc bibam illud nouum in
Regno Patris mei*. Vitis iſta eſt Eccleſia, *Vinum, quod*
quæ tria parua germina emiſit, culpam, *Chriſtus de*
dolorem, obſcuritatem; quæ bibit Chri- *germine vi-*
ſtus in Cruce; *quando languores noſtros* *tis ſed non*
ipſe tulit. Sed nouatum eſt in regno, quia *amplius de-*
culpa mundata eſt in munditiam, dolor *xit biberũ ĩ*
in lætitiam, obſcuritas in claritatem. *terdũ tormen*
ta, quæ in
regno in glo-
riam trans
mutanda.

Ecce cui ſpōſa in hoc epithalamio quæ-
rendo, tot laboribus deſudauit, cum quo
tot altercationibus verborũ contendit, ad
quem tot deſiderijs ſuſpirauit, quem
inuitauit in hortum, cui floridum præpa-
rauit lectulum, à quo in principio peti-
uit proprij oris oſculum, à quo nunc
ſuſcipitur ad conuiuium. Iam læua eius
ſub capite Sponſæ poſita eſt; & dexte-
ra Sponſi eam amplexatur. Iam eam
oſculo oris oſculatur, id eſt, eius præſen-
tia delectatur, qua perpetuo fruatur ipſo
præſtante, qui viuit, & regnat in ſæcula
ſæculorum. Amen.

Explicit ſcriptum ~~Ioannis Duns~~ Scoti Doctoris Subtilis Or-
dinis Minorum, ſuper Canticum Canticorum
Salomonis.

Digitized by Google

Digitized by Google